E.D.T.C.

FLORIANI DE SANCTO PETRO IVRISC. BONON.

Facundissima, ac Eximia in tres secundæ partis Infortiati insigniores titulos de Legatis, Commentaria.

Cum tribus elegantissimis Disputationibus per ipsum publicè in Gymnasio Bononiensi habitis.

Necnon & quibusdam alijs eiusdem in Iure Ciuili Responsis, siue mauis Consilijs.

Cum Summarijs nouiter additis, copiosissimoq; singularum materiarum Indice, nunc primùm in lucem editis.

Cum Priuilegio Summi Pont.



BONONIAE,
Apud Societatem Typographiæ Bononiensis.
MDLXXVI.
Curiæ Episc. & S. Inquisit. concessu.

TABVLA TITVLORVM, DISPVTATIONVM, ET CONSILIORVM, quæ in hoc II. volumine Floriani de Sancto Petro continentur.

FINIS.

TABVLA RVBRICARVM, LEGVM, ET PARAGRAFORVM,

quę in ij. Infortiati parte continentur.

§. A fi-

Hoc

§ Duæ

FINIS.

FLORIANI DE S. PETRO I. V. DOCT. BONONIEN. CELEBERRIMI,

IN TRES ELEGANTISSIMOS LEGATORVM, ET FIDEICOMMISSORVM SECVNDAE DIGESTI INFORTIATI PARTIS TITVLOS, SVBTILISSIMA COMMENTARIA.

¶*Hæc lectura super tribus titulis de leg. fuit simul composita per Dominum Hieronymum de S. Petro pronepotem I. V. Doctorem, quam Florianus incepit legere Bononiæ pridie Idus Nouembris 1406. ad quẽ diẽ dilatum fuit studium propter pestem, quæ illo autũno viguit, quas lecturas Florianus motus exemplo Antonij (qui nullam se orationẽ scripsisse aiebat, vt refert Val. Max. lib. 7. Cap. 2. astutè dicta, aut facta) non libenti animo, & inuito in scriptis dedit.*

Rubrica de legatis primo cum l. prima.

SVMMAE.

1 *Non est bona continuatio, quæ fit ad remota, nisi in principijs librorum.*

2 *Legata an dicantur pars integralis ipsius testamenti, an prædicamentalis.*

Et an sint mẽbra substantialia, seu accidentalia, & accessoria ipsius.

3 *Exæquatio fit circa diuersa, & non circa idem, quod intellige verum formaliter, & denominatiuè; quia virtualiter habent eandem virtutẽm.*

4 *Lego, verbum an comprehendat institutiones, legata, fideicomomissa, tutelas, & quæcunque relicta, vide distinctionem.*

5 *Si fumantes sint exæquati ciuibus per omnia, fumantes habebunt omnia, quæ cõpetunt ciuibus, secus econtra: sed si statutũ diceret, quod exæquatur conditio fumamtiũ, & ciuium, inuicẽ: tunc cõditio vnius in alium reciprocè est translatum.*

6 *Legata, & fideicommissa in quo differant. & nu. plu. seq.*

7 *Libertas directò legata cedit statim ad adita hæreditate, sed fideicommissaria requirit factum hæredis.*

8 *Ex hæreditate fideicommissaria detrahitur quarta, secus ex directa.*

9 *Fideicõmissum libertatis nõ transit recta via in fideicõmissariũ: sed fideicommisi singularis alicuius speciei transit dominiũ recta via in legatarium.*

10 *Fideicõmissa, & legata specialia transeunt in legatariũ à morte testantis: vniuersalia verò ab adita hæreditate.*

11 *Fideicommissarius vniuersalis potest cogere hæredem adire, secus particularis, & valet vniuersale legatum, etsi hæreditas non sit soluendo, secus particulare. ratio.*

12 *Fideicommissum vniuersale non transmittitur, moriente fideicommissario, conditione pendente, secus singulare.*

Item particulare restituitur procuratori in rem suam, quod est secus in vniuersali. ibidem.

Item non valet vniuersale relictum fratribus minoribus, quod est secus in particulari. ibidem.

13 *Exæquatio inter fideicommissa, & legata facta est respectu rerum, personarum, & actionum. vide exempla.*

14 *In fideicommissarium vniuersalem sicut transeunt omnes actiones actiuæ, & passiuæ, sic & in legatarium.*

15 *Legata fideicommisis sunt æquata per omnia inuicem in his rebus, quæ sunt nostra verè, vel causatiuè, cautione immediata, secus vbi verè, vel causatiuè non sunt nostra.*

16 *Testator in re hæredis non potest constituere ius reale sola ipsius voluntate.*

17 *Dominium in legato speciei transit sine traditione, secus in legato quantitatis, & generis.*

18 *In legato in diem non transit dominiũ ante diẽ, secus in puro.*

19 *Dominij translatio est exequutio legis, quæ non fit, die pendente, antequam veniat.*

Nec transit in legato alternatiuo ante electionem; quia habet pendentiam de futuro, cuius non fit exequutio. ibidem.

20 *Electio qa trahit exequutionẽ trãslatiõis dñij, nõ licet variare.*

21 *Ex legato rei nostræ licèt competat actio personalis: non per hoc tamen potest peti dari, quod nostrum est, sed simpliciter debet concludi tradi possessionem rei nostræ, ac si agerem tuticaria.*

22 *Actio personalis, rei vendicatio, & hypothecaria an in origine differant.*

23 *Acquisitio dominij in legatis, & fideicõmisis particularibus est commutabile, & in pendenti ante apprehensionem, etsi dicatur translatum: secus post apprehensionem. fallit in legatis ad pias causas.*

24 *Ex legatis ad pias causas, quæ sola morte confirmantur, oritur officium iudicis, quod non requirit aditionem hæreditatis.*

IN glossa Rubricæ. ¶Quidam dicunt, ꝙ prima
1 † continuatio non est bona; quia fit ad remota, contra. l. 2. s̄. de statu ho. Sed potest defendi, quòd Imperator facit eam Insti. de leg. in prin. Vel dic, ꝙ licet fiat ad remota: hoc tamen non vitiat, cum hic sit principiũ libri. Ita no. gl. sing. in Rub. s̄. de códi. fur. ¶Pe. sic continuat. dictum est. s̄. de testamẽtis, verùm quia
2 legata sunt † pars testamenti, ideo ponit hanc. Quidam hanc impugnant; quia legata possunt esse sine testamẽto. s̄. de hære. insti. l. 1. in fi. ergo nõ sunt pars eius. ff. de ver. sig. l. malum. Sed defende Pe. quia illud locum habet in parte substantiali: hic in parte accessoria, & accidentali. ¶Alij sic continuant, dictum est de testamentis, verùm quia legata sunt membra testamentorũ (quæ sunt caput) ideo viso de testamentis, restabat videre de legatis, tanquam de membris, ar. s̄. de eden. l. argentarius. §. 1. Quidam etiam hanc impugnant; quia legata possunt esse sine testamento; ergo non sunt membra testamenti, ar. de religi. l. cum in diuersis. Potest defendi eodẽ modo; quia legata non sunt membra substantialia: sed accidentalia, & accessoria. Inst. de leg. §. ante hæredis. sm̃ Ray. ¶In ead. gl. ibi [sed quare in tres libros] &c. vbi vide; quia aliqui aliter sentiunt, vt ibi scripsi. ¶In tex. ibi [per omnia exæ-
3 quata] ergo non sunt idem; quia exæquatio † est diuersorum, secundùm Pe. Sed glo. hic tenet contrarium in vers. [fraternizant] Et potest hoc probari per nomen contrariũ. C. de codicill. l. si idẽ. Sed Pe. potest saluari; quia illud verũ formaliter, et dnominatiuè: virtualiter aũt habet eandẽ virtutem per so. primã in primo cõtrario Ray. traditã p ipm fideicõmissis. s. vt vires legatorũ sint attributæ fideicõmissis, non ecõtra, nisi hodie per Iustinianũ: & sic nil obstat, sm̃ Iac. de Are. quod non placet, per l. quæ sub conditione. §. edictũ. s̄. de cõdi. inst. sm̃ Ray. ¶In tex. ibi [fideicõmissis.] s. singularibus, & pecuniarijs, & per hæc soluuntur contraria Dy. & sic cessat vltimum, & primum cõtrarium gl. Vel dic', vt dicã super gl. sm̃ Ray. ¶Casus. In legatis, & fideicõmissis particularibus, & pecuniarijs, iuris idẽtitas obseruat. h. d. Ray. ¶Vel sic. Legata exæquata sunt fideicommissis quò ad virtualem essentiam, non quò ad meram denominationẽ formalem. h. d. cum gl. ¶Vel sic. Virtus legatorũ est attributa fideicõmissis. h. d. Bart. ¶In glo. ibi [hæc est de media iuris prudentia] hæc vera, secũdùm Do. ¶In ead. ibi [sm̃ antiquius tps.] s. legis. 12. tabu. & vide ista verba. s̄. de origi. iur. in l. 2. in prin. & hanc sol. declara, vt Insti. de legit. agna. succes. in §. sed quia. & in §. sequenti. Dic tamen clariùs secundùm Bar. ꝙ quatuor sunt iura. Primum est ius antiquissimum,
4 & secundùm illud verbum, † legare, erat generalissimũ, & comprehendebat institutiones, legata, fideicõmissa, tutelam, & quæcunque relicta. ff. de verb. sig. l. verbis legis. in prin. Secundum fuit ius antiquum, per quod significatio huius verbi est coarctata, & restricta, vt ea. l. verbis. in fi. secundùm quod propriè legata intelliguntur, quæ relinquuntur ab hærede in testamento, & secundùm istud ius procedunt primæ quatuor differentiæ hic in glo. positæ. Tertium fuit ius Digest. & fuerunt exæquata, vt hic. s. legata fideicommissis, facit dicta l. quæ sub conditione. §. hoc edictum. Item & fideicommissa legatis, vt patet. ff. de lega. 3. l. si res. vbi pro fideicommisso datur actio, sicut pro legato. Quartum est ius, secundùm quod sunt exæquata legata fideicommissis, & econtra per Iustinianum. Insti. de legatis. §. sed non vsque. & C. communia de lega. l. 1.
5 Et hæc faciunt ad quæstionem, si fumãtes † sint exæquati per omnia ciuibus: nõ per hoc importat dictio, p omnia, quòd ciues habeant ea, quæ fumantibus competunt: secus si statutũ diceret sic, exæquatur conditio fumantium, & ciuium; quia tunc conditio vnius in alium reciprocè est translata, sm̃ Bar. ¶In glo. ibi [vel hæc erat Vlpi. opinio] hæc diuinat, quare etiã secundũ. l. si quis omissa. s̄. si quis om. causa testa. quæ fuit Ga. non erat differẽtia inter ista, sm̃ Ray. Vel dic, ꝙ hic dicit, ꝙ legata non superant fideicommissa, sed Iustinianus dicit, ꝙ fideicommissa non superant legata, sm̃ Iac. de Are. & sic licèt olim se haberent, vt excedentia, & excessa: hodie tamen habent se, vt paria, sm̃ Bar. Sed hæc reprobaui. s̄. in tex. ¶In glo. ibi [nomen] hoc falsum, quia etiam hodie remanet differentia in nomine, sm̃ Bar. ¶In glo. ibi [licèt non de iure remaneat
6 differentia nominis] & sic illa differentia † est hodie quò ad nomen, non quò ad effectum, & hoc tenet gl. Insti. eo. in §. sed nõ vsq;. & in l. 2. C. cõ. de lega. vbi dicit, ꝙ est correcta hodie. l. gñaliter C. de fid. lib. Doctores cõtra, vt sequit Ci. cõtra ĩ d. l. 2. ĩ prin. C. com. de lega. imò remanet
7 differẽtia, † qa libertas, directò legata statim cedit ab adita hr̃ditate. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. sed fideicommissaria requirit factum hæredis manumittentis, præterquam in casibus. ff. de fideicom. liber. l. si cum. §. si quis seruum. & C. de fideicom. liber. l. pe. adde quod not. Azo. in summa. C. de fideicommis. liberta. ad finem. Item quicquid sentiat gl. dic, ꝙ est differentia inter hære-
8 ditatem † fideicommissariam, & directam; cum vno casu detrahatur quarta, alio nõ. Item quicquid sentiat gl. dic,
9 ꝙ est differentia inter fideicommissum † libertatis, & fideicommissum singulare alicuius rei singularis; quia vno casu dominium rei legatæ, directa via transit in legatariũ. l. a Titio. ff. de furtis. alio nõ. Dic ergo, ꝙ inter legata, & fideicõmissa singularia pecuniarium commodum concernentia, non est differentia hodie, vt hic, & in l. 2. C. com. de legat. secus si non concernant pecuniarium commodum, vt in libertate. Item specialia, & vniuersalia fideicõ
10 missa in hoc hodie differunt; quia specialia † transeunt a morte testantis: vniuersalia non, nisi ab adita hæreditate. l. quidam. in prin. ff. ad Trebell. quod dic, vt ibi. & ff. eo. in
11 l. cum filio. sm̃ Bar. Item fideicommissarius † vniuersalis potest cogere hæredem adire, non specialis, vt. l. si quis omissa. s̄. si quis omis. causa test. & l. nam quòd. §. fi. & l. mulier. §. fi. ad Trebel. rationem ponit hic Bar. quia vniuersali debet totum restitui: vnde in particulari secus; quia absurdum esset, quòd hæres propter eum remaneret obligatus hæreditati. Item specialia non valent, nisi hæreditas sit soluendo. C. de leg. l. si vniuersæ. sed vniuersale fideicõmissum sic. ff. ad Treb. l. si hæres ab eo. secundùm Dyn. Ratio huius vltimi est; quia per illud non fit deterior conditio creditorum. Et eadem ratione idem esset in speciali, si creditores non afficeret; vt quia hæreditas esset adita per hæredem, inuentario non confecto, & sic teneatur ad omnia integrè, & hoc tenet Bart. Item differunt in alio, quod not. ff. eod. in l. cum filio. Item videtur alia differentia; quia vniuersale
12 † fideicommissum non transmittitur, moriente fideicommissario, conditione pendente. l. 1. C. de his, qui ante apert. tabu. secus in singulari. Ita notat glo. in l. is

in l.i**s** cui. ỹ. de actio.& obligatio.sed illa gl.reprehēdit per l.1.§.sin autem aliquid sub conditione C.de cad.tol. de quo vide quod dicam in l.ille à quo.§.1.ỹ.ad Trebel. & ỹ.eo.in l.cum filio.Item particulare potest restitui pro curatori in rem suam, secus vniuersale. l. si mulier. §.ex asse. s̄. de iure doti.Item vniuersale relictū fratribus minoribus non tenet; quia sunt incapaces hæreditatum,vt in cle.exiui.de verb.fig. secus si relinquantur fideicōmissa particularia,vt no.in libro minoricarum Bar.¶Et no-
13 ta,ꝙ facta † est vna exæquatio respectu personarum relinquentium;quia quicunque pōt legare, pōt & fideicōmittere,& econtra.Et respectu personarum, quibus relinquitur;quia cui relinquitur vnum,& aliud. Et respectu rerū; quia quæ possunt legari, & fideicōmitti, & econtra.Et in actionibus competentibus;quia actiones,quę competunt pro fideicommisso,& econtra.arg.huius.l.& dictæ.l.2.Et
14 sicut in fideicōmissarium † vniuersalem transeunt omnes actiones actiuæ,& passiuæ.l.1.in prin.ỹ.ad Treb.ita & in legatarium vniuersalem,vt no.per glo.Insti.de fideicom. hæredi.in §.postea. Quòd Pe.dixit,ꝙ exæquata sunt fideicōmissis,in quibus circuitus erat inutilis,hoc dicit, vt tollat contrarium de libertate fideicōmissaria, in qua circuitus erat inutilis propter retentionem quartæ:dicitur autē inutilis in relicto pecuniario;quia non refert,vtrùm legatarius,& fideicōmissarius consequatur dñium ab hærede, vel à testatore, in libertate sic ꝑꝑ ius patronatus, vt patet in l.si operarum.ỹ.de ope.lib. & l.his,quibus.C.de fideicom.liber.sm̄ Dy.& Ray. ¶Bar.reprehendit vtrunq;
15 & concludit,ꝙ legata † particularia sunt exæquata particularibus, & vniuersalia vniuersalibus per hanc.l.similiter,& econtra fideicōmissa particularia legatis particularibus, & fideicommissa vniuersalia legatis vniuersalibus, per d.l.1.& 2. dum tamen fiant de eo, quod est in bonis nostris verè,vel causatiuè, cautione immediata,vt est legatum, vel fideicōmissum vsusfructus bonorū nostrorū, qui dr̄ in bonis nostris causatiuè;quia immediatè à nobis possumus producere,& constituere, & in alium trāsferre per legatū,vel fideicōmissum.l. si partem.§.1.s̄. quemad. serui. amit. Sed vbi nec verè, nec causatiuè,vt in re hæredis,sm̄ veram opinionē, vel in re alterius redimenda.l.si hæredis seruus.& ibi not.ỹ.eod. & l. si quis inquilinos.§. 1.tunc adhuc durat differentia inter legata, & fideicommissa particularia, & ideo durat in libertate propter ius patronatus, quod sumpturus est hæres ex manumissione sua,quod ius non erat in bonis testantis, nec verè,nec causatiuè. Hoc intellige verum,si est legata res testatoris:secus si hæredis,vel tertij,vt not.s̄.de seruitu.in l.Papi. licèt
16 contra not.in l.2.C.cōmunia de legat. † Nam in re hæredis testator non pōt constituere ius reale sola ipsius vo-
17 luntate.s̄.de pign.l.Paulus.§.1. Item hoc † verum in legato speciei certæ:secus in legato quantitatis, vt quantitatis, vel generis;quia non transit dñium sine traditiōne, vt no.in d.l.2.secus si vt speciei;quia tūc transit dñium,& datur rei ven.ỹ.eo.l. talis scriptura.§.fin.& l.si seruus lega-
18 tus.§.qui quinque.Item hoc verum in puro † legato, sed in legato in diem, non transit dñium ante diem.l.Sempro
19 nius Atheius. Ratio est, quia transitus dñij†est exequutio quædam iuris,& vbi pendet dies,non procedit exequutio legis,vel iuris.Item hoc verum in simplici legato,secus in alternatiuo; quia ibi non transit dñium ante electionem. ỹ.eod.l.huiusmodi.§. Stichum.& s̄.de rei vend.l.si in rem agat.Ratio est, quia legatum alternatiuum habet in se pēdentiam de futuro;inest enim quædā incertitudo, & ideo non transit dñium; quia non liquidi non debet fieri exequutio:facta aūt electione,statim transit dñium.ỹ.eod.l. serui electione.& ideo non habet locum variatio;quia ele
20 ctio † trahit secum exequutionem translationis dñij,vt.ỹ. de optio.lega.l.apud.& not.Dy.de verb.obl.in l.si seruū. §.sequit.sm̄ Bar.& Doc.in d.l.2.¶Adde ꝙ licèt pro legato rei nostræ legatæ competat actio personalis: tamē per
21 eam non debet †cōcludi aliquid dari;quia non possum petere mihi dari,quod meum est: sed simpliciter debet concludi tradi possessionem rei legatæ,sicut si agerem triticaria,vt vult glo.singularis Insti.de legat.in §.nostra.¶An autem actio personalis,rei vendicatio,& hypotecaria cō-
22 petentes pro legato differant in origine, vr̄, ꝙ sic;nam rei vend. videtur oriri à tempore mortis.l.à Titio.de fur.Sed personalis hypotecaria non potest, nisi ab adita hæreditate.De personali certum est; quia ante aditam hæreditatem non est debitor;quia nemo est obligatus; ergo personalis non competit. De hypotecaria videtur idem, quia aliquid habet personalitatis,vt no.s̄. de pact.ī l.si tibi.§. de pignore.& hoc tenet Spe.in tit. de persona.& hypote. Puto,ꝙ etiam rei vendi.non possit dici oriri quò ad perfectam originē ante aditam hæreditatem.l. si tibi homo. §.cum seruus.ỹ.eo.& ideo nō potest ante intentari;quia
23 †acquisitio dñij est cōmutabilis,& in pendenti, vt not.s̄. de condi. insti.in l.si quis ita hær.de primo dominio commutabili etiam tangit.ỹ.eo.in l. si pluribus.fallit in legatis ad pias causas,quæ sm̄ cōem opinionem non desiderāt aditionem:sed sola morte cōfirmantur, & trahunt secum
24 exequutionem.sm̄ Bart.Ex talibus.n.dicitur oriri iudicis officium,quod aditionem non requirit.l.hæreditas.§.fin. s̄.de peti.hære.arg. contra in l.cū filio.ỹ.eo. de quo vide per Io.And.in addit.Spe.in tit.de instru. edit.§.nunc verò aliqua.ver.sed pone, quòd ex eo testamēto &c. de quo etiam vide.s̄.de hæredib. instit.in l. qui filio.§.1.& quod ibi scripsi.

Ex l.Sciendum est.

SVMMAE.

1 *Is potest fideicommittere,vel legare,qui potest testari.*
2 *Testamentum est genus,in quo legata, & fideicommissa relinquuntur.*
3 *Remoto genere,remouetur qualibet eius species.*
4 *Codicilli largè dicuntur testamentum.*
5 *Nullum simile est idem.*
6 *Donatio causa mortis an vltimæ voluntati, an verò contractui assimiletur, consideranda sunt tria,idest origo,confirmatio, & efficacia.*
Fit stipulatione,& pacto nudo hodie.ibid.
7 *Filiusfam.potest donare causa mortis, & non testari,vel relinquere, quia contractus ex consensu tertij pendent, ex quo non pendent vltimæ voluntates.*
8 *Donatio causa mortis confirmatur morte, nec requirit aditionem,secus legata.fallit,nisi esset facta in testamento.*
Nec videtur reuocari per pœnitentiam,si testator sine hærede decesserit.ibidem.
9 *Donatio causa mortis non habet tres actiones,licèt dominium transeat recta via, & in hoc æquiparatur vltimæ voluntati,& quò ad ius accrescendi.*
10 *Ius accrescendi non cadit in contractibus, præter in vsufructu, secus in vltima voluntate.*
11 *Legata, & fideicommissa faciliùs confirmantur, quàm hæredis institutio, quia maius inest periculum in vno, quàm in alio.*

12 *Confirmare, & dare sunt paria, & confirmatio dicitur datio.*
13 *Statutum si prohibet minorem 20. annis testari, ille non poterit codicillari.*
Extensio passiua fit in statutis. ibid.
14 *Si statutum diceret, quòd in testamento sufficiant quinque testes: nō pro hoc tamen codicilli fieri possunt cum tribus.*

L. Sciendum est.

Is potest fideicommittere, vel legare,
1 qui pōt testari, h.d. ¶ Vel sic. Nō habentes † testī factionē
actiuè, nō possunt legare, vel fideicōmittere. h.d. ¶ Ratio
2 huius est; quia testamētū † est genus, in quo possunt relin
q legata, & fideicōmissa, & sine quo nō possunt eē, à quo
3 ergo remouet † genus, remouet & quęlibet eius spēs. Inst.
de succes. cog. §. vulgo. & no. ꝟ. de suis, & leg. in l. fi. Patet
4 in nomine; quia codicillus † appellatur testm̄ largè. Insti.
de testa. in prin. ¶ In gl. 1. ibi [non est legatum] nam cum
5 assimiletur legato, patet, ꝙ non est legatum; quia nullū † si
mile est idē. l. quod Nerua. ꝟ. depo. sm̄ Dy. & An. de Pis.
¶ In ead. gl. ibi [in multis differt] & melius. ꝟ. de dote ple.
6 l. 2. §. 1. vbi gl. disputat. In hoc dic, ꝙ † donatio cā mortis
pōt cōsiderari tripliciter. Primò quò ad sui ordinationē.
Secundò quò ad eius confirmationē. Tertiò quò ad eius
efficaciam. ¶ Quò ad primū magis accedit contractui, q̄
vltimæ voluntati, patet; quia requirit partis præsentiā. l.
inter mortis. eo. ti. quia fit stipulatione, vel pacto etiā nudo
hodie, vt l. cum pater. §. Mæuio. ꝟ. de leg. 2. & ibi not.
& ꝟ. de don. cā mor. l. inter mortis. est gl. singularis in d. §.
Meuio. sm̄ Bar. in l. 1. de don. cā mor. sed alia vr̄ in l. 1. C.
de iure dot. & ita intelligat gl. in l. 2. de dot. præleg. Hinc
7 est, ꝙ † filiusfa. pōt donare cā mortis, patre consentiente,
sed non testari, vel relinquere; quia contractus possunt pē
dere ex consensu tertij, sed vltimæ voluntates non. l. fi. ꝟ.
8 cōmu. prædio. in fin. ¶ Quò ad sm̄ dic, ꝙ † donatio causa
mortis cōfirmatur morte, nec requirit aditionem, de hoc
Bar. dubitat in l. in mortis. de don. cā mor. no. gl. C. famil.
erc. in l. filiæ. facit. C. de do. inter vi. & vxo. l. 1. ꝟ. ti. 1. l. se
quens quæstio. in tit. qūo feu. alie. poss. c. 1. in vsi. feud. &
Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. obl. secus in legatis.
Hoc verum, nisi fieret in testamēto, & pēderet ab eo;
quia tunc in eā idem puto, quod in legatis, facit quod no.
de lega. 2. in l. cum pater. §. eorum & §. mater. in gl. in ver.
Falcidiam. Nec reuocari vr̄ per pęnitentiam, si donator si
ne hærede decesserit. l. fi. ꝟ. qui sine manum. ad liber. per-
9 ue. ¶ Quò ad tertium dic, ꝙ † in dona. cā mor. non oriū
tur tria genera actionum; quia actio non oritur ex testa
mento, vel hypotecaria, licèt dn̄ium transeat rectà via,
sm̄ gl. quæ est in l. 2. & 3. de publicia. In iure verò accresce
di æquiparatur legatis, & parit ius adeundi inter coniun
10 ctos. C. de cadu. tol. l. 1. in fi. secus † in meris cōtractibus,
in quibus coniunctio ius accrescendi nō parit, nisi in vsufructu.
l. 1. §. pe. ꝟ. de vsuf. accres. ad prædicta facit ꝟ. ti. 1.
l. vt hæredibus. sm̄ Bar. ¶ In ead. gl. ibi [§. legari] de quo.
ꝟ. de reb. du. l. si cognatis. & de regu. Cato. l. 1. & ibi gl. di
11 stinguit. ¶ In fi. gl. quasi dicat, ꝙ inspecta † prima substan
tia dispositionis valida, coueniunt, vt hic, sed inspecta sub
stātia cōfirmationis inualidę differunt, vt ibi Ray. ¶ Nec
12 ob. huic, ꝙ confirmare, † & dare sint paria. l. lege obueni
re ꝟ. de ver. sig. quia illud ideo, quia voluntas illa inutilis
trahitur ad p̄sens tempus vtile in legatis, & fideicōmissis
eorum fauore, vt in reg. in testamētis. ꝟ. de reg. iur. secus
in institutione hęredis, vt ibi. Ratio est; quia vbi maius pe
riculū, &c. l. 1. §. sed si quis. ꝟ. de Carb. edic. ¶ Nec ob. ꝙ
imò cōfirmatio fit datio. l. & quia. ꝟ. de iurisdi. om. iu. quia
respondeo, vt ibi no. Ray. in vlt. gl. ¶ In fi. gl. vide Dy. in
reg. nō firmat. de reg. iu. in 6. sm̄ Bar. Nec ob. ꝙ imò, qui
nō pōt testari, possit codicillari. C. de sac. san. eccl. Auth.
si qua mulier. sed ibi est quædam diuisio, non vt vltima
voluntas (sm̄ quosdā) quod nihil est, imò est ibi vltima vo
luntas, sed ibi spāle iuris ꝑmissione. ¶ Itē nō ob. l. si arro
gator. ꝟ. de adop. quia hic in eo, qui testat̄ sibi, vt ab hære
de suo possit legare, & fideicommittere: ibi ab eo, qui te-
statur alteri, sm̄ Bar. Vel veriùs, ibi vsque ad quartā pōt,
13 de quarta non, vt ibi no. ¶ Quid si † statutū prohibet minorē.
20. annis testari, dic, ꝙ non poterit codicillari; quia
licèt statutum non debeat extendi: tamen lex antiqua se
extendit ad statutum; quia ista lex dicit, ꝙ qui non habet
ius testandi &c. sed per statutū nō habet ius testādi, ergo
&c. pro hoc est tex. in l. 1. §. 2. ꝟ. ad leg. Fal. & l. 2. §. 1. de
mune. & hono. & quod no. gl. ꝟ. de leg. in l. quod verò. Sed
14 si statutum † dicit, ꝙ in testamēto sufficiant quinq; testes:
nō per hoc in codicillis sufficerent tres; quia nulla lex di
cit, ꝙ sufficiant in codicillis duo testes pauciores, quàm
in testamentis, facit de sacr. sanct. eccle. l. illud. secundùm
Bartol.

Ex l. Hæc verba.

SVMMAE.

1 *Expressio conditionis eo modo facta, quo tacitè, & de necessitate inerat, nihil operatur.*
2 *Si id, quod necessitate inest, exprimitur, per expressionem non minuitur effectus.*
3 *Conditio iuris expressa ab homine, non dicitur conditio hominis, sed iuris.*
4 *Transmissio non impeditur per conditionem iuris, sed hominis; cum lex non possit impedire iudicium defuncti.*
5 *Intell. l. in conditionibus. §. 1. ff. de condit. & demonst.*
6 *Lex facit portionem deficientem accrescere cum onere.*
7 *Si, dictio facit conditionem, quando apponitur aliquid, quod de necessitate non inest.*
8 *Intell. l. si ita. §. illi volet. de leg. 1.*
9 *Intell. l. 3. §. filius. de lib. & posth.*
10 *Exhæredatio facta hoc modo non valet [quisquis mihi hæres erit] quia conditio exprimitur alio modo, quàm insit.*
11 *Licèt exhæredatio non impediat aditionem hæreditatis: tamē q̄n filius ante aditam hæreditatem non reperitur exhæredatus, sed præteritus, aditionem impedit.*
12 *Intell. l. fin. C. de instit. & subst. & l. precibus. C. de impub. & alijs substit.*
13 *Propter expressum cessat tacitum.*
14 *Quando aliquid exprimitur per modum conditionis eo modo, quo tacitè inest, nihil operatur, secus si per alium modum.*
Tacitè inesse dicitur, quando aliter illa dispositio non sortiretur effectum. ibidem.
15 *Expressum aliquid per modum dispositionis, quod insit tacitè contra voluntatem exprimentis, nihil operatur contra eum, cuis fauore tacitè inerat: secus in eius commodum: si est præter voluntatem, operatur, vt tacitum cesset: si verò est secūdùm voluntatē, nihil operatur, nisi alio mō exprimatur.*
16 *Si iudex apponat in condemnatione tempus quadrimestre, nihil operatur, quasi esset datum à lege.*
Et sic in arbitro, & an sit verum, & possit purgare moram non faciens intra tale tempus.
17 *Expressum in fauorem alicuius, non debet redundare in eius odium.*
18 *Statutum continens idem, quod ius commune, dicitur ius commune, secus si aliquid addat, vel detrahat.*

19 Quando

19 *Quando aliquid exprimitur, quod tacitè inerat ex coniecturis, vel præsumptione, aliquid talis expreſsio operatur.*

20 *Expreſsio eius, quod tacitè inerat per diſpoſitionē ſtatuti, vel legis, tunc non operatur, quando per expreſſum eodem modo, quo inerat minuitur, effectus: ſed ſi augetur, valet. fallit, quando expreſſio continet vitium formæ.*

L. Hæc verba.

¶Iſtã legē repetijt Ray. vide eum. ¶Expreſsio
1 † conditionis eo modo facta, quo tacitè, & de neceſsitate
inerat, nihil operat̃. h. d. Bar. ¶Vel ſic. Expreſsio cõditio
nis tacitè intellectæ per legem in eundem modum, quò
ad tranſmiſsionem legatum conditionale nõ reddit. h. d.
2 Ray. ¶Vel ſic. Id † quod de neceſsitate ineſt, ſi exprimitur,
per expreſsionem non minuitur effectus. h. d. ſecundùm
Bart. ¶Nota, quòd quædam ſunt conditiones quò ad figurã,
quædã verò ſunt conditiones quò ad ſubſtãtiam, &
no. quòd conditio iuris, ſi exprimitur ab homine, non di-
3 citur † conditio hominis, ſed iuris; ideò nõ impedit tranſ-
miſsionem, niſi appareat contraria voluntas defuncti. l. ĩ
conditionibus. §. hæc ſcriptura. de condi. & demonſt. ideo
4 autem † conditio iuris non impedit tranſmisſionem; ſed
hominis ſic; quia impedire tranſmiſsionem, eſt impedire
iudicium teſtatoris, quod non debet impediri per ipſum
teſtatorem. Ita dicit tex. in ſimili. s̃. ſi quis omiſſ. cauſa te
ſta. ĩ l. ſi in teſtamento. ſecundùm Bar. ¶In gl. 2. ibi [ſecus
ſi duobus] &c. ratio diuerſitatis eſt; quia quando eſt vnus
tantùm, tacitè inerat de neceſsitate, quòd ille deberet adi
re: ſecus quando plures; quia tunc teſtamentum poterat
confirmari aditione aliorũ hęred. ¶Nec huic contradicit
prima glo. quia illa reſpicit primum caſum, vbi erat con-
ditio per diſtributiuum [quiſquis] ergo teſtator non cu-
rauit de aditione certæ perſonæ: ergo conditio inerat taci
tè; quia requirebatur aliquem hæredem adire. Sed prima
glo. venit ad ſecundum caſum, vbi teſtator nomine pro-
prio vſus eſt, ideo habet locum dubitatio, an vnum dam-
5 nauit, vel plures, ſecundùm Ray. ¶Non obſt. l. in condi-
tionibus. §. 1. de cond. & demonſt. quia ibi [primus] erat
proprium nomen, & ſic vnus tantùm erat hæres. Bart. di-
cit, quòd ibi plures fuerunt inſtituti: ſed ab vno tantùm
relictũ fuit legatũ ſub conditione, ſi hæres erit, & ideò le-
gatum non eſt conditionale; quia illa conditio tacitè ine-
rat ad hoc, vt legatum debeatur eo modo, quo teſtator
voluit. ſ. ab eo, cui reliquit. ¶Nec obſt. quòd poſsit debe
ri ab alio (illo non adeunte) quia hoc non eſt ſecundùm
6 diſpoſitionem defuncti; ſed legis, quæ facit † portionē de
ficientem accreſcere cum onere. ¶Itē nec ob. tit. ſi quis
omiſſ. cauſa teſta. licèt enim legata poſsint deberi ex illo
ti. hæreditate repudiata ex teſtamẽto cũ illa clauſula [ſi
non valet iure teſtamẽti] &c. tñ hæc verba [quiſquis mihi
hæres erit] faciunt legatum conditionale; quia non ineſt
tacitè; poſſunt enim illa legata deberi ab inteſtato ex vo-
luntate teſtatoris expreſſa in teſtamẽto, ſecũdũ Bar. ¶In
glo. vltima ibi [idem eſt] ſcilicet vt non habeat vim lega
ti conditionalis, ſed puri, ſecundũ Dyn. quod eſt verum
quò ad tranſmiſsionem, de qua hic, non quò ad petitio-
nem, vt no. in l. in conditionibus. §. 1. de condit. & demõ.
ſed videtur tale legatum conditionale propter dictionē,
7 † ſi, quæ facit conditionem. l. qui promiſit. de cond. inde.
ſed illud verum, quando per dictionem [ſi] adijcitur ali-
quid, quòd neceſſariò non inerat: ſecus ſi neceſſariò ine-
8 rat, vt hic. Ita etiam reſponde ad † l. ſi ita legatum. §. illi
ſi volet. j̃ eod. quia illa conditio [ſi volet] non inerat ta-
citè de neceſsitate; quia poteſt habere legatum, etiam ſi
nolit. i. ſi non declaret ſe velle, puta, quia ſit ignorans. l.
9 cũ pater. §. ſurdo. j̃. tit. 1. ¶Itē nõ ob. † l. 3. §. filius. de lib.
10 & poſth. vbi † exhæredatio per iſta verba [quiſquis mihi
hæres erit] non valet, & tamen illa conditio tacitè intelli-
gebatur. l. filium. §. ſed cum exhæredatio. de cõtra tab. qa
ibi exprimitur alio modo, quã inerat: nã licèt aliàs exhæ
11 redatio nõ † impediat aditionē hæreditatis: tamē quia in
caſu illo apparet, ꝙ ante aditam hæreditatem filius nõ re
peritur exhæredatus, ſed præteritus, aditionē impedit,
12 ſm̃ Pet. & Bar. hic. ¶Itē non ob. † l. fi. C. de inſti. & ſub-
ſti. coniuncta. l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti. vbi ex
preſsio pupillaris, quæ tacitè ineſt, aliquid operatur; qa
expreſſa excludit matrē, tacita non; quia illa tacita ineſt
ex præſumpta mẽte teſtantis, vt. l. iã hoc iure. j̃. de vulg.
13 & pup. & ideo propter † expreſſum ceſſat tacitũ, arg. l. cũ
ex filio. §. filio. de vul. & pup. & l. continuus. §. cũ ita. j̃. de
ver. obl. & C. de pac. conuent. l. fi. quia iam tacitè nõ ineſt
de neceſsitate, & ſic aliquid operatur: ſecus ſi ineſt tacitè
ex neceſsitate, vt hac l. ſm̃ Bar. Concludo ergo, qñ aliquid
exprimitur, quod tacitè ineſt &c. aut exprimitur per mo-
14 dũ cõditionis, aut diſpoſitionis. Primo caſu † ſi exprimat̃
eo mõ, quo ineſt, nihil operatur, vt hic, cũ ſim. & l. non re-
ctè. C. de fideiu. & dicitur tacitè ineſſe, qñ aliter illa diſpo
ſitio nõ ſortiretur effectũ, vt patet hic: ſed ſi alio modo ex
primatur, tũc operat̃. d. l. ſi ita legatũ. § illi ſi volet. & l. 3.
§. ſi filius. de lib. & poſth. ¶Secũdo caſu principali, quãdo
15 † per modũ diſpoſitionis: aut ineſt tacitè cõtra volũtatē
exprimẽtis, & nil operatur expreſsio in præiudiciũ eius,
in cuius fauorē tacitè inerat. d. l. ſi arrogator. ſed in eius
fauorē ſic. l. Titia. ad le. Fal. ſic põt intelligi. l. 4. §. ſi qs cõ
demnatũ. de re iudi. Aut ineſt tacitè ꝑter voluntatē: tunc
operatur, vt illud tacitũ ceſſet. l. talis ſcriptura. j̃. eo. Aut
ineſt ſm̃ voluntatem exprimentis: tunc nihil operatur. l. cũ
qd. ſi cer. pet. & de reg. iur. l. q̃ dubitationis. niſi exprimat̃
alio mõ, q̃ inſit. l. à teſtatore. de cond. & de. ſm̃ Bar. ¶Et
16 hæc faciunt, ꝙ ſi iudex apponit tp̃s quadrimeſtre in con-
dẽnatione, ꝙ nihil operatur, quaſi eſſet datũ à lege. Et idē
vr̃ in arbitro, & ſic poterit mora purgari. quod quidã te-
nuerunt per l. cũ tale. §. Mæuię. de cond. & dem. vbi exp̃ſ-
ſio tp̃is mortis; qa tacitè inerat, nil operat̃, ꝓ hoc facit qđ
no. gl. in d. l. 3. §. ſi qs cõdemnatũ. Sed Pe. & Bar. contra;
qa illud tp̃s inerat ſolùm ex indulgentia legis, modò ex-
primendo arbiter, declarat voluntatem ſuam. Præterea
hoc tp̃s non inerat de neceſsitate; quia poterat aliã diem
ſtatuere, ergo &c. Primã partem tenet hic Bal. quia iſte ter
17 minus eſt expreſſus † fauore debitoris, ergo non debet in
cõtrarium operari; qa aliàs minueretur debitoris fauor,
quod eſſe non debet, & hoc tenet An. de Piſ. Pro hoc fa-
cit quod no. gl. in ſimili in c. 1. de conſtitu. li. 6. vbi dicit,
18 ꝙ ſtatutum † cõtinens idem, quod ius cõe, dicitur ius cõe:
ſecus ſi aliquid addat, vel detrahat. l. ius ciuile. s̃. de iuſti.
& iure. Iſto ergo caſu iudex eſt organum, non autem cau
ſa per ſe diſponens, & ideo ab eo nõ denominat̃ effectus.
¶Bald. hic concludit aliter, ſm̃ Ray. poſtea dicit, tu dic, ꝙ
aut aliquid ineſt tacitè ex interpretatione, vel coniectu-
ra, aut per ſtatutum, aut p diſpoſitionem legalem. Primo
19 caſu † expreſsio aliquid operatur, vt. j̃. eo. l. talis ſcriptu-
ra. & idē in ſubſtitutione expreſſa ineſt. d. l. precibus. & te
20 tigi. s̃. Secundo caſu, aut exprimitur † eodem modo, quo
inerat, aut alio, aut partim eodem, partim alio. Si eodem
mõ, tunc aut quæritur, an per expreſsionem minuat̃ effe-
ctus, & dico; ꝙ nõ, vt hic; qđ. n. tacitè intellectũ nõ impe-
dit, nõ debet impedire, ſi exprimat̃. fallit (ſm̃ quoſdã) vbi
expreſsio cõtinet vitium formæ, vt. j̃. de reg. iuris. l. actus
legitimi. vel illa intelligitur in conditione extranea, non

in mentem formæ.l.muto.§.sub conditione.de tutel.Aut quæritur,an per expreſsionem augeatur effectus: tunc dicit Pet.in l.ſi arrogator. quòd ſic, patet in effectu confiſcandorum bonorum, vt C.ſi pen.ap.mors interue.l.3.& l.Titia.ad leg.Falcidiam.Non obſt.§.ſub cõditione.quia tutela eſſet conditionalis,vnde nõ eſt augere,ſed minuere effectum: vnde illa facit pro non, contra Bald.

Ex l.Si quis in fundi.

SVMMAE.

1 *Error proprij nominis non vitiat legatum, ſecus ſi erretur in corpore,vel in nomine appellatiuo.*
Et quid in iudicijs, & in contractibus.
2 *Nomina appellatiua ſunt naturalia, & immutari non poſſunt.*
3 *Carens nomine appellatiuo,dicitur carere eſſe.*
4 *Error in nominibus appellatiuis,quæ ſunt de ſubſtantia,vitiat actum,ſecus ſi non ſint de ſubſtantia.*
5 *Actus nõ vitiatur, ſi erretur in nomine confinium,vel terræ, aut parochiæ,dummodo conſtet de corpore.*
Et quid de errore diœceſis.
6 *Confinia ſi concordant,vel qualitas fundi cum re, de qua agitur,illud magis inſpicimus, quàm vocabulum loci,ſeu fundi.*
7 *Fundi appellatione non continetur pratum,nec vinea.*
8 *Actus licèt vitietur per errorem nominis appellatiui: tamen fallit,quando appareret aliud ex voluntate actum celebrantis,vt ex conformitate rerum,ex communi vſu loquendi, vel alia demonſtratione.*
9 *Legata ſolo nutu fieri poſſunt.*
10 *Obligatio verborum non facta verbis aptis ad ſtipulationem, non valet, nec tenet.*
11 *Error in nominibus adiectiuis adiunctis nominibus proprijs, non vitiat,ſi conſtet de corpore:ſecus in ſeparatis.*

1 L.Si quis in fundi. Error † proprij nominis non vitiat legatum,ſecus ſi erretur in corpore, vel in nomine appellatiuo.h.d. Quid in iudicijs, & contractibus, dic,vt.s.de iudi.l.ſi in iudicijs.ſecundùm Bald. Ratio diuerſitatis eſt;quia error nominis appellatiui eſt intolera-
2 bilis, & quia nomina † appellatiua tanquam naturalia
3 immutari non poſſunt. Vel ſubtiliùs,quia non poteſt † res carere nomine appellatiuo, quin careat eſſe, quod ſecus eſt in proprio,vt no.in prohe.6.Decr.Et loquitur hic de appellatiuis, quæ ſunt de ſubſtantia, & omnis error
4 † vitiat:ſecus ſi eſſent alia,quæ non ſunt de ſubſtantia, vt de leg.3.l.patronus.§.Sempronio. & de rebus dub.l.qui
5 habebat.vt ſunt confinia,vt ibi.Idem ſi ſit erratũ in terra, vel parochia alicuius,dummodo conſtet de corpore.s.de hæredi.inſti.l.quotiens.arg.contra ext.de reſcrip.c.ſignificãte.&c.Rodulphus.ſm̃ Bal. De errore diœceſis vide Ci. C.eo. in l.ſi Fortidianus. & eſt caſus in d. c. ſignificante.
6 ¶In glo.2.no.ex iſta glo. quòd † ſi confinia concordant, vel qualitas fundi cum re, de qua agitur, illud magis inſpicimus, quàm vocabulum loci, ſeu fundi, de quo dixi latiùs in l. demonſtratio.j.de condi. & demonſt.Bar. & Bald. ponit hic. ¶ In glo. 3. ibi [neutrum debetur] &
7 ſic nota † appellatione fundi non contineri pratum, nec vineã,ſm̃ Saly.¶In gl.non deberi ibi[.§.quod tamẽ]ſed hæc nomina appellatiua ſunt prorſus diſcrepantia,ſicut veſtis,& ſuppellex: ſed ibi nõ ſunt prorſus diſtincta,imò proxima,cum libri fiant ex cartis.¶In glo. vocabula.ibi [niſi hoc actum] &c. & ſic valet hoc caſu; quia non fuit error teſtantis:ſecus ſi errauit;ita loquitur prima pars gl.
8 quæ videtur huic contraria.Dic ergo,aut † conſtat teſtatorẽ erraſſe in nomine appellatiuo,& non valet,vt hic,niſi ſit magna conformitas rerum, vt l.librorum.§. quod tamen. j.tit.2. Item niſi aliter communi vſu appellaretur, vt hic in fi.gl.Aut conſtat eum non erraſſe,& valet, vt in hac parte glo.Idem ſi res eſſet præſens, & digito teſtator eam demonſtraret;quia etiam tunc valet.l.quæ extrinſecus.& ibi no.de verb.obli.& ibi eſt glo.ſingularis in hoc. Nam tunc non valet legatum vi verborum, ſed vi declarõnis p̃cedentis,ſm̃ And.de Piſis.Cõtra tñ vr̃ alia Gl.Inſti.de verb.oblig.in §.1.ſed aliud in legatis,aliud in obli
9 gatione verborum; quia legata † ſolo nutu fieri poſſunt. ff.de legat. 3.l.nutu.& ſic bene loquitur iſta glo.ſed ver-
10 borum obligatio † non poteſt fieri,niſi per verba apta ad hoc,vt.j.de verb.oblig.l.1.& ſic intelligitur illa gl. ſecun
11 dùm Pe.& Bald.¶In gl. vltima ibi [quid de † adiectiuis] Reſpondeo idem, ſi hæc iungantur proprijs nominibus, Ita loquitur l. quæ habebat. alias idem eſſet, quod in appellatiuis,cum ſint adiectiua omnino diſcrepãtia, arg. huius.l. ſecundùm Ia.de Are. & Bald.

Ex §.Si quis hæredes.

SVMMAE.

1 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
2 *Signum diſtributiuum relatum ad emolumentum inter hæredes diuiſum,pro ipſius parte duntaxat aſtringit ſingulos ad legatum.*
3 *Diſtributiuum,quod diſtribuit duo verba,ſicut diſtribuit actũ primi,ita diſtribuit actum ſecundi.*
4 *Intell.l.qui filiabus.§.1.de leg.1.*
5 *Dictio [quiſquis] non attribuit actum cuilibet inſolidum regulariter, fallit tamen quando relinquitur ſimpliciter, vel quando tractatur de commodo, vel quando attribuit cuilibet in ſolidum ſpecialiter. & ſup.num.4.& quando num. ſequenti.*
Intellectus l.ſi pluribus.de leg.1.ibidem.
6 *Intell.l.non nunquam. & l.hæredes nominati.ad Trebell.*

1 §.Si quis hæredes. ¶Indefinita † æquipollet vniuerſa-
2 li.h.d. ¶ Vel ſic.Signum † diſtributiuũ relatũ ad emolumentũ inter hæredes diuiſum,pro ipſius parte duntaxat aſtringit ſingulos ad legatũ,ſecũdùm Ray.¶Vel ſic.Di-
3 ſtributiuũ,quod diſtribuit duo verba,ſicut diſtribuit actũ primi,ita diſtribuit actũ ſecundi verbi.h. d.ſm̃ Bar.quaſi dicat, ꝙ hæredes grauati quilibet pro hæreditaria parte videntur, non in ſolidum,ſecundùm Bald. ¶Non ob.
4 j.eod.l.qui filiabus.§.1. quia ibi loquitur de honoratis: hic de oneratis,ar.j. ad Trebel. l. non nunquam.& de fideicõ.lib.Thays.§.Stichus. ſecundũ Ray.¶Vel quia ibi diſtributiuũ attribuebat actum primi cuilibet in ſolidũ, vnde meritò ſimiliter attribuit actum ſecundi verbi: hic autem actus primi verbi non poterat competere,niſi cuilibet pro parte,ſecundùm Bar.& Bal.¶In tex. ibi [inſtituerit]ſcilicet ſimpliciter,non aſsignando res certas,ſecũdùm Dyn.¶In tex.ibi [omnibus] collectiuè, non diuiſiuè,ſm̃ Iac.de Are.qđ declara,vt in l.ſi pluribus.hic allegata. ¶In tex. ibi [legatum] pro portionibus hæreditarijs,ſecundùm Dy.& Bal.¶Nota,quòd dictio[quiſquis] non attribuit actum cuilibet in ſolidum,ſecundùm Bald.
5 ¶Non obſtat l.ſi pluribus.hic allegata.vbi † dictio [quiſquis]

quis] distributiua inducit obligationē in solidū in persona singulorum; quia ibi legatum fuit relictum simpliciter: hic ad certum emolumentum. f. rerū Gallicanarū, & ideò secundùm partes ipsius limitatur, argum. l. secundùm naturam. de reg. iur. secundùm Ray. Sed Iac. de Are. videtur
6 aliter velle. s. super tex. ¶ Non obst. prædictis, l. † nonnunq̄. ad Treb. & l. hæredes nominati. quia hic loquit in emolumento extrinseco apposito expresse per testatorem: ibi de intrinseco non apposito à testatore. Vel veriùs dic, q̄ hic secundùm illos patet, quòd quilibet tenetur in solidū, & quod hic dicit [ab omnibus] intelligatur, quòd sint verba legis, non testatoris, secundùm Argen.

Ex l. Serui electione

SVMMAE.

1 *Qui semel eligit, ius eligendi consumit.*
2 *Ille, cui est commissa potestas eligendi, si eligat, & electio teneat ipso iure, non licet variare, secus si non teneat, & quando sit uerum.*
3 *Electio semel facta in vltima voluntate, si tenuit, amplius non eligitur, & idem in iudicijs: secus in contractibus.*
4 *Interpretatio ampliùs, quàm semel fieri non potest.*
5 *Electio scienter malè facta, quæ non tenuit, ampliùs fieri non potest: secus quando ignoranter, quia tunc si habet iure suo, denuo eligere potest, secus vt minister.*
Et an quando liceat variare. uide distinctionem.
6 *Minister eligens ampliùs, variare non potest; quia functus est officio suo.*
7 *Canonici eligentes ignoranter, possunt iteratò eligere, quando competit eis electio iure suo sine demandatione alterius: secus si eligant vice alterius, & non sua. ratio. ibi.*
Et est uerum, quando de facto tantùm mero cogitatum fuit, secus quando cogitatum est de effectu. ibidem.
8 *Commissarius licèt non dicatur functus officio suo, factum simpliciter adimplendo: fallit tamen, quando de effectu cogitatum fuit, ut quando Papa mandat Episcopo, vt prouideat alicui de beneficio.*
9 *Licèt quis elegerit scienter, ampliùs eligere non possit: hoc tamen intelligendum est, quando electio non tenet ratione personæ, vel contra formam iuris: secus contra formam mandati.*
10 *Forma non seruata, mandatum expirat.*
11 *Potestas si eligitur, sed antequam ratum habeat, ciuitas alterum eligit, an electus primò debeat habere salarium.*
12 *Verbum, volo, an, & quando disponat, vel conditionem inducat, & possit variari. cum dist.*
13 *In vltimis voluntatibus electio trahit secum exequutionem, & transit dominiū, secus in contractibus, ideo variare licet.*
14 *Volo, verbum, an & quando dispositionem inducat, vide distinctionem usque ad finem.*
15 *Verba enunciatiua in vltima volūtate emissa principaliter propter se disponunt, secus in actibus inter viuos.*

L. Serui electione. ¶ In vltimis † voluntatibus non possumus in electionibus variare. hoc dicit ¶ Vel sic. Electio semel facta non pôt iteratò fieri, sm̄ Bal. ¶ Nota, q̄
1 † qui semel elegit, ius eligendi consumit, concor. s. de procur. l. si is qui Stichum. secundùm Bald. ¶ Facit secundùm
2 Dyn. ad q. q̄ † ille, cui est cōmissa potestas eligēdi, (electo se excusante) non possit. secundò eligere. In contrarium etiam arguit, & concludit, quòd si electio tenuit ipso iure, non possit iterum eligere: secus si ipso iure non tenuit. l. quotiens. & l. apud. de opt. leg. & l. si Præses. C. quomodo, & quando iud. Bar. remittit se ad l. 2. ff. de opt. lega. vide ad hoc quod no. de elect. in c. si compromissarius. in glos. Approbatur hoc p̄ supradictā gl. & per Io. Mona. de ele. in c. perpetuæ. lib. 6. & arg. de rescript. in c. gratia. in fin. & de ista quæst. vide etiā glo. s. de iureiu. in l. qui per salutē, & Odof. in l. j. s. si quis in ius voc. non ie. Roff. in quæstionibus suis, in q. j. & Bernar. de elec. in c. causam, quæ. Petr. & Ci. C. de contrah. empt. in l. fin. secundùm Ray. ¶ Dic,
3 si † electio tenuit in vltima voluntate, ampliùs non eligit, vt hic, & in l. apud Aufidium. Idem in iudiciis. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. In contractibus secus. l. eum, qui certarum. de verbo. oblig. hoc verum in electio-
4 ne, sed † interpretatio nō potest fieri, nisi semel, no. glo. singularis. in l. quicquid astringendæ. de verb. oblig. Si non
5 tenuerit, tunc † si scienter malè elegit, amplius non eligit; quia fuit in culpa. l. 3. in fi. & l. seq. de opt. lega. Si ignorāter: tunc aut habet electionem iure suo, & potest iterum eligere. ff. de opt. leg. l. j. & 2. & l. cum ita. §. quæsitum. Aut
6 tanquam † minister, & tunc siue bene, siue malè, functus est officio suo. C. quomodo & quando iud. l. si vt proponis.
7 ¶ Ex his dicit Iac. de Are. q̄ Canonici † eligentes ignoranter, possunt iteratò eligere; quia competit eis electio iure suo sine demandatione alterius: secus si eligant vice alterius, & non sua, vt vice communis; nam cum solum factum sit eis commissum, qualitercunque illud explicent, sunt functi officio suo, secūdū Iac. de Are. Hoc verum est, quando committitur merum factum, sed quando est cogitatum de effectu, vt quia Papa mandat Episcopo, quòd
8 prouideat. F. de beneficio, non fungitur † Commissarius officio suo, nisi res sit sortita plenè effectum suum; quia nō est de nudo facto: sed de effectu beneficij cogitatum. Ita dicit Innoc. de offi. deleg. in c. in literis. vbi omnino vide.
9 ¶ Item qđ dixi, quòd † scienter perdit ius eligendi, intellige, quando electio non tenet ratione personæ, vel quia cōtra formam iuris: sed si contra formam mandati, potest
10 iteratò eligere; quia forma † non seruata, mandatum expirat. s. de arbi. l. quid tamen. in princ. & adde Inno. extra de re iud. in c. j. & quod no. s. de acqui. hæred. in l. Clodius. & in l. filiū. sm̄ Bal. Et de his omnibus vide plenè per
11 Iac. de Bel. in quæstione de Potestate † electo; qui statim, & antequam ei denunciaretur, ratum habuit, postea ciuitas eligit alium, si primus sit paratus venire, & per eū nō stat, an debeatur ei salarium, quam disputauit in Auth. de collatoribus. §. prohibemus. collat. 9. ¶ In glo. 2. ibi
12 [non volo † eligere] glo. videtur contra in l. vendentis. C. de contrah. empt. sed hic apposuit verbum suspensiuum eligere, ibi non, sed dixit, volo librum, secundùm Saly. Vel ibi proferuntur ad interrogationem alicuius, meritò disponunt, secundùm Bart. ff. in distinctione. Sed cum hic requiratur alius actus extrinsecus, non videtur glo. vera, vt l. iam dubitari. s. de hære. insti. pro gl. tamen facit; q̄a verbum, volo, est præteritum imperfectum, & ideo non significat actum consummatum, seu dispositum: sed est potius quoddam enunciatiuum, vt not. in d. l. in ementis. credo tamen glo. verā. Et de isto verbo, volo, vide Bal. in l. verbū, volo. C. de fideicom. in lectura. & Bart. in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide cath. ¶ In fi. glo. ibi. [l. eum, q. §. fi.] sol. ibi in contractibus, in quibus permittitur varia-
13 tio: secus in vltimis voluntatibus, vt hic. Et ratio; quia † in vltimis voluntatibus electio trahit secum exequutionem, & transit dominium. l. apud Aufidium. de opt. leg. & not. glo. ff. eo. i l. huiusmodi. §. Stichū. ¶ An tamen oratio pro
14 lata † per uerbum, volo, inducat dispositionē, dic aut uerbum, uolo, profertur simpliciter, & nihil importat. Aut cum adiuncto: tunc aut habet determinationem certæ rei,

rei, & inducit dispositionem. Aut non habet determinationem, nisi verbi infiniti: tunc aut actus importatus per verbum infinitum venit explicandus per alium, aut per proferentem: si per alium, inducit dispositionem. š. mandati. l.j. & C. de testa. l. non dubium. Si à proferente: tunc aut ille actus non consistit in mera voluntate, & non inducit dispositionem. d.l. in vendentis. Aut nuda voluntate expeditur: tunc aut de natura illius est pendere in futurum, vt in vltima voluntate: tunc inducit dispositionem, vt l. Pamphilo. §. propositum. de lega. 3. ille non est alibi. Bar. tamē aliter intellexit eum in l. gerit. de acquir. hæred. Bal. dicit, ꝙ illud est ibi potiùs ex interpretatione, quàm ex significatione verborum, ne voluntas pereat. ¶ Et quia in vlti-
15 ma †volūtate verba enunciatiua emissa principaliter propter se disponunt: secus in actibus inter viuos, & sic ille. §. non obst. glo. hic, secundùm eum. Aut debet expediri de præsenti: tunc aut proferuntur ad interrogationem alicuius, & inducunt dispositionem. d.l. in vendentis. Aut non præcesit interrogatio: tunc si ille ante deliberauerat, inducit dispositionem. l. omnes, qui. ⁊. ad Trebel. secus si nō deliberauerat secundùm Bart.

Ex §. Labeo.

SVMMAE.

1 *Quod est commune, meū est, quò ad dispositionem partis meæ.*
2 *Testator quando legat sub commemoratione iuris sui, solùm ius suum legare videtur.*
3 *Res quando est communis pluribus, vt vniuersis: tunc non potest dici alicuius: secus si communis pluribus sit, vt singulis; quia tunc potest dici vniuscuiusque quò ad dispositionem suæ partis, sed non quò ad partem socij.*
4 *Res communis, vt singulis potest dici sua quò ad dispositionem totius, quando ad id erat res destinata. fallit fauore fisci, cū duobus alijs fallentijs.*

1 §. Labeo. ¶Quod † commune est, meum est, quò ad dispositionem partis meæ. hoc dicit. Hoc prosequitur hic Bart. & Ray. idem. Sed dic, vt dixi in l. 2. š. de condi. insti. ¶Vel sic. Verbo indefinito testator solùm ius suum legare videtur. hoc dicit. ¶Vel
2 sic. Quando testator † legat sub commemoratione iuris sui, solùm ius suum legare videtur. h.d. cum seq. secūdùm
3 Bal. ¶Nam si res † est communis pluribus, vt vniuersis: tunc non potest dici alicuius. l. in tantùm. §. vniuersitatis. š. de rer. diuis. sed in communi pluribus, vt singulis, potest
4 dici vniuscuiusq; quò ad † dispositionem suæ partis, vt hic & d.l. 2. de condi. insti. sed non quò ad partem socij. l. falso. C. de comm. rer. alien. Sed quò ad dispositionem totius, dic, si res illa erat ordinata ad illud, ad quod dispositio facta est, potest dici sua. s. disponentis. d.l. in tantum. §. in commune. & l. si ædes. ff. cōmuni diuid. secus si non erat ad illud ordinata. l. Sabinus. š. communi diuid. fallit fauore fisci. l.j. C. de vend. rerum fisca. cōm. cū reb. priua. lib. 10. ¶Item fallit in l.j. §. domini. ad Syll. Item fallit in l. Iulianus. §. idem Celsus. š. de act. empt. vbi inspectu futuro euentu, quod commune est, potest dici meum propter necessitatem adiudicationis. facit quod not. in reg. in re communi. de reg. iur. in 6.

Ex §. Cum fundus.

SVMMAE.

1 *In dubio quis legando rem, dicitur legare partem, quam habet in re, quando non adiecisset totam, vel integram, vel nisi rem ad certam, vel determinatam mensuram reliquisset.*
Et idem si dixisset dimidiam fundi, & ipse dimidiam dimidiæ haberet, ibidem.
2 *Intellectus. l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. si quis potest. de leg. j.*
3 *Legans rem per pronomen, meum, videtur tantùm ius, quod habet in re, legare. & num. 4. & 5.*
Et quando debeatur totus fundus, & non pars. num. 5.
4 *Pars noua accedens primæ ex necessitate, non sequitur naturam legati.*
5 *Ius tertij quis in dubio non videtur legare.*
6 *Dispositio vbi omnibus prodest, & nulli nocet, trahitur ad omnes, secus si noceat.*
7 *Testator legans fundum, cuius partem debet alteri actione personali ex stipulatione, partem, quam debet, non intelligitur legare.*
8 *Et quid si leget fundum, quem emit, non soluto pretio, an legatario cedat, vel hæres de suo teneatur luere, vel pecuniam subministrare. remissiuè.*

1 §. Cum fundus. ¶In dubio † legando rem, dicitur quis legare partem, quam habet in re. hoc dicit. ¶Hoc est verū, nisi legasset rem adiiciendo totam, uel integram; nā hoc casu tota cedit legato, non autem illa sola portio, quam habet. ⁊. de lega. 3. l. Iul. Idem si reliquisset rem ad certā, & determinatam mensuram, vt tot iugera; quia illa debet habere integra, & ita hic tenet Bart. ¶In tex. ibi [non adiecta portione.] Idem si adiecisset, ut dimidiam fundi, cum ad eum pertineret dimidia dimidiæ; quia illa tantùm debebitur, argumentando de toto ad partem, secun-
2 dùm Bar. ¶In glo. j. in princ. ibi [l. si ita.] Sed contra hoc uidetur. ⁊. eo. l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. si quis potest. sed ibi legauit simpliciter fundum, non adie-
3 cto hoc uerbo, meum: sed hic adiecit † pronomen meum, unde uidetur restringere legatum ad ius tantùm, quod habebat tempore legati, vt hac glo. & l. si ita & l. vlt. in prin. de auro, & arg. leg. secundùm Dyn. Item hoc verum, nisi sit necessariò pars redēpta, vt l. Iulianus. §. idem Celsus.
4 de act. empt. & vbi pars † noua accedit primæ ex necessitate, non sequitur naturam legati, arg. ⁊. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si rem. secundùm Ray. Vel dic secundùm Iacob. de Are. ꝙ ibi factus fuit suus totus ratione partis, & ideo totum venit: secus si extrinsecus, & non contemplatione alterius partis, & ita loquitur hic. Vel ibi loquitur in contractibus, & in titulo oneroso: secus in titulo lucratiuo, vt ⁊. de vsufruct. lega. l. is, qui fundum. & hoc puto verius, sm̄ Bal. ¶In ea. glo. ibi [si dixisset Cornelianū] Dyn. contra, ꝙ idē esset, si dixisset, meū; nam si habet ius in re, illud solùm videtur legatum. ⁊. de fun. instruc. l. fundum. & d.l. si domus. §. fin. & C. eo. l. vxor. Et idem dicit Ci. C.
5 eo. in l. cum alienam. vbi vide, & Bald. hic; quia † in dubio non uidetur legare ius tertij. l. cum filius. §. dominus. ⁊. tit. primo. Sed glo. est uera secundùm Bart. referendo eam ad principium sui, scilicet quando incepit esse totus testatoris, & à principio dixit, meum: secus si simpliciter dixit fundum. Vel etiam salua glo. quando rem communem habet cum hærede; nam tunc totus debetur, ut probatur in d.l. cum filius. §. domus. ⁊. de leg. 2. Nisi diceret meum; quia tunc uidetur legare solùm ius, quod habet, arg. prædictorum, secundùm Bart. ¶In ea. glo. ibi. [l. stipulatio. §. fin.] sed ibi erant uerba indefinita, quæ æquipollent uniuersalibus: hic uerba proprium ius proferentis significātia. l. Quintus. §. argento. de auro, & arg. leg. secundum

6 dùm Dyn. Vel ibi ideo † dispositio vnius refertur ad omnes; quia quod omnibus prodest, nulli nocet: sed hic noceret in parte consocij, secundùm Bart. Hæc solu. videtur contra id, quod dixit ipse Dy. s. scilicet quòd sine isto possessiuo, meum, intelligitur solùm de iure, quod habet ĩ re. Dic ergo, ꝙ ibi socius fuit stipulatus nomine suo, & socij: hic testator legauit nomine suo tantùm, secundùm Ray. ¶ Et quid si leget fundum, cuius partem debet alteri actione personali ex stipulatione. Dic, quòd pars, quam debet, non cedit legato. l. qui concubinam. §. qui fundum.
7 ȷ. tit. 2. secundùm Bart. ¶ Quid si leget † fundum, quem emit ante solutum pretium, an legatarius agens ad rem, teneatur pretium de suo soluere, vel hæres ei subministrare, dicam. ȷ. eo. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. & est quæstio Bald. C. eo. in l. cum alienam.

Ex l. Stichum.

SVMMAE.

1 *Relatiuum, quis vel qui, adiectum verbo futuri temporis, facit conditionem: sed adiectum verbo præsentis temporis, facit duntaxat demonstrationem.*
Fallit, quando testamentum periret. num. 2.
2 *Conditio importata per relatiuum, licèt tacita sit, tamen impedit transmissionem.*
3 *Quis, vel qui, adiectum qualitati, vel rei qualificatiuæ institutionis, facit conditionem: secus si adijciatur substantiæ obligationis, institutionis, vel legati.*
4 *Conditio licèt non debeat scindi, quando est collata in personam eius, cui relinquitur: secus tamen circa rem, & exponitur tunc conditio, si meus erit, idest quatenus erit.*
5 *Clausula [si non valet iure testamenti] scinditur, & exponitur, idest quatenus non valet.*
6 *Statutum si dicat, quòd mulier non possit contrahere sine præsentia duorum consanguineorum ex parte patris, si habuerit, si non habuerit, ex parte matris: si habeat vnum tantũ ex parte patris, sufficit ille, & alius capiatur ex parte matris; quia intelligitur, si non habuerit, idest quatenus non habuerit.*
7 *Socer concessit genero certas possessiones post mortem suam, & tempore mortis inueniuntur istæ possessiones alienatæ, an debeatur earum æstimatio, attenditur, an necessitate, an voluntate sint alienatæ.*

1 L. Stichum. ¶ Relatiuum, † quis, vel qui, adiectum verbo futuri temporis, facit conditionem: sed adiectum verbo præsentis tẽporis, facit duntaxat demonstrationem. h. d. Bart. ¶ Not.
2 ꝙ conditio † importata per relatiuum, est tacita, vt hic in glo. parua: & tamen impedit transmissionem, facit. ȷ. de leg. 3. l. Imperator. & vide omnino quod scripsi. ȷ. eo. in l. qui filiabus. §. fin. & vide l. hæc venditio. in fin. de contrahen. empt. ¶ In glo. 2. ibi [quia totum testamentum periret, non est conditio] &c. vult ergo, ꝙ illa verba ibi nõ faciant conditionem, ne testamentum pereat, quod non placet, per l. talem. §. j. de hæred. insti. vbi si instituo Stichum, qui meus erit, eo alienato, nõ valet institutio. Sol. ergo me
3 liùs, ꝙ ibi loquitur, quando relatiuum, † quis, vel qui, adiicitur qualitati, vel rei qualificatiuæ institutionis: secus si adiiciatur substantiæ obligationis, institutionis, vel legati; quia tunc facit conditionem, vt hic. ¶ In eadem glo. ibi. [l. talem. §. j.] &c. sed ibi ius patronatus &c. ¶ In eadem glo. ibi. [sed ibi ratio diuersitatis] &c. scilicet; quia ibi cõditio adiecta in expresso, nihil operatur; quia & in tacito inerat, & per consequens nec in tacito consequutiuo, argu. l. 3. §. fin. de serui. rust. præd. ¶ In glo. vltima ibi. [§. si rẽ] & ibi not. vide quod Bald. ponit in l. 3. C. eo. quod ẽt posset hic referri. Meliùs dic, ꝙ illa differentia non habet locum in casu nostro, quando testator dixit, ꝗ meus erit, vt probatur. ȷ. de aur. & arg. lega. in l. scribit. in fi. ¶ In eadem glo. ibi [l. si decem.] sed ibi conditio non fuit apposita obligationi; ideo nõ suspendit, sed exequutionẽ tãtùm, arg. l. ex his. C. quando dies leg. ced. Vel ibi non dixit, cũ moriar, sicut hic, aliàs esset idem, quod hic, de quo plenè in l. j. de condi. & demon. per Bart. ¶ Non obst. hic tex.
4 in fin. ꝙ conditio † non debeat scindi, vt l. cui fundus. ȷ. de condi. & demon. & C. de condi. inser. l. pen. quia si conditio sit collata in personam eius, cui relinquitur, oportet eam totam impleri: nec potest scindi, vt ibi: sed si sit apposita circa rem, quæ legatur, bene potest scindi, vt hic, & exponatur, si meus erit, idest quatenus erit: sed si sit collata in aliquam aliam rem extrinsecam ab ea, de qua fit dispositio, adhuc nõ potest scindi. d. l. pen. de condi. inser.
5 secundùm Bar. ¶ Et hæc faciunt, vt illa † verba, si non valet iure testamenti, &c. exponantur, idest quatenus nõ valet, secundùm Bart. Tu dic, quòd de hoc est glo. ordinaria. s. de transact. in l. controuersia. secundùm Bald. ¶ Item
6 facit, si † statutum dicit, ꝙ mulier non possit contrahere sine præsentia duorum consanguineorum ex parte patris, si habuerit, si non habuerit, adhibeantur ex parte matris: si habeat vnum tantùm ex parte patris, sufficit ille, & alius ex parte matris; quia intelligitur, si non habuerit. i. quatenus non habuerit. quod est not. secundùm Bart. ¶ Item
7 allegatur per Dyn. Si socer † concessit genero certas possessiones post mortem suam, & tempore mortis eius inueniantur istæ possessiones alienatæ, quòd nõ debeatur æstimatio, facit etiam. l. cum seruus. de adimen. lega. In contrarium videtur. ȷ. eo. l. si fundum per fideicommissum. in princ. Dicit tamen, quòd in contractu donationis causa mortis, qualis videtur ista, per l. Seya, de dote prælega. est idem, quod in legato, & ideo debet distingui inter alienationem necessariam, & voluntariam. l. fideicommissa. §. si rem. de leg. 3. quod est notandum valde, secundùm Bald.

Ex l. Legatum.

SVMMAE.

1 *Filius, viuente patre, videtur esse dominus.*
2 *Legatum acquiritur domino, eo inuito, secus hæreditas, & an sit vera hæc differentia.*
3 *Dominus cur possit repudiare hæreditatem relictam seruo, quam pater relictam filio non potest. remissiuè.*

1 L. Legatum. ¶ In glo. ibi [plus iuris habet filius] &c. qui, † etiam viuente patre, videtur dominus. l. in suis. ff. de lib. & posth. secundùm Dyn. potes addere, quod ibi scripsi. Sed hæc solutio non placet Ray. iure isto, per l. placet. s. de acqui. hæred. Quare dicit aliud in hæredis institutione, vt d. l. is, q.
2 aliud in legato, vt hic, & ratio, quia † legatũ statim quæritur, sed non hæreditas sine iussu, quasi dicat, legatum acquiritur domino, etiã eo inuito. l. filio. ȷ. de condi. & demon. hæreditas non. l. cum proponas. C. de hæred. insti. hæc ratio colligitur ex not. ȷ. de bon. poss. secundùm tab. in l. 2. §. fin. Sed Bart. tenet quòd idem in hæreditate, arg. l. j. §. per seruum. ȷ. de successo. edic. sed de hoc vide per
3 eum in d. l. is, qui. ¶ Quare autem † dominus repudiare possit hæreditatem relictam seruo, sed pater non possit relictam

relictam filio, not. Doct. C. de iure delib. in l. si testamentum. & C. de fideicom. in l. ex repudiatione. secũdùm Ray.

Ex l. Si ex toto.

SVMMAE.

1 *Per detractionem minuitur legatum, & per augmentum augetur.*

2 *Quod operatur additio quò ad augendum, operatur detractio quò ad diminutionem.*

3 *Immunitatem si quis habeat à collectis, tenetur ad soluendas eas de nouo simpliciter impositas tempore guerræ: secus si respectiuè, & per modum augmenti sint concessæ.*

1 L. Si ex toto. ¶Per † detractionem minuitur legatum, & per augmen-
2 tum augetur. h. d. ¶Vel sic. Quod † operatur additio quò ad augendum, operatur detractio quò ad diminutionem, secundùm Bart. ¶Vide omnino. q. Bar. ff. eo. in l. seruum
3 filij. in princ. ¶Facit, ꝙ † si habeat quis immunitatem à collectis, non teneatur etiam ad eas, quæ augentur ratione guerræ, ad idem. ff. de vacatio. mune. l. in honoribus. §. q muneris. & s. de serui. vrba. præd. l. si seruitus. 2. responso. ff. de aur. & arg. leg. l. si ita. & s. de contrah. empt. l. in lege. & l. ruptilia. In contrarium facit ista l. primo responso. & l. qui cum tutoribus. & l. cum Aquiliana. ff. de transactio. Dico, ꝙ tenetur, arg. C. vt nemini liceat in emp. sem. se excusare. l. vnica. lib. 10. sm̃ Dyn. Ray. dicit cõtrariũ, ꝙ non teneatur; quia tales collectæ sunt superindicta, & sic extraordinariæ, vt C. de superindicto. l. j. lib. 11. ergo &c. C. de vaca. mune. pu. l. j. lib. 10. Non obst. l. allegatę per Dy. quia loquuntur in munere speciali, secundùm Ray. Vel dic, aut ista collecta est imposita simpliciter: aut per nomina respectiua, & per modum augumenti. Primò casu habet locum opinio Dyn. Secundo casu habet locum opi. Ray. arg. s. de pac. dota. l. inter socerum. §. cum inter. Et adde quod not. C. de decurio. lib. 10. l. euacuatis. & per Dyn. in l. 2. ff. de iure immunita.

Ex §. Si ita scriptum.

SVMMAE.

1 *Alternatiua posita inter grauatos, facit eos teneri in solidum, & per petitionem vnius partis alternatiuæ legatæ non inducitur diuisio.*

2 *Electione vnius partis alternatiuæ altera non liberatur, nec ipse idem, qui partem soluit, intelligitur ab altera parte liberari.*

3 *Alternatiua obligat plures in solidum.*

4 *Electio in alternatiua non præiudicat.*
Item nec partis petitio. & num. 11.
Item nec partis perceptio. ibidem. & num. 11. & 14.
Item recipiens partem in alternatiua, non habet necesse sibi reseruare ius residuæ; quia lex sibi reseruat. ibidem. & nu. 12.

5 *Duorum reorum constitutio in vltima voluntate per copulam inducitur.*

6 *Disiuncta dictio in vltimis volũtatibus resoluitur in cõiunctã.*

7 *Tutela principaliter est honor, secundariò onus.*

8 *Plures hæredes si grauantur à testatore, tunc quilibet eorum tenetur in solidum, tanquam duo rei, quando testator expressit, aut grauauit eos alternatiuè, aut diuersis conceptionibus verborum: secus si collectiuè, & copulatiuè; quia tunc pro parte hæreditaria quilibet tenentur.*

9 *Differentia inter copulatiuam, & collectiuam, & alternatiuam orationem.*

10 *Alter, & alteruter differunt.*

11 *Petitor partis tunc sibi præiudicat, quãdo diuidit petitionem suam in omnes creditores, vel quando petijt partem exprimendo sibi contingentem; quia videtur diuidere: secus si ab vno petat simpliciter partem, vel quando petijt ex necessitate diuisionis, vel quando contrarium protestatur. uide distinctionem.*

12 *Recipiens partem, tunc non sibi præiudicat, quando recipit cũ protestatione, uel sine protestatione, sed soluens habeat beneficium diuisionis, uel recipiat simpliciter, si soluens beneficium diuisionis non habeat: secus si recipiat sub commemoratione partis sibi contingentis.*

13 *Electio licèt noceat circa personas honoratas, & res legatas: non præiudicat tamen circa personas grauatas, & oneratas.*

14 *Diuisio non inducitur per perceptionem partis, quando creditor recepit partem ab vno ex reis debendi, qui habet beneficium diuidendi: secus si recipiat ab eo, qui non habet beneficium diuidendi, vel conuenit omnes pro parte; quia dicitur diuidere.*

1 §. Si ita scriptum. ¶Alternatiua † posita inter grauatos, facit eos teneri insolidum, & per petitionem vnius partis alternatiuæ factę ab vno, non inducitur diuisio. hoc dicit.
2 ¶Vel sic. † Electione vnius partis alternatiuæ alter nõ liberatur, nec etiam ipse idem, qui partem soluit, intelligit ab altera parte liberari. h. d, secũdùm Bal. Et habet iste. §. tres materias. Prima de alternatiua inter personas. Secunda de partis petitione. Tertia de partis perceptione, secundùm Bal. ¶In tex. ibi [actum sit] &c. insolidum. ¶In tex. ibi [petierit] &c. in iudicio, & exegerit. ¶In text. ibi [soluisset] &c. sine iudice, vt differat à præcedenti. ¶No-
3 ta, ꝙ alternatiua † obligat plures in solidum. ¶Secundò,
4 nota, ꝙ in alternatiua † non præiudicat electio. Item nec partis petitio. Item nec partis perceptio. Item qui recipit partem non habet necesse reseruare ius sibi residuæ; quia lex sibi reseruat, secundùm Bald. ¶In glo. j. ibi [coniunctim ab omnibus] .i. sub nomine appellatiuo, vel collectiuo: hic verò fuerunt propria nomina, & inter ea fuit posi
5 ta alternatiua. ¶Nec obst. quòd per copulam † inducat constitutio duorum reorum in vltima voluntate, vt l. eandem. in princ. de leg. j. quia hoc ibi fuit expressum, vt ibi
6 not. secundùm Bart. ¶Item nec obst. ꝙ hic † per disiunctam non intelligantur duo rei; quia in vltimis voluntatibus posita inter personas resoluitur in coniunctam. C. de verb. signi. l. quidam. quia sol. vt in glo. seq. in fin. ¶Nec obst. illi sol. ff. de stip. seru. l. proinde. in fin. vt ibi not. & p Cyn. in d. l. pen. ¶Item nec obst. quòd ibi ponatur inter
7 tutores, & tamen tutela † est onus; quia verum est secundariò, sed principaliter est honor. l. prima. in princ. s. de tutel. secundùm Pet. ibi & Ray. ¶Nec obst. ff. tit. j. l. si Titio, aut Seyo. quia licèt ibi ponatur inter honoratos: tamen electio collata in hæredem, facit alternatiuam stare propriè in sua natura; quia aliàs non caderet electio, se-
8 cundùm Bar. & Bald. ¶Conclude ergo, vtrùm † pluribus hæredibus grauatis teneat qlibet eorũ in solidũ, aut testator hoc expressit, & qlibet tenet insolidũ, tãquã duo rei. l. eandem. ff. eo. Aut non expressit: tunc aut sunt grauati collectiuè, vel copulatiuè, & quilibet tenetur pro parte hæreditaria. l. antepen. hic allegata. Aut alternatiuè, & quilibet tenetur in solidum, vt hic. & sic magis attenditur natura alternatiuæ, quàm nominis appellatiui, quod no. facit. ff. de leg. 3. l. ille, aut ille. in princ. glo. tamen ibi in hoc

errat

errat, secundùm Bald. Aut sunt grauati in diuersis conceptionibus verborum, & similiter sunt duo rei secundùm
9 Dyn. Ratio differentiæ † inter copulatiuam, & alternatiuam est; quia alternatiua de propria natura rem cuilibet in solidum attribuit: secus in copulatiua, vel collectiua oratione, vt ĵ. tit. j. l. si pluribus. & de cond. & demon. l. cui fundus. in fi. sm̃ Bal. ¶In glo. 2. ibi [nihil est cõtra] hæc falsa, tum quia nulla esset dubitatio, tum quia contra naturam significationis dictionis, alterutro. & nota differentiã
10 inter † alterum, & alterutrum. facit, ꝙ aliud est dicere, ꝙ alter præstitit alteri auxilium. Aliud quòd alteruter alterutri, secundùm Bart. & Bald. ¶In ea. glo. 2. ibi [& in contrariis oẽs conuenit] hæc bona quò ad l. liberũ. de fidei. sed nõ quò ad l. si creditores. C. de pac. qa illũ tex. violat. dic ergo, ꝙ ibi diuisit, hic elegit. Vel si vis dicere, quòd hic diuisit, dic, quòd fauor vltimæ voluntatis hoc operatur, vt supra in alio contrario. Contra hoc facit tex. ibi [quasi duo rei] qui vult idem esse in vltima voluntate, & in contractu. ¶In ea. glo. ibi [vt in illa l. si creditores] not. s. quia hic recipit animo eligendi, non diuidendi. & hæc vera secundùm Dyn. & ista respicit contra ad id, quod dicit de perceptione partis, d. l. liberũ. respicit contra de petitione partis. Vel dic latiùs, vtrùm petitio, vel perceptio partis præiudicet; quia aut loquimur in petente, aut in recipien
11 te. Primo casu aut diuisit † petitionem suam in omnes creditores, & sibi præiudicat; quia totum ius suum deduxit in iudicium, diuidendo. Ita loquitur d. l. liberũ. Aut non diuisit actionem suam in omnes, sed petiit partẽ ab vno: tunc aut petiit partem simpliciter, & non præiudicat sibi; quia non est diuisio, sed electio, vt hic, & l. reos. allegata. Aut petiit partem exprimendo; quia petebat partem, tanquam sibi contingentem: & tunc sibi præiudicat; quia videt diuidere. d. l. si creditores. nisi hoc faciat ex necessitate beneficij diuisionis. ĵ. de fideiussor. l. inter eos. §. j. Vel nisi contrarium protestetur expressè, arg. l. 2. §. j. s̃. si quis caut. & ĵ. de fideius. l. si stipulatus. §. fi. secundùm vnã expositionem. Secundo casu, quando in recipiente, simili-
12 ter distingue. Aut † recipit cum protestatione, & non præiudicat sibi. Aut sine, tunc aut soluens habebat beneficiũ diuisionis, & non intelligitur pacisci. d. l. inter eos. §. j. Aut non habebat: tunc aut recipit simpliciter, & non præiudicat sibi, vt hic. Aut recipit sub cõmemoratione partis, quæ contingit soluentem: tunc sibi præiudicat; quia videtur diuidere, & non solùm quò ad omnes, & tacitum pactum prodest absentibus. d. l. si creditores. & arg. eo. tit. l. post venditionem. quæ verba not. secundùm Bald. ¶Non
13 obstat ab extra, ꝙ † electio præiudicet. de legat. 2. l. cum quidam. & l. Lucio. quia l. cum quidam. loquitur circa personas honoratas. & l. Lutio. loquitur circa res: hic verò loquitur circa personas grauatas, & oneratas, circa quas etiam alternatiuę non præiudicat electio, sm̃ Bald. ¶Cũ ta
14 men quæritur, an perceptione † partis inducatur diuisio, dic, aut creditor recepit partem ab vno ex reis debendi, qui habet beneficium diuisionis: tunc non dicitur diuidere. l. inter eos. ĵ. de fideiuss. Ratio, qa ex necessitate hoc facit, arg. l. rem legatã. de adim. leg. Aut recepit ab eo, q. nõ habuit beneficiũ, & dicit̃ diuidere. d. l. si creditores. vbi vide. fallit fauore legati, vt hic secundùm vnam solutio. Aut conuenit omnes pro parte, & dicitur diuidere, dicta l. liberum. secundùm Bart.

Ex §. Si ita legatum.

SVMMAE.

1 *Si in vna parte alternatiuæ legatum est vnum, licèt in alia sint plura, illud, quod est vnum, non recipit diuisionem.*

2 *Circa vnum, vel circa plura, quæ habentur loco vnius, non admittitur variatio.*

3 *Si vna alternatiua est indiuidua, reliqua est indiuidua.*

4 *Alternatio legatorum diuisionem numero, seu in partes corporum non admittit.*

5 *Nomina numeralia non sunt disiunctiua, sed copulatiua.*

6 *In alternatiua est vnum tantùm legatum.*

7 *Differentia nõ est inter orationem distributiuã, et coniunctam.*

8 *Stipulatio annua tunc sunt plures, quando aliquid est implendum, quod cohæreat personæ stipulatoris, aut versatur id, quod de sui natura non est proprium, vt est habitatio: secus si non cohæreat eius personæ, vel de sui natura sit proprium.*

9 *Habitatio non est quid propriè radicatum in persona, sicut nec vsusfructus, ideo distributio tẽporũ pluralitatem inducit.*

10 *In alternatiua (inspecta obligatione) duo sunt in obligatione: sed inspecto effectu, unum est in legato, vel in solutione.*

11 *Dominus Castri si habeat subditos, qui debent sibi operari singulis annis tot diebus, vel soluere decem, non potest eligere partem pecuniæ, & partem operarum.*

1 §. Si ita legatum.

¶Si in vna † parte alternatiuæ legatũ est vnum, licèt in alia sint plura, illud, quod est vnum, non re
2 cipit diuisionẽ. h. d. secundùm Bart. ¶Vel sic. Circa † vnũ, vel circa plura, quæ habentur loco vnius, non admittitur
3 variatio. hoc dicit Dy. ¶Vel sic. Si vna † alternatiua est indiuidua, reliqua est indiuidua. hoc dicit Bal. ¶Vel sic.
4 Alternatio † legatorum diuisionem numero, seu in partes
5 corporũ non admittit. h. d. Ray. ¶Vel sic. Nomina † numeralia nõ sunt disiunctiua, sed copulatiua. hoc dicit. Argẽ.
6 ¶Nota secundùm Bal. ꝙ in alternatiua † est tantùm vnũ
7 legatum. Item quòd † non est differentia inter orationem distributiuam, & coniunctam. ¶In glo. j. ibi [vim in hoc] &c. idest collectiuè, non dinumeratiuè. ¶In ea. glo. ibi [nomino] & additio. ¶In eadem ibi [vel plura legata] in qualibet parte alternatiuæ. ¶In ea. ibi [secus] &c. quia admitteretur variatio. l. si steriles. §. fi. de act. empt. in fin. glo. Aut ergo significatio dispositionis sumitur ex aliquo collectiuo: & tunc vnum dicitur dispositum. Aut ex tribus dinumeratis: & tunc plura, secundùm Bald. ¶In glo. 2. in fi. ibi [semel tacitum cedit] hæc videtur communis, secundùm Doct. Nec obstat huic sol. l. Stichum. §. stipula-
8 tio. de verb. oblig. vbi stipulatio † annua dicitur vna, ergo & deductio habitationum debet dici vna; quia vbi in stipulatione annua est quid implendum, quod cohæret personæ stipulatoris, vt est habitatio: tunc quot sunt anni, tot censentur obligationes, vt etiam probatur in l. si seruus meus, & castrensis peculij. §. fi. de stipu. seruo. sed vbi non cohæret eius personæ, censetur vna, vt d. §. stipulatio. Vel secundùm Iac. de Are. vbi in stipulatione versatur illud, quod de sui natura est proprium, stipulatio est vna, aliàs sunt tot, quot anni, quod ẽt est no. sm̃ Argen. habita
9 tio † enim non est quid propriè radicatum in persona, sicut nec vsusfructus, ideo distributio temporũ pluralitatẽ inducit. l. si in annos. de ann. leg. sm̃ Bald. ¶In glo. 3. in fi.
10 inspecta † obligatione sunt plura; nam in qualibet est vna obligatio. l. si duo. de verbo. obliga. sed inspecto effectu vnum est in legato, & in solutione, secundùm And. de Pi.
11 ¶Allegatur per Dyn. ꝙ si † dominus Castri habet subditos, qui debent sibi operari singulis annis tot diebus, vel soluere decem, quòd non possit eligere partem pecuniæ, & partem operarum, hoc videtur terminare glo. in dicta l. si sterilis. §. fin.

Ex l. Id, quod apud hostes.

SVMMAE.

1 *Id, quod habemus spe postliminij, potest legari.*
2 *Spei ratione in re hostium consistit legatum.*
3 *Id, quod recuperare speramus, iure postliminij est in nostro commercio.*
4 *Legatũ cedit à tempore mortis, et quõ differat à stipulatione.*
5 *Regnum Hierusalem, quod ablatum erat ecclesiæ per hostes ecclesiæ, Papa potuit concedere Regi Carolo, & successoribus eius propter spem postliminij.*
6 *Papa non potest conferre templa constructa in terris Saracenorum; quia semper fuerunt sua.*
7 *Ecclesia non potest in ciuitatibus, quæ semper fuerunt Saracenorum, ordinare Episcopum, nec talis Episcopus est nomine Episcopus.*

L. Id, quod apud hostes.

1 ¶Id,† quod habemus spe postliminij, potest legari. hoc
2 dicit secũdùm Bar.¶Vel sic.Ratione †spei consistit legatum in re hostium.hoc dicit secundùm Bald.¶Vel sic.Id,
3 † quod recuperare speramus iure postliminij,est in nostro commercio. hoc dicit Argen. quod limita, vt in glo.¶In tex. ibi [consistere] &c. si ab hostibus recuperetur. Nec obst.ff.eo.l.legatum.§.2.vt ibi no.Ray.¶In gl.j.ibi [sed hoc,si fuit nostra] &c.aliter ibi soluitur,quòd aliud in le-
4 gato, aliud in stipulatione. Ratio, quia† legatum cedit à à tempore mortis.Quod non placet; quia tali legato obstat regula Catoniana.l.j.ff. de regu. Cato. vera ergo est
5 solu. posita hic. Et per hoc dicit hic Bart. ꝙ † regnũ Hierusalem,quod ablatum erat ecclesiæ per hostes ecclesiæ, Papa potuit concedere Regi Carolo, & successoribus eius propter spem postliminij. ¶In ea.glo.ibi [alias secus, si semper] &c.& hoc quando simpliciter conceditur: secus si concedatur sub conditione, si capiatur; quia hoc licet, vt extra de re iudi.c.abbate sanè.lib.6.secundùm Bart.Et
6 facit hæc glo.quòd † Papa non possit conferre templa cõstructa in terris Saracenorum; quia semper fuerunt sua,
7 secundùm Argen.¶Item quòd ecclesia † non possit in ciuitate, quæ semper fuit Saracenorum, ordinare Episcopum; nam talis Episcopus non est Episcopus etiam nomine, secundùm Baldum.

Ex l. Iulianus.

SVMMAE.

1 *Filius sine iussu patris non potest optare.*
2 *Ius optandi quæritur patri, & meri facti non est,ideo per filiũ non explicatur sine iussu patris.*
3 *Legatum filio cẽsetur in dubio legatum contẽplatione patris.*
4 *Eligere quando consistit in mero facto,competit filio sine consensu patris, vel seruo sine iussu domini.*
5 *Filius, & seruus an, & quando possint eligere,attenditur, an habeant ex propria prouisione, an sit legata optio, an sit merum factum. vide dist.*
6 *Optione legata,nihil est in obligatione.*
7 *In electione alternatiua eligit filius sine iussu patris, & seruus; quia vtrunque est in obligatione.*

1 **L. Iulianus.** ¶Filius † sine iussu patris non põt optare. hoc dicit.¶Vel sic.
2 Ius † optandi quæritur patri, & meri facti non est, ideò per filium non explicat sine iussu paterno.hoc dicit, & ces-
3 sat omne contrarium.¶In tex.ibi [non posse] &c.quia in dubio † præsumitur contemplatione patris legatum,vt l. filiofam.ff.de cond.& dem.sm̃ Dyn. ¶In glo.j. ibi[inter viuos]pro ista sol.facit,quia tunc ex sua prouidentia nititur filius,hic ex aliena.¶In ea.glo.ibi [vel ibi supple] &c. hanc tenet Pet.& And.de Pi.sed videtur apertè cõtra tex.
4 l.contrariæ. nec est vera; quia eligere † quando consistit in mero facto,competit filio sine auctoritate, Insti.de stipu.seruo.§.sed cum factum. secundùm Bal. ¶In ea. glo. ibi [vel ibi per suam prouisionem] &c. hanc tenet Dyn. arg.ff.de cap.& postl.reu.in l.si quid in bello.pro qua facit.C.de condi.inser.l.si vxor.& Instit.de verbo. oblig.§.
5 ex conuẽtionali. Sed coniũge omnes sic.aut †filius,vel seruus habet potestatem eligendi ex sua prouisione, & ipse solus potest eligere,d.l. si. quia res ex suo cõtractu potest solui.l.si vnus.in princ.de pactis. & ff.deposi. l. quod seruus.Aut ex prouisione alterius: tunc si est optio,non po-
6 test eligere sine iussu patris,vt hic,& ratio est,quia †optione legata, nihil est in obligatione, & sic est magis circa ius quærendum, ergo &c.arg. l.qui in aliena. in princ. de acquiren. hæredit. Ray. simpliciter dicit, quòd filius eligit iussu patris,vt hic, pater autem non,vt ibi. ¶Sed si est
7 electio † ex alternatiua; tunc eligit sine iussu; quia vtrunque est in obligatione, & sic quæritur domino, remanet tamen electio, quæ est meri facti apud seruum, vel filium, vt in §.sed cum factum.Insti.de stipu.seruo. & ff. de verbo. obliga. l.si stipulatus fuerim illud, aut illud.secundùm Barto.

Ex l. Cum filio.

SVMMAE.

1 *Omnis, cui acquiritur siue per se, siue per fideicommissum, potest grauari fideicommisso.*
Quid contineat prima pars huius legis.ibidem.
2 *Ille demum detrahit Trebellianicam, qui rogatur, tanquàm hæres*
3 *Hæres si rogatur de hæreditate restituenda post mortem suã, & fideicommissarius moriatur, viuente hærede, remanet hæreditas penes ipsum hæredem.*
4 *Legatum, & fideicommissum datum à patre, vel à domino filio, vel seruo, pendet à mera voluntate eorum, & est prima pars huius legis.*
Fallit, si seruus manumittetur, & filius emancipetur, et hæc est secunda lectura. ibidem.
5 *Vers.& ideo.in hac lege quomodo legatur.*
6 *Quarta lectura Bart.ad istum textum.*
7 *Apud Ministrum nudum licèt regulariter nihil remanere debeat: fallit tamen,quando illa res capit virtutem ab eo.*
8 *Habens commodum ex dispositione legis, licèt regulariter à testatore grauari non possit: hoc tamen est verum, quando est peruenturum mediatè: secus immediatè.*
9 *Substitutũ exhæredati, ad quem aliquid peruenit ex mea voluntate per mediam personam, non possum grauare.& speciale est.*
10 *Licèt filij sit hæreditas; quia est institutus: tamen quia momento apud eum non residet, potest à patre legari, & restituatur, cum sui iuris erit.*
11 *Legatum, vel relictum à patre filio,vel à domino seruo, tunc valet, si relinquitur post tempus, vel simpliciter; quia tunc videtur datum, cum erunt sui iuris: secus si statim, cum nullum sentirent commodum. & vide dist.num.12.*
12 *In Falcidia in relictis partim à seruo, partim à domino,non fit contributio*

contributio, sed priùs detrahi debet de legatis à domino, postea de relictis à seruo de eo, quod superest.

13 *Filius an sit hæres, vel pater, instituto filio de iure Digestorum, & sui secundum istam legem.*

14 *Ille dicitur hæres nomine, apud quem remanent directæ actiones, et ille dicitur effectu, ad quẽ transeunt vtiles.*

15 *Seruus an faciat dominum hæredem nomine, & effectu.*

16 *Hæres nomine dicitur, quando habet directas actiones, vel quando sit nominatus in testamento.*

17 *Effectus hæredis nomine est; quia in eius persona debet impleri conditio. Item quòd pater filio non detrahit quartam, nec dominus seruo. cum multis alijs effectibus.*

Qui habet beneficium ab aliquo, non debet contra eum vti tali beneficio. ibidem.

Intell. l. placet. ff. de acquir. hæred. ibidem.

18 *Seruus hæres factus non hẽt directas actiones; ratio ibi: sed dicitur hæres nomine tantùm; quia est scriptus in testamento.*

19 *Hæredis nomen est directum nomen ciuile, & à iure ciuili introductum.*

20 *Serui incapaces sunt eorum, quæ sunt à iure ciuili introducta.*

21 *Intell. l. quidam ita. §. si seruo. ff. ad Trebel.*

Nemo ex persona sua sibi obligari potest. ibidem.

22 *In seruo potest impleri conditio, & potest succedere substitutus per illa verba [quisquis mihi hæres erit.]*

23 *Seruus si substituitur per hæc verba [quisquis mihi hæres erit] & seruus adiuit hæreditatem patris, à tempore mortis pupilli inuenitur sui iuris, an ex substitutione pupillari possit habere pupillarem.*

24 *Dominus concessit vasallo vineam, & fundum fructibus plenum, an per hoc videatur concessisse vindemiam.*

25 *Duobus singularibus debet adijci vnum plurale, aliàs refertur ad proxima, & an sit verum. num. 27.*

26 *Vindemia est pars vineæ.*

Toto concesso, quælibet eius pars videtur concessa. ibid.

27 *Verbũ, plenũ, in isto tex. traditũ refertur ad oĩa præcedẽtia.*

28 *Fructus videntur concessi, etsi nihil de eis dicatur.*

29 *Fideicommissarius decedens ante mortem testantis, & ante aditam hæreditatem, non transmittit legatum, vel fideicommissum; quia dies talis fideicommissi vniuersalis non cedit, nisi ab adita hæreditate, & an sit verum.*

30 *Fideicommissarius transmittit hæreditatem, si decedat post petitionem, licèt ante restitutionem, vel aditam hæreditatem decedat.*

31 *Ius deliberandi, de quo loquitur l. ista. non competit suis.*

Ius suitatis operatur, quòd perpetuò in ascendentes transmittatur. potestas agnoscendi. ibidem.

32 *Legatum, siue relictum præstandum seruo per dominum, tunc differtur in tempus existentiæ sui iuris, quando si statim præstaretur, veniret acquirendum domino, aliàs statim præstatur, vt in libertate.*

33 *Lex ista hodie indistinctè in seruo habet locum: secus in filio, quia valet & fideicommissum non differtur in tempus existentiæ sui iuris, sed dicitur legatum aduentitium, & pater habet vsumfructum, filius patris uerò proprietatem; quia ex re nõ venit, sed à testatore.*

34 *Licèt rogatus restituere descendenti, à quo accepit, videatur rogatus post mortem: hoc tamen est verum, quando ascendens priùs à descendente recepit ex sola destinatione testantis: secus vbi ascendens priùs recepit ex dispositione iuris; quia tunc statim tenetur acquirere, cum descendenti acquirere poterit.*

35 *Fideicommissum relictum à patre filio, statim debet ei reddi; quia potest ei quæri quò ad proprietatem.*

36 *Secunda pars huius legis, quòd fideicommissum capiat vires à persona filij, quando pater est rogatus restituere extraneo, & à persona patris, quando ipsi ipso, nec olim, nec hodie habet locum in hæreditate profectitia: secus in aduentitia.*

Quod est verum, quando filius adijt: secus si non repudiet; quia tunc ab eo vires capit. ibidem.

Et pater detrahit Trebellianicam. ibidem.

37 *Legatum, vel fideicommissum factum filio hodie regulariter non valet in hæreditate aduentitia. Fallit, si legaretur pecunia, vel alia res patris, aut extranei.*

38 *Fideicommissum aduentitium dicitur proficisci, & originem trahit à iudicio testatoris, profectitium verò à re patris: sed in aduentitio pater habet tantùm vsufructum, in profectitio verò proprietatem, & vsumfructum.*

39 *Legatum relictum à filio patri, ut extraneo reddat, hodie debetur à patre, tanquam ab administratore: secus olim; quia debebatur à filio, & sic in hoc ista lex est immutata, & correcta.*

40 *Quando legatum relinquitur patri, vt restituat post mortem filio, semper remanet apud patrem, licèt dicatur nudus minister, & in hoc quarta pars legis hodie habet locum.*

L. Cum filiofam.

¶Primò ponit dictum vsque ibi [ac tunc.]¶Secundò illud declarat vsque ibi [denique.] ¶ Tertiò ponit illationem Iuliani vsque ibi [& ideo] ¶Quartò ibi ponit aliam illationem auctoris legis, secundùm Bart. Vel in prima ponuntur duæ quæstiones, & terminantur vsque ibi [denique] Secundò aliæ duæ, & terminantur vsque ibi. [& ideo] Tertiò fit vna quæstio, & terminatur vsque in fine, secundùm Dyn. & loquitur de legitimo, & naturali. Idem tamen in arrogato. Insti. de acqui. per arro. §. primo. & no. in l. sub conditione. supra de lib. & posthum. secundùm Bart. infra. ¶ Casus. Capiens commodum à testatore per mediam personam alterius, potest fideicommisso grauari, & si extraneo restituere grauatur: tunc vt hæres quartam Trebellianicam detrahit: secus si grauetur restituere ei, per quem sibi quæritur, & fideicommissario mortuo ante diem fideicommissi cedentem, fideicommissum remanet apud grauatum. hoc dicit secundùm Ray. & Bart. in effectu. ¶Vel sic. Filio, vel seruo institutis legari, vel fideicommitti potest à patre, vel domino: & ex persona patris, vel domini fideicommissum vires capit. hoc dicit vsque ibi [denique.] Et si pater rogetur restituere hæreditatem filio instituto: tunc non deducit: secus si rogetur de restituendo extraneo. h. d. vsque ibi. [& ideo] h. d. quia hæreditas tunc verè est aduentitia. Sed vbi contemplatione patris relinquitur, est profectitia: & tunc pater semper est hæres, licèt per filium; & ideo tunc dicitur rogari, vt hæres, non vt pater: & ideo tunc deducet etiam aduersus filium, & sic iste versiculus debet intelligi in hæreditate aduentitia, non profectitia. Et si filius institutus contemplatione sui, cui post mortem patris eadem hæreditas debet restitui, viuo patre, decedat, fideicommissum expirat, & remanet apud patrem. h. d. iste versi. secundùm verum intellectũ, & sic hoc dicit tota lex secundùm Arg. in effe-
1 ctu. ¶Præmitte secundùm Dy. primò, quòd omnis, cui acquiritur siue per se, siue per mediam personam alterius, potest grauari fideicomisso, vt in prima parte hu-

ius legis. & C. de lega.l.prima. & secunda. & ff.titu.2.
2 l.prima. §. sciendum. ¶Secundò, quòd ille † demum detrahit Trebellianicam, qui rogatur, tanquàm hæres. l.lex Falcidia. §. nunq. ff. ad l. Fal.& ad Treb.l.mulier. §. fina. & hoc circa secundam partem. ¶ Tertiò præ-
3 mitte, quòd si hæres rogatur de hæreditate restituenda post mortem suam, & fideicommissarius moriatur, viuente hærede, remanet hæreditas penes ipsum hæredem. l.si cum hæres. & l.hæres meus. de condit. & demonst. secundo responso. & hoc circa tertiam partem, secundùm Dyn. ¶Item præmitte, quòd prima pars
4 legitur duobus modis, primò quòd legatum,† vel fidei commissum datum à patre, vel domino seruo, vel filio, valet ita demum, si pater, vel dominus vult: & sic virtus legati vel fideicommissi pendet ab eorum mera voluntate, & hanc lecturam tenuit glo.prima. in principio. & gloss.antepenultima,in verbo, patris.Et sic secundùm eam licèt filius emancipetur, vel seruus manu mittatur, non tenet legatum, vel fideicommissum, nisi pater, vel dominus voluerit. ¶ Secundo modo legitur, quòd dictum legatum, vel fideicōmissum ab eorū voluntate non pendeat necessariò, sed filio emancipato, vel seruo manumisso sit præstandum, & istam glo. tenet in verbo, ex persona eorum. & hanc tene.
5 ¶ In text. in versi. [& ideo] iste † versiculus legitur duobus modis in gloss.fin. primò, ꝙ hic subaud. maximè, & sic sit idem in extraneo. ¶Secundò, quòd notet facti contingentiam, & ista fuit Azo. ¶ Tertiò, secundùm Iacob. de Are. alio modo penitus extraneo, quòd hic non loquatur, nisi de commodo fructuum perceptorum, qui debuissent filio restitui, si superuixisset post patrem, vt l.in fideicommisso. §. cum Pollidius. supra de vsuris. & hoc propter votum patris, quòd omnia ad filium concurrant, quod non esset in alio rogato de restituendo, quicquid ad eum ex hæreditate peruenit, vt infra de legat. 3. l.quod his verbis.
6 ¶ Quartò secundùm Bartolum, quòd hic loquitur † de toto fideicommisso, non de commodo fructuum, & dubium erat; quia videbatur contrarium; quia attento quòd filius erat institutus, & acquisitio fiebat patri, & pater grauatur de restituendo filio, interim antequàm restitueret, videbatur pater nudus minister: vnde licèt fideicommissum expiraret in filio per mortem: tamen fideicommissum non videbatur debere remanere apud ipsum patrem, argumento infra titu. primo. l. si quis à Titio. & ff. ad Trebellia. l. à filio. §. alumno. & infra de annuis legatis. l. liberto. §. Labeo. Cuius contrarium hic dicit textus, ex eo quia virtus fideicommissi originem trahit ab eo, non autem ab ipso filio instituto. Et in hoc ista lex redditur peregrina, & singularis limitans prædicta iura, quæ dicunt, quòd
7 apud † nudum ministrum nihil debet remanere; quia verum est, quando legatum, vel fideicommissum non capit ab eo: alias secus, vt hic. & hic intellectus placet. ¶ In glo. prima. in fine. isto vltimo casu videtur dicere textus, quòd rogatus erat pater de restituendo post mortem suam, secundùm Dyn. ¶In gloss.secunda ibi [commodum ei quæratur] &cæt. Et sic non obstat. C. de fi-
8 deicommissis.l. ab eo. Nec obstat, quòd † habens commodum ex dispositione legis, vt est pater hic, non potest à testatore grauari, vt infra titulo secundo. l. sed si sic. §. primo. & l.fin. in principio. quia hic illud, quod est peruenturum de persona serui, vel filij in patrem, vel dominum, est peruenturum immediatè: secus si non immediatè, nec iuris necessitate, sed casu fortuito; ut ibi. ¶Nec obstat huic solut. C.de lega. l.cum quidam.
9 ubi † substitutum exhæredati, ad quem aliquid peruenit ex mea voluntate per mediatam personam, non possum grauare; quia ibi est specialis casus, vt ibi not. per glo. Cin. & Bartol. Ratio specialitatis ponitur. ff. ad legem Falcidiam. in l.qui fundum. §. qui filio. ¶ Item
10 nō obstat text. quòd † cum hæreditas sit filij; quia institutus; ergo amplius non potest sibi legari à patre. C.eo. l.proprias. quia non est filij, cum momento non resideat penes eum, secundùm Dyn. & Bart. Vel dic, quòd pater debet sibi restituere, non tamen statim, sed cum erit sui iuris, secundùm Salyc. ¶In glo.cum ipsis.ibi [l. placet] &cęt. & sic videtur, quòd talis restitutio sit inutilis, argum. de sol. l.qui sic. secundùm Bar. ¶In eadem glo. ibi [in seruo hoc non dico] scilicet quòd per eum hodie acquiratur domino vsusfructus tantùm. Item quòd domino nolente, sufficiat dari curator bonis, & ratio est; quia nullam habet spem libertatis propter mortem domini. ¶In eadem glo.ibi [vel dic purè] &c. hæc vera secundùm Dyn.Petr.Bart. & Docto. Sed contra eam
11 facit secundùm Oldra. quia secundùm hoc † semper à patre, vel domino posset relinqui filio, vel seruo, cum semper insit illa conditio, quod est contra illud. Instit. de legatis. §. an seruo. & ff.eodem l.à filio. & l. quæsitum. in principio. sed secundùm eum intellige, quòd hic erant aliqua verba in fideicommisso, quæ sapiebant restitutionem esse dilatam in tempus existētiæ sui iuris, videtur probari. ff. titu. secundo.l.fideicommissa. §.si filio. Tu dic, quòd contra dictum Oldr. loquitur, quando pater, vel dominus instituitur, & rogatur de restituēdo filio, vel seruo. Sed dic, ꝙ quādo filius, vel seruus sunt instituti, & pater rogatus de restituendo ei, quòd tunc videtur dilatum legatum in tempus existentiæ sui iuris, secundùm Bart. ¶Coniunge tamen has solutiones, & præmitte, quòd quando aliquis habet aliquid ab hærede, & eidem hæredi statim grauatur illud idem restituere, an valeat. Dic si statim debet restitui, non valet relictum; quia nullum commodum sentit, argu. dictæ l.qui sic. Si post certum tempus, valet & post tempus debebit restitui. l.hæres institutus. in princ. ad Trebellia. Si dubitatur; quia testator simpliciter est loquutus: tunc valet, & non debet statim restitui: sed videtur dilata restitutio in tempus existentiæ sui iuris, si hæres, cui debet restitui, erat in eius potestate. l.epistolam. §.fin.coniuncta glo. infra ad Trebellia. sic ergo contingit, & in casu isto. In proposito ergo, aut à patre relinquitur filio sub conditione, & valet. Aut purè, tunc si in legato sunt aliqua verba, quæ sapiunt dilationem, valet: si non sunt: tunc si ipse pater est institutus, & rogatus, non valet. hæc potest confirmari, impediente regula Catoniana, vt in d.§.an seruo. secus si ipse filius sit institutus, & pater grauatus de restituendo sibi; quia tunc valet, & videtur dilatum in tempus existentiæ sui iuris, vt hic. Fallit in legato libertatis, quam compellitur statim dominus præstare seruo. infra titulo primo. l.si idem seruus. in fine. Ratio est; quia si illa seruo præstatur, domino non acquiritur, & hoc vltimum ponit glo. ff. in verbo, patris. in fine secundùm Bart. ¶In glo. [ergo vt hæres] &c. in fine. ibi [sol. ut ibi] scilicet, quòd inspecto rigore verborum ex sua persona pater, vel dominus videntur teneri; quia ipsi sunt, qui sunt rogati, vt ibi, sed inspecto effectu, tenentur ex persona serui, vel filij, qui sunt instituti, vt hic. ¶ Aduerte tamen; quia

in

12 in ordine † præstationis, si immineret Falcidia, & quædam essent relicta à seruo, quædam à domino: relicta à domino non capiunt vires ex persona serui, imò ipsius domini hæredis facti per seruum; quia videtur grauatus solùm in eo, quod ad eum perueniret; ideo tunc legata relicta à seruo, velut debita ex persona serui, priùs soluuntur, & sine detētione Falcidiæ, si pōt: de residuo verò, quod superest, debent legata præstari à domino relicta: & sic hoc casu non fit ipsorum legatorum contributio. l. sensus. §. seruo. ǰ. ad legem Falcid. quæ videtur contra, & limitat istam in hoc passu. ¶In glo. idest vt homo, qui. &c. ibi [sed non dicit patrem hæredem] innuit ergo, quòd filius est hæres nomine, sed patrem facit hæredem effectu, & hoc videtur sequi Iac. de Are. & Cin. in l. cum pro-
13 ponas. C. de hæredi. instit. Ista † lex facit pro vtraque parte; nam pater aduersus extraneum Trebel. deducit, vt hæres; ergo hæres ipse, non filius: aduersus filium non deducit, ergo filius est hæres. Sed contra istud, quòd filius non sit hæres nomine, sed faciat patrem hæredem, videtur casus in l. qui liberis. §. hæc verba. s̄. de vulga. & pup. & l. qui in aliena. §. interdum. de acquir. hæred. Item quia
14 ille dicitur hæres nomine, apud quem remanent directæ actiones: ille effectu, ad quem transeunt vtiles. Instit. de fideicom. hæred. §. restituta. & no. in l. pro hærede. §. Papinianus. s̄. de acqui. hæred. sed hoc iure totum quærit filius patri, quò ad directas, & vtiles. Insti. per quas perso. no. acqui. §. primo. & instit. de inutil. stipul. §. alteri. secundùm Bart. adde quod dicam statim in sequenti. ¶In eadem
15 glo. ibi [& cautè tacet de seruo] quasi dicat seruus † nullo modo est hæres, nec re, nec nomine, sed dominum facit hæredem omni respectu. Sed contra tenet glo. in l. quotiens. §. fin. vers. sed si purè. ff. de hæred. instit. Item est contra. l. qui hæredi. in princip. ǰ. de condi. & dem. Itē videtur expressum. ǰ. ad Trebel. in l. quidā ita. §. si seruo. cum gloss. ibi. Item hoc videtur contra hanc leg. vt sic, quod in princ. est dictum de filio, & seruo, intelligatur postea repetitum de vtroque, argu. C. de diuer. rescript. l. prima. Dic
16 tamen pro concordia ipsorum, quòd quē † esse hæredem nomine, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt habeat directas actiones: & isto respectu nec filius, nec seruus possunt dici hæredes nomine, vt supra allegatur. Alio modo hæres nomine, idest vt sit nominatus in testamento: & isto respectu possunt dici hæredes nomine. dicta l. qui hæ-
17 redi. & aliis supra allegatis. Et hic † esse hæres solo nomine, est effectus primò; quia in eius persona debet impleri conditio. Item quia pater non detrahit filio quartam; quia censetur filius hæres, vt hic. Item nec dominus seruo; quia cum hæreditatē ex persona serui habeat, non debet contra eum vti beneficio. l. si iudex circunuento. s̄. de min. & l. amicissimos. s̄. de excus. tut. sm̄ Bartol. sed Ange. tenet glo. Non obstat. l. placet. quia loquitur solùm de emolumento, vt dicit glo. Non obstat etiam. §. hęc verba. & §. interdum. quia eodem modo intellige, quòd facit patrem hæredem quò ad emolumentum. Sic etiam qđ no. glo. in l. sub conditione. s̄. de libe. & posth. ¶Quòd
18 dicit Bart. seruum † non habere directas, puto verum, per l. si seruus ab extero. s̄. de acqui. hæred. ¶Item per ra-
19 tionem; quia nomen, † hæredis, est directum ciuile, & à iure ciuili introductum. l. verbis ciuilibus. de vulg. & pup.
20 Eorum aūt, quæ † sunt iuris ciuilis, serui non sunt capa-
21 ces. quod attinet. ǰ. de reg. iur. Non obstat dictus † §. si seruo. quia ibi dominus non detrahit Trebellianicam, non ex eo; quia seruus sit hæres nomine, sed ex eo; quia dominus intelligitur grauatus, vt dominus, non vt dominus, & hæres factus per seruum; quia sic sumeret fideicommissum vires ex persona serui, quod esse non potest; cum ex persona sua sibi ipsi obligari non possit. Conclude ergo filium remanere hæredem directò, & apud ipsum remanere directas: sed effectus transit in patrem, vel in patre causantur nouæ directæ, quæ datiuæ sunt. Seruum verò non directò etiam quò ad nudum nomen hæredis, nisi cum hac qualitate; quia remanet hæres scri-
22 ptus, & ideo sibi † potest impleri conditio. vt d. l. qui hæredi. Et etiam succedere potest tanquam substitutus per illa verba [quisquis mihi hæres erit] quæ ad scriptum referuntur, dicto. §. hæc verba. Ex iis patet, an l. si pater. s̄. de hæredi. instit. habeat locum in filio, de quo vide gloss. ordinariam in l. si quis filium. s̄. de acqui. hæred. Secundò
23 patet, si † seruus substituitur per hæc verba [quisquis mihi hæres erit] & seruus adiuit hæreditatem patris, à tempore mortis pupilli inuenitur sui iuris, an ex substitutione pupillari possit habere pupillarem, de quo in d. §. hæc verba. & in l. si solus. §. fina. nam secundùm Bart. hoc casu nulla est differentia inter seruum, & filium, secundùm alios sic. ¶In gloss. nota ad duo singularia. &c Et hæc faciunt ad quæstionem secundùm Dyn. Si concessit
24 † dominus vasallo vineam, & fundum fructibus plenum, an per hoc videatur concessisse vindemiam, & videtur
25 ꝙ nō; quia duobus † singularibus debet adiici vnum plurale, vt ad omnia expressa referatur, aliàs videtur in dubio relatum ad proxima, & sic ad fundum tantùm, argu. l. si talis scriptura. infra eodem. & l. si idem cum eodem.
26 ff. de iurisd. omnium iudi. Econtra, quòd vindemia † videatur concessa; quia est pars vineæ. l. fructus pendentes. ff. de rei vendic. vnde si † totum conceditur, & quælibet eius pars videtur concessa, argum. l. si ex toto. s̄. eodem. & l. si quis cum totum. in principio. ǰ. de except. rei iudi. facit. l. Iulianus. §. si fructibus. s̄. de act. empt. & ǰ. de fundo instru. l. Seiæ. §. Gaio. secundùm Dyn. Et hic
27 tenet Bart. quòd illud verbū, † plenum, referatur ad omnia præcedentia, vt l. hæres. §. vxori. de lega. 3. ¶Item
28 quia licèt † nihil esset dictum, fructus videntur concessi. l. fin. in fine. ǰ. de iure fisci. & dicto §. si fructibus. ¶In glo. idem & in singulari. ibi [l. apud. §. sed vtrùm] gloss. ibi verò contra, & per l. postulante. & l. cogi. § idem Metianus. ǰ. ad Treb. & illa uerior sm̄ Dy. & Doct. Non obstat. l. hic allegata, ut in eis not. ¶Item non obstat, quod hic dicitur de hæreditate; quia in ea nullum ius habet ante eam aditam, meritò non transmittit: sed fideicommissarius habet actionem ex testamento, quam potest transmittere. Ita respondet Dyn. ǰ. de condi. & demon. in l. à testatore. ubi est similis glo. huic, secundùm Bart.
29 ¶Sed quæro, † quid si fideicommissarius decedat post mortem testantis, & ante aditam hæreditatem. glo. in l. quidam ita. in principio. ǰ. ad Trebel. & in l. 3. de regu. Cato. tenet, quòd fideicommissarius vniuersalis non trāsmittit; quia dies talis fideicommissi non cedit, nisi ab adita hæreditate. Idem Dyn. de adimen. lega. in l. 3. §. j. sed Iacob. de Are. tenet contrarium, quasi non sit differentia inter uniuersale fideicommissum, & singulare, ut quò ad transmissionem etiam in uniuersali cedat dies à morte testantis, pro hoc dicta. l. 3. §. secundo. uersi. idem dicendum, ubi quò ad diem cedentem æquiparatur uniuersalis, & particularis. idem Bart. hic. ¶In eadem gloss. ibi [l. cum antiquioribus.] Idem dicit Azo. in summa. C. ad Trebell. & not. glo. pro hoc, quia etiam habet ius deliberandi, ut not. in l. prima. supra, de iure deliberan.
30 ¶Plus dicit Bart. q̄ si † fideicommissarius decederet post

petitionem factam, licèt ante restitutionem, vel ante aditam hæreditatem transmitteretur. C. ad Trebel. l. non
31 iussam ¶ Ab extra nota, quòd ius † deliberandi, de quo loquitur illa lex, non competit suis. Ita notat hic glo. licèt illud, quod impetratur à lege, vel à Principe, per titulum de iure deliberandi (sicut probatur in l. si quis suus. C. de iure deliber.) sit vtile; quia si seruus haberet ius deliberandi, interim moriens non transmitteret hæreditatem, sed ipsum ius tantùm, cuius vigore posset ipse hæres. ÿ. annum tantùm hæreditatem agnoscere, vnde sublatum esset ius suitatis, per quod in ascendentes transmittitur hæreditas cum potestate agnoscendi perpetuò. ¶In ea. glo. ibi [subaudi maximè] &c. istos intellectus declarat hic Bart. vide supra super textum istius versiculi [& ideo] nam ista prima lectura non est vera; quia diuinat, & destruit tex. cum illatio Papi. non congruat ex prædictis. ¶In eadem glos. ibi in vers. sequenti scilicet [vel verius] &c. imò falsius; quia hic notatur simpliciter accidentia facti. ¶Non etiam posset aptari illatio ad prædicta, ideo Iacob. de Are. aliter, & Bart. aliter, vt supra dixi. ¶In eadem gloss. in fi. ibi [l. eam, quam] &c. & l. ille, à quo. §. si de testamento. ÿ. ad Trebel. sm Bar. qa cogitur adire, si hæres rogatus transmittit ad suũ hæredem ius deliberandi, vel hæreditatem non aditam. ¶In glo. in verbo, ex voluntate. &c. ibi [speciale in li-
32 bertate.] dic melius, quòd legatum † relictum, siue præstandum seruo per dominum: tunc differtur in tempus existentiæ sui iuris, quando (si statim præstaretur) veniret acquirendum domino: secùs si statim seruo; quia tunc est secus, vt est in libertate, secundùm Bart. & Salyc.
33 ¶Vltimò videndum est, an ista lex † hodie locum habeat. Bart. concludit, quòd in seruo indistinctè locum habet: in filio dicit, quòd prima pars. l. quæ dicit à patre posse fideicommissum relinqui filio instituto, hodie locum habet in hæreditate profectitia, & hoc placet, scilicet, quòd fideicommissum valeat, sed non quòd hodie videatur dilatum in tempus existentiæ sui iuris. Ratio; quia licèt hæreditas sit profectitia: tamen ipsum fideicommissum non proficiscitur à patre, imò à testatore, & sic potius dicitur aduentitium, vnde pater retinebit sibi vsumfructum, & filius habebit proprietatem incontinenti. ¶Nec obstat. ÿ. ad Trebel. l. epistolam. §. fin.
34 vbi rogatus † restituere descendenti, à quo accepit, intelligitur rogatus restituere post mortem; quia fateor, vbi ascendens priùs à descendente recepit ex sola destinatione testantis; nam tunc non tenetur ascendens illud idem reddere descendenti, nisi post mortem, sed vbi ascendens à descendente priùs recepit per acquisitionem, quæ sibi fit ex iuris dispositione: tunc semper intelligitur rogatus restituere incontinenti, cum descendenti acquiri poterit. infra ad Trebel. l. vbi purè. in principio. Et ideo cum hodie hæreditas possit acquiri quò ad proprietatem filio,
35 fideicommissum † hæreditatis à patre instituto relictum simpliciter, statim debebit restitui. l. prima. in fine. de cõ di. & dem. vt filius habeat proprietatem, pater retineat
36 vsumfructum. ¶Secundum † responsum huius legis dicens, quòd fideicommissum capit vires à persona filij, quando pater est rogatus restituere extraneo, & à persona patris, quando ipsi filio, nec olim, nec hodie habet locum in hæreditate profectitia; quia tunc indifferenter fideicommissum capit vires à persona patris; & ideo istud responsum, prout dicit (vim capere à persona filij) supra intellexi in hæreditate aduentitia, secundùm Bart. Quod tamen dicit in hæreditate aduentitia fideicommissum vires capere ex persona filij, indistinctè limito esse verum, cum filius adit: sed si repudiat, & pater adit, (quod potest) tunc fideicommissum capit vires à patre, nõ à filio; & ideo tunc pater detrahit Trebellianicam aduersus filium. l. fina. §. primo. C. de bon. quæ lib. ¶Dicit e-
37 tiam Bart. quòd hodie quando † hæreditas est aduentitia, non tenet legatum factum filio; quia non respectu proprietatis, cum eam habeat: non respectu vsusfructus; quia ille, mortuo patre, consolidatur cum proprietate. Sed istud verum in fideicommisso ipsius hæreditatis, vel in fideicommisso particulari de corpore hæreditario: sed si consistat in alio, puta in pecunia, vel in alia re patris, aut etiam extranei, bene tenet fideicommissum, etiam hodie; quia ratione vsusfructus, qui patri acquiritur de iure, concurrente testatoris iudicio, pater
38 potuit grauari onere fideicommissi, & illud † fideicommissum dicitur aduentitium, non profectitium, cum originẽ trahat à iudicio testatoris. l. prima. C. de impo. lucr. descript. libro decimo. vnde ipsius fideicommissi filius habebit proprietatem, pater vsumfructum. ¶Dicit etiam Bart. quòd si relinquitur extraneo, in hoc est hodie im-
39 mutata ista lex; quia olim illud relictum debebatur à patre, vt hærede facto per ipsum filium, & sic ab eo, vt à debitore: hodie non, cum hæreditas est aduentitia, fideicommissum debetur à patre, vt à legitimo admini-
40 stratore filij, & in hoc bene dicit. ¶Quarta pars † legis eo casu, quo pater rogatur de restituendo post mortem suam filio, quicquid ad eum peruenit, &c. ad hoc hodie locum habet, vt fideicommissum remaneat apud patrem, quia quantùm fideicommissum est aliquod, semper sumit vires ex persona patris: & licèt dicatur nudus minister, tamen remanet apud eum.

Ex l. Si mihi, & tibi.

SVMMAE.

1 *Quando plurium iura deueniunt ad vnum, potest ille facere, quod facerent illi plures.*

2 *Legatarius succedens in legato eiusdem rei, non coniuncto, eligere debet proprio, an hæreditario iure legatum velit acquirere, & vna causa per electionem alterius efficacem impeditur.*

3 *Ius accrescendi non habet locum post acquisitum legatum.*

4 *Hæres de iure Digest. non tenebatur vltra vires hæreditarias ad legata.*

5 *Hæres non potest repudiare ad incommodum alienum, quando inest incommodum alterius, & suum sit commodum, vel quando is, in cuius commodum repudiat, erat habiturus illud ex dispositione defuncti, ex cuius persona repudiat: secus si alio modo tendat ad alienum incommodum, ad commodum tamen suum.*

6 *Duæ causæ lucratiuæ ortum habentes à diuersis licèt concurrerere possint, si ambæ confluunt in vnum, & ex vtraque possit fieri exactio: hoc tamen est verum, quando competit illi ius solidæ exactionis: secus si pro parte.*

7 *Cessionarius, an cogatur dicere, agat vtili, an directa.*

1 L. Si mihi, & tibi. ¶Quando † pluriũ iura deueniunt ad vnum, poteſt ille facere, quod facerent illi plures. hoc di
2 cit ſecundùm Bart. ¶Vel ſic. Legatarius † ſuccedens in legato eiuſdem rei non coniuncto, eligere debet proprio, an hæreditario iure legatum velit acquirere, & vna cauſa per electionem alterius efficacem impeditur. hoc dicit, ſecundùm Ray. Et legitur dupliciter ſecundùm glo. & quę libet bona ſecundùm Arg. ſecundã tenet glo. in l. ſi Titio, & mihi. in princ. ȷ̃. tit. j. & pro iſta facit tex. hic. [vt tota mea ſit] &c. ergo erant coniuncti re tantùm, non verbis, ſecundùm Ray. ſed pro prima facit tex. ibi [& ſi uoluero] à contrario ſenſu. ¶In glo. prima ibi [coniunctim] &c. verbis, & diſiunctim re. ¶In eadem ibi [diſiunctim re] & coniunctim verbis. ¶In glo. ſecunda, ibi [qđ eſt à mor
3 te] &c. in fin. & ſic non obſtat, quòd ius † accreſcendi non habeat locum poſt acquiſitum legatum. l. prima. in fi. ſ. de vſufruc. accreſc. quia reſponde, quòd ceſſerat ſolũ quò ad tranſmiſsionem, vt hac glo. vera. ¶In glo. quarta. ibi [reſponde, ꝓpter onus] hoc non releuat, niſi ſm̃ ſecundam lecturam ſupra. Dic ergo, quòd in alio intereſt, quã do coniunctim; licèt enim tunc accreſcat cum onere impoſito à teſtatore, intereſt tamen alio reſpectu; quia iſto
4 iure hæres † non tenebatur ad legata vltra vires hæreditarias, nec hodie etiam ad debita, confecto inuentario; ſi ergo repudio ex perſona illius, qui me inſtituit, patrimonium illius erit tantò minus: ſi repudio ex mea, & agnoſco ex ſua, hæreditas eius erit tantò maior, ſecundùm Bart. ¶Item poteſt eſſe, quòd vni obſtet exceptio, & non alij, dicta. l. ſi duo. ſecundùm Ray. ¶In glo. non obſtat. ibi [vt d. l. non eſt nouum] prima verior, argumen. l. reos. in princ. de duob. reis. vno tamen libello vtranque partem petam, vt in contrario, & ſic non obſtat ratio ſupra poſita. ¶In tex. ibi [liberum mihi eſſe] &c. Nec obſtat, quòd
5 non poſsit † hæres repudiare legatum ad incommodum alienum. l. liberto octuaginta. de bo. liber. & no. ȷ̃. eo. in l. ſi fundus ſub conditione. §. ſi Titius. quia eſt verum, ſi ad incommodum alienum, & non ad ſuum commodum non repudiat, vt ibi in l. liberto. ſed ſi ad incommodum alienum, ad commodum tamen ſuum: tunc ſi is, in cuius incommodum repudiat, erat illud habiturus ex diſpoſitione defuncti, ex cuius perſona repudiatur, non poteſt repudiare, dicto §. ſi Titius. ſed ſi alio modo tendit ad incommodum alienum, commodum tamen ſuum: tunc poteſt repudiare, vt hic, ſecundùm Bart. ¶In tex. ibi [me non
6 poſſe.] Nec obſtat, quòd vbi ſunt † duæ cauſæ lucratiuæ ortum habentes in perſonis diuerſorum, quòd ſi ambæ confluunt in vnum, ex vtraque poteſt fieri exactio, vt ȷ̃. eodem l. ſi ſeruus legatus. §. primo. & de actio. & obliga. l. ſi is, qui. quia illud verum, quando cuilibet competebat ius ſolidæ exactionis: ſed hic cuilibet competebat poteſtas exigendi pro parte, ſecundùm Bart. ¶Facit hoc principium ſecundùm Dyn. ad quæſtionem, quòd
7 ceſsionarius † cogatur exprimere, agat vtili, vel directa. In contrarium etiam arguit: ſed vide quod ipſe etiam notat, & Bart. latiùs in l. ſi duo. ȷ̃. de ſolu.

Ex §. Si quis ſeruos.

SVMMAE.

1 *In vltimis voluntatibus temporis anguſtia ſubducitur, ne legatum vitietur.*

2 *Temporis anguſtia in vltimis voluntatibus, & in contractibus bonæ fidei ſubducitur: ſecus in ſtricti iuris.*

3 *Legatum relictum ſub conditione impoſsibili implenda à legatario, reijcitur: ſed quid ſi legetur aliquid impoſsibile, ne fiat: vt lego Titio centum, ſi hominem occiderit, & ſi occiderit, lego Gaio.*

1 §. Si quis ſeruos. ¶In † vltimis voluntatibus temporis anguſtia ſubducitur, ne legatum vitietur. hoc dicit. ¶In glo. Gadibus. de iſto loco vide glo. ȷ̃. de lega. 3. in l. vxorem. §. legauerat. ¶In glo. anguſtias. ibi [ſol. ibi in-
2 ter viuos] hæc vera, quaſi dicat, quòd in vltimis † voluntatibus anguſtia ſubducitur, vt hic, & in l. in minorum. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſ. & in contractibus, ſi ſunt bonæ fidei ſubducitur. l. inſulam. §. primo. ſupra loca. ſecus ſi ſtricti iuris, vt hic in glo. ¶In eadem glo. ibi [Romam duci] hanc tenet Dy. ſed non videtur bona; quia ſi ab initio non fuit validum, ergo nec poſtea, per regulam Catonianam; ideo glo. ſoluit aliter, vt ſequitur. Vel dic, quòd ſi aliquid legatur
3 ſub conditione impoſsibili implenda à legatario: tunc illa reiicitur. l. prima. de condi. indebi. ſed ſi legetur aliquid impoſsibile, ne fiat, vt legat Titio centum, ſi hominem occiderit, & ſi non occiderit, legat Gaio: tunc quia ipſa tollitur, & ſequens negatiua tollitur, facit ſecundũ legatum reddi impoſsibile. l. prima. C. de iis, quæ pœnæ nom. ſecundùm Saly.

Ex §. Regula.

SVMMAE.

1 *Tunc ſeruo legari poteſt, quando poteſt domino, & ſeruus dicitur eſſe capax, ſi capax eſt dominus.*

1 §. Regula. ¶Tunc poteſt † legari ſeruo, quando & domino. hoc dicit. ſic ſeruus dicitur eſſe capax, ſi capax eſt dominus. hoc dicit Bart. & hoc, ſi dominus retinuit ciuitatem Romanam: ſecus ſi eam perdidiſſet, fortè deportatione. l. ſi deportati ſeruo. ȷ̃. de lega. 3.

Ex §. in legatis.

SVMMAE.

1 *In vltimis voluntatibus vltima derogant prioribus, niſi priora habeant clauſulam derogatoriam ad ſequentia.*

2 *Ademptio fit ad diminutionem, quæ augmentum, vel inductionem legati operari non poteſt.*
Intell. l. quod purè. ff. quan. dies leg. ced. ibidem.

3 *Cauſa impediente ceſſante, durante adhuc cauſa efficiente, ceſſat & impedimentum, & quando ſit verum.*

4 *Ea, quæ fiunt ad diminutionem, non ſemper operari diminutionem, ſed aliquando augmentum.*

5 *In eadem ſcriptura ademptio conditionalis facta tollit primum legatum purum factum: ſecus in diuerſis. ibidem.*

6 *Teſtator non poteſt ſibi auferre liberam teſtandi facultatem.*

7 *In ſecunda ſcriptura ſufficit dicere, ad hoc vt adimat primam ſcripturam, non obſtante alia præcedente voluntate contraria,*

ria, etiam si de ea esset mentio fienda specialis.

8 *Imperator si concessit alicui potestatem creandi tabelliones, & concedit eis potestatem conficiendi instrumenta inter omnes personas cuiuscunque loci, non obstante aliqua consuetudine, & statuto, an talis potestas deroget statuto deinde facto, ne valeant instrumenta facta ab aliquo tabellione, nisi habeat licentiam à communi.*

Verba infinita, comprehendunt omne tempus. ibidem.

9 *Concessio Principis respicit effectum præsentium, nō futurorū.*

10 *Effectus omnis cuiuscunque statuti per clausulam [non obstāte aliqua consuetudine, & statuto] etiam in posterum obuiantis, dicitur sublatus.*

Et talis clausula talem effectum tollere potest. num. 11.

Et in dubio videtur sustulisse omnia, quæ in futurum obstare poterant. num. 12.

1 §.In legatis ¶In vltimis † voluntatibus vltima derogant prioribus, nisi
priora habeant clausulam derogatoriam ad sequentia.
hoc dicit.& vide glo. in l.quotiens vtriusque. ʃ.de reg.iu.
secundùm Ray.¶In glo.j.ibi [denuo legare videtur] idē
tenet Dyn.sed Iac.de Are.& Ray.& Bar.contra; quia hic
2 adēptio † fit ad diminutionem; ergo non operatur augmē
tum, seu inductionem legati.ʃ.eo.l.legata inutiliter. & de
hære.insti.l.ex facto. Non obstat. §.quoniā.all.in glos. qa
ibi disponens per subauditam consequentiam non est cō
trarius primo proposito: hic sic. Item non obstat. l.quod
purè.ʃ.quando dies leg.ced.quia ibi præcessit legatū validum,
& perseuerans: hic non, propter ademptionem purā,
quæ præcessit. Sic etiam responde ad l.si legatum purè.
ʃ.de condi.& demon. Sed in contrarium facit iste tex. qa
per secundam ademptionem conditionalem, videor reuocare
primam puram, & sic velle remanere, secundùm Saly.
In oppositum, & sic pro glo. quòd sit indistinctè vera,
3 facit; quia vbicunque causa † impediens cessat (durante
adhuc causa efficiente) cessat & impedimentum, no. Doct.
in l.à patre furioso.ʃ.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. & in
illo Brocar.an cessante causa &c.de quo in l.cōuenticulā.
C.de epi.& cle.sed hic adhuc durabat causa efficiēs, & sic
testator; ergo siue in eadē voluntate, siue in diuersa, debet
cessare effectus primæ ademptionis. Preterea non videtur
4 vera semper ratio, quòd ea, † quæ fiunt ad diminutionem,
non operentur augmentum; quia hoc patet in l. Gallus.
in prin.ʃ.de lib.& posth.vbi illa substitutio fit ad diminutionem,
si hæres ille non fuerit, secundùm veram opi. &
tamen ibi includit institutionem. quod hic etiam probatur
per casum.l.si post mortem.in fi.ʃ.eo. Item pro glo. facit.
ʃ.quando di.leg.ced.l.quod purè. & ʃ.eo. d. l. si post
5 mortem.§.fin. Sed ista glo. potest procedere, quando † ōmnia
ista interuenerunt in eadem scriptura, quasi tunc prima
ademptio pura ipso iure per secundam ademptionem
intelligatur sublata, vt ʃ.eo.l.si ita scriptū. sed opinio Iac.
de Are.& Bar. quando ademptio conditionalis sit facta in
diuersa scriptura; quia cum in ea contineatur simplex
ademptio, non potest dici ademptio esse facta. ¶In glo.
nisi expressè. ibi [exprimat qualitatem] bene dicit in eo,
quod dicit, quòd debet pœnitere: sed non in eo, quod dicit,
quòd si exprimat qualitatem &c. quia prima voluntas
in terminis huius glo. non fuit derogatoria secundæ,
sed potiùs ademptiua liberi arbitrij testamenti faciendi;
6 quia tollunt potestatem pœnitendi, quod † non potest testator
facere. l. stipulatio hoc modo concepta. ʃ.de verb.
oblig.de quo latiùs dixi in l.si quis in princ.testamenti. ʃ.
7 de legat. 3. secundùm Bart. & licèt fuisset † derogatoria
specialiter, sufficit in secunda dicere, non obstante alia
voluntate præcedente contraria, maximè si in ea adimitur,
etiam si de ea necessariò esset fienda mentio specialis,
vt in Auth.de hæredi.ab intesta.in princ. coniuncta gl.
C.de præscript.xxx.annorum.l.omnes. C.sent.rescin. nō
posse.l.fin.coniuncta glo.C.de transactio.l.causas. in glo.
& C.de natur.liber.l.j. in glo. ¶Facit ad quæstionem, qđ
8 si † imperator concessit alicui potestatem creandi tabelliones,
& concedit eis potestatem conficiendi instrumenstrumenta
inter omnes personas cuiuscunque loci, non ob
stante aliqua consuetudine, vel statuto (quia ista sunt verba
infinita, & cōprehendunt omne tempus. l. Plotiana. ʃ.
de iure codicil.& ʃ.de verbo.signi.l.verbum erit.) post illam
concessionem factum est statutum, quòd instrumenta
à nullo tabellione facta valeant; nisi habeat licentiam
à communi. Et videtur, quòd talibus præiudicet hoc sta-
9 tutum; quia concessio † Principis respicit effectum præsentium,
non futurorum, argu. ʃ.de verbo.oblig. l.si stipulatus.
§.cum stipulamur.& l.si à colono.& de auro, & ar-
10 gen.lega.l.si ita. Econtra quòd nō; quia omnis † effectus
cuiuscunque statuti (etiam in posterum obuiantis) si sublatus,
argu.l.placet.ʃ.de liber.& posthu. præterea tollere
11 † potuit effectum futuri statuti, arg.huius. §.& l.si quis in
princ.testamenti.ʃ.de lega. 3. Finaliter dico, quòd in du-
12 bio † sustulisse vř etiam ea, quæ in futuris obstare poterant,
per l.si seruitus. 2. responso. ʃ. de serui. vrba. præd.
sm̄ Dy.& ibidē ad litterā Bar., p hac parte facit. C. de furtis.
Auth. nauigia. C. communia de successio. Auth. omnes
peregrini. & quod not. Iac. de Are. in l. vltima. C. de
testamentis.& Pet. in l.non modus. C.de serui.

Ex l.Cum incertus.

SVMMAE.

1 *In legato generis dicitur is legatus, qui postea legitimè est solutus.*

2 *Per solutionem speciei factam seruo cum voluntate domini præcedente, vel sequente, legatum generis sibi relictum extinguitur ipso iure.*

3 *In legato generis nulla species dicitur esse in obligatione, sed ille dicitur legatus, quem solutio demonstrabit.*

1 L.Cum incertus. ¶In Legato † generis dicitur is legatus,
qđ postea legitimè est solutus. hoc dicit. ¶Vel sic. Per
2 solutionem † speciei factam seruo cum voluntate domini
præcedente, vel sequente, legatum generis sibi relictū extinguitur
ipso iure. hoc dicit secundùm Ray. ¶Vel sic. In
3 legato † generis nulla species dicitur esse in obligatione, ille
ergo dicitur legatus, quem solutio demonstrabit. hoc
dicit. ¶In tex. ibi [habuerit] &c. Non obstat. ʃ. de precario.
l.si seruus. quia dominus ibi non potest ratum habere
ad suum commodum: sed ad incommodum sic, vt hic, &
l.si fundus. §.j.ʃ.de pigno. secundùm Ray.

Ex l.Si ita sit ascriptum.

SVMMAE.

1 *Siue ademptio præcedat, siue sequatur in eodem testamento, legatum ipso iure perimitur, & quod minimum est, debetur.*

2 *Protestatio vbi fit in aliquo actu, non est necesse, quòd præcedat,*

cedat, vel sequatur, dummodo fiat eodem contextu.

3 *Testator habens duos equos, si legauit vnum templo vltramarino, alium fratribus prædicatoribus, templi erit electio.*

4 *Electio legatarij est in rebus incertis, & est primi nominati, si sint plures.*

5 *Codicillus est perfecta voluntas, quò ad ademptionem legatorum.*

6 *Legatum tollitur ipso iure per ademptionem, quando expressè adimitur, secus si tacitè.*

L. Si ita sit ascriptum.

¶ Siue ademptio † præcedat, siue sequatur in eodē testamento, legatū
1 ipso iure perimitur, & quod minimum est, debetur. h. d. ¶ In tex. ibi [videri] Non obstat. ǰ. pro lega. l. pro lega-
2 to. & l. fi. vt ibi no. Ray. Nota, quòd † vbi fit protestatio in aliqua voluntate, non refert, an præcedat, siue sequatur, dummodo fiat eodem contextu. Facit secundùm Dy.
3 quòd † si testator habens duos equos, legauit vnum templo vltramarino, alium fratribus prædicatoribus, quòd Prior prædicatorum possit eligere meliorem, quia primò videtur legasse templo minorem, ergo secundò prædicatoribus meliorem, arg huius. l. cū similibus. Contrarium
4 tenet, quia postquam testator † legauit incertū, de incertis est electio legatarij. ǰ. eo. l. qui duos, & ibi hoc ponit Bart. ergo debet esse electio templi priùs nominati, ar. s. de vsufr. l. quotiens. cum similibus, secundùm Dyn. Idem tenet Ray. Quidam tamen dicunt, quòd datur electio ei, qui primò fuit litem contestatus. l. si pluribus. ǰ. eod. sed illa ponit casum diuersum, vnde non obstat. ¶ In glo. 3. ibi [vt codicillus, tunc per exceptionem] &c. Certè imò
5 † codicillus dicitur perfecta voluntas quò ad ademptionem legatorum, vt Insti. de ademp. lega. in prin. & l. fideicommissum. C. de fideicom. vnde ipso iure adimetur; intellige ergo gl. de alia voluntate minùs perfecta, secundū Bart. vt quia non sint ibi quinque testes. ¶ In alia glos. ibi [l. scribit. §. item] hoc contrarium non venit ad tex.
6 hic in fin. sed ad prin. s. quòd legatum † non tollatur ipso iure, ideo sol. quòd ibi ademit tacitè, & ideo non tollitur ipso iure, sed hic expressè, ideo non debetur, vt. s. in alia glo.

Ex l. Qui quartam.

SVMMAE.

1 *Voluntas testatoris probata præualet scripturæ in augmēto, & diminutione legati.*

2 *Error in quantitate maiori, vel minori legatum non vitiat.*

3 *Et si, copula aduersatur in facto, non in iure: sed [sed & si] non copula, aduersatur solùm in iure.*

4 *A verbis non receditur, quando aliquo modo non constat de voluntate testantis.*

5 *Si testator legat per nomina significantia quantitatem, quæ sunt appellatiua, si legat minus, & volebat legare plus, non valet in pluri, nisi errore probato: secus si plus, & volebat legare minus. ratio.*

6 *In maiori summa, inest minor.*

1 **L. Qui quartam.** ¶ Voluntas † testatoris probata præualet scripturæ in augmento, & diminutione legati. h.
2 d. secundùm Bar. ¶ Vel sic. Error † in quantitate maiori, vel minori legatum non vitiat. h. d. secundùm Ray. ¶ In tex. ibi [scripsit] &c. per errorem, qui potest probari. ¶ In tex. ibi [debebūtur] errore probato. ¶ In tex. ibi [voluit] idest in mente disposuit, sed non expressit, & sic non potest de errore probari, secundùm veram lecturam. ¶ In tex. ibi [valebit legatum] non solùm in scripto, imò etiam in non scripto, probata voluntate, sicut in præcedē
3 ti, & hoc vult tex. hic in ver. [† & si] quæ copula, & si, aduersat in facto, & nō in iure: dictio aūt [sed & si] q̄ nō est copula, aduersatur solùm in iure, & sic valebit legatū solùm in scripto, & est etiam bonus intellectus, si clarè voluntas defuncti non probatur. ¶ In gl. 2. ibi [voluntatis] hanc primam tenet Dy. sed & sequens bona. Dic ergo, q̄
4 si constat † de voluntate testantis, illa seruatur, aliàs à verbis non receditur. Sed Bar. dicit, quòd ista nomina signi-
5 ficantia † quantitatem, sunt appellatiua, vnde cum volēs plus legare, minus legat, dicitur errare in nomine appellatiuo, & sic non valet legatum in pluri, nisi errore probato. l. si quis in fundi. s. eod. sed vbi scribit plus, cum vellet legare minus, non requiritur ita aperta probatio, cum in
6 maiori † summa insit minor.

Ex §. Si quis vnam.

SVMMAE.

1 *Nomina appellatiua, vel collectiua relata ad plures, coniunctionem verbalem inducunt, ideo inter eos est locus iuri accrescendi.*

2 *Qui legat filijs, cum vnum habeat, videtur sensisse de posthumo.*

3 *Etiam de iure Digest. pro non scripta accrescebant coniuncto, non autem confiscabantur.*

4 *Filiabus, nomen inducit coniunctionem verbalem relatum ad plures.*

1 **§. Si quis vnam.** ¶ Nomina † appellatiua, vel collectiua relata ad plures coniunctionem verbalem inducunt, ideo inter eos est locus iuri accrescendi. h. d. Bar. ¶ Vel sic. Qui
2 legat † filijs in plurali, cum vnum solùm habet, videtur sensisse de posthumo. h. d. ¶ Vel sic. Etiā de iure Dig. pro
3 † non scripta accrescebant coniuncto, non aūt confiscabā tur, sm̄ Arg. ¶ In tex. ibi [nata] &c. nec speratur nasci, & sic nō obstat. l. seq. in prin. sm̄ Ray. ¶ In glo. ibi mentionē &c. Idem si nullam fecit mentionem, si tamen vnam tantùm filiam tūc habebat, & legauit filiabus in plurali, quia de posthuma intelligitur sensisse, vt verificetur pluralis nu
4 merus, ar. ǰ. ad Treb. l. fi. Et per hoc nomen, † filiabus, inducitur hic coniunctio verbalis, relatum ad plures, vt hic, & s. de hære. insti. l. interdum. secundùm Bart. & Ray. Et videntur coniunctæ vna conceptione verborū, ar. ǰ. ti. 1. l. neminem. & de verb. obl. l. scire debenus. in prin. bene facit. ǰ. tit. 1. l. cum patre. §. libertis. de quo plenè scripsi in l. 1. C. de iure deliberan. & s. de vsufruc. accrescen.

Ex l. Si duobus.

SVMMAE.

1 *Qui non est, sed esse speratur, interim facit partem.*

2 *Caduca non fisco, sed coniuncto de iure Dig. applicabantur.*

1 **L. Si duobus.** ¶ Qui non † est, sed esse speratur, interim facit par

tem h.d. secundùm Bar. ¶In gl.1.ibi [vel secundùm Io.] prima communis: sed in hac secunda sentit Io. quòd de
2 iure Digest. † caduca applicabantur fisco, pro quo.l.item veniunt.§ pridie.s̃.de peti.hære. Docto.communiter contra, quòd imò coniuncto, pro hoc facit.ʃ.ea.l.§.fi.& ʃ.ti. 1.l. Celsus.§. pen. & fina. lex tamen Papia superueniens benè hoc introduxit, & Senatus constituit, de quo in d.§. pridie. sed superueniente pace, illi legi fuit derogatum: remanserunt tamen aliæ vtilitates Sen.consulti. de pro non scripto, vide omnino.l. fi.ʃ. de his, quæ pro non scrip.& quod ibi nota.

Ex §. Hæres.

SVMMAE.

1 *Hæres tenetur ad totum onus iniunctum sibi, & alteri, non instituto alio, vel instituto, & repudiante.*

2 *Substitutus coniuncto præfertur.*

1 §. Hæres. ¶Hæres † tenetur ad totum onus iniunctum sibi, & alteri, non instituto alio, vel instituto, & repudiante.h.d. ¶Vel sic. Hæres tenetur ad totum iniunctum sibi, & ei, qui à testatore grauari non poterat, secundùm Bar. ¶In tex.ibi [deber] facit quod no.s̃. de testamentis.in l.is, qui. ¶In tex.ibi [peruenerit] &c. vt quia non habebat substitutum, secundùm veram lecturam, aliàs secus, secundùm Dy. in l.quandiu. s̃. de acq. hr̃. sm̃ Ray. ¶In gl. 2. in fi.ibi [vel ibi vnus solus] &c. hanc tenet Pet. in l. 1.§. his ita. C. de cad.toll. per l.eã, quam. C. de fideicom. sed est contra tex.l. contrariæ. Ideo tene præcedentem, quòd ibi repudiantem tantùm grauauit: hic vtrunque nominatim, & idem si non nominatim: sed simpliciter legauit; quia tunc accrescit cũ onere. d.l.1. §. his ita C. de cad.tol. Vel dic, vt ibi per Dy. quia ibi ponit de effectu causæ pro non scriptę. hic caducæ, vel quasi, de quo in l.quæ conditio.in princ.ʃ. de condi. & dem. sm̃ Ray. ¶In gl. vt pote. in fin. pone ergo casum, quòd quatuor, vel tres ad minus instituit, & duos cõiunxit re, & verbis, & illos coniunctos grauauit. Vel potest esse, quòd non peruenit ad coniunctum; quia erat aliquis substitutus,
2 qui † coniuncto præfertur. ff. de iniusto testamento.l.pen. secundùm Dyn.

Ex §. Si Titio.

SVMMAE.

Qui non est in rerum natura, nec esse speratur, non facit partem, sed totum debetur coniuncto re tantùm, vel re, & verbis, vel verbis tantùm.

1 §. Si Titio. ¶Qui non † est in rerum natura nec esse speratur, non facit partem, sed totum debetur coniuncto re tantùm, vel re, & verbis, vel verbis tantùm.h.d. & diuiditur in tres partes, vt hic in 1.gl. quæ legit vno modo, Pe. alio. ¶In tex.ibi [sit] &c. & re tantùm coniunctus, secũdùm gl. vel re, & verbis, secundùm Pe. ¶In tex.ibi [vendicabit] iure non decrescendi, secundùm glo. vel iure accrescendi, secundùm Pet. ¶In tex.ibi [voluisset] præsumptiuè tacitè coniungendo re, & verbis, secundùm gl. vel verbis tantùm, secundũ Pe. ¶In tex.ibi [expressisset] & sic coniungendo verbis tantùm, secundùm gl. & omnes.

Ex l. Qui filiabus.

SVMMAE.

1 *Verbum ambiguum in vna parte testamẽti positum declaratur per alia verba in eodem testamento prolata.*

2 *Affectio habetur circa nondũ natum, quia ea habetur propter filiationem.*

3 *Filiarum, nomen extẽditur ad posthumã regulariter: sed in tutela tunc venit posthuma, quando apparet, vel quando sumus in dubio: secus si certum sit testatorem non sensisse. In legato verò attenditur, an sit aliqua coniectura, de quibus hic. Vel tunc venit nomine filiorum, posthuma, si tractatur de suo commodo: secus in commodo.*

4 *Coniecturæ, per quas posthuma veniat ad legatum, vel quibus de ea testator sensisse videatur.*

1 L. Qui filiabus. ¶Verbum ambiguũ in vna parte testamẽti positum, declaratur per alia verba in eodem testamento prolata.h.d. & sic, quando legatario datur particula testamenti, debet dari etiam illa pars, per quam declaratur verbum ambiguum positum in legato suo, secũdùm Bar.
2 ¶In glo. 1. ibi [filiationis ratione] q.d. ꝙ affectio † non habetur circa nondum natum, de quo facta est mentio, secũdùm Dy. facit.l. nec adiecit. s̃. pro socio. Sed hæc ratio non videtur bona: quia si in posthuma cadit filiatio, ergo & affectio, cum affectio sit propter filiationem.l. scripto. ff. vnde liberi & l. isti quidem. in fi. ff. quod me. causa. Di-
3 co ergo, quòd significatio vocabuli, † filiorum, extenditur ad posthumam, vt.l. nomen filiarum. de verb.sig. si tamen appareat aliquo iudicio testatorem de ea sensisse: & tunc comprehenditur. ʃ de reb.dub.l. vnum. Si apparet, quòd de ea non sensit, vt quia putabat vxorem sterilem, non cõprehenditur etiam in tutela. l. si quis ita.§. pe. s̃. de testamen.tutel. Si dubitatur: tunc in tutela continetur, quia de nullo præiudicio filiorum agitur. d. l. si quis filio. & d.§.
4 fin. Sed † in legato, quia tractatur de præiudicio, oportet apparere aliquas coniecturas puta, si in aliqua parte fecit de ea mentionem, vt hic. Item si magnum erat patrimonium patris, vt.ʃ.tit.2.l. si filiæ. Item cum dixit, filiabus, & vnam tantùm habebat, arg.l. filiæ.ʃ. ad Treb. & s̃. eo.l. qui quartam. in fi. Idem foret, si quomodocũque sciuisset vxorem prægnantem, vt.l. si cũ vel in vtero. C. de testam. milit. secundùm Bar.

Ex §. Si quis ita.

SVMMAE.

1 *Si quis, distributiuum attribuit actum primi uerbi cuilibet in solidum, & eos in solidum uocat ad emolumentum.*

2 *Dispositio distributiuè concepta singulos in solidum complectitur in honore.*

3 *Præmium, quod dari debet primò ingredienti castrum, si duo pariter intrent, an quilibet eorum debeat habere integrum.*

1 §. Si quis ita. ¶Si quis † distributiuũ attribuit actũ primi verbi cuili-
2 bet insolidũ, & eos vocat ad emolumẽtu.h.d. ¶Vel sic. Dispositio distributiuè concepta singulos in solidum complectitur in honore.h.d. secundùm Ray. ¶In tex.ibi [nisi euidens] &c. vt quia habens tercentum tantùm in bonis, si masculum institutum sic grauauit, & nascuntur tres fœminæ

minę: secus si extraneum instituisset, arg. l. fi. §. fi. C. cōmunia vtriusq; iud. secundùm Ia. de Are. & Saly. ¶Facit iste
3 tex. secundùm Dyn. ad. q. de ingredientibus † primò castrum, ita quòd non apparet quis prior, quòd quilibet in solidum habeat præmium, & ita terminat hic Dyn. per istum tex. de quo per Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæredi. insti. & Iac. de Are. in 1. consti. Digest. in §. discipuli. &c. ¶In gl. 1. ibi [hoc facit charitas] &c. hanc primam tenet Dy. sed non est vera secundùm Bart. per d. l. vtrùm. ꝟ. de rebus dubijs. & l. cum inter. C. de fideicom. lib. ¶In eadem glo. ibi [vel hic distributiua] hæc vera, quia distributiuum actum primi verbi vnicuique attribuit in solidum: secus si pro parte. l. 4. §. fin. s. eod. & ꝟ. eod. l. ab omnibus. in princ. nisi res relicta esset talis, quæ in solidum cuilibet nō congrueret. l. cum inter. s. allegata, secundùm Bart.

Ex §. Si vni.

SVMMAE.

1 *Qui repudiat hæreditatem, consequitur totum prælegatum.*
2 *Vni hæredum potest prælegari, & si adijt, consequitur iure prælegati: si repudiat, consequitur totum, tanquam quilibet legatarius.*
3 *Repudians hæreditatē, perdit quicquid à defuncto quouismodo consequutus est. casus singularis.*
4 *Prælegata non onerant portionem prælegatarij adeuntis, sed confunditur.*
5 *Testator prælegando videtur facere duo legata, vnum in forma prælegati, si adeatur alterū in forma legati, si repudietur.*
6 *Intell. l. miles. §. pro parte. de leg. 2.*
7 *Regula Catoniana, quæ impedit inutilia legata reconciliari, non habet locum, vbi inest tacita, vel expressa conditio.*
8 *Conditio tacita impedit transmissionem.*
9 *Conditio per relatiuum importata est tacita. & impedit trāsmissionem.*
10 *Cohæres, cui fit prælegatum, non transmittit prælegatum, si moriatur, antequam adeat, quia inest conditio, si adeat: secus hæreditatis partem, quia est pura.*
11 *Hæreditas, & legatū data si sint sub cōditione, nō trāsmittūt, si moriāt añ aditionē: secus si vna purè alterū cōditionaliter.*
12 *Non implens voluntatem defuncti, facit se indignum aliquid ex voluntate illius consequi*
13 *Auth. hoc amplius. C. de fidei. priuans hæreditate illum, qui non adimplet voluntatem defuncti, habet etiam locum in prælegatis.*
14 *Hæreditas, & libertas non sunt opposita, sicut hæreditas, & legatum.*

1 §. Si vni. ¶Qui † repudiat hæreditatem, consequitur totum prælegatum. h. d. cū
2 seq. ¶Vel sic. Vni † hæredum potest prælegari, & si adijt, consequitur iure prælegati: si repudiat, consequitur totū, tanquam quilibet legatarius. h. d. cū l. seq. nisi appareat de contraria voluntate testatoris. h. d. cum glo. & cessant aliqua contraria. Adde singularem casum, quòd repudiās
3 † hæreditatem, perdit, quicquid à defuncto quouismodo cōsequutus est. C. de omni agro deserto. l. hæredes. li. 10. ¶In glo. 1. ibi [cum suo onere] &c. hoc non videtur ve-
4 rum; quia † prælegata non onerant portionem prælegatarij adeuntis, quia confunditur: nisi respondeas, ꝙ istud onus est potentialiter, & propterea transit cum onere. Vel dic, quòd est alia ratio, quàm ratio glo. s. quia testa-
5 tor † prælegando videtur facere duo legata, vnum in forma prælegati, si adeatur, alterum in forma legati: si repu-
6 dietur, & per hoc tollitur contrarium de. l. † miles. §. pro parte. ꝟ. ti. 1. vbi dr̄, ꝙ hr̄s transmittit perceptionē prælegati, & nō portionē hæreditariā; quia ibi moriens excludebatur ab hæreditate per mortē: vnde non cesserat dies quò ad portionem hæreditariam, secundùm Dyn. & per
7 hoc cessat contrarium de regula † Catoniana, quæ inutilia legata impedit reconciliari; quia habet tacitam conditionem, & in qualibet non habet locū. Sed adhuc videtur
8 obstare, quia tacita † cōditio videtur impedire transmissionem. l. 3. s. eo. & l. 1. in fi. ꝟ. de condi. & demonstr. sed conditio veniens ex modo ordinationis testamenti non extrinsecus impedit transmissionem: patet in conditione
9 importata per relatiuum; nam est † conditio tacita, no. s. eo. l. Stichum. & tamen impedit transmissionem, facit. ꝟ. de leg. 3. l. Imperator. & l. si post mortē. §. 1. vbi casus, & ibi no. Bar. ꝟ. eo. ¶In gl. 1. l. seq. ibi [vel dic vt ibi] &c.
10 s. quia pro parte, pro qua † instituitur, legatum est conditionale. s. si repudiet hæreditatem, vnde si moriatur, antequàm adeat, vel repudiet legatū, non transmittit; pro parte verò cohæredum, est purum, ideo transmittit; vnde præcedens potest iungi cū ista, secundùm Saly. ¶In ea. glo.
11 ibi [sol. vt ibi] &c. s. quia hæreditas, † & legatum ibi data sunt sub eadem conditione, & quia conditio defecit, ideo ab vtriusque petitione repellitur: hic verò pro parte est purū, pro parte verò est cōditionale, sm̄ Dy. ¶In ea. gl. ibi
12 [§. quid ergo] &c. sed ibi non tractabat † implere voluntatem defuncti, & ideo facit se indignum aliquid ex voluntate illius consequi, vt ibi apparet, secundùm Dyn. Et sic
13 Auth. hoc † amplius. C. de fideicom. quæ priuat hæredē. &c. habet locum etiam in prælegatis, secundùm Bald. ¶In gl. vltima in fine ibi [l. sed si in conditione. §. fi.] sci-
14 licet quia hæreditas, † & libertas non sunt opposita, sicut hæreditas, & legatum, secundùm Dyn.

Ex l. Legata inutiliter.

SVMMAE.

1 *Verbum hoc, amplius, inducit repetitionem, per quam legata inutiliter data confirmātur: secus in additione, quæ fit ad dilationem concedendam hæredi.*
2 *Legata inutiliter data per repetitionem cōfirmantur, non per triennij prorogationem.*
3 *Repetitio inducitur, & confirmatio legatorum inutilium per hæc verba, quas pecunias legaui, purè volo in diem dari, & interim præstari vsuras.*
4 *Illud, quod ordinatur ad vnum effectum, non debet contrariū operari.*
5 *Actus agentium licèt operetur quandoque præter propositū, non tamen contra.*
6 *Legatum à principio inutiliter relictum, noua voluntate conualescit, si noua voluntas est principaliter ordinata ad conferendum: secus si ad diminuendum, ad perimendum, & detrahendum.*
7 *Dilatio si non valet, nec valet prorogatio.*
8 *Compromissum si non valet, nec eius prorogatio.*
9 *Principale quando non valet, & non potest prorogari, nec id, quod ei adiungitur.*
10 *Captura si non valet, nec recommendatio cū aliorum creditorum.*
11 *Legatum inutiliter relictum ab instituto, non debetur à substituto ex tacita repetitione.*
12 *Pater si substituit filio vulgariter, & pupillariter, & filius repudiet*

repudiet hæreditatem, quod ad effectum vulgaris non expectatur mors impuberis.
Et, exponitur pro, vel. ibid.

13 *Legatum factum in testamento minùs perfecto, non valet, nisi quò ad naturalem obligationem.*

14 *Repetitio generalis continet inutilia, sed non prorogatio.*

15 *Inutile dicitur, quod est inutile quantùm ad naturalem, & ciuilem obligationem, non quantùm ad ciuilem tantùm.*

16 *Iterum, dictio est implicatiua.*

17 *Quando actus à principio est inutilis, inspicitur tempus confirmationis, non tempus primariæ dispositionis.*

18 *Rupto testamento, rumpuntur codicilli, qñ ab eo dependent.*

19 *Si testis dictum primò examinati non valet, propter non seruatas solẽnitates: si postea examinetur solemniter, & dicat, dico per omnia, prout dixi in prima examinatione, valet eius dictum.*

20 *Repetitio legatorum fit sub eisdem verbis, sub quibus legata primò fuerunt.*

21 *Ineptitudo non videtur repetita, quando est separabilis à legato: secus si separari non possit. ibi exempla.*

22 *Prima sententia licèt non valeat ratione ineptitudinis: tamen si confirmetur per iudicem ad quem, valet confirmatio.*

23 *Si commissum sit alicui, quòd reuideat statuta alicuius castri, cum potestate confirmandi, & infirmandi, & examinatis statutis quædam detraxit, de alijs nihil dixit, videntur cætera confirmata.*

24 *Detractio in quibusdam uidetur cætera confirmare.*

25 *Legata relicta à substituto, debentur, quando substitutus puberis exhæredati ipsius substituentis est hæres: secus si non sit hæres.*

L. Legata inutiliter.

1 ¶ Verbum † hoc, amplius, inducit repetitionem, per quam legata inutiliter data cõfirmantur: secus in additione, quæ fit ad dilationem
2 concedendam hæredi. h. d. ¶ Vel sic. Legata † inutiliter data, per repetitionem confirmantur, non per triennij prorogationem. h. d. secundùm Bald. ¶ Et primò loquitur, quãdo repetitio est facta in primo gradu. Secundò, quando dilatio solutionis est concessa. Tertiò, quando repetitio est facta in secundo gradu, secundùm Bart. ¶ In tex. ibi [ei hæres meus dato] &c. & hoc verum est, si tempore codicillorum causa impeditiua erat amota, secundùm Dyn. ¶ In tex. ibi [scriptura] solemniter facta sm̃ Dyn. ¶ In tex. ibi [prorogaret] & ideo inutiliter legata in testamento non debentur, licèt causa testamenti tempore codicillorum sit amota, secundùm Dy. Quod verum est secundùm Bart. nisi dies apponeretur cum aliquo augmento; quia tunc licèt in alio minueret, induceret repetitionẽ, & confirmationem. i. ɉ. tit. 2. l. si tibi purè. vt quia diceret,
3 quas pecunias legaui, purè volo in diem dari, & interim præstari vsuras, & per hanc additionem de vsuris induceretur repetitio, & confirmatio inutiliũ, vt. C. de dot. pro-
4 mis. l. 2. secundùm Bar. ¶ Nota, quòd illud, † quod ordinatur ad vnum effectum, non debet contrarium operari.
5 Ratio est, quia licèt actus † agentium operetur quandoq; præter propositum. l. si is. §. si libero. s. commo. & l. non omnis. s. si cer. pet. nunquam tamen contra. ¶ Item nota,
6 quòd † legatum à principio inutiliter relictum, noua voluntate conualescit, si noua voluntas est principaliter ordinata ad conferendum: secus si ad diminuendum, vel perimendum, vel detrahendum; quia tunc nõ confirmat inu-
7 tilia. ¶ Et est arg. quòd si non † valet prima dilatio, non
8 valeat et eius prorogatio. Idẽ si non valet † primum compromissum, nec eius prorogatio valet; quia si non valet
9 principale, non † potest prorogari; quia nõ valet id, quod ei adiungitur. l. cum vnus. in principio. ɉ. de bo. auc. iudi.
10 pos. Et ideo est argumentum, quòd si non valet † captura, nec recõmendatio ad petitionem aliorum creditorũ,
11 & ita disputauit Bart. ¶ Item nota, quòd legatum † inutiliter relictum ab instituto, non debetur à substituto ex tacita repetitione: sed ex expressa facta in alia voluntate
12 solemni sic. ¶ Item nota, quòd † si pater substituit filio vulgariter, & pupillariter, & filius repudiet hæreditatem, quòd ad effectum vulgaris nõ requiritur, nec expectatur mors impuberis, & ideo glo. vltima exponit, &, pro, vel, quod not. secundùm Bald. ¶ In glo. 1. in prin. ibi [in testa-
13 mẽto † minùs solẽni] &c. facto inter liberos, in quo ipsos liberos extraneis grauauit, & sic non valet legatum, vt in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. nisi quo ad naturalem obligationem. l. in testamẽto. ɉ. de fideico.
14 liberta. Et tunc nota, quòd † generalis repetitio continet
15 inutilia, sed non generalis prorogatio. Et dicitur † inutile, quod est inutile quantùm ad naturalem, & ciuilẽ obligationem, non quantùm ad ciuilem tantùm, & facit. ɉ. de sol. l. si is, cui. §. Flauius. ¶ In ead. gl. ibi [iterum] &c. ex
16 natura † dictionis implicatiuæ. ¶ In ea. glo. ibi [alienus] istud respicit secundum exemplum glo. & no. ꝙ inspicit
17 † tempus confirmationis, non tempus primariæ dispositionis, & facit ad confirmationes papales. ¶ In eadem glo. ibi [si hæres non esset] vel esset, & in pupillari decederet, & sic substituit vulgariter, & pupillariter, vt literæ conueniat. ¶ In ead. ibi [reliquit] in alijs codicillis solẽnibus. ¶ In eadem. in fin. ibi [confirmare] & in hoc differt à primo casu; quia in primo repetijt ab eodem: hic ab alio, scilicet substituto, secundùm Dyn. & Bald. ¶ In glo. 2. ibi [propter defectum solemnitatis] hoc exemplum non vi-
18 detur bonum; quia rupto † testamento, rumpuntur & codicilli. l. 1. C. de codi. sed illud, quando testamentum tenuit, & sic codicilli ab eo habuerunt dependentiam: sed hoc, quando testamentum ab initio fuit nullum, secundũ
19 Dyn. ¶ Facit ad quæstionem, quòd † si testis fuit examinatus primò taliter, quòd dictum suum non valebat propter defectum solemnitatis, & in secunda examinatione dixit, dico per omnia, prout dixi in prima, quòd tale dictum valeat, secundùm Bart. vide eum in l. eos. ɉ. de fal. ¶ In eadem glo. ibi [vel quia per inepta verba] Quidam
20 hoc reprehendunt, quia repetitio † legatorum fit sub eisdem verbis, sub quibus legata primò fuerunt. ɉ. de leg. 3. l. si tibi purè. & ideo cum videatur ineptitudo repetita, nõ potest confirmari, secundùm Ia. de Rau. & Pe. Tu dic,
21 quòd non intelligitur repetitum † vitium ineptitudinis, si est ineptitudo seperabilis à legato, vt quia legauit alicui cum verbis iniuriosis; nã non videtur in eadem verba repetere, secundùm Bar. ¶ Et est ista glo. arg. quòd licèt pri-
22 ma † sententia non valeat ratione ineptitudinis: tamen si confirmatur per iudicem ad quem, valeat confirmatio; quia non intelligitur ineptitudo repetita. ¶ Inducitur
23 etiam per Dy. Quod si † commissum est alicui, quòd reuideat statuta alicuius castri, cum potestate confirmandi, & examinatis statutis quædam detraxit, de alijs nihil dixit, quòd alia non videntur confirmata; quia detractio nõ confirmat, vt hic in ver. [& diuersum] Dyn. dicit contra-
24 rium; quia detractio † in quibusdam videtur cætera confirmare. l. tribunus. §. fin. ff. de iniusto testamento. debet tamen constare, quòd omnia reuiderit; nam quæ non essent confirmata, videntur reprobata, secundùm Dy. Bartol. & Bald. ¶ In ead. glo. ibi [quia legari non possit] imò idẽ vtrobique, dum tamen causa impediens fuisset amota tẽpore repetitionis, arg. ɉ. ti. 2. l. 1. §. 1. durante autem causa impedimenti

impedimenti procedit hæc glo. secundùm Dyn. & fuit de mente præcedentis glo. ¶In glo. exhæredato. in fine. hoc
15 verum, secundùm Dyn. nisi † substitutus puberis exhæredati ipsius substituentis hæres existeret; nam tūc legata relicta à substituto debentur per eum. l. in ratione. §. fin. ȷ̄. ad l. Fal. & not. in l. ita tamen. §. à patre. ȷ̄. ad Trebell.

§. In legato.

¶ Si partes non adijciantur in legato, intelliguntur æquæ hoc dicit.

Ex l. Qui duos.

S V M M AE.

1 *Si legatur incertum de certis, legatarij est electio.*
2 *Si quis sit electus à duobus, nec apparet, quis primò eligit, an sit electio electi, an verò sit nulla.*

1 **L. Qui duos.** ¶Si † legatur incertum de certis, legatarij est electio. h.d. secundùm Bart. ¶Facit ad q. quam ponit Dy. s̄. eo.
2 in l. si ita. & ibi dixi. ¶Itē facit, quòd † si sit quis electus à duobus, nec apparet quis primò elegit, quòd electio sit electi. facit de lega. 2. l. Lucio. ecōtra quòd nullius electio valeat, facit l. duo sunt Titij. s̄. de test. tu. cū similibus. Alij dicunt, quòd maioris electio prævalet, arg. de re iudi. l. duo. & de leg. 2. l. si quis seruum. §. si inter duos. sm̄ Dyn. ¶In glo. 2. ibi [secundùm ibi alternatiuè] Nec obst. huic solutioni. ȷ̄. titul. 1. l. Lucio. vbi in alternatiua est electio legatarij, quia ibi quando alternatiua est posita inter totum, & partem.

Ex l. Grege.

S V M M AE.

1 *Vniuersitati legatæ accedunt postea nata.*
2 *Legatum factum, cui sit adiectum pronomen, meum, quantum sit, habetur ratio temporis testamenti.*
3 *Accessiones legato vniuersitatis cedunt omnia, secus particulari legato in quātitate, vel in genere; quia non cedunt, nisi à tempore moræ.*
4 *Fructus, & accessiones veniunt in legato speciei à morte testatoris, si res erat eius testatoris: secus si extranei.*
5 *In fideicommisso an, & quando fructus, & accessiones veniāt. remissiuè.*

1 **L. Grege.** ¶ Vniuersitati † legatæ accedunt postea nata. h.d. ¶In glo. 1. perti-
2 nent. nisi esset adiectum demonstratiuum, meum, † quia tunc habetur respectus ad tempus facti testamenti, vt. ȷ̄. de au. & argen. lega. l. si ita. & s̄. eo. l. Stichum. secundùm
3 Dyn. Nec obstat, quòd imò † non cedant, nisi à tempore moræ. C. de vsufr. legato. l. 1. & 2. quia hic, quando legatur vniuersitas: quo casu cedunt omnia, quæ hic in gl. not. per Pet. & Cyn. in l. fin. C. qui po. in pign. Sed si legatur
4 † species: tunc si erat testatoris, à morte testantis debentur fructus, & accessiones: sed si extranei, demum à tempore moræ, vt. l. Herēnius. s̄. de vsu. de quo latiùs in d. l. 2.
5 C. de vsufr. legato. In fideicommisso † vniuersali dic, vt. ȷ̄. ad Trebel. l. mulier. §. alia causa. & vide quod not. s̄. solu. matr. in l. si mora. per Ia. de Are. & scripsi in l. in fideicōmissis. in prin. de vsur.

Ex l. Si grege.

S V M M AE.

1 *Vniuersitate legata, quod superest tempore mortis, potest vendicari: licèt ad vnum sit redacta.*
2 *Collegium si sit excommunicatum, subrogati in locum demortuorum tunc sunt excommunicati, quādo particulariter subrogantur, secus si vniuersaliter. & nu. 5.*
3 *Excommunicatio continet pœnam inseparabilem à persona, ideo ad alios non transit.*
4 *Pœnæ delictorum defunctorum non transeunt ad successores.*
5 *Collegium censetur idem, si in locum demortuorum particulariter substituatur: secus si vniuersaliter; quia tunc nouum videtur collegium. vide remissiuè.*
6 *Vniuersitas tunc per vnum tantùm conseruatur, quando consistit ex animo, & numero: secus si ex numero tantùm.*
7 *Mortuis omnibus, durat collegium habitu, licèt non actu, & durant iura collegij, & priuilegia, si non destruatur per superiorem.*
8 *Canonicis compromittentibus cum iuramento sub nomine capituli, durat compromissum, omnibus mortuis, licèt non transeat iuramentum, si contineat capituli vtilitatem.*

1 **L. Si grege.** ¶Vniuersitate † legata, quod superest tempore mortis, potest vendicari, licèt ad vnum sit redacta. h.d. Vide quod scripsi in l. itaque sicut. & in l. proinde. s̄. de ædili. edic.
2 ¶Allegatur, quòd † si sit excommunicatum collegium, subrogati in locum mortuorum, vel decedentiū sunt etiā excommunicati. Tu dic in hoc contra; quia excommuni
3 catio † continet pœnam inseperabilem à persona, & ideo
4 ad alium transire non potest; quia pœnæ † delictorum defunctorū non transeunt ad huiusmodi successores. Quod verum est secundùm Dyn. quando fuerunt particulariter
5 subrogati; quia tunc censetur † idem collegium: secus si fuissent vniuersaliter subrogati; quia tunc censetur nouū collegium, arg. l. quid tamen. §. nauis. s̄. qui. mo. vsufru. amitt. & l. proponebatur. de iudi. De hac. q. vide etiā per Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. oblig. & per eundem aliquid. ȷ̄. eod. i l. quod in rerum. §. fin. Adde quod no. Inno. extra de sen. exco. in c. grauem. & in c. aduersus. extra de immun. eccle. ¶In gl. 3. in fi. [vel ibi considerauit aptitudinem] &c. secundùm Oldra. & Saly. Vel
6 dic, quòd vbi vniuersitas † consistit ex animo, & numero: tunc si superest vnus solus, ei competit illud ius, quod vniuersitati, & ita loquitur. l. sicut. secus si solùm consistat in numero, vt in pedibus, & similibus, vt hic secundū Io. de Deo. facit quod no. Inno. in d. c. grauem. tunc enim
7 (etiam omnibus mortuis) durat † collegium habitu, licèt non actu, & durant iura collegij, & priuilegia eius: secus si destruatur per superiorem; quia tunc non durat collegium, vt no. Inn. extra de operis nou. nunc. i c. cum ex in-
8 iuncto. ¶Et hæc faciunt, si † canonici cum iuramento cōpromittentes decesserunt, quòd non finiatur compromissum, si compromiserunt nomine capituli, licèt transiret compromissum: non tamen vinculum iuramenti; quia est personale, vt no. Inno. de iureiuran. in c. veritatis. quia durat idem capitulum, secundùm Dyn. Quod puto verum, si tale compromissum respicit vtilitatem capituli, sed si respiceret vtilitates singulorum, non transiret in canonicos subrogatos, & facit quod no. Archi. 12. q. 2. c. alienationes. Et istam. q. quidam habet per Bar. ȷ̄. eod i l. quod in rerum. §. fin.

Ex l. Si

Ex l. Si quis bonorum.

SVMMAE.

1 *Parte bonorum legata, non debentur fructus, nisi à tempore moræ.*
2 *In generali legato bonorum non veniunt fructus, nisi ex die moræ.*
3 *Dominium in generali legato bonorum non transit recta via.*
4 *Fructus an, & quando veniant in generali legato bonorum. remissiuè.*

1 **L. si quis bonorum.** ¶ Parte † bonorum legata non debētur fructus, nisi à tempore moræ. h.
2 d. ¶ Vel sic. In generali † legato bonorum non veniunt fructus, nisi ex die moræ. h. d. Et sic in generali legato
3 † bonorum non transit dominium recta via, quod est no. ratio colligitur. ꝟ. eo. i l. non amplius. §. cum bonorum. in glo. secus ibi vide. ¶ Circa hoc, quando veniant fructus
4 † vide quod dicam. ꝟ. titu. 1. l. quod seruus. & scripsi in l. Herennius. s. de vsuris, & latiùs in l. in fideicommissis. in princ. eod. titul.

1 **L. quod in rerum.** ¶ Quod † futurum est, legari potest. h. d.

Ex §. Si vsumfructum.

SVMMAE.

1 *In dubio quis videtur legare ius, quod habet in re, quantuncūque eius morte sit periturum.*
2 *Vsusfructus formalis non potest legari, nisi fructuarius nanciscatur proprietatem.*
3 *Idem in fundo emphyteotico per mortem reuersuro ad ecclesiam.*
4 *Vsusfructus legatum licèt confirmetur, puta quia vsusfructus coniungitur cum proprietate, nō per hoc tamen debetur proprietas, nec videtur legata.*

1 **§. si vsumfructum.** ¶ In dubio † quis videtur legare ius, quod habet in re, quantuncunque eius mor
2 te sit periturum. h. d. ¶ Vel sic. Vsusfructus † formalis non potest legari, nisi fructuarius nanciscatur proprietatem. h. d. secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [vsumfructum] Idem
3 † in fundo emphyteotico, cum per mortem reincidat ad ecclesiam, ad hoc C. de leg. l. vxor. de contrah. emp. l. qui tabernā. & ꝟ. de vsufruc. lega. l. Sticho. ¶ In tex. ibi [proprietatem] licèt ista confirmet legatum: non tamen per
4 hoc † debetur proprietas; quia non est accessorium legatum, nec ei coniunctum per modum accessionis, secundū Pe. ¶ In glo. 1. ibi [vt d. l. vxor] vide quod ibi scripsi. Vel veriùs hic habebat ius in fundo; vnde illud solùm videtur legare, licèt morte extinguatur: sed ibi nullus ius habebat in re, secundùm Bar.

Ex §. Si quis post.

SVMMAE.

1 *Si res legata augeatur, legatum crescit; si verò diminuatur, decrescit.*
2 *Vni cum aliquid conceditur, alterum videtur ademptum.*
3 *Fratres humiliati cum essent subiecti Archiepiscopo Mediolanensi, impetrarunt à Papa aliquem de suo ordinem Ministrum, qui haberet uisitare, & corrigere totum ordinem: quo concesso, si Archiep. vellet eos visitare, vti consueuerat, non potest.*
4 *Creatio noui officialis, non derogat veteri, nec eius iurisdictioni vniuersali.*
5 *Legatum per alienationem totius rei petijt, nisi necessariò alienetur: secus si pars, quia tunc in partem tantùm perit.*
6 *Fundus nouus efficitur, alienata parte.*

1 **§. Si quis post.** ¶ Si res † legata augeatur, legatum crescit: si verò diminuatur, decrescit. h. d. ¶ In tex. ibi [adiecerit] ꝑpetuò, non gratia culturę. ꝟ. tit. 1. l. Gaius. §. 1. ¶ Nota hic
2 in fine, quòd cum vni aliquid † conceditur, alterum videtur ademptum, ad hoc facit. l. cū dominicis. C. vbi causæ
3 fisca. per quod dico terminari. q. quòd † cum fratres humiliati essent subiecti Archiepiscopo Mediolanensi, impetrarunt à Papa aliquem de suo ordine Ministrum, qui haberet visitare, & corrigere totum ordinem. quo concesso Archiepiscopus valebat, sicut consueuerant visitare, certè non potest, secundùm Ia. de Are. In contrarium videtur facere. s. de admin. tuto. l. quotiens. §. fin. secundùm Oldr. & Ia. de Are. ¶ Item est argumentum contra. C. de
4 offi. præfec. vrbis. l. 1. vbi creatio † noui officialis non derogat veteri, nec eius iurisdictioni vniuersali. Nisi respondeas, quòd ibi nouus officialis erat constitutus cum minori potestate, non cum maiori, vel pari & facit extra de offic. delega. c. studuisti. ¶ In tex. ibi [ademptum] nec de
5 bet distingui, vt in l. rem legatam † quia ibi in alienatione totius rei, quæ licèt alienetur: tamen eadem remanet:
6 sed hic † pars, quæ detrahitur, nouus fundus efficitur, facit. l. qui vniuersitas. ꝟ. de acqui. possess. & ꝟ. eo. l. certa. §. fina. secundùm Saly.

§. Et si nauem. ¶ Eadem est nauis, quæ destruitur, & reficitur, eadem carina manente. h. d. secūdùm Bar.

Ex l. A filio.

SVMMAE.

1 *A filio hærede potest legari patri: sed si adijt iussu patris, non videtur legatum.*
2 *Omnia legata inutilia si remaneant apud hæredem, computantur in Falcidiam, ex quacunque causa sint inutilia.*
3 *Filius hodie potest grauari præstare legatum patri, & quid de hæreditate aduentitia.*
4 *Filius hodie in hæreditate aduentitia obligatur patri ciuiliter.*
5 *Legatum à patre filio in potestate est nullum: secus si à filio patri, quia non semper est nullum.*
6 *Falcidia non habet locum in testamento militis.*
7 *Filius de legato à patre detrahit Falcidiam, sicut à quolibet extraneo, sic & econtra pater à filio.*

1 **L. A filio.** ¶ A filio † hærede potest legari patri: sed si adijt iussu patris, nō videtur legatum. h. d. quia inutile redditur, & in Falcidiā imputatur, secundùm Bald. ¶ In tex. [etiam purè] quasi dicat nedum sub conditione, secundùm Dyn. ¶ In tex. ibi [in Falcidiam] quasi inutiliter legatum, sicut alia inutiliter

ter legata imputatur. secundùm Dyn. ¶Præmittit Dyn.
2 quòd omnia † legata inutilia, si remanent apud hæredem, computantur in Falcidiam, ex quacunque causa sint inutilia, vt j. ad l. Falc. l. in ratione. in prin. & l. non est dubium. & l. sequen. & l. ex asse. secundùm Dy. ¶In gloss. 1. oppono, quòd illatio, quæ est ibi [igitur] &cæt. malè sequitur ex præmissis, propter hoc gloss. ista legit istam l. duobus modis. Vno modo, quòd loquatur secundùm iura antiqua. Alio, quòd loquatur secundùm iura noua. ¶In eadem gloss. ibi [iure veteri] potest loqui, &cæt. & tunc dictio, igitur, infertur ex casu subaudito in præmissis, & hæc verior lectura, quàm sequens; quia non est verisimile, quòd ibi de iure nouo futuro diuinasset ista lex, secundùm Barto. ¶In eadem gloss. ibi
3 [verùm iure nouo] &cæt. innuit, quòd † filius hodie possit grauari præstare legatum patri, non hæreditatem ad uentitiam. secundùm Pe. Contra, quia etiam hodie in ad
4 uentitio non potest † filius obligari patri ciuiliter. Insti. de inutil. stip. §. item ei. gloss. tenet contrarium, quòd hodie possit obligari ciuiliter in l. frater à fratre. s. de cōdi. indebi. & in l. si quis pro eo. §. pri. j. de fideiusso. Idem vr̄ sentire in Auth. vñ si parens. C. de inof. testam. Et hæc videt̄ cōmunis opinio, licet Ci. teneat opin. Pe. in l. pater. & in l. pactum. C. de pac. conuen. & pro ista opinione videtur casus. C. ad Treb. in l. iubemus. Non obstat. §. item ei. quia loquitur in obligatione, & promissione ex causa profectitia. ¶In glo. secunda. in fine. ibi [§. an seruo.]
5 & est ratio secundùm Dyn. quia cum à patre † instituto legatur filio, ipsi patri videtur legatum, & sic eadem videtur persona hęredis, & legatarij, vnde non valet legatum, nec conualescit ex postfacto, impediente regula Catoniana: sed quando econtra filius instituitur, & legatur à filio patri, non est legatum nullum, si filius adeat: & sic valet legatum inspecto tempore testamenti, & mortis: sed cum iussus sequitur, non est filius hæres, nec pater per eum, antequam iubeat, & filius adit: si erat in potestate patris, est hæres quò ad effectum, & ideo legatum ex postfacto redditur inutile: sed si erat emancipatus tempore aditionis, valet legatum; quia tunc non est eadem persona cum patre, secundùm Dyn. ¶In gloss. per
6 hoc patet. in fine. Nam in testamento † militis non habet locum Falcidia: sed certè hic non tractatur de Falcidia detrahenda de testamento militis, sed illius, qui filium hæredem instituit, qui fortè non erat miles, secundum Dy. & idem Bar. ¶In gl. fi. ibi [detrahit Falcidiam] &c.
7 no. quia decidit, quòd † filius à patre detrahit Falcidiã de legato, sicut à quolibet extraneo. Idem dicas econuerso; quia pater à filio, quando præstat legatum, vt hæres. l. cum filio. s. eodem. & dixi. j. ad Treb. in l. cogi. §. si pater.

Ex l. Non amplius.

SVMMAE.

1 *Illud dicitur quis habere, quod sibi remanet, deducto onere.*
2 *Si gabella debet solui de legatis, soluitur solùm de eo, quod superest, deducto onere.*

1 L. Non amplius. ¶† Illud dicitur, quis habere, qđ sibi remanet, deducto onere. hoc dicit. ¶In tex. ibi [videtur] quò ad hoc, vt possit grauari onere fideicommissi, & sic cessat contrarium, secundùm Dyn. de quo in gloss.
2 ¶Facit ar. quòd si † debet solui gabella de legatis, soluatur solùm de eo, quod superest, deducto onere, sm̄ Bald.

Ex §. Si certum.

SVMMAE.

1 *Interitu speciei sine dolo, & culpa debitoris, debitor liberatur.*

1 §. Si certum. ¶Interitu † speciei sine dolo, & culpa debitoris debitor liberatur. h. d. ¶In tex. ibi [traderetur] id est non esset in mora tradendi, secundum Dy.

Ex §. Cum bonorum.

SVMMAE.

1 *Legatario partis bonorum potest hæres soluere æstimationem, vel partes rerum, vel res ipsas, pro vt iudici expedire videbitur.*
2 *Si emi dimidiam collecti ficuum, vel similium, non debent ficus per medium diuidi.*
3 *In legato partis bonorum æstimatio non est in obligatione, sed solùm pars rerum.*
4 *In libello, quo petitur pars bonorum legatorum, agitur personali ad eam partem.*
5 *Legatarius partis bonorum an quærat dominium recta via, ita quòd agat rei vendic.*
6 *Falcidia debita iure naturæ debetur, deducto omni ære alieno, nec erit soluenda in æstimatione.*
7 *Rei, verbum est generale.*
8 *Aes alienum concernit totum patrimonium.*
9 *Pro delicto vnius ex cōsortibus, an debeat tota domus dirui.*

1 §. Cum bonorum. ¶† Legatario partis bonorum pōt hæres soluere æstimationē, vel partes rerū, vel res ipsas, prout iudici expedire videbitur. h. d. ¶In tex. in fi. ibi [omnino præstanda est] nisi paratus sit pręstare res, quæ contineant æstimationem partis legatæ, vt in l. seq. sm̄ Dy. ¶Nota ibi [quæ sine damno] &c. quia facit,
2 ꝙ si † emi dimidiam collecti ficuum, vel similium, ꝙ nō debebant omnes diuidi per medium. ¶Not. in l. seq. ibi
3 [nec necesse haberet] hic probari, ꝙ in legato † partis bonorum æstimatio non sit in obligatione, sed solū pars rerum, pro hoc. s. e. l. si quis bonorū. vbi dicit, ꝙ fructus debentur, sed æstimatio non facit fructus, ergo non est in
4 obligatione, & ita tenet Barto. ¶Item nota hic modum libellandi; quia ageret personali ad partem bonorū: sed hæredi dabitur facultas soluēdi res, vel æstimationem, vt hic. Videtur tñ tex. hic in fin. in verbo [vendicare] ꝙ le-
5 gatarius † partis bonorū recta via quærat dñium, & sic possit agere rei vendicatione. Quod nō vr̄ verū; quia tūc venirēt fructus à die aditæ hæreditatis, & tñ tex. dicit, ꝙ nō veniunt, nisi à die moræ. s. eo. l. si qs bonorū, sm̄ Bart. dicit, ꝙ si in hæreditate est æs alienū, non transit dñium; qa tūc verbum, bonorū, refertur ad iuris intellectū. Si autē nullū est æs alienū: tunc verbū, bonorū, sumitur ꝓ ipsis rebus, & trāsit recta via dñium. Quod nō credo verū; qa si trāsiret dñium, non posset hr̄s eligere æstimationē. Nō ob. verbū, vendicare, qa ponit̄ impropriè, & largissimè

mè pro personali petitione, secũdùm Bal. ¶ Limitat ergo Bald. hanc l. cum sequen. vt non habeat locum in Falcidia debita iure naturæ, quæ debetur, deducto omni ære alieno; quia cũ sit ex ipso corpore detrahenda. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoff. don. & l. iubemus. C. ad Trebell. nõ poterit fieri solutio ĩ æstimatione, & hoc placet, & hoc est de mente glos. secundæ. l. sequentis. ¶ Item no. ex fin. §. tex. ad id, quod no. Guil. in d. l. scimus. §. repletionẽ. & Bartol. tangit in d. l. scimus. in princ. in vltima quæstione. ¶ In gl. secus ergo: ibi [§. postquam.] & sic hic dicatur fideicommissum esse vniuersale. ¶ In eadẽ glo. ibi [ære alieno] arg. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. sig. ¶ Et ex hoc collige rationem; quia in hoc legato dominium non transit recta via in legatarium, vt supra eod. l. si quis bonorum. secundùm Sali. ¶ In eadem gloss. ibi [l. mulier.] & ad contraria dic, vt in qualibet earum no. ¶ In eadem ibi [non rerum singularium] idem tamen secundùm Barto. si partem rerum simpliciter; quia idẽ est, quòd si partem bonorum; quia verbum, rei, est generale. l. prima. supra si cert. peta. Ideo dic meliùs, quòd
7 hic habet à lege facultatem rei diuidendæ. Item propter
8 difficultatem rei diuidendæ. ¶ Item propter æs † alienum, quod concernit totum patrimonium. l. si fideicommissum. §. tractatum. s. de iudi. & sic hanc rem, & illam; vnde non possunt solui partes rerum, ideo &cæt. ¶ Vltimò inducitur per Dyn. ad quæstionem, quòd pro
9 † delicto vnius ex consortibus non debeatur tota domus communis dirui pro partibus: sed officio iudicis debet aliquid assignari, quod diruatur, & reliquum conseruari illæsum, allegat tamen pro, & contra. Sed hæc pars vera, & maximè, quando ratione partis diruptæ alia pars quodammodo remaneret inutilis, vt s. l. proxima. in fine. secundùm Bald. de hac Bartol. remittit se ad l. Atheius. §. finali. ff. de aqua plu. arcen. & in l. si is, qui. ff. communi diuidundo. & per Pe. in l. & si seuerior. C. de infam.

Ex l. Si creditori.

SVMMAE.

1 *Si debitor leget debitum creditori, valet ita demum legatum, si afferat commodum creditori.*

2 *Testator legando debitum, cuius petitio poterat per exceptionem elidi, uidetur exceptionem remittere.*

3 *Debitum iure prætorio, ciuile indebitum potest creditori legari: secus iure ciuili debitum, nisi commodum repræsentationis contineat, vel afferat aliquod commodum legatario.*

4 *Legando debitum exprimendo qualitatem, valet, si contineat aliquod commodum.*

5 *Testator si facit exequutores ad soluenda omnia sua debita, & sic in genere loquitur, non poterunt solui ea, in quibus obstat exceptio præscriptionis.*

6 *Legatum, quod auget præstationem, non vtilitate, sed subtilitate, continet commodum.*

7 *Lex in dubio non videtur correcta.*

8 *Debitum legatum in testamento, quod ex contractu stricti iuris debetur, valet, quia actio ex testamento habet se ad instar bonæ fidei.*

9 *Plus dicitur quinque modis, quæ faciunt valere legatum in illo pluri. remissiue.*

1 L. Si creditori. ¶ † Si debitor leget debitum creditori, valet ita demum legatum, si afferet commodum credito-
2 ri. hoc dicit. ¶ Vel sic. Testator † legando debitum, cuius petitio poterat per exceptionem elidi, videtur exceptionem remittere. hoc dicit primò. ¶ Et iure prætorio
3 † debitum, ciuile indebitum potest creditori legari. h. d. secundò. ¶ Vel sic. Iure ciuile debitum cum effectu non potest creditori legari, nisi in commodo repræsentationis; vel si hoc afferat aliquod commodum legatario, secundùm Bald. ¶ In text. ibi [remissa] etiam si essent plures. l. 1. §. quibus. ff. de suc. edic. pro hoc etiã facit qđ no. gl. in l. donaturus. §. si qs. s. de cõd. ob cau. & sic est. ff. de noua. in l. si qs delegauerit. ¶ In tex. ibi [legẽ] &c. quantitatem exprimendo, aliàs si simpliciter legaret,
4 quòd debet, non valeret, vt l. legaui. ff. de lib. lega. & l. si
5 prior. & ibi no. s. solu. mat. secũdũ Bar. ¶ Et ideo si † testator facit exequutores ad soluenda omnia sua debita, & sic in genere loquitur, non poterunt soluere ea, in quibus obstat exceptio præscriptionis, vt quæcunque alia. vt ff. de libera. lega. l. vel obligatus. & de solu. l. si is, cui. §. Flauius. secundùm Bald. ¶ In text. ibi [honoraria] sed hoc casu non posset grauari legatarius, vt nota. ff. de
6 lega. tertio. l. si deportati. §. fina. quia istud † commodum consistit in subtilitate, non vtilitate; quia auget præstationem, sm̃ Bald. ¶ In text. ibi [ait.] Nec obst. ff. eod. l. si sic. §. primo. & de libera. lega. l. legaui. quia ibi debitum ab initio fuit nullum: hic aliquid, licèt postea superuenerit exceptio, ar. ff. tit. primo. l. cum filius. §. hæres. ¶ In gloss. secunda. ibi [perpetuum ius agentis] ista considerat solum commodum temporis præscriptionis, & non habet in se rationem; quia ibi commodum non debet curari. ff. de castre. pecul. l. pater. secundùm Bart. & Bald. no. de hoc in l. qui bis. ff. de verborum oblig. Dicit Barto. Tu dic secundùm Pe. quòd ibi loquitur, quando accessoria accedit alteri æquè principaliter, sicut illa secundùm Pe. & Ray. facit de constitu. pecu. l. item illa. §. quod adijcitur. & quod no. in l. certi condictio. in princ. ff. si cert. peta. de quo dixi in l. 2. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. secundùm Barto. Tene ergo rationem, quæ sequitur in gloss. quam omnes tenẽt. ¶ In glos. 3. ibi [propter sumptum] item, & propter fructus, vt ff. eo. l. si cui. §. fi. secũdùm Pe. Item & propter hypothecam. Et sic non tenet principale, & tenet hypothecaria in fine, imò propter hoc legatum non est vtile, vt nota. gloss. Insti. eo. in §. ex contrario. licèt Bar. hic contra, pro hoc facit; quia aliàs ista. l. si cui. hodie esset correcta,
7 quod † in dubio non est dicendum. Idem videtur, si debitum ex contractu stricti iuris legetur; nam debere-
8 tur actione † ex testamento, quæ habet instar bonæ fidei. Contrarium tenet hic Bartol. per casum. l. Aurelius. §. finali. de lib. leg. nec illud interesse consideratur, nisi quò ad vsuras, debitore existente in mora, & sic delinquente, quod non debet præsumi, secundùm eum. ¶ In eadem. gloss. in fine. ibi [§. si rem quis.] contra videtur not. scilicet quod obstat hic, quòd dominium transeat, non propterea tenet legatum. Insti. de legatis. §. quod si in diem. sed hoc communiter tenetur, secundùm Saly.
9 ¶ † Et licèt non dicatur, plus, altero de quatuor modis, de quibus in §. plus. Insti. de actio. dicitur plus, quinto modo, qui sufficit ad legata. Ita dicit no. gloss. ff. titu. primo. l. Mæuius. in principio. in ver. debitum. secundùm Barto.

Ex l. Talis scriptura.

SVMMAE.

1 *Scriptura, per quam legata pecuniaria, quibus dies non est apposita, prorogantur, non pertinet ad corpora legata, nec ad ea, quibus dies est quoquomodo adiecta, & porrigitur ad legata sequentia, & præcedentia etiam postea in codicillis relicta, si non sint à iure commuui exorbitantia.*

2 *Pecunia à testatore prolata refertur solùm ad consistentia pondere, numero, vel mensura.*

3 *Statutum simpliciter in dispositione habente diem, producitur ad dispositionem conditionalem.*

4 *Pecunia consignata in archa, uel sacculo, non uenit appellatione pecuniæ.*

5 *Testator si legauit centum, quæ habebat penes campsorem, et si hæres non præstaret ea, legauit uineam, si hæres exigat, & consumat, tenetur tradere uineam, & quando sit uerum.*

6 *Nummi, ut species legati, commutationem non recipiunt.*

7 *Statuto cauetur, quòd robbatores stratæ non possint extrahi de banno, etiam si ab offensis pacem habuerint: superuenit aliud statutum, quòd omnes banniti extrahantur de banno, habita pace ab offenso, si soluant unum solidum pro libra quantitatis in codemnatione comprehensæ, an robbator de banno extrahi possit.*

8 *Posteriora distinguuntur, & limitantur per prima.*

9 *Statutum speciale præcedens derogat generali sequenti.*

10 *Pecunia, nomen ita est latum, sicut summa.*

11 *Pecunia, nomen quando profertur in casu nec odioso, nec fauorabili, tantùm comprehendit ea, quæ pondere, numero, & mensura comprehenduntur. Idem quando de iure communi quis obligatur ex sua uoluntate. ibidem.*

12 *Clausula apposita per uerba præteriti tēporis, non se extendit ad futura in exorbitantibus à iure communi.*

1 L. Talis scriptura. ¶Scriptura, † per quam legata pecuniaria, quibus dies non est apposita, prorogantur, non pertinet ad corpora legata, nec ad ea, quibus dies est quoquomodo adiecta, & porrigitur ad legata præcedentia, & sequentia etiam postea in codicillis relicta. hoc dicit cum sequen. dummodo non sint exorbitantia à iure communi. l. vxori. §. vxori. hic in
2 gl. all. quod nota. ¶Nota, quòd verbum, † pecunia à testatore prolatum, refertur solùm ad consistentia pondere, numero, vel mensura, secundùm Bartol. ¶Nota ibi
3 [dies incertus] quòd statutum † simpliciter in dispositione habente diem, producitur ad dispositionem conditionalem, & est vtile ad multa. ¶Nota text. in ver.
4 [item si legetur] quòd pecunia † consignata in archa, vel sacculo, non continetur appellatione pecuniæ. Quod
5 facit secundùm Dyn. ad quæstionem † si testator legauit centum, quæ habebat penes campsorem, & si hæres nō præstaret ea, legauit vineam: hæres exegit illa centum, & consumpsit: legatarius petit vineam: hæres vult præstare alia centum: fuit determinatum per istum tex. quòd vi
6 nea debeatur; quia † quando nummi sunt legati, vt species, non recipiunt commutationem. l. sed si certos. vbi est casus. secundùm Dyn. ў. eodem. hoc est verum, si pecunia erat disposita penes campsorem in specie, secus si in numero; quia tunc non consideratur tanquam species, sed tanquā genus. l. die sponsaliorum. & l. Lucius. de pos. facit quod not. in l. si creditor. §. primo. supra de peculio. secundùm Bald. ¶In ver. [hanc autem] facit ad
7 quæst. si statuto cauetur, quòd robbatores stratæ non possint extrahi de banno, etiam si ab offensis pacem habuerint: postea fit aliud statutum, quòd omnes banniti extrahantur de banno, habita pace ab offensis, si soluant vnum solidum pro libra quantitatis in condemnatione comprehensæ: & robbator stratæ pacem habuerit ab offenso, quòd non possit extrahi de banno, etiam vigore secundi statuti; quia de primo non est dubium, & ita terminat Dyn. quia etiam posteriora distinguuntur,
8 † & limitantur per prima, arg. huius. l. Item, quòd sta-
9 tutum † speciale præcedens derogat generali sequenti, arg. de ali. & cib. lega. l. libertis. & l. doli clausula. & hic in ver. [& ad ea tantū.] & l. sanctio legum. ff. de pœnis. & de lega. tertio. l. vxorem. §. felicissimi. & de alimen. lega. l. alimenta. §. Basilicæ. secundùm Dy. Sed contra Dy. facit; quia primum statutum disponit solùm respectu pacis, sed secundum disponit mixtim respectu pacis, & respectu solutionis, vnde non est ista cancellatio gratuita: speciale ergo statutum loquitur in vno casu generale aūt in alio, & ideo non videtur derogatū statuto generali, arg. supra ad Syll. l. si quis in graui. §. hi quoque. & infra de annuis leg. l. Titiæ. §. qui Marcho. secūdùm Bal. ¶In gloss. secunda. ibi [hic pecunias] quod nihil est, quia
10 † appellatio pecuniæ ita est lata, sicut appellatio summæ, vt infra ad Trebell. l. nam quod. §. fina. ¶In eadem gloss. ibi [item ibi futuri] & cæt. hæc etiam non est bona; quia hic verbum præteriti temporis trahitur ad futura. Dic ergo, quòd ibi est verbum summas, & cæt. Vel dic, vt hic in libro, & hæc sunt Bartol. cum enim hic
11 loquitur † in casu nec fauorabili, nec odioso, eligitur media via, vt nomen pecuniæ comprehendat tantùm ea, quę pondere, & cæt. Idem quando tractatur de aliquo obligando de iure communi secundùm suam uoluntatem, l. secunda. s. si cert. peta. & l. secunda. C. de consti. princ. Et licèt ibi omnia comprehendat, est ex extensione, vt ibi patet in litera, secundùm Bart. quem hic vide latiùs ¶In gloss. vltima ibi [suam fictionem non extendit.]
12 Nota ergo, quòd † clausula apposita per verba præteriti temporis, non extenditur ad futura, quæ exorbitant à iure communi, quod facit pro clausulis statutorum, de quo per Barto. in l. Prætor. §. secundo. ў. vi bo. rap. & ego latissimè in l. quemadmodum. §. fi. s. ad l. Aquil. vbi vide plura notanda. in fine. De virtute clausulæ positæ vide in Specu. de instru. edi. §. nunc autem. versic. excipe. & vide Bald. in l. prima. in fi. C. de legi. hæredi. & in l. 1. C. de libe. præte.

Ex l. Si quis à filio.

SVMMAE.

1 *Repetita à substituto intelliguntur repetita purè, nisi aliud exprimatur.*

2 *Conditio negatoria vitiat legatum.*

3 *Tacita repetitio non fit, vbi per eam legatum uitiaretur.*

4 *Iuris præsumptio non adaptatur ad infirmandum id, quod agitur, sed ad confirmandum.*

1 L. Si quis à filio. ¶Repetita † à substituto intelliguntur

tur repetita purè, nisi aliud exprimatur. hoc dicit. ¶ Vel
2 sic. Conditio † negatoria vitiat legatum, tamen in dubio talis conditio non intelligitur repetita. hoc dicit.
3 ¶ Vel sic. Tacita † repetitio non fit, vbi per eam relictū vitiaretur, ad hoc allegatur. Adde quod not. supra de
4 hæredi. insti. in l. sub conditione. Et sic nota, quòd † iuris præsumptio non adaptatur ad infirmandum, quod agitur, sed potiùs ad confirmandum, secundùm Bald.
¶ In text. ibi [agitur] scilicet; quia non fuit expressè repetita conditio, quæ vitiaret, secundùm Bald. ¶ In gloss. prima ibi [& in diem] vt l. si cui. §. hoc autem legatum. ꝭ. eodem. & de materia huius. l. ibi dicam. & vide ꝭ. de condit. & demonstr. in l. Publius. §. fina. ¶ In gl. secunda ibi [& est hic nugatio quædam] idest implicatio, seu perplexitas; quia substitutio pupillaris & legatum sub dicta forma se non compatiuntur ad inuicem; quia referuntur ad oppositas, & incompassibiles conditiones. Alij, vt Iacob. de Are. secundùm Bartol. exponunt, quòd non est hic nugatio, sed defectus conditionis; quia si filius decesserit impubes, deficit conditio huius legati, si in suam tutelam peruenerit, secundùm Bald. Et secundùm hoc ista verba [cum is in suam tutelam] &c. faciunt conditionem, quod an sit verum, ponit Bart. in d. l. si cui.

3 [voluntatem defuncti hæredi magis] &cæt. quia † censetur eadem persona, vt in Authen. de iureiuran. à morien. præstito. §. primo. coll. quinta. secundùm Pet. & no. gloss. &cæt. Nec obstat quod nota. gloss. in l. Pomponius scribit si frumentum. §. fina. ꝭ. de rei vendicat. & in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ꝭ. de verborum obligatio. quia hic talis declaratio nemini potest damnum afferre, licèt afferat diminutionem legati: sed ibi posset damnum afferre, secundùm Bartol. ¶ Vel dic, quòd ibi in iudicijs: hic in vltimis voluntatibus, secundùm Bald.
¶ Adde gloss. ff. de iudi. in l. eum, quem temerè. quæ
4 dicit, quòd quando † plures sunt eiusdem nominis, & vnus citatur, nec apparet, de quo, quòd illa citatio est temeraria, & si non est sensum de citato, ille, qui fecit citari, condemnatur in expensis, secundùm Bal. ¶ Extra
5 facit in argumentum, † quòd si testator dicit, relinquo Titium exequutorem meum, & plures sint, quòd ille sit, quem hæres declarabit: sed si diceret, relinquo vnum ex istis, nullus sit exequutor, arg. C. de episcop. & cle.
6 l. nulli. & hic gloss. ſar. contra, quòd † in incertitudine personarum semper eligat hæres. de lega. secundo. l. si quis seruum. §. si inter. & l. cū quidam. sed illæ loquuntur in præstationibus, non in designatione officij.

Ex §. Si quis plures.

SVMMAE.

1 *Si testator sensit de certo, nec apparet de quo, electio est hæredis.*
2 *Electio est legatarij, quando cadit in certo: interpretatio verò est hæredis, quando est de certo, sed propter pluralitatem rerum non est omnino certum, de quo vide aliàs diff.*
3 *Hæres magis censetur scire voluntatem defuncti, quàm alius, & eadem persona censetur.*
4 *Citatio est temeraria, quando plures sunt eiusdem nominis, & vnus citatur, nec apparet de quo, & ille, qui fecit citari, condemnatur in expensis.*
5 *Si testator dicit, relinquo Titium exequutorem meum, & plures sint, hæres eliget, secus si dicet, vnum ex istis; quia tunc nullus erit.*
6 *In incertitudine personarum semper eligit hæres, secus in præstationibus.*

1 §. Si quis plures. ¶ Si testator sensit † de certo, nec apparet de quo, electio est hæredis. hoc dicit. Et
2 præmitte, † aliud est electio; quia illa cadit de certo, & ista est legatarij, supra eodem. l. qui duos. aliud interpretatio, & illa etiam cadit de certo, quando tamen non erat omnino certum per pluralitatem rerum, & ista est hæredis, vt hic. Similiter est differentia inter electionem, & interpretationem. ꝭ. de verborum obligatio. l. quicquid astringendæ. secundùm Bald. ¶ In text. ibi [elegerit] interpretando voluntatem defuncti, &cæt. ¶ In gloss. prima in fine. sed hoc falsum, nam licèt in legato generaliter non possit eligere deteriorem, vt ibi, quotiescunque tñ declarauit illū esse, de quo testator sensit, illum præstare potest, & sic intelligo l. hæredes. §. si certo. sup. familiæ erciscundæ. secundùm Pet. ¶ In glo. secunda. ibi [dignoscitur] vt C. de inge. manu. l. ad recognoscendos. secundùm An. de Pi. ¶ In eadem gloss. ibi

Ex §. Si parti.

SVMMAE.

1 *Parti ciuitatis potest legari id, quod ad ornamentum, vel compendium Reip. tendit.*
2 *Pars ciuitatis est capax relicti, & intelligitur collegium approbatum.*
3 *Pars expulsa de ciuitate, potest statutum, & syndicum constituere, & an sit licitum collegium. usque ad finem.*
4 *Legatum relictum parti æquipollet legato relicto toti ciuitati.*
5 *Cuilibet est permissum facere collegium ad suam iustitiam consequendam.*
6 *Si legetur uni sectæ ciuitatis, puta Guelphis, puta per unum de parte Guelpha, an valeat legatum.*
7 *Si pars collegij expulsa expellatur de ciuitate, retinet iura collegij, si sit maior pars.*
8 *Si sint duæ partes in ciuitate, quarum altera submittat alteram, illa submissio valet, si à maiore parte sit facta.*

1 §. Si parti. ¶ Parti † ciuitatis potest legari id, quod ad ornamentum, vel compendium Reipublicæ tendit. hoc dicit. ¶ Vel sic.
2 Pars † ciuitatis est capax relicti, & intelligitur collegium approbatum, secundùm Bald. ¶ Facit secundùm Lam-
3 ber. de Rampo. quòd pars † expulsa de ciuitate, possit statutum, & syndicum constituere: nam collegio illicito non potest legari. l. cum Senatus. de reb. dub. sed hic potest legari parti ciuitatis; ergo est licitum collegium, er-
4 go, &cæt. Item quia † legatum relictum parti, æquipollet legato relicto toti ciuitati. l. omnibus. ꝭ. ad Trebell. ergo, &cæt. Idem tenet Barto. & Bald. arg. l. 2. §. exactis. ꝭ. de origi. iuris. vbi pars expulsa fecit legem, quæ depor-
5 tata fuit. ¶ Item quia cuilibet † est permissum facere collegium ad suam iustitiam consequendam. l. prima. §. primo. ꝭ. quod cuiusq; vniuer. Sed Dy. contra, quia istę partes, quæ respiciunt æmulationem, non faciunt collegium
6 approbatum. ¶ Sed quæro, † si legetur vni sectæ ciuitatis,

tis, puta Guelphis fortè per vnum de parte Guelpha expulsa, non valet; quia tale collegium est improbatū, cū redundet in detrimentum ciuitatis, l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. & postli. reuer. In quibusdam tamen locis ex eorum statutis tales sectæ approbantur, vt sunt capita partis Guelfæ. secundùm Bartol. Innoc.
7 format. q. si pars † collegij est expulsa de ciuitate, vtrùm illa pars retineat iura collegij. Et dicit, quòd retinet, si est maior pars: secus si minor. Ita no. ipse in c. cum ex iniuncto. de operis no. nun. sic ergo dicam in expulsis de ciuitate, secundùm Bald. ¶ Item dicit hic Bartol. quòd
8 si sunt † duæ partes in vna ciuitate, vna intrinseca, alia expulsa, & quælibet earum separatim submittat ciuitatem alteri, quòd ista submissio non valet, & hic facit mentionem de Tudertinis. Tu dic, quòd valet, si fit à maiori parte, per nota. per Innocen. in d. c. cum ex iniuncto, secundùm Bal.

Ex l. Si pluribus.

SVMMAE.

1 *Si eadem res pluribus coniunctim legetur, cuilibet pars debetur: si disiunctim, partem sibi faciunt per concursum, nisi testator voluerit à primo adimere, vel cuique in solidum concedere, & plures coniuncti habentur loco vnius.*
2 *Coniunctionis natura est, vt cōiuncti videantur pro partibus honorari; natura verò disiunctionis est, vt in solidum faciant sibi partes per concursum, nisi testator exprimat, quòd cuilibet præstetur solidum.*
3 *Ademptio non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Melior est conditio occupantis, & occupatio per contestationem litis, non per præparationem inducitur.*
5 *In præiudicium tertij non habet locum variatio.*
6 *Res peti potest, & sententia ferri in æstimatione.*
7 *Eadem dictio facit partes per concursum.*
8 *Præoccupatio iurisdictionis inducitur per citationem, exercitium verò iurisdictionis per dationem libelli, & quando sit melior occupantis conditio, vide tres distinct. vsque ad finem.*
9 *Præoccupatio respectu eius, de quo agitur, quando sunt plures agentes in eadem causa ad idem, tunc inducitur per eum, qui priùs peruenit ad sententiam, si illæ causæ duæ simul esse veræ non poterant.*
10 *Ille dicitur præoccupare in rebus pluribus, quæ simul veræ esse possunt, qui priùs habuit ius petendi.*
11 *Quando diuersum ex diuersis causis petitur, tunc ab eo præoccupatur, qui priùs sententiam reportat.*
12 *In incorporalibus quis dicatur præoccupare.*
13 *In iure efficaciter quærendo, sufficit litis contestatio: in quæsito verò sententia, ad hoc vt præoccupasse dicatur.*
14 *Sententia lata contra vnum conreum, nocet alteri.*
15 *Quando officium est vniforme in qualibet sui parte, inducitur præuentio per citationem, ad hoc vt illud officium præoccupasse dicatur: secus si non est vniforme, vt procuratoris; quia tunc requiritur litis contest.*
16 *In iure eligendo præuentio per litis contestationem inducitur.*
17 *Quando debitum est vnum, & ex eadem causa, ad hoc vt præueniat quò ad excludendum alium, & sibi quærendum, sufficit litis contestatio, etiam quod ius alterius ex toto excludatur: secus quando sunt plures; quia tunc requiritur sententia.*
18 *Sententia iudicis iudicantis; non inspicitur quò ad effectum confiscandorum bonorum, sed priùs inquirentis, & citantis.*
19 *Hæreticus incola Bononiæ si primò inquiratur Bononiæ, postea Marchiæ inquiratur, & condemnetur, bona confiscanda ad quem pertineant, consilium optimum.*
20 *Inquisitio, quæ fit per officium iudicis, habetur loco accusationis.*
21 *Secundum iudicium, quando ita se habet ad primum, quòd sententia lata in primo, poterat exceptionē facere rei iudicatæ in secundo: tunc primo inchoato, non potest aliud procedere.*
22 *Obligatio personalis, & actio an possit ad plures in solidum pertinere.*
23 *Qui actionem non habet, litem non potest contestari.*
24 *Dominium in legato alternatiuo, vel in re legata pluribus, vel in relicto sub conditione est apud hæredem in pendenti, quò ad tales causæ veniant, et est apud ipsum in commutabiliter.*
25 *Legatarius ante electionem non habet dominium, & per litis contestationem consequitur potestatem eligendi.*
26 *Delegatus si commisit vices suas incapaci, non per hoc abdicat à se suam iurisdictionem.*

1 L. Si pluribus. ¶ Si eadem † res pluribus coniunctim legetur, cuilibet pars debetur: si disiunctim, partem sibi faciunt per concursum: nisi testator voluerit à primo adimere, vel cuique in solidum concedere, & plures coniuncti habentur loco vnius. hoc dicit cum princ. l. sequen. ¶ Vel sic. Natura coniunctionis est, vt coniun-
2 cti videantur pro partibus honorari: natura verò disiunctionis est, vt insolidum faciant sibi partes per concursum, nisi testator exprimat, quòd cuilibet præstetur solidum; tunc enim vni præstabitur species, alteri æstimatio, & erit melior conditio occupantis per lit. contesta.
3 hoc dicit Bald. ¶ Nota, quòd † non præsumitur adem-
4 ptio, nisi probetur. ¶ Item nota, † quòd melior est conditio occupantis: & quòd occupatio inducitur, per contestationem litis, non per præparatoriam litis.
5 ¶ Item nota, quòd † in præiudicium tertij non habet
6 locum variatio. ¶ Item nota, rem † peti, & sententiam ferri in æstimatione, sic Insti. de lega. §. si res. secundùm Bald. ¶ In ver. [quid si separatim.] Ab hinc vsque ab finem loquitur in legato speciei, non quantitatis; nam tunc plures legatarij, quibus esset relictum in diuersa conceptione verborum, quilibet veniret in solidum, nisi testator dixisset, lego eandem quantitatem; nam tunc
7 propter hoc verbum † eandem, vel simile facerent sibi partem per concursum, & facit supra eodem. l. qui filiabus. §. si quis ita. secundùm Bald. ¶ In glos. sic s. &cæt. ibi [infra de peculio. l. si verò.] Circa hoc Pet. dicit aliqua verba, quæ in multis reprehendunt Bartol. ¶ Vn-
8 de dic secundùm eum, aut tractatur de præoccupatione exercitij iurisdictionis, & illa fit per citationem, l. si quis postea. & l. vbi cœptū. de iudi. aut tractatur de exercitio iurisdictionis. & illa fit per dationem libelli. l. in tribus. & l. qui prior. de iudi. Aut de præoccupatione respectu effectus eius, de quo agitur: tunc aut plures agūt ad idem, aut ad diuersum. Si ad idem, aut ex eadem causa,
9 aut ex diuersa. Si ex eadē, aut non est possibile illas duas causas esse simul veras, & ille dicitur præoccupasse, qui priùs peruenit ad sententiam; quia de illo saltem præsumptiuè incepit prius constare, & habebit locum. l. is, à
10 quo. ff. de rei vendi. & l. pe. de peti. hæredi. Sed † si illæ causæ possunt simul esse veræ, & sunt: tunc aut habuerunt

originem eodem tempore, & ille dicitur præoccupasse, qui priùs habuit ius petendi. s. loca. l. in operis. Si verò
11 non petitur † idem, sed diuersum, & ex diuersis causis; tunc per litem contestatam nemo potest dici occupare: quia cuiuslibet petitio tendit ad diuersa: sed oportet, quòd perueniat ad sententiam, quæ est causa immediata exequutionis, & ille in exequutione dicitur præoccu
12 passe. In incorporalibus † autem quis dicatur præoccupare, dicit in l. quo minus. de fluminibus Bartol. Dy.
13 etiam breuiter dicit, quòd † in iure efficaciter quærendo, sufficit contestatio, vt hic, & de verbor. obligat. l. si Titius. & de procur. l. si pluribus. sed in quæsito præferendo desideratur sententia. l. si quis à multis. & l. si verò. hic allegatis. Sed eius opinio reprehenditur per l. ex duobus. ff. de reb. dub. vbi in iure quæsito præferendo sufficit contestatio. Sed potest responderi, quòd ibi ideo est; quia erant duo rei credendi ex eadē causa, & sen
14 tentia † lata contra vnum, nocet alteri, ergo & iudicium pendens per contestat. litis. secus in his, qui non sunt conrei, sed veniunt ex diuersis, & separatis causis agēdi, vt d. l. si quis à multis. fin Bal. ¶ Vel dic, aut agitur de præoccupatione officij, aut iuris eligendi, aut de totali exclusione tertij, & obligatione cōmodi. ¶ Primo ca-
15 su si officium est in qualibet sui parte vniforme, † vt est officium ius dicentis, cui non tribuitur plus iurisdictionis ante litem contesta. quàm postea, inducitur præuentio per citationem. l. si quis postea. s. de iudi. & intellige cuius fuit iurisdictio à principio, aliàs videtur requiri contestatio. l. si conuenerit. s. de iurisd. omnium iudi. Si non est vniforme, vt est officium procuratoris, qui efficitur dominus per contestationem: tunc requiritur cōtestatio. l. pluribus. de procur. vbi vide Bald. ¶ Secundò
16 casu inducitur † præuentio per litis contestationem, vt
17 hic. ¶ † Tertio casu si debitum est vnum, & ex eadem causa descendit, sufficit contestatio, etiam si per præoccupationem excludatur ius alterius ex toto, dicta. l. ex duobus. sed vbi debitum non est vnum, sed in persona cuiuslibet vnum de per se: tunc si per præoccupationem ex toto excluditur ius alterius, requiritur sententia. d. l. si verò. & l. si quis à multis. & de rei vendi. l. si is à quo. & ff. de re iudic. l. inter eos. Sed si non tollitur ex toto, sed solùm fit alteratio præstationis, sufficit contestatio, sic intelligo legem istam. ¶ Ex hijs patet se-
18 cundùm Bald. quòd etiam quò ad effectum † confiscandorum bonorum, non inspicitur sententia iudicis iudicātis, sed priùs inquirentis, & citantis. ¶ Vnde dixit Dy.
19 quòd si † hæreticus incola Bonon. primò fuit inquisitus Bononiæ per inquisitionem hæreticæ prauitatis, postea per inquisitionem Marchiæ fuit inquisitus, & priùs condemnatus, quòd bona pertinent ad eum, qui præuenit per inchoationem processus, non ad eum, qui præuenit per sententiam, vt hic, ad hoc. s. de off. consu. l. prima.
20 ¶ Item † quia inquisitio, quæ fit per officium, habetur loco accusationis. ff. de custo. reo. l. Diuus. sed ille, qui præuenit in accusando, præfertur, vt C. de accusa. l. qui de crimine. ergo & qui inquirendo. Præterea quando
21 † secundum iudicium sic se habet ad primum, quòd absolutoria in primo pareret exceptionem rei iudicatæ in secundo: tunc primo inchoato, non potest aliud procedere. l. fundi. & l. fundum. infra de excep. sed hic absolutoria lata in primo pareret excep. rei iudicatæ in secundo. ergo, &c. secundùm Dy. ¶ Alij tamen dicunt in hoc articulo, quòd præuentio nihil operatur; quia debent simul communicare processus, & ferre sententiam, & si in eandem sententiam concurrunt, bene quidem: aliàs ambo processus debent præsentari Apostolicæ sedi, quæ condemnabit, vel absoluet, prout sibi videbitur, text. est in cap. per hæc. de hæreticis. lib. 6. Si ergo diuisim sententiam tulerint, sententia erit nulla: si eam tulerint concorditer, vnum erit tempus sententiæ, & vnum videtur tempus processus per communionem: vnde bona Bononiæ existentia, confiscabuntur huic Cameræ: existentia in Marchia, Cameræ Marchiæ: extra istos districtus existentia, applicabuntur vniuersali Cameræ Ecclesiæ, cum vniuersalis Camera sit offensa, & hoc tenet Argen. submittit tamen se Canonistis. ¶ In ead. gloss. ibi [& nota. quòd dicit hic Io.] ibi [nulli debetur] & ibi [actionem in solidum] quasi dicat, quòd non potest esse.
22 Sed in hoc malè dixit Ioan. quia obligatio † personalis, & actio ex ea, potest ad plures in solidum pertinere. de verborum obligatio. l. secunda. §. ex quo. & l. hæredes. §. an ea. ff. familiæ erciscundæ. ¶ Item secundùm hanc opi-
23 nionē sequeret, quòd qui † actionē non habet, posset litem cōtestari, contra. l. quotiens. §. itē si temporali. de admi. tut. cum similibus. ¶ In eadem gloss. ibi [pro parte cuique quæsitum.] ¶ Item & in hoc malè dixit Io. quia tunc hæres non posset alteri soluere rem illam, inuito altero, cui esset quæsitum pro parte dominium, contra casum. l. Titiæ. in fine. ff. eodem. & ff. titulo. secundo.
24 l. si res mihi. ¶ Dic ergo meliùs, quòd interim † dominiū nullius ex legatarijs est, nec in totum, nec in partem: sed est hæredis, quod patet; quia potest in alium
25 transferre, vt dixi. Pro hoc; quia † per contestationem consequitur legatarius potestatem eligendi, vt hic; ergo antequam eligat, non habet dominium. l. apud Aufidiū. de opt. leg. imò vtriusq; in solidū, sed cōmutabiliter; quia pendet ex futura electione. Et illud, quòd duo non possunt &cæt. habet locum in dominio incommutabili, secundùm Bal. & pro hoc facit iste text. hic, dum cuilibet tribuit potentiam vendicandi, & de isto dominio incōmutabili etiam tetigit Bald. s. eodem. in l. prima. in fine. Sed interim quilibet habet actionem personalem in solidum. l. duobus. infra de vsufru. legato. Nec
26 est absurdum, quòd actio † personalis competat pluribus in solidum ad eandem rem; vt inf. de actio. & obli. l. si is, qui. & inf. eodem. l. si seruus legatus. §. primo. & fiet exactio à quolibet eorum in solidum eo modo, quo poterit, non quòd quilibet habeat rem in solidum; secundùm Bartol. ¶ In gloss. l. planè. in gloss. prima in fine ibi [& si transferam.] Nec obstat huic text. s. de resci. vendi. l. si id, quod. §. primo. quia hic loquitur in his, quæ dependent ex mera nostra voluntate: ibi in his, quæ non dependent à mera voluntate, facit quod not. Dyn. in cap. non præstat impedimentum. & in cap. vtile per inutile. de regu. iur. libro 6. Sic etiam responde ad l. nec vtilem. ex qui. cau. maior. Vel dic, quòd ibi in iure efficaciter quæsito: hic in quærendo, secundùm
27 Saly. ¶ Et hæc faciunt secundùm Dyn. quòd † si delegatus commisit alicui non capaci vices suas, quòd per hoc non amisit iurisdictionem; quia non erat in sua mera potestate à se abdicare, facit quod not. de off. deleg. in c. super quæstionem. secundùm Bart.

Ex §. Si eadem res.

SVMMAE.

1 *Si idem corpus pluries ab eodem testatore legetur, semel tantū debetur: secus si à diuersis testatoribus: sed vbi quantitas,* *vel*

vel genus ab eodem legatur, pluries debetur, si de voluntate testatoris processerit.

2 *Multiplicatio verborum non inducit multiplicationem rei legatæ.*

1 §. Si eadem res. ¶Si idem † corpus pluries ab eodẽ testatore leget, semel tm̃ debet, secus si à diuersis testatoribus: sed vbi quantitas, vel genus pluries ab eodẽ legatur, pluries debetur, si de testatoris voluntate processerit. h. d.

2 ¶Vel sic. Multiplicatio † verborum non inducit multiplicationem rei legatæ. h. d. secundùm Dy.

Ex §. Quòd si rem.

SVMMAE.

1 *Si res legata efficitur mea, eatenus valet, quatenus mihi abest.*

2 *Si res legata ad legatarium peruenit ex causa onerosa, tantò minus intelligitur in legato, quantum facit onus.*

3 *In libello res, an æstimatio peti debeat, quando res ad me peruenit ex alia causa, & non lucratiua.*

4 *Legatarius, qui emerit rem sibi legatam, habet electionem petendi rem, vel æstimationem.*

1 §. Quòd si rem. ¶Si res † legata efficitur mea, eatenus valet legatum, quatenus mihi abest. h. d. ¶Vel sic. Si res

2 † legata ad legatarium peruenit ex causa onerosa, tantò minus intelligitur in legato, quantum facit onus. h. d. ¶In tex. ibi [emissem] à vero domino secundũ Dy. & sic mea facta est, ergo amplius, &c. ¶In tex. ibi [mihi legatam] à non domino secundu Dy. & intellige, quòd legatum tenebat. Non obstat. j. eo. l. cum alienam. ¶In tex. ibi [vsque ad pretium] & sic videtur secundùm hunc tex. quòd de-

3 beam † petere æstimationem in libello. In contrarium, quod imò rem, sed æstimatio sit in solutione, videtur per l. si seruus. in fine. j. de verborũ obli. quod tenet glo. Inst. eo. in §. si res. & videtur sentire. C. eo. ĩ l. cũ alienam. in 2. gloss.

4 Sed dic, quòd † legatarius habet electionem petendi rem, vel æstimationem. l. si filio, & l. illud. §. 1. de dona. causa mor. secundùm Bar. Si tamen rem sibi legatam emit quis magno pretio, nõ tenetur hæres, nisi ad pretium congruũ, vt. j. tit. 2. l. non dubium. in fine, & l. qui concubinam. §. si. secundùm Bar. aliàs est sub. l. qui quatuor.

Ex §. Si coniunctim.

SVMMAE.

1 *Coniunctus, in cuius persona quoquo modo legatum consistit, vel speratur consistere, facit partem.*

2 *Inter coniunctos fiunt partes ex natura coniunctionis: inter disiunctos verò ex natura consensus.*

3 *Ius accrescendi non procedit, si portio non est omnino defecta.*

4 *Inter legatarios testamẽti paterni, & pupillaris cadit ius cõiunctionis, & faciunt sibi partes per concursum.*

5 *Ex testamento paterno, & pupillari procedit ius non decrescendi, & sic oritur realis coniunctio.*

6 *Ius non decrescendi non impeditur ratione speciei.*

7 *Inter legatarios eiusdẽ rei à pupillo, & eius substituti dicitur esse coniunctio.*

8 *Licèt in diuersis testamentis ius accrescendi locum non habeat: cadit tamen, quãdo non sunt penitus diuersa, vt in pupillari facto à patre.*

9 *Semel hæres, amplius non potest desinere hæres.*

10 *Ius accrescendi est quædam tacita substitutio.*

11 *Pendente spe institutionis, cessat spes substitutionis expressæ, & tacitæ.*

12 *Institutus purè, altero sub conditione, interim totum retinet, & dicetur semper hæres in totum, si deficiat conditio, si eueniat, in sua tantùm parte erit hæres.*

13 *Hæres quomodo sit hæres ĩ fideicõmisso vniuersali, si hæres adijt coactè, & quid in legato.*

14 *Pendentia conditionis, per cuius existentiam speratur alium legatarium partem consequuturum, non impedit ius non decrescendi.*

15 *Legatum vsufructus erit totũ apud vsufructuariũ, cui purè relictus est, & eius conditio semper alteratur, quod non est in proprietate.*

16 *Legato fundo purè, vsufructu sub conditione, legatarius purè habebit vsumfructum.*

1 §. Si coniunctim. ¶Cõiũctus, † in cui⁹ psona quoquomodo legatum consistit, vel speratur consistere, facit

2 partẽ cõiuncto. h. d. ¶Vel sic. Inter † cõiunctos fiunt partes ex natura cõiunctionis: inter disiunctos verò ex natura concursus. Hoc dicit primum responsum cum glo. Et qui non admittitur ad partem iuris petitione, sed tantùm ex quadã naturali æquitate, facit partẽ, sm̃ Bal. ¶Nota, quòd

3 † ius accrescendi non procedit, si portio non est omnino

4 defecta. ¶Item nota, quòd † inter legatarios testamenti paterni, & pupillaris cadit ius coniunctionis, & faciunt sibi partes per concursum, quod est no. s. de acquir. hæredi. in l. qui patri. ¶Item nota, quòd ex testamento pater-

5 no, & pupillari procedit ius non decrescendi, & sic oritur realis coniunctio. ¶Item nota, quòd tale ius decrescendi

6 non † impedit interim ratione speciei, sm̃ Bal. ¶In gl. prima ibi [idem si disiunctim] hoc tamen casu ab initio non fiunt partes, sed per concursum tantùm. l. 1. §. vbi autem. ver. si verò non omnis. C. de cadu. tol. & dic, vt ibi no. ¶In gl. 3. ibi [non est omnino inutile] vel dic, quò ad §. si duobus. quòd ibi legatum nullo modo valebat in persona legatarij; ideo nõ facit partẽ: sed hic aliqualiter valuit, saltẽ secundùm pietatem, licèt careat petitionis effectu, secundùm iuris rigorem, secundùm Bar. ¶In glo. concursu. ibi

7 [quia videtur repetitum à substituto] no. ergo, † quòd inter legatarios eiusdem rei à pupillo, & eius substituto, di-


SVMMAE.

1 *Liber homo, in quo testator habet ius pignoris, potest sibi ipsi legari.*

2 *Dominus alicuius castri si concedit castrum sibi ipsi, dicendo, quòd possit omnia facere, videtur ipsum castrum à sua iurisdictione liberare.*

§ Qui ab hostibus. ¶ Iste casus non est ali-
1 bi, secundùm Dyn. ¶ Liber † homo, in quo testator habet ius pignoris, potest sibi ipsi legari, & videtur à vincu-
2 lo liberari.h.d. ¶ Et est ar.quòd si dominus † alicuius castri concedit ipsum castrum sibi ipsi, dicendo, quòd possit per se omnia facere, videtur ipsum castrum plenariè liberare à sua iurisdictione, secundùm Bal.

Ex l. Seruum filij.

SVMMAE.

1 *Regula Catoniana non habet locum in legatis, in quibus impedimentum cessat ex causa, quæ retrotrahitur.*

2 *Pater legando seruum castrensis peculij, videtur legare ius, quod ex casu potest sibi competere.*

3 *Quādo legatur, quod est in spe hominis, vt legis, tacita est quædam conditio, quæ facit cessare regulam Catonianam.*

Ius in spe potest legari.ibid.

4 *Filium prædecedere est contra uotum parentum, & naturalem ordinem.*

5 *Legans rem, ius, quod est in actu, & in potentia, videtur legare, & deducto in actu iure in potentia (viuo testatore) confirmatur legatum.*

6 *Filius & si testetur in ipsum patrem, non tamen valet legatum patris; quia non iure paterno, sed legati ad eum peruenit.*

7 *Si habens emphiteosim fiat proprietarius, legatum, quod tanquam emphiteota fecit, non conualescit, sed confunditur.*

8 *L. Seruum filij. ff. de leg. 1. an hodie habeat locum, quando pater occupat, vt hæres, bona filij.*

1 L.Seruum filij, ¶ Regula † Catoniana non habet locum in legatis, in quibus impedimentum cessat ex causa, quæ
2 retrotrahitur.h.d. ¶ Vel sic. Pater † legando seruum castrensis peculij, videtur legare ius, quod ex casu potest sibi competere, & si ille casus existit, valet legatum: si nō, euanescit.h.d. secundùm Bald. Fictio ergo superueniens retro fingit cessasse regulā Catonianam, secundùm Bar. Quod non credo verum; quia non fingitur pater habuisse dominium à tempore testamenti, sed à tempore mortis filij. Dic ergo, q alia est rō.s.quia quando legatur ius,
3 quod † est in spe hominis, vel legis, tacita quædam inest conditio, quæ facit cessare regulā Catonianam, secundū Bal. ¶ Oppo. quia seruus erat alienus, ergo legatum non tenuit.l.cum alienam.C.eo.sol. vt in gloss. s.quia ius, qd habet, &c. ¶ Nec ob. q viuente filio, nullum ius habeat pater in illo peculio; quia habet ius saltem spe, cuius ratione potest legare.l.proponebatur.j̄. de castren. pecu-
4 lio.sed q pater hoc cogitauerit.s.q filius † prædecedat, est contra votum parentum, & naturalē ordinem. l.scripto.ff.vnde liberi.& l.nā & si parētibus s̄. de inof. testa. Dic ergo secundùm Bart. q hic pater credebat ius habere in talibus bonis, sicut in profectitijs, vel credebat filiū mortuum tempore testamenti, cum non esset, postea decessit, & ideo si pater tunc decessisset, legatum erat inutile: si tn̄ filius postea præmoritur, confirmatur legatū. nec ob. regula Catoniana propter fictionem, vt hic in tex. Vel tertiò pater credebat rem suā ex alia cā, cum non esset. ¶ In gl.j.ibi[quia ius, quod habet]&c. Sed certe nullū ius habet, nisi solū in potentia, de qua patet non videt cogitasse, secūdū rōnē.s̄.deductā. ¶ Not. tn̄ ex hac
5 glo.q † legans rē, nedum videtur legare solum ius, qd habet in re, vel ad rem, prout ius est in actu, vt s̄. eo. l.apud.§.idem Iulianus.cōiuncta.l.si domus.§.fi.j̄. eo. sed etiā solū ius, quod habet in potentia: & tūc si illud ius potentiale deducitur in actū, testatore viuo ex cā, quæ retrotrahitur, confirmat legatū, aliàs non, qd not. ¶ Adde, q
6 † etiam si filius testetur in ipsum patrem: non tn̄ valet legatū patris; quia non iure paterno, sed iure legati ad pa-
7 trē peruenit. Et sic est arg. quòd † si habens emphyteosim, fiat proprietarius, q legatum, quod tanquam emphiteota fecit, non conualescat; quia illud ius est confusum. Nec obst.s̄.eo.l.quod in rerum.§.1. quia ibi nō erat aliquid in legato; quia vsusfructus legari nō poterat: hic autē erat aliquid in legato, sm̄ Ia.de Are.quod nō puto verū; nā cum emphyteosis finitur morte, ita nihil est in legato iuris emphyteotici, sicut in legato vsusfructus; nisi superueniat proprietas; & iō credo emphyteosim deberi ex legato prædicto, nisi testator dixisset expresse, lego ius, quod habeo, per verba præsentis temporis, secundū
8 Bald. ¶ Sed an ista lex hodie habebit locum, quādo † pater occupat, vt heres, bona filij. Videtur, q non; quia cessat ratio posita hic in prin. non enim videtur posse trahi retro acquisitio, ex quo fit ex causa hæreditaria.

Ex §. Si quis rem.

SVMMAE.

1 *Qui rem sibi legatam ignorans legat, siue postea acceptet, siue repudiet, valet legatum à se factum.*

Si legatum

2 *Si legatum à se factum acceptat, confirmat: si autem repudiet, euanescit.*
3 *Repudiatio est quædam ficta alienatio. ratio.*
4 *Confessio cedentis nocet ei, cui facta est cessio.*

1 §. Si quis rem ¶Qui † rem sibi legatam ignorans, legat, siue postea acceptet, siue repudiet, valet legatum à se factum. hoc dicit secundùm Bart. ¶Vel sic. Si legatum acceptat,
2 †confirmat legatum à se factum: si autem repudiat, legatum à se factum euanescit. hoc dicit secundùm opinionem Dyn. & Iac. de Are. quæ est vera. ¶In tex. ibi [fuisse hæredis] & nullo tempore legatarij, & ideo extinguitur legatum ab eo relictum, argum. de adim. lega. l. rem lega-
3 tam. secundùm Dyn. Est † enim ista repudiatio quædam ficta alienatio. s. de rebus eorum. l. magis puto. §. fundum. ideo extinguitur legatum, argum. d. l. rem legatam. quia testator, qui poterat acquirere dominium, & nõ est vsus occasione acquirendi, videtur pœnituisse legati; vnde non est hic ex eo, quòd à principio videatur ius suum legasse, cùm hoc ignorasset; sed est propter actum subsequutum acquisitioni contrarium, & per consequens contra transmissionem fiendam per legatarium, quod est notandum secundùm Bald. ¶Vel veriùs dic, quòd legatum remanet validum, tanquàm rei alienæ, vt hic probatur. Nec obstat ratio per dictam l. rem legatam. quia hic fit repudiatio, ne sibi quæratur, ergo non debet vlteriùs porrigi. ¶Nec potest dici, quòd ab initio legauerit tantùm ius, quod habebat, & sic extinguatur per repudiationem; quia illud est verum, si sciuisset se ius habere, sed quando nullum ius se habere credebat, si postea superuenit, & repudiat, videtur remansisse in eadem voluntate, secundùm Docto. Bart. & Saly. ¶Facit secundùm Dyn. quòd con-
4 fessio † cedentis noceat ei, cui facta est cessio, de quo plenè dixit Bart. in l. facta. §. si hæres. ȷ. ad Trebel. & no. etiã s. de pact. in l. si cum emptione.

Ex §. Si pocula.

SVMMAE.

1 *Si fiat mutatio de materia in formam, vel è contra, legatum non mutatur, si testator voluntatem mutandi non habuit.*
2 *Voluntas testatoris durare præsumitur, quando materia est reducibilis ad primam formam, aliàs secus.*

1 §. si pocula. ¶†Si fiat mutatio de materia in formam, vel econtra, legatum non mutatur, si testator voluntatem mutandi non habuit. hoc dicit. ¶In tex. ibi [ex ea fiat] scilicet per hæredem, & sic non obstat. l. lana. ȷ. titu. 2. secundùm Dy. ¶In
2 tex. ibi [voluntatem] quæ † durare præsumitur in isto, vt de lega. 3. l. lana. in fine. scilicet vbi massa est reducibilis ad formam, & econtra, vt in poculis, & vase: secus in legato lanæ, secundùm Bart. ȷ. ¶In glo. j. ibi [solue ibi testator, hic hæres] &c. hæc in se vera, vbi constaret, quòd hæres hoc fecisset, sed Bart. hic dicit, quòd secundùm hanc non dubitaretur hic de mutatione voluntatis, vel saltem frustra, quod est contra istum tex. Quare dic, si constat, ꝙ mutauit voluntatem, vel non, est clarum. Si dubitatur: tunc si massa est reducibilis ad primam formam, nõ præsumitur mutatio voluntatis, aliàs sic, vt ȷ. tit. 2. l. quæsitum. §. illud. vnde hic in poculo, vel vase non præsumitur voluntas mutata: in lana sic.

Ex §. Si areæ.

SVMMAE.

1 *Quod ædificatur in area legata, debetur legatario.*
2 *Solo legato, cedit ædificium superimpositum.*
3 *Voluntas testatoris non præsumitur mutata.*

1 §. Si areæ. ¶Quod † ædificatur in area legata, debetur legatario. hoc dicit.
2 ¶Vel sic. Solo †legato, cedit ædificium superimpositum. hoc dicit secundùm Bald. ¶In tex. ibi [debebitur] &c. & area, & domus, vt ȷ. de lega. 2. l. si areę. secundùm Salyc.
3 ¶In tex. ibi [voluntatem] quæ †mutata non præsumitur. l. si chorus. §. area. ȷ. tit. 2. secundùm Dyn. ¶In glo. j. ibi [mutauit voluntatem] &c. hoc est diuinare, secundùm Ia. de Are. ideo dic, quòd hic testator super area sua, quam legauerat, ædificauit: sed ibi alienam legauerat, super qua dominus ædificauerat; ideo interim area non debetur; quia à domo separari non potest, argu. s. eo. l. cætera. §. j. sed domo postea dirupta, area peti potest; quia legatum nunquam fuit extinctum, sed ad æstimationem tenebatur hæres.

Ex §. Cũ, qui chyrographũ

SVMMAE.

1 *Si legatum esset inutile in continente, dicitur id, quod continetur, fore legatum.*
2 *Appellatione chyrographi, vel nominis continetur substantia debiti, & debent iura cedi in contractu.*
3 *Statutum si annullat instrumentum propter gabellam non solutam, videtur annullare ipsum debitum, & substantiam ipsius, non autem superficiem ipsius.*
4 *Quando legatur nomen debitoris, hæres non tenetur exigere suo sumptu, sed sufficit, quòd cedat.*
5 *Si Bidello venditur pergamenum rasibile pro vno nummo, nomen venditum non præsumitur.*
6 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, valet, si est omnimoda inter se ratio. Si est potentior, & diuersa in vltimis voluntatibus, de contractu ad eas valet affirmatiuè. & è contra negatiuè: quando non constat, affirmatiuè valet de minori ad maius: & negatiuè de vltimis voluntatibus ad contractus.*

§. Cum, qui chyrographũ.

1 ¶Si legatum † esset inutile in continente, dicitur id, quod continetur, fore legatum. hoc dicit. ¶Vel sic. Appellatio-
2 ne † chyrographi, vel nominis continetur substantia debiti, & debent iura cedi in contractu, & vltima voluntate.
3 hoc dicit secundùm Bald. Et est arg. si statutum †annullat instrumentum propter gabellam non solutam, quòd videatur annullare substãtiam instrumenti, idest ipsum debitum: non autem superficiem instrumenti, secundùm
4 Bal. ¶Itẽ no. casum, quo cũ †legat̃ nomẽ debitoris, hæres non tenetur exigere suo sumptu, sed sufficit, ꝙ cedat actionem. sic. ȷ. eo. l. si sic. & s. eo. l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulian⁹. & ibi notaui, & ibi dubitaui; q̃a ad impensam, q̃ fit in cedendo, tenetur hæres, non ad alias. ¶In tex. ibi [venisse videtur] nisi qualitas pretij aliud præsumi faciat, vt si Bi-
5 dello † venditur pergamenum rasibile pro vno nummo; nã tunc solius pergameni intelligitur facta venditio, & nõ nominis. l. j. ȷ. de superfi. ¶In glo. 2. in fi. ibi [arg. quod no-
6 taui] &c. Nota arg. † de cõtractibus ad vltimas voluntates, & econtra, de quo plenè ꝑ Dy. & Guil. in l. pactũ inter

Flor. sup. 2. ff. Inf. d 3 ter

ter hæredes.s̃.de pact.cõclude,ꝙ hæc arg.ꝑmittit,qñ inter ea est oĩmoda ratio:sed si diuersa:tũc si rõ ultimæ uoluntatis est potẽtior,q̃.cõtractus:tũc de cõtractu ad ultimã uoluntatẽ ꝓcedit argumẽtatio affirmatiua,ut C.de lega.l.fi.Et de ultima uoluntate ad cõtractũ negatiua. l. obligationũ ferè.§.placet.ĩ.de act.& obli.& d.l. pactũ. de pact.& C.vt in poss. lega.l.scire.& ĩ.ad l.Fal.l.qđ de bonis.§.fi.coniuncta l.poteſt. sed vbi ratio est dubia, & per consequens interpretatio : tunc in vltimis voluntatibus fit plenior,quàm in contractibus.l.in testamentis.ĩ. de reg.iur.& ideo tunc argumẽtatur de contractibus ad vltimas voluntates tanquam de minori ad maius affirmando,& de vltimis volũtatibus ad contractus negãdo, tanq̃ de maiori ad minus,vt ĩ. e.l. si à substituto.in prin.

Ex §.Si idem.

SVMMAE.

1 *Licèt libertas data in fraudem non valeat,non propterea euanescit legatum de seruo factum.*

2 *Legatum inutile libertatis,non derogat legato vtili.*

3 *Alienatio voluntaria inutilis reuocat legatum tacitum, sed non expressum.*

1 §. si idem. ¶Licèt † libertas data in fraudem non valeat,non propterea euanescit legatum de seruo factum.h.d.¶Vel sic.Lega-
2 tum† inutile libertatis non derogat legato vtili.h. d.¶In tex.ibi[interdum]&cæt.q. dicat regulariter præualet libertas,vt ĩ.titu.1.l.si idem seruus.secundùm Dyn. ¶In glo.3.ibi[so.ibi tacitè]&c.Ex ista sol.quæ etiam ibi po-
3 nitur,nota, ꝙ alienatio † voluntaria inutilis reuocat legatum tacitum : sed non expressum, vt hic, quod not.ad l.fideicommissa.§.si rem.de leg.3.vt ille text. intelligatur,quando alienatio est vtilis.Sed sol.meliùs, vt no.gl. ĩ.ti.1.in l.qui testamento.f.ꝙ ibi testator mutauit voluntatem,manumittendo seruum inter viuos, licèt minùs solemniter ; vnde videtur legatum reuocare : hic in vltima voluntate, in qua inest conditio, vt tollatur primum per secundum,si secundum est validum,vt ĩ.ti.2.l.si iure,secundùm Bart. Vel hic,quãdo inutiliter relinquitur libertas in eadem voluntate : secus si in alia, licèt inutili, vt ibi,& ita no. in contrario.

Ex §. Si statuliberum.

SVMMAE.

1 *Legato statulibero expedit hæredi potiùs eum soluere, quàm æstimationem : si tamen legatarius voluerit accipere.*

2 *Vbi non venit euictio,consultiùs est præstare rem,quàm æstimationem rei.*

1 §. si statuliberum. ¶Legato† statulibero, expedit hæredi potiùs eum soluere, quàm æstimationem. h. d.si
2 tamen legatarius voluerit accipere. ¶Vel sic.Vbi † non venit euictio,consultiùs est præstare rem, quàm æstimationem rei.h.d. Aestimatio enim præstita perpetuò possidetur, licèt si esset præstita ipsa res principaliter, non possideretur perpetuò, secundùm Bald.

Ex §. Si duos.

SVMMAE.

1 *Qui legat vsumfructum in fundo, legare videtur viam per alium fundum eius, si aliunde non habet.*

2 *Legatarius vsusfructus debet habere aditum necessarium per fundum testatoris.*

3 *Per vltimam voluntatem constituitur seruitus ipso iure.*

4 *Dominium in re tacitè legata non transit ipso iure.*

1 §.Si duos. ¶Qui legat † vsumfructũ in fundo,legare vr̃ viã per aliũ fundum
2 eius,si aliunde non habet.h.d.¶Vel sic.Legatarius† vsusfructus debet habere aditum necessariũ per aliũ fundũ testatoris.h.d.sm̃ Bal.¶In gl.obligatione.in fi.ibi [quẽad.seru. amit. l.j.]sed contra hoc facit; q̃a per vltimam
3 † voluntatem constituitur seruitus ipso iure.l.1.ĩ.de seruit.lega.sed illud verum, si legetur seruitus expressè, secus si tacitè,vt hic sm̃ Ia. de Aren.quod no. quia qñ res
4 † legatur tacitè,non trãsit ipso iure dñium, tex.est cũ gl. in l.emptor.§. fina. de rei vend.& dixi.s̃. eo.in l. prima. secundùm Barto.

Ex l.Si à substituto.

SVMMAE.

1 *Emptio, quæ medio tempore contingit, non nocet legato.*

2 *Legatum relictum à pupillari substituto,petitur, etiam quòd legatarius interim emerit ab instituto, & emptum alienauerit.*

3 *Res, quæ subiacet pupillari substitutioni, poteſt per filium alienari.*

4 *Scienter emens rem sibi legatam sub conditione,non sibi præiudicat,quin possit petere legatum, veniente conditione.*

1 L.Si à substituto ¶Emptio, † quæ medio tẽpore con-
2 tingit,non nocet legato.h.d.¶Vel sic.Legatum† relictũ à pupillari substituto,petitur,nõ obstante, ꝙ legatarius interim emerit ab instituto, & emptum alienauerit.h.d.
3 sm̃ Bal.¶No.ꝙ res,† quæ subiacet pupillari substitutioni,põt per filiũ alienari,facit.s̃.vbi pupil.edu.debeat.l.ꝙ filiũ.in fin. & l. 1. §.sed nonnullos. de tutel. & rat. distr.
4 ¶Item no.coniuncta gl.ꝙ scienter †emens rem sibi legatã sub conditione, nõ præiudicat sibi, quin possit petere legatũ,existente cõditione, sm̃ Bal. qđ vr̃ verũ sm̃ Dy. si emat ab ex̃neo,vt s̃.eo.l.planè.§.qđ si rẽ.secus si ab hr̃de; q̃a tunc vr̃ renunciasse legato.l. Titius. s̃.qui.mo.pig.vel hypo.sol.sed Bar.in §.duo fratres. l.qui Romę.ĩ. de verbor.obligat.dicit, ꝙ iuri competenti ex testamento non intelligitur renunciatum, de quo ibi pleniùs dixi in repetitione.

Ex §.Hæres.

SVMMAE.

1 *Hæres in legato generis de euictione tenetur : secus in legato speciei, & idem est in stipulatione, rem tradi.*

2 *Genus per se non est qualificatum, secus species.*

3 *Hæres in legato generis habet latiorem facultatem, quàm in legato speciei.*

4 *Illud, quod promittitur dari, debet semper fieri accipientis, maximè in contractu oneroso : secus si tradi, vnde non debetur euictio, si nulla intercesit promissio.*

Quotiescun-

5 *Quotiescunque promissio nō continet neque dari, neque tradi, semper intelligitur de datione, præter in contractu emptionis.*

1 § Hæres seruū. ¶In legato † generis hęres de euictione tenetᵣ, secus in legato speciei, & idē est in stipulatione, rem tradi.
2 h.d.cū seq. Ratio differētię est; quia † genus non est qualificatū de se. sed species sic, secūdū Pe. Itē est alia ratio; quia
3 hæres † in legato generis habet latiorem facultatē, quàm in specie; ideo strictiùs tenetur, ad hoc facit.s̄. de iu.iur.l. eum, qui. & de ac.emp.l.ex empto.in princi. ¶In l.seq.in
4 glo.2.ibi [tradere.] No.ergo, quòd illud, † quod promittitur dari, dēt semper fieri accipientis, quod videt verū in contractu oneroso, non lucratiuo. Si est promissum dari, est idem, vt.j.de verb. obli.l.Iulianus.secus si tradi, vnde non debetur euictio, vt hac.l.quæ de legato loquitur cum glo.sua.Si nulla intercessit promissio, nō debetur euictio. l.Arist.§.fi.j.de dona. sm̄ Oldr.& no.per Cy.C.de euict.
5 l.2.interdum tamen fit † promissio, & nō est ibi dari, vel tradi: tūc in omni cōtractu debet intelligi de donatione, præterquā in cōtractu emptionis. l. si ita distrahatur.s̄.de contrahen.emp.& de vsuris.l.si ita stipulatus.§.verùm.

Ex l. Cum Res.

SVMMAE.

1 *Larga potestas petendi respectu locorum semper intelligitur concessa de loco, vbi de iure peti potest.*
2 *Promittens stare iuri, vbicunque inuentus fuerit, inuentus mari, vel in loco suspecto, non tenetur respondere.*
3 *Quantitas, vel genus legatum ab hærede peti possunt, vbi hæres habet domicilium, & vbi est maior pars bonorum.*
4 *Specie legata certa, si petitur actione reali, vbi est, petitur. si actione personali, vbi habitat hæres, vel vbi maior pars bonorum existit, & an sit verum.*
5 *Res legata ibi solui debet, vbi voluit siue expresè, siue tacitè testator: si non appareat, & sit species, vbi existit dolo hæredis, si quantitas, vbi maior pars bonorum, & an sit verum.*
6 *Debitor an teneatur ire ad domum creditoris, vel è contra.*
7 *Obligatus restituere actione reali, cauere tenetur: sic ēt actione in rem scripta.*
8 *In obligatione, rem restitui, in rem non scripta, ille, qui est obligatus ex contractu, vel quasi, tenetur cauere, si celebratū fuit causa vtriusque, secus gratia creditoris tantùm. Fallit in procuratore, qui etiam de leuissima culpa tenetur.*
9 *Quasi contractus tunc dicitur gratia legatarij tantùm fieri inter hæredem, & ipsum, quando maior pars bonorum est ipsi legata: & tunc hæres non tenetur cauere de leuissima culpa, sed de dolo, & lata tantùm: secus quando maior pars apud eum remanet: quia tunc cauet etiam de leuissima.*
10 *Illud inspicitur, quod principaliter agitur.*

L.Cum Res. ¶Diuiditur sm̄ Dyn.& Bar. Primò ponit, in quo loco præstari debeat res legata, vsque ibi [itaque.] Secundò quid si res legata nō appareat vsque ibi [culpa autē.] Tertiò qualiter culpa hæredis æstimetur circa rem legatam, vsque.in fi.Prima subdiuidit in duas; quia primò loquitur in specie relicta vsque ibi [sed si id] Secundò in rebus consistentibus pondere numero, vel mensura. Nec potest summari. ¶In tex.ibi [vtilitatem] idest partus, & fructus, & omne illud interesse, vt.s̄.eo.l.apud.§. fructus.secūdùm Dy. ¶In tex. ibi [doli sui nomine] idest propter dolum, quē cōmisit in re legata, sm̄ Dy. ¶In tex. ibi [vbi petitur] idest de iure peti potest, secundùm Dy. ¶In glo. ex genere comparationis. idem si ex loci distantia, & propter amplum sumptum in eo faciendum, vt.s̄.eo.l.cum seruus.se-
1 cundùm Docto. ¶In glo. de iure. Nota, quòd larga † potestas petendi respectu locorum semper intelligitur concessa de loco, vbi de iure peti potest, & est Azo. Et est arg.
2 pro eo, qui † promisit stare iuri, vbicunque inuentus fuerit, vt inuentus mari, vel in loco suspecto, non teneatur respondere, facit quòd illa promissio restringatur.l. qui certo.s̄.de cōdi.inde. Concludo ergo primò respectu loci pe-
3 titionis, si legatur † quantitas, vel genus, potest peti, vbi hęres habet domicilium, & vbi est maior pars bonorū, &c.
4 vt.ll.hic allegatis in glo. Si species † certa: tunc si actione reali: tunc ibidem, & etiam vbi res existit. C. vbi in rem ac. l.fi. Si personali ex testamento: tunc in duobus locis tantū primò nominatis, non autem, vbi res existit. d.l.quod legatur.s̄.de iudi.quia personalis actio, &c.l.1.§.si hęres.j.ad Trebe.secundùm Pe. Sed Iac. de Are.& Guil. dicunt, quòd etiam vbi res est, potest peti actione ex testamento, ar.l. sed & si suscepit.s̄.de iudi.de hoc per Cin. C. vbi fideicō. pet. in l. 1. ¶Secundò respectu solutionis, si apparet de voluntate testatoris expressa, vel tacita, ibi soluitur, vt hic.& §.libertis. Aliàs si nō apparet, si debet species, debet solui,
5 † vbi existit in domicilio hæredis, &c. vt hic. Si quātitas: tūc vbi est maior pars hæreditatis, secundùm Io. Sed secūdùm Azo. etiam in domicilio hæredis potest peti, quòd ibi soluatur, vt not. in d.l.quod legatur. Dy. & Pet. tenent opin. Azo. Sed Guil. tenet opi. Io. Ci. in addi. Adde quod not.
6 per eū. in l.2.C.de iurisdic.omniū iudi. Itē † vtrū debitor teneat ire ad domū creditoris, vel ecōtra, no. in l. itē illa. de const.pec.& de solu.l.vsuras.secundùm Bal. ¶In glo. si ipsum.ibi.in fi.ibi [& si culpa] &c. Sed potius cōcor.quia, & hic, & ibi tenetur cauere de restituendo: sed nō de perse-
7 quendo, vt ibi: sed tunc obstat.s̄.deposi.l.si fine. Ideo dic latiùs, si tenetur quis reali, indistinctè cauet, d.l. si à bonæ fidei.& l. si verò.s̄.de rei ven. Si personali: tunc si in rem scri-
8 pta, tenetur cauere.l.Celsus.§.fi.s̄. ad exhiben. Sed si non est in rem scripta: tunc si descendisset ex cōtractu, vel quasi celebrato gratia vtriusque, indistinctè cauet, vt hic, & s̄. solut. matrimo. l. si filio. §. si qui. Sed si gratia creditoris tantùm, non tenetur cauere.d.l.si fine. fallit in procuratore, qui tenetur etiam de leuissima, ideo grauatur & in cauendo.l.si procuratorem.in fi. ff. mandati. & l. si pecuniam.§. si is.s̄.de condict. ob causam. Ex quo dicit Bar. quòd si quasi contractus, qui celebratur per aditionem hæreditatis, celebraretur magis gratia legatarij, quàm hæredis: tunc hæres conuentus personali, non tenetur cauere ad instar depositarij. ¶In glo. scilicet cum viuente. ibi [vel solue, vt ibi] vt distinguatur, cuius sit electio, vt ibi not. ¶ In eadem gloss. ibi [alter tantùm scilicet seruus] hoc est falsum; quia ibi pecunia erat in obligatione; sed seruus in facultate soluēdi.l.miles.§.decem. hic allegata, ideo dic, quòd ibi erat legata in obligatione quantitas respectu speciei: vnde specie perempta, liberatur, vt. s̄. eod. l. Titiæ. §. fina. ¶In gloss. idest vt faciat. &c. in fin. pro horum concordia dic, quòd si
9 quasi † contractus, qui dicitur celebratus inter hæredem, & legatarium per aditionem, fiat gratia legatarij tantùm (quod est quando maior pars bonorum est legata) tunc hæres non tenetur de leuissima, sed de dolo, & lata tantùm. l. mulier. §. si hæres. j. ad Trebellia. Sed si gratia hæredis, quod est, quando apud eum remanet maior pars bonorum: tunc tenetur de leuissima

sima,vt hic:sed si gratia vtriusque,quod est, quando plus modico habet vnus,quàm alter: tunc tenetur hæres de le ui,vt hic probatur, & in l.si seruus legatus.§.eum,qui.ꝟ. eo. Et si dicatur, quòd semper gratia hæredis videatur fie ri,cum apud eũ remaneat certa portio. Responde, quòd principaliter videtur fecisse testator fauore eorum, qui-
10 bus plus relinquit,& illud † inspicitur,quod principaliter agebatur.l.si quis nec causam.ff.si cert.pet. secundũ Bar. ¶Et eadem distinctio videtur in exequutione vltimarum voluntatum. Adde quod not. ꝟ.eo. in l.si seruus legatus. §.cũ quid. Dic tamen,quòd glo.hic omnino est vera;quia hæres obligatur ad legatum ex quasi contractu,qui celebratur adeundo : qui quasi contractus respicit fauorem hæredis, quò ad hæreditatem quærendam, & fauorem legatarij respectu legati;& ideo quia aditio continet mix tum fauorem vtriusque,ex hoc quasi contractu non venit leuissima culpa.

Ex §.Item si fundus.

SVMMAE.

1 *Post moram periculum interitus spectat ad hæredem.*

2 *Ratione moræ venit casus fortuitus,etiam si res erat eodem mo do peritura penes quencunque.*

3 *In personalibus actionibus casus superueniens non excusat regulariter, vbi venit culpa leuis, & leuissima, & in ciuilibus obligationibus, & in Prætorijs,si non erat peritura eodem modo penes actorem:excusat autem casus, vbi punitur dolus, & lata culpa.ibidem.*

Item vbi obligatio non est contracta,vel non est pura.ibid.

Item in criminalibus actionibus.ibid.

Item in prætorijs,quando res periret eodem modo apud alios, quo perijt apud eum.ibid.

4 *Super realibus actionibus casus fortuitus excusat debitorem omni tempore bonæ fidei.*

Item quando fuit bonæ fidei à principio,sed postea malæ,& habuit iustam causam litigandi.ibid.

Item si non habuit iustam causam, sed perijt eo modo.&c.ibi.

Secus si fuit malæ fidei semper,aut si fuit bonæ à principio, & postea malæ,et res perit apud se alio modo,quã perijsset apud alium, tunc non excusat casus fortuitus.

5 *In delictis casus fortuitus non excusat. fallit in l.si cum dece. §.quid si homo.de leg.1.*

6 *Morosus, & fur æquiparantur.*

1 **§.Item si fundus.** ¶Post † moram periculum interi
2 tus spectat ad hæredem.h.d. ¶Vel sic. Ratione † moræ venit casus fortuitus,etiam si res erat eodem modo interitura penes quencunque.h.d.secundùm Bald.¶In text. ibi [id euenerit]sed si post moram perijt,iustum est eum teneri ad æstimationem,& ad hoc sequitur[potuit enim] &c. secundùm Dyn.¶In glo. magna.Bald.concludit, ꝙ in realibus,vbi non est vera obligatio,loquitur.l.itẽ si ver
3 beratum.ꝟ.de rei vend. In personalibus casus † superueniens regulariter non excusat. Et hoc verum, vbi venit culpa leuis,vel leuissima : secus vbi ponitur tantùm dolus,& lata culpa,vt l.si plures.§.fin.hic allegata.Item secus,vbi obligatio non erat contracta, vel non erat pura; quia tunc casus superueniens excusat, cum ibi non reperiatur mora.l.pe.§.1.ꝟ.ad l.Rodi.de Ia.Itẽ hæc vera in ciuilibus obligationibus:secus in prætorijs,vbi ꝑpter equitatem Prætoris distinguitur. An res erat eodem modo peritura,vel non,vt in §.quid si homo.alleg. in glo. Vel ibi est speciale;quia grauatur in pœna tripli.Tu dic, quòd in realibus,de quibus loquitur glo.in d.l.item si verberatũ. in fi. cum l. seq. est concludendum clariùs. Aut debitor
4 †omni tempore fuit bonæ fidei, & nõ tenetur de interitu: & cessat ista distinctio. l. item videndum.& l. illud.ꝟ. de peti.hære. Aut econtra fuit omni tempore malæ fidei, & indistinctè tenetur,vt eisdem legibus.Aut à principio fuit bonæ fidei:postea malæ,tũc aut habuit iustam causam litigandi propter euictionem, & indistinctè non tenetur l.vtique.ꝟ.de rei vendi.cum ibi no. Aut non habuit iustam causam litigandi:tunc propter bonam fidem, quam habuit à principio,distinguitur,an res fuisset interitura,&c.
5 d.l. item si verberatum. in fin. ¶In personalibus † descendentibus ex delicto non habet locum illa distinctio l.1.§. rectissimè. & l.meritò.ꝟ.de vi,& vi ar.& l.1.C.qđ me.causa.& C.de fur.l.subtracto.Ratio est;qa reus semp fuit malæ fidei, & in mora.fallit in l.si cum. 10. §.quid si homo.ꝟ.eod.Ratio ponitur ibi,& hic in fi.glo.ex quo cõ clusi in l.quod te.ff.si cer.pet.quod vbi ratione superueniẽtis moræ noua obligatio subrogatur ad aliud, vel plus, quàm in principali deuenit,non tenetur obligatus de casu, qui sequutus fuisset etiam penes recipere debentem. Et hoc casu indubitanter procedit opinio Mar.& est vtilis hæc conclusio ad multa.Si ex contractu,vel quasi:tunc sunt opi.de quibus per glo.in d.l.quod te.Sed opi.Io. te-
6 net gl.& Do.communiter; quia morosus,†& fur æquiparantur.l.inter stipulantem.§.1. de verbor. oblig. sed fur indistinctè tenetur,vt dictis iuribus,ergo.Hoc non placet in vno casu tantùm,scilicet in iudicijs bonę fidei,cum res naturaliter perit,& ita intelligatur.l.& si plures.ꝟ.deposi.

Ex l.Si hæredis seruus.

SVMMAE.

1 *Legatarius agit contra hæredem ex facto serui ipsius rem legatam subtrahentis actione noxali, vel negotiorum gestorũ in subsidium.*

2 *Imperator est dominus rerum priuatarum,prout continentur sub vniuersitate huius machinæ mundialis, cuius Imperator est dominus.*

3 *Testator in rebus hæredis,quò ad dominium vtile potest constituere ius reale,non quò ad directum.*

1 **L.Si hæredis seruus.** ¶Legatarius agit cõtra hæredem ex facto serui ipsius rem legatam subtrahentis actione noxali, vel negotiorum gestorum in subsidiũ. h.d.¶In glo.1.ibi [legatum] ita, & per consequens non in factum,quæ cum alia non concurrit. l. quotiens.ꝟ. de præscrip.verb.¶In ead.glo.ibi [so.inspecta vniuersitate] Nota hanc so.pro defendendo opinionem Bartol.quam
2 ponit in l.2.ꝟ.de rei vend. vbi decidit, ꝙ † Imperator est dominus rerum priuatarum, prout continentur sub vniuersitate huius machinæ mundialis,cuius Imperator est dominus. Non ergo est verum, quòd sit dominus solùm quò ad protectionem,& iurisdictionem, prout dixerunt glo.& notat.in l. bene à Zenone.C.de quadrie. præscrip. & in l.depræcatio.ꝟ.ad l.Rod.de Iac.imò habet verũ dominium, inspecta vniuersitate supradictæ machinæ.
¶In eadem. glos. ibi [est hæredis]&c.l.2.& 3.ꝟ. de rei vẽdicat.& l.eũq̃ ædes.& l.rerũ mixtura.ꝟ.de vsuc. ¶In ea.glo.

ea.glo.ibi [vt in contrarijs secundùm Ro.] sed cũ hic con sideretur res ipsa singulariter,non prout est in vniuersitate,cum hic quæramus de actione dãda legatario; ideo alij dicunt, vt sequitur. ¶In ea. glo. ibi [vel veriùs hic in factũ]hæc cõis Doc.& adde,vt in libro.¶In ea.gl. [vel dic, sm̃ Azo.] Adde,vt in li.hæc in se vera,sed diuinat,sed qua

3 re† testator põt obligare rẽ hr̃dis,& cõstituere in ipsa vtile ius reale,vt no.per glo.& Cin.C.qui po.in pig. habe. in l. assiduis. & not. ꝙ legando transfert vtile dominium rei hæredis,ideo gl.in d.l.2.C.de lega.videtur vera,quantùm ad vtile dominium,non quantùm ad directum,& sic salua istam contrarietatem.Sed huic fortiter obstat.d.l.Papi. s̃. de seruitu.quæ dicit seruitutem non confundi,& sic nec directum,nec vtile dominium quæri,cogita secundùm Bal. ¶In ea.glo.ibi [veritate inspecta] sed certè sequuta aditione fingitur retro, vt. s̃.ad l.Aquil.l.huic scripturæ.§.1. ¶In eadẽ ibi.[§.fi.] Vel dic, quòd legatarius hic non nitebatur iure dominij, sed ratione personalis obligationis, quod potest.j̃.de lega.2.l.cum filius.§.varijs.secũdùm Ia. de Are.Ego dico, quòd non propterea videtur renunciare dominio,quòd agat personali,vt no.Inst.de lega.§.nostra autem.secundùm Bal.

Ex §. Si vnus.

S V M M AE.

1 *Hæres delinquens tenetur,non autem cohæres.*
2 *Quando obligatio habet originem ex persona hæredis, vnus nõ tenetur ex facto alterius:secus si ex persona defuncti.*
3 *Casus,quo delictum vnius alteri non nocet.*

1 §. Si vnus. ¶Hæres † delinquẽs tenetur, non autem cohæres.h.d.¶No

2 ta,ꝙ † quando obligatio habet originẽ ex persona hæredis,vnus non tenetur ex facto alterius:secus si ex persona defuncti.l.2.in fi.& l.eadẽ.§.Cato.j̃.de verb.obli. secun-

3 dùm Bar.¶Nota ergo casum , quo delictum † vnius cõsortis non nocet alteri,secundùm Bal.

Ex l.Si cui legetur.

S V M M AE.

1 *Si legatum confertur in tempus certæ ætatis, vltimus annus debet esse completus,vt debeatur,& ex inde dies præstationi adiectus currit,nisi per scientiam testatoris aliud inducatur.*
2 *Dictio,cum,auget præpositionis significatum.*
Item propositio,de.ibid.
Item præpositio,ab.ibid.
Item præpositio,in.ibid.
Item coniunctio,seu.ibid.
Item coniunctio,&.ibid.
Quod,relatiuum restringit.ibid.
3 *Argumentatio de parte temporis ad totam valet.*
4 *Genitiuum significat quid perfectum,ideo tempus per eum adiectum,videtur requirere,vt sit completum.*
5 *Tempus designatum per modum futuri,si iam est præteritũ,frustra expectatur, maximè in tempore,quod cõmensuratur ætati,& in testatore ignorante,secus in sciente.*
6 *Relictum annua,bima,et trima debet solui in fine cuiuslibet termini.*
7 *Dies præstationis incipit à die testamenti.*
8 *Tempus appositum causa alicuius causæ,existẽte illa causa, tũc incipit currere.*
9 *Quando non apponitur tempus respectu certæ causæ:tũc currit,si habet designatum,& potest currere: si non habet designatum,& appositũ sit simpliciter,currit à die mortis:si continet aliquid,à die aditæ hæreditatis.*
10 *Tempus,quod conficit ætatem hominis,inducit conditionem:secus in tempore simplici, & absolutè prolato.*
11 *Dispositio eadem interdum est conditionalis,& in diem:interdum non est conditionalis,sed in diẽ:& pendentia conditionis in filio impedit transmissionem,secus pendentia diei.*
12 *Tempus dicitur apponi substantiæ legati, si apponitur in eadẽ oratione,secus si in alia post legatum perfectum; quia tunc apponitur præstationi.*
13 *Dies certus appositus substantiæ legati,non facit conditionem, secus dies incertus.*
14 *Si testator legat centum,quæ voluit præstari post mortem vxoris, legatarius interim decedens non transmittit.*
15 *Præstationi adiectus dies tunc facit conditionem,quando apponitur ætati honorati.*
16 *Tempus appositum grauato per dictionem, cum, facit diem, & sic.*
Item per dictionem,si.nu.17.
Fallit fauore libertatis.
Item per dictionem,postquam.nu.18.fallit fauore libertatis.
19 *Dies adiectus,vel tempus appositum ætati tertij,facit conditionem.fallit fauore libertatis.*
20 *Tempus,ex quo beneficium competit alicui sine damno, & iactura alterius: tunc satis est tetigisse extremum diem: secus cum damno alterius;quia requiritur completum.*
Quando beneficium finitur cum tempore;quia tunc de momento ad momentum computatur, debet esse completum.
21 *Terminus statutus à iudice, quomodo, & quando currat. remissiuè.*
22 *Quando in aliqua obligatione apponitur vnum tãtùm tempus, intelligitur finito illo tempore:secus quando plures anni,quia in principio secũdi anni incipit competere actio ad petendum.*
23 *Tempus adiectũ verbis exequutiuis,si respiciat debitorem:tunc finis temporis attenditur : secus quando refertur ad creditorem; quia tunc inspicitur principium. Si apponitur præstationi soli, diuidẽdo eam per tempora,inspicitur finis cuiuslibet temporis dinumerati.*

1 L. si cui legetur. ¶Si legatũ † confertur in tempus certæ ætatis,vltimus annus debet esse cõpletus,vt debeatur,& exinde dies præstationi adiectus currit, nisi per sciẽtiã testatoris aliud inducatur.h.d.secundũ Bar. ¶Vel sic. Vbi fit mentio temporis, debet tempus esse completum. & designatio futuræ ætatis importat conditionem, & impedit transmissionem:sed simpliciter tẽpus adiectũ,siue dilatio conditionem non facit,nec transmissionem impedit: & in tempore labendo inspicitur potius veritas,quàm opinio testatoris.h.d. secundùm Bald. ¶Vel sic. Si legatum confertur in certum tempus ætatis honorati per genitiuum,vel accusatiuum, quod iunctũ verbo denotat perfectionem, debet illud tempus esse completum totaliter, nec sufficit tempus cæptum:& ex tunc dies iunctus præstationi incipit cursum suum, nisi testator verè, vel præsumptiuè aliud voluerit; quia tunc standum est eius iudicio.Hoc dicit vsque ad §.hoc autem. & nihil obstat. Et legatum relictum in tempus certæ ætatis legatarij est conditionale, & in diem, & ideo mortuo legatario ante diẽ, legatum expirat.h.d.vsque ad §.si Titia.¶In tex.ibi[impleuerit.] Ista dictio,† cũ, auget propositionis significatũ,

2 vt hic.Item præpositio, de. l.1.s̃.depositi.Item propositio, ab.l.pe.s̃. de inoffi. testam. Item propositio,in.l. Gallus.

§ ille

§.ille casus.ff.de lib.& posth.Item coniunctio,seu,vt.ff.de
au.& ar.lega.l.cquis.Item coniunctio,&,vt.ff.de leg.3.l.
ca tamē.&§.de hære.inst.l.si ita.sed relatiuum,quod, re-
stringit.ff.de triti.vin.& oleo leg.l.cum certus. secundùm
12. de [illegible]te.& Bal.¶In tex.ibi[præsens legatum erit] quia
[illegible]orum numerus est completus, secundùm Dyn. ¶ In
tex.ibi [proinde.] Nota, quòd in tempore est bona † ar-
gumentatio de toto ad partem temporis. Nota,quòd hic
adijcitur tempus certæ ætati per genitiuum (vt cum. 14.
4 annis erit)debet annus vltimus esse completus. Et sic geni
tiuus significat quid perfectum, quando importat tem-
5 pus,secundùm Bal.¶Item nota,quòd†si tempus designa-
tum per modum futuri,est iam præteritum, non expecta-
tur futurum.& istud est verum in tempore, quod commē
suratur ætati:sed in simplici tempore distinguitur inter te
statorem ignorantem,& scientem;nam in ignorante inspi
citur veritas:in sciēte exigitur futuri temporis cursus. Ra
tio differentiæ est;quia tempus,quod commensuratur ęta
ti,est tempus,quod à testatore non dependet: sed tempus
simplex quò ad principium, & finem dependet ab ipso te
6 stāte.¶Item nota,quòd†relictum annua,bima,trima,&c.
idest per tres annuos terminos,debet solui in fine cuiusli-
7 bet termini,sm Bal. ¶Item, q dies † præstationis incipit
à die testi.¶In tex.ibi[si quindecim annis]&c.scilicet in-
ueniatur legatarius tempore mortis,secundùm Dy. ¶In
tex.ibi[ex die testamenti facti] &c. imò videtur cedere à
die mortis,&c.Item non obstat.l.3.§.si quis hæredi.ff. de
sta.liber.vbi videtur, quòd imò tempus aditæ hæreditā-
tis;quia ibi aliquid erat implendum in persona hæredis,
& ideo nō potest currere tempus,antequam sit hæres.Ità
respondet Bart.Ego dico,q quando aliquod tēpus appo-
8 nitur,aut apponitur respectu certæ causæ:& tunc non in-
cipit,nisi illa causa priùs existat.l.tali.in prin.ff.de iure do.
& ideo terminus soluendi pretij non incipit,nisi ex die tra
ditę rei,& hoc tenet hic Bar.in fi.huius principij,nisi aliud
expressè esset actum.Sed contra hoc facit.l.1. §. biduum.
ff.quando appellan.sit.secundùm Bar.hic.vide ad intellē
ctum illius.§.doct. Ci.in l.pen.C.de app.& quod ibi no.
9 Aut non apponitur respectu certæ causæ : tunc aut habet
designatum:& ex tunc currit : si potest : si non potest tunc
currere,[illegible]currit,cum primum potest,vt hic. Aut non habet
designatum principium: tunc aut apponitur tempus sim-
pliciter, & currit à die mortis,vt in §.item Celsus.facit.ff.
eo.l.si mihi,& tibi. §. si quis seruos. Aut continet aliquid
hæredi dandum:tunc currit ex die aditæ hæreditatis,di-
cto.§.si quis hæredi.¶In vers.[hoc autem legatum].No.
10 q,qn tempus conficit ætatem hominis,inducit cōditionē,
secus in tempore simplici, & absolutè prolato. ¶Item
11 nota,quòd† eadem dispositio interdum est conditionalis
in diem, interdum non est conditionalis, sed in diem,
& quod pendentia cōditionis, ēt in filio impedit trāsmis-
sionē,secus pendentia diei,secundùm Bald. ¶ In tex.ibi
[Et ideo]&c. scilicet quia conditionale est ante. 14.an-
num.¶Cū tamen quæritur, an tempus certæ ætatis fa-
ciat legatū cōditionale, attēdit, aut tps adijcitur presta-
tioni legati,aut dispositioni,& sic substantiæ legati. Dici-
12 tur autem apponi substantiæ legati, quando in eadem ora
tione: secus si in alia post legatum perfectum; quia tunc
præstationi,vt.ff.eo.l.quidam testamento.secundùm Pet.
13 & Bar.¶Primo casu,si dies est certus, non facit conditio-
nem.l.ex his.ff.qn dies lega.ced.Si incertus:tunc est cōdi-
tionale.l.quibus diebus §.2.de cond.& demon.Idē quan
do apponitur ad resignationē bnficij;quia tuc facit diē,nō
conditionē. C.de vsufruct.l.ambiguitatem.secūdùm Bal.
14 ¶Et ideo consului,quòd † si testator legat centum,quę vo
luit præstari post mortem vxoris,quòd legatarius interim
decedens non transmittat; quia dies mortis interea habe
tur pro cōditione,etiam si inferatur soli præstationi, & ita
tenet glo.expressè.in d.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebel.&
est glo.no.¶Secundo casu,si constat de voluntate testan-
tis,illa seruatur.Si dubitatur:tunc aut tempus certæ ætatis
adijcitur ætati honorati, pro hoc.ff. de cond. & demon. l.
15 Publius.§.1.aut grauati,aut tertij. Primo casu † facit con
ditionem,vt hic. Secundo casu aut tempus apponitur per
16 dictionē,†cum,& facit diem.l.libertis. §.ab hæredibus.ff.
de ali.lega.vel ibi fauor alimentorum,secundùm glo.in l.
17 ex his. Aut per dictionem,†si, & facit conditionem. Fal-
lit fauore libertatis.l. si seruus. ff. de statulib. Aut per di-
18 ctionem,† postquam,& facit cōditionem.l.inter illam. ff.
de verb.signi. fallit fauore libertatis. l. fideicommissa. §.
etiam ff.de fideicō.lib. Tertio casu,quando ætati tertij, fa
19 cit conditionem,fallit in libertate. l. si ita scriptum. ff. de
manu.testamento.¶In glo.2.in fi.ibi[ad rem publicam]
sed ibi fauore reipublicæ,de hoc per Iac.de Are.ff. de ma
numissio.l l.1.Sed eius verba debent intelligi in tempore
legali;aut enim ex tempore incipit beneficium, aut finitur
20 cum tempore.Primo casu,† aut beneficium indulgetur si-
ne alterius iactura,& damno:tunc satis est tetigisse extre
mum diem.l.quā ętate.ff.de testamentis.aut cum alterius
damno,tunc oportet esse completum,vt.ff.de act. & obli.
l.in omnibus. Secundo casu computatur de momento ad
momentum.l.3.§.minorem.ff. de minor.& not.C. de ap-
pel.in Auth.hodie.secundùm Iac. de Are.Sed si terminus
21 † statuatur à iudice,dic,vt Insti.de verbo.obliga. §. 1. Si à
testatore,dic,vt hic.¶In gl.scilicet elapsis.in fine.Dic aut
apponitur vnum tempus tantùm, aut plura. Si vnum, aut
22 principium anni,& inspicitur finis anni,aliàs nihil opera-
retur appositio temporis,quod esse nō debet,vt.ff. de ver.
obliga.l.qui hoc anno.Aut secundi, vel vlterioris anni, vt
quia testator mandat aliquid præstari secundo anno, vel
tertio:tunc in principio anni peti potest. l. si ita fuerit ff.
de manu. testam. & ibi per Ia. de Are. Sed Bar.hic dicit
23 meliùs. Aut verba exequutiua referuntur ad debitorem,
& inspicitur finis temporis:aut ad creditorem, & inspici-
tur principiū;quia dat sibi electio p verba exequutiua se-
cundū eū.¶Si plura tempora apposuit:tūc aut inseruit ea
simul præstationi,& substantiæ legati : tunc inspicitur prin
cipium anni.l.2.C.quādo dies lega.ced.hic allegata. Aut
soli præstationi diuidendo eam per tempora : tunc inspi-
citur finis cuiuslibet temporis dinumerati,vt hic. Et est ra
tio; quia primo casu tempus apponitur ad augendum ius
legatarij,idest ad multiplicanda legata:sed in secundo ap
ponitur fauore grauati ad differendum;& ideo inspicitur,
quod legatario est fauorabilius.

Ex § Si Titio.

SVMMAE.

1 *Si legatarius grauatur soluere creditori defuncti,hæredi,& fideiussori,contra legatarium datur actio,nō creditori.*

2 *Ex testamento potest agere quicunque,cuius interest testamentum exequi.*

3 *Fideiussor potest esse iudex in causa principali,si reus principalis est soluendo,& etiam testis.ratio.*

4 *Pro suo interesse quisque agere potest,vt alijs soluatur.*

5 *Libellus,in quo concluditur tertiæ personæ,procedit quò ad nomen exequutiuum,non quò ad nomen condemnationis.*

6 *Exceptio bona non est, tu non potest agere ex testamento,quia in eo non es nominatus, sed debet dici,quia tua non interest.*

§. Si

1 §. Si Titio. ¶Si legatarius grauatur solue re creditori defuncti, hæredi, & fideiussori, contra legatarium datur actio, non creditori.
2 h.d. ¶Vel sic Ex testamento† potest agere quicunque, cu ius interest testamentum exequi. h.d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [non valet] idest eius contemplatione non præsu mitur relictum, secundùm Ia. de Are. ¶In tex. ibi [com- petit] &c. aduersus legatarium, vt soluat creditori. Ar-
3 gumento huius. §. dicunt quidam, quòd† fideiussor potest esse iudex in causa principali, si reus principalis est sol- uendo, ad idem facit. ff. de fur. l. itaque. §. fi. sed nihil facit iste. §. imò facit contra, secundùm Dy. hic, quem omnino vide, de qua. q. vide in Speculo. de iud. delega. §. superest. vers. sed nunquid fideiussor. not. per Albe. in Margarita in titulo. de iudi. §. sed nunquid fideiussor. & vide in Spec. de teste. §. 1. vers. quid de fideiussore. Et si poneres, quòd re' principalis esset soluendo; ergo fideiussor haberet benefi- cium excussionis: tunc tene, quòd fideiussor potest esse iu- dex, & testis; quia nullo mō est regressus cōtra fideiussorē in effectu, cū sit ope exceptionis tutus. Adde, qđ not. de
4 procur. in l. Titius. sm̄ Bal. ¶Nota †hic, quòd pro suo inte-
5 resse† quis pōt agere, vt alij soluat. Et sic procedit libellus, in quo cōcludit tertia ꝑsona, & hoc verum, quādo tertia ꝑ sona pōt concludi quò ad nomē exequtiuū, nō quò ad no- mē condēnationis, facit. j̄. de lega. 2. l. fideicōmissa. §. inter dum. & de verb. obliga. l. liber homo. §. decē. sm̄ Bal. ¶Itē
6 nota, quòd † non est bona exceptio ista, tu non potes age- re ex testamento; quia nō es nominatus in eo, vt ergo ex- ceptio cōcludat, debet dici; quia tua non interest, secundū Bal. facit. j̄. eo. l. seruo legato. §. si testator. & ibi vide Bar.

Ex l. Si fideiussor.

SVMMAE.

1 *Vitiato expresso, non vitiatur tacitum æquè principale, maxi- mè si sit eadem ratio.*
Item quando tacitum est, tanquam accessorium ratione com- muni.
Item quando de tacito seorsum potest prouideri ab expresso. ibidem.
Fallit primò, si sit diuersa ratio. ibid.
Item fallit, quando expressum vitiatur ratione speciali. ibid.
Item quando ambo se habent ratione communi tanquam duo principalia. ibid.
Item quando de tacito; seorsum ab expresso non poterat pro- uideri. ibid.

1 L. Si fideiussor. ¶Vitiato † expres- so non vitiatur taci tum æquè principale. h.d. secundùm Bar. ¶In glo. 3. in fi. Dic secundùm Pe. aut est eadem ratio vitiandi tacitum, & expressum: & tūc vitiato expresso, vitiatur tacitum: C. de remissio. pignoris. l. debitū. & no. s̄. de pac. in l. si tibi. §. de pignore. Aut nō est eadem ratio vitiandi tacitū: & tūc aut expressum viciatur ratione speciali, & non vitiatur ta citum. s̄. quibus modis pig. vel hypo. sol. l. 1. §. 1. Aut ratio ne communi: tunc aut tacitum habet se ad expressum tan quam accessorium, & vitiatur, vt. d. §. qui habet. Aut se ha- bent tanquam duo principalia: & tūc non vitiatur, vt hic. nam hic tā expressum, quàm tacitum erat principale, se- cundùm Pe. adde Bar. quòd quando est tale tacitum, de quo potest tacitè seorsum prouideri ab expresso: tunc nō vitiatur tacitum, vt hic: secus si non possit seorsum proui- deri tacitè, vt d. §. qui habet. secundùm Bart.

Ex §. Meminisse.

SVMMAE.

1 *Damnatus vendere sine taxatione pretij, intelligitur iustò pre tio: taxato autem à testatore, eo vendere debet.*
2 *L. 2. C. de resc. vend. non habet locum, quando necessitas ven dendi oritur ex testamento.*
3 *Beneficium quando est taxatum, non itur ad communem valo- rem, sed ad taxam factam per superiorem.*
4 *Præceptum de vendendo valet, licèt non sit taxatum pre- tium.*
5 *Promissio de vendendo valet, licèt non ipsa venditio, quando non sit taxatum pretium.*
6 *Hæredi damnato vendere, si emptor obtulit pretium, & vendi tor noluit accipere, an sit perfecta venditio, & translatum sit dominium.*
7 *Dominium ex contractu emptionis non transfertur.*
8 *Si arbiter damnauit me, vt venderem, & traderem, vendidi, & tradidi, sed postea contraueni, non incido in pœnam com- promissi; quia vendendo, & tradendo sum à pœna li- beratus.*
9 *Dānatus ad cōpromittendū tacitè, licèt videatur obligatus ad standum sententiæ ferendæ super ipso cōpromisso; si tamen com- promissum expiret, liberatur, nec tenetur iterum compromit- tere: secus si recommendaretur; quia non videtur legi satisfa ctum, nisi sententia feratur.*
10 *Intell. l. fundi partem. ff. de contrah. emp.*
11 *Intell. l. inter Castellianum. ff. de arb.*
12 *Intell. l. si hæres. ff. de act. emp.*

§. Meminisse. ¶Damnatus vendere si- ne taxatione pretij, intel
1 ligitur iusto pretio. h. d. Si autem pretium est taxatum, te- netur vendere pretio à testatore taxato, secundùm Bald.
2 ¶Nota, quòd in casu isto cessat† prouisio. l. 2. C. de rescin. vendi. quia illa non habet locum, quando necessitas ven- dendi oritur ex testamento, casus est not. hic. Item, quòd
3 quando † beneficium est taxatum, non itur ad communē valorem: sed ad taxam factam per superiorem. Item, quòd
4 † pręceptum de vendendo valet, licèt non sit taxatum pre
5 tium. Item † & promissio de vendendo, licèt non ipsa ven ditio, vt no. Ci. in l. 1. C. de contrahen. & commit. stipu.
6 secundùm Bal. ¶Quæro, † si hæredi damnato vēdere ob- tulit emptor pretiū, & venditor nolit accipere, an sit perfe cta venditio, & translatum dn̄ium, tangit Ci. C. communia de leg. in 9. q. in summa quod examino. j̄. tit. 2. in l. vxo- rem. §. agriplagam. & Bartol. hic. Dyn. enim consuluit de facto, quòd sic per illum. §. agriplagam. Ia. de Are. tenet contrarium; quia hæres non habet facere, nisi quod im-
7 portat natura actionis ex empto: sed de natura actionis non tenetur † venditor transferre dominium; ergo le- gatarius non potest vendicare. Ad idem; quia ex tali lega- to non debetur fundus, sed vēditio fundi, & sic factum, vn de non transit dominium, vt no. s̄. de peti. hæred. l. in æsti- mationibus. ¶Item decidit hic Bart. & ita audiui allega-
8 ri, quòd si arbiter damnauit me, ꝙ venderem, & traderē: & vendidi, & tradidi, sed postea contraueni, non incido in pœnam compromissi; quia vendendo, & tradendo sum plenè liberatus à laudo, & allegat casum in l. in numera- tionibus. in fi. j̄. de solutio. Et ibi dixi de pace facta inter Ianuenses, & venetos, in qua fuit conuentū, quòd capitulū tenēdo deberet distrazari; nam illud capitulum importat, vt etiam in perpetuum non possit refici, & ita in alia cau- sa fuit terminatum, vt refert Ci. in l. seruus. C. de pœnis. Et dicit

Et dicit verum, quia aliter Ianuensibus non posset esse cõsultũ, nisi ageretur ex illo capitulo, & ideo non obstat iste. §. quia hic potest agi actione ex empto, cum ipsa actione ex testamento. Et allegat etiam Bar. l. seruus si hæredi. ꝟ. de statulib. & gl. in l. 1. in fi. gl. magnæ. C. de pac. vide etiã ad hoc, quod ipse notat in l. permisceri. §. species. ad fi. ꝟ. de acqui. possessione. Item pro hac parte facit, quod not. Bal. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine. circa medium in
9 vers. item quæritur. vbi dicit, quòd licèt † damnatus ad compromittendum tacitè, videatur damnatus ad standũ sententiæ ferendæ super ipso compromisso: si tamen compromissum expiret, liberatus est, nec tenetur iterum compromittere: secus si recondemnaretur; quia non videtur legi satisfactum, nisi sententia ferretur, secundùm Bal. ibi Item pro ista opinione facit. s. de contrah. emp. l. si cum fundum. §. fin. coniuncta glo. & s. de pac. l. ab emptione. in glo. magna. & in Auth. sacramenta puberũ. C. si adu. vend. in gl. fin. & quod no. Spe. in tit. de arbitro. §. sequitur. vers. sed pone arbiter, &c. & quod not. in l. Pompo. §. sed & is. s. de procur. ad finem magnæ glo. & s. qui po. in pigno. habea. l. Claudius. circa medium glo. magnæ ibi. item actio in factum, &c. & ibi Bar. ¶ Non obstat. s. de contrahen.
10 † emp. l. fundi partem. quia ibi fuerunt verba tractum temporis importantia, non momentum; nam ibi fuit conuentum, vt conductum haberet, quod non impletur sola locatione, sed per patientiam in toto tempore: sed in casu nostro non fuit damnatus ad actum successiuum, sed momé
11 taneum. Item non obstat. ff. de arbi. l. inter † Castellianum. quia ibi arbiter diuisit, & voluit rem sic esse, & manere diuisam: vnde considerauit factum successiuum, qui non impletur momento. l. 3. §. dare. s. de vsufr. & s. si serui. ven. l. si à te. ¶ Item non obstat de actio. empt. l.
12 † si hæres. quia illa loquitur in quibusdam accessorijs, pro quibus potest agi; & ideo arbiter debet condemnare ad vendendum, & tradendum, & ad contraueniẽdum in perpetuum, & hoc casu committetur pœna secundùm Barto. quod est not. & adde, quod no. s. de iureiuran. in l. sed & si possessori. per Guiliel. Sed contra hanc conclusionẽ Bart. videtur casus in d. l. seruus. C. de pac. vide ibi omnino Ci. Item contra videtur idem Bar. tenere in l. sicut. §. superuacuũ. ff. qui. mo. pig. vel hypo. soluitur. in illa quæstione de iusso sgomborare domum, &c.

Ex l. Si seruus plurium.

SVMMAE.

1 *Si sũt plures Domini vnius castri pro inæqualibus portionibus, illud, quod legatur, vel acquiritur, acquiritur pro portionibus dominij non æqualibus.*

L. si seruus plurium.

¶ Facit, q
1 si sunt plures domini vnius castri pro inęqualibus portionibus, illud, quod legatur, vel acquiritur castro, acquiritur pro portionibus dominij non æqualibus.

Ex §. si hæreditatis.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra hæredem non defendentem, vel colludentem, seu culpabiliter non appellantem, non præiudicat legatarijs, & non potest quis turpitudinem suam allegare.*

2 *Sententiam pro se in totum latam quis non potest dicere malè latam, & sic factum ad postulationem meam; secus si pro parte.*

3 *Sententia lata per iniuriam non nocet, nisi iniuriam passo, vel nisi ei, qui ab ea causam prætendit.*
Fallit in duobus legibus.

4 *Sententia lata in petitione hæreditatis pro actione contra scriptum hæredem, operatur, vt teneatur creditoribus verè, licèt sententia sit iniusta. limit. nu. 5.*

5 *Propter incertitudinẽ successionis concurrit causa intestati cũ causa testati, & quilibet pro parte legatarijs, & creditoribus tenetur.*

6 *Sententia lata contra hæredem scriptum colludentem, vel non defendentem, non præiudicat legatarijs.*
Item quando culpa potuit ei imputari, vt si non appellauit, cũ potuit, & similes causas commisit, & his casibus ipse hæres conuenitur, & possessor hæreditatis venditæ non ex testamento, nisi adsit substitutus; quia primò substitutus conuenitur, à quo legata sint repetita, postea ipse hæres in subsidium; sed si non sint repetita, ipse hæres tantùm conuenitur.

7 *Legatarijs sententia lata contra hæredem tunc præiudicat legatarijs, quando non est lata culpa hæredis, siue actum sit querela, siue testamentum pronunciatum sit nullum, vel irritum aut falsum.*

§. si hæreditatis.

¶ Sententia † lata cõ
1 tra hæredẽ non defendentem, vel colludentem, seu culpabiliter non appellantem, non præiudicat legatarijs, & nõ potest quis suam tur
2 pitudinem allegare. h. d. ¶ Nota, quòd sentẽtiam † pro se latam quis non potest dicere malè latam, sic & factum ad postulationem meam, secundùm Bald. Quod verum est, si in totum est pro se lata, secus si pro parte; quia tunc potest cõtra illam partem venire. l. etiam. §. 1. s. de minor. ¶ Itẽ
3 no. quòd sententia † lata per iniuriam, non nocet, nisi iniuriã passo, adde, vel nisi ei, qui ab eo causam prætendit. l. si superatus. §. fi. s. de pignore. fallit ista regula in l. 2. §. solét. s. de hæredi. vendi. & in l. cũ duobus. §. fi. s. pro socio. secun
4 dùm Bal. ¶ Item allegatur per Dy. quòd sententia † lata in petitione hæreditatis pro actione contra scriptum, operatur, vt teneatur creditoribus, & legatarijs verè, licèt sententia sit iniusta, & non est alibi, secundùm eum, imò concordat. l. fi. C. de peti. hære. & l. controuersia. s. de transac.
5 quæ non est alibi, vbi propter successionis incertitudinem concurrit causa intestati cum causa testati, & quilibet pro parte legatarijs, & creditoribus tenetur. Hoc tamen dictũ Dy. videtur limitandum secundùm glo. hic, scilicet vt tunc teneatur, cum substitutus apparet, licèt ad eũ re vera hæreditas non pertineat. ¶ In glo. quia aget. ibi [contra institutum] hoc potest esse verum in colludẽte. Item in eo, qui in fraudem legatorum non respondit, sed hærede non colludente, nec fraudem committente, sed solam defensionẽ detractante, seu omittente per errorẽ, tenetur legitimus, & non scriptus, vt. ꝟ. de appel. l. si plusorio. §. 1. secundùm Dy. & And. de Pisis. Sed dic meliùs secundùm Iac. de Are.
6 & Bar. cũ quæritur, contra quẽ † agatur, lata sententia contra scriptum hæredem, aut fertur contra hæredem colludentem, vel non defendentem: tunc non præiudicat, vt hic. & d. l. si perlusorio. & l. qui repudiãtis. & de euic. l. si ideo. & potest conueniri ipse hæres, vt hic. Item possessor rei vẽ
7 ditæ nõ ex testamento. d. l. si plusorio. in fi. Aut fertur † cõtra hæredem defendentem: tunc si non potest ei imputari culpa, non tenetur, & præiudicat legatarijs, siue sit actum querela. l. Papi. §. ex causa. s. de inoffi. testamẽto. siue testamentum pronunciatum nullum, vel irritum. l. fi. C. de peti. hæredi. siue falsum. C. eod. l. si in fraudem. sed si potest ei

culpa

culpa imputari: vt quia non appellauit, cum iustè potuit, vel iustas allegationes omisit, vel iudicem contra se prouocauit; tunc non præiudicat legatarijs: sed agunt contra hæredem, non contra vincentem. l. si superatus. §. de pignor. Et hæc vera, quando sententia est lata ad petitionem legitimi: sed si substituti: tunc si ab eo non sunt repetita legata expressè, vel tacitè, idē, quod §. Sed si sunt repetita; tunc primò conuenietur substitutus, & in subsidium hæres propter dolum, & culpam suam, arg. prædictarum legum, facit. l. licet. §. si quis omis. causa testamēti. Et hæc vera in sententia. ¶ In transactione dic, vt l. controuersia. §. de transac. ¶ In glo. nota. improbū. in fi. præterea ibi filio agente res reducitur ad causam testati: sed hic substituto vincente, non reducitur ad causam testati, secundùm Saly.

Ex §. si quis.

SVMMAE.

1 *Hæreditas transit ad fiscum cum onere legatorum.*
2 *Delictum non patrocinatur delinquenti, nec exonerat eum, si fiscus non vult vti iure suo, quod est sibi quæsitum ex delicto.*
3 *Factum ab aliquo procurante sibi non prodest, quod prodesset, si non procurasset.*
4 *Si delinquens malitiosè procurauit contra se in minori curia præueniri, propter hoc processum maioris curiæ postea inchoatum non excludit, nec ei patrocinatur præuentio.*
5 *Faciens se accusari à quodam de populo, & fingi sibi aduersarium impedire processum inquisitionis, non sibi prodest.*
6 *Illud, quod factum est, me non procurante, mihi prodest: si fiat, me procurante, mihi non prodest.*

1 §. si quis. ¶ Hæreditas † transit ad fiscum cū onere legatorum. hoc dicit secun-
2 dùm Barto. ¶ Vel sic. Delictum † non patrocinatur delinquenti, nec exonerat eum, si fiscus non vult vti iure, qđ
3 est sibi quæsitum ex delicto. hoc dicit hic primò. Itē † factū ab aliquo procurante sibi non prodest, quod prodesset, si non procurasset. hoc dicit secundùm Bald. ¶ Et fa-
4 cit, quòd † si delinquens malitiosè procurauit contra se in minori curia præueniri, quòd propter hoc processum maioris curiæ postea inchoatum non excludit, nec ei patrocinatur præuentio, quod not. secundùm Bald. ¶ In
5 tex. ibi subiecerit. Nota † contra facientes se accusari à quodam de populo, & fingunt sibi aduersarium impediri processum inquisitionis. ¶ In tex. ibi [non se exonerat.] Nota, quòd illud, quod factum, me non procuran-
6 te, mihi prodest, si fiat me procurante, mihi non prodest, concordat. §. si quis caut. l. secunda. & de condi. furti. l. si seruus. & §. soluto matrimo. l. si ab hostibus. §. finali. secundùm Ia. de Are. & Ci. quod potest valere ad multa.

Ex si numerus.

SVMMAE.

1 *Legatum obscurum declaratur ex coniecturis expresis in §. si numerus in l. si seruus plurium. ff. de leg. 1.*
2 *Legis, vel statuti vna pars declaratur per aliam coniecturis.*
3 *Animus præcedens declaratur ex postea gestis.*
4 *Si inter præcedentia, & sequentia sit deformitas, iudicatur de medio secundùm præcedens, vel sequens, quod est minimum.*
5 *Relatio de sui natura præcedentia, non sequentia respicit.*
6 *De pecunia debita in specie ad debitam in quantitate propriè non admittitur compensatio.*
7 *Species non potest in aliud commutari, inuito creditore.*
8 *Ad hoc vt legatum cognoscatur, quantum sit, & quale sit, an attendatur vsus vtendi, an loquendi.*
9 *Ex modo cognoscendi cognoscitur, an quis cognouerit, vt arbiter, an verò vt arbitrator.*
10 *Laudum expressè latum, vt ab arbitro, & arbitratore, via arbitramenti debet præualere.*
11 *De iure ciuili à sententia arbitri non fit reductio ad arbitrium boni viri, secus arbitratoris: de iure verò canonico semper.*

1 §. si numerus. ¶ Legatum † obscurum declaratur ex coniecturis hic expressis. hoc dicit. ¶ Et non sunt, nisi sex, quicquid dicat glo. quia mens non est coniectura, sed conie-
2 cturata, secundùm Bald. ¶ Idem, quod † dicitur in legato, est in verbis legis, vel statuti in vna parte dubijs, vt declaretur per aliam, vt §. de peti. hæredi. l. vtrum. vbi
3 est tex. not. secundùm Bald. Sic & animus † præcedens declaratur ex postea gestis. l. si cōcubinam. §. si res amotas. §. rerum amot. & C. de natura. libe. l. cum quis. circa finē. & §. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. interdum. & ibi dixi. ¶ In gl. j. ibi [dignitas] no. q per hanc fit legatū vberius. ¶ Item, & augetur per eam vtilitas. §. de iudi. l. si longiùs. ¶ In eadem gloss. ibi [dilectio maxima] arg. sup. manda. l. creditor. §. primo. ¶ In eadem ibi [consanguinitas] vide ad hoc quod no. C. de sacr. eccl. in l. illud. ¶ In
4 eadem ibi [vicinitas.] Et si inter præcedentia, † & sequentia sit deformitas, iudicatur de medio secundùm prę cedens, vel sequens, quod est minimum eorum, arg. §. eodem. l. si ita scriptum. nisi sit ibi aliqua dictio relatiua;
5 quia relatio † de sui natura respicit præcedentia, non sequentia. ¶ In gloss. sed & si. ibi [recipiunt] probat, quòd
6 pecuniæ † debitę in specie ad debitam in quantitate proprie nō admittitur compensatio: nec excluditur hic ratio
7 ne affectionis, sed † ex natura speciei, quæ non potest in aliud commutari, inuito creditore, & ita tenet gloss. in l. cum fundus. §. seruum. ff. si cert. petat. & l. creditor. §. 1. de pe. hære. secundùm Bal. ¶ In gloss. nota. ibi [l. damnas.
8 §. fin. & de ali. lega. l. pe.] In quibus † inspicitur consuetudo vtendi. Sed dic secundùm Dyn. quòd illud est verū, quando dubitatur, an sit legatum, & quantum, vt ibi: sed cum constat legatum, sed dubitatur, quale: tunc inspicitur consuetudo loquendi, vt hic: hoc verum secundùm Pe. nisi inspecta consuetudine vtendi, res redderetur inutilis. l. ex vsu. ℣. de triti. vino. & oleo lega. Tu dic, vt dixit Bartol. in d. l. cum certum. ¶ Allegatur per Dyn.
9 quòd ex modo † cognoscendi cognoscatur, an quis cognouerit, vt arbiter, vel vt arbitrator, de quo in §. arbitrorum. l. si societatem. ff. pro socio. per Bart. si tamen lau
10 dauit expressè, tanquam arbiter, & arbitrator, debet præ ualere via arbitramenti; quia magis æquum est; quia aperit viā reductioni, facit quod no. in simili. ℣. pro donato
11 in l. si vir vxori. De iure tamen canonico ita potest peti reductio sententiæ arbitri, sicut arbitratoris, vt no. 2. q. 6. in c. iudicibus. facit. l. non distinguemus. §. cum quædam. §. de arbi. & extra de arbi. capit. secundo. & scripsi plenè in d. §. arbitrorum.

1 **L. si cui.** ¶Dictio, † cum, auget, non diminuit, vel restringit. h.d.

Ex §. si à filio.

SVMMAE.

1 *Repetitio à substituto simpliciter, uel expresse facta intelligitur purè: secus in repetitione tacita, quæ fit per legem; quia illa fit cum suis conditionibus.*

2 *Repetitio facta per uerba specialia in substitutione, non ualet, secus generaliter, vt si dicat, quicquid legaui, & caui, nisi repetitio uitiauit actum.*

Accusatus de adulterio commisso in A. vxorem B. respondendo accusationi, si confiteatur generaliter in accusatione vera esse omnia, condemnabitur: secus si dixit se cognouisset dictam A.

1 **§. si à filio.** ¶Repetitio à substituto simpliciter, vel expresse facta intelligitur purè: secus in repetitione tacita, quæ fit per legem; quia illa fit cum suis conditionibus, & qualitatibus. h.d. cum gl. Et impubere adeunte, debetur ex primis tabulis, nisi vltra sit relictum in secundis, vel collegatarius fuerit datus. hoc dicit. ¶In tex. ibi [purè repetijt] & verbis specialibus: secus si generalibus, puta, quicquid legaui, & caui; quia tunc videtur repetita conditio. l. fi. ȷ. de fideicom. lib. secundùm Pe. nisi repetitio vitiaret, vt s. eod. tit. l. si quis à filio. §. sed si ita. Et hæc faciunt secundùm Bar. quòd si accusatus de adulterio commisso in A. vxorē B.
2 respondendo accusationi confessus est se cognouisse carnaliter dictam A. an per hoc videatur confiteri eam vxorem B. quia si est confessus generaliter omnia contenta in accusatione vera esse: tunc refertur ad ibi contenta: & principaliter, & accessoriè per modum qualitatis, arg. d. l. fi. ȷ. de fideicō. lib. sed si specialiter dicit, quòd cognouit dictā A. refertur ad substantiā personæ, non ad alias qualitates ipsius personæ, arg. huius. l. Nisi ergo probetur matrimonium, non est probatum maleficium intentatum. Sed contra hoc vltimum videtur; quia simplex responsio videtur referri ad omnes qualitates insertas interrogationi, vt Insti. de inuti. stip. §. præterea. ¶In glo. hic distingue. ibi [nisi] excipit à tacita repetitione non expressa, vt patet. s. eo. in l. si quis à filio. 2. respō. secundùm Dy. ¶In gl. etiam. ibi [§. si coniunctim.] imò in solidum est mihi debita ex primo testamento, alteri ex secundo, & sic propriè non sumus coniuncti, cum nitamur ex testamentis diuersorum. l. pe. s. de vsufr. accre. secundùm Dyn.

Ex §. si quis duos.

SVMMAE.

1 *Quod relinquitur à diuersis, perinde habetur, ac si relinqueretur in diuersorum testamentis.*

2 *Relictum à diuersis hæredibus assimilatur relicto à diuersis testatoribus.*

3 *Duæ causæ lucratiuæ habentes originem in persona diuersorum, possunt concurrere etiam in persona vnius tantùm, ad quem deueniant.*

1 **§. si quis duos** ¶Quod † relinquitur à diuersis, perinde habetur, ac si relinqueretur in diuersorum testamentis. h.d.
2 Vel sic. Relictum † à diuersis hæredibus assimilatur relicto à diuersis testatoribus. h.d. secundùm Bal. ¶In text. ibi [vtriusque] & hoc casu consequi potest primò rem, secundò æstimationem. vt ȷ. eod. l. si seruus legatus. §. primo. sed in præcedenti primò æstimationem, secundò rē, & in hoc differt à primo. ¶Nota ex versi. [nam & si] quòd
3 † duæ causæ lucratiuæ habentes originem in persona diuersorum, possunt concurrere etiam in persona vnius tantùm, ad quem deueniant.

Ex §. si hæres.

SVMMAE.

1 *Hæres rem legatam iustè perimens non tenetur ciuiliter, vel criminaliter etiam tertio, qui inde se prætendit offensum, secus si iniustè, vel si minùs diligenter se habuit.*

2 *Occidens eum, cui pacem fecerat, non tenetur, si erat bannitus.*

3 *Offendens ex noua causa, non dicitur rumpere pacem.*

4 *Occidens clericum merentem, non potest per hoc puniri, tanquam per iniuriam ecclesiæ, quæ prætendit se iniuriatam ratione ordinis clericatus.*

5 *Quod est licitum respectu principalis offensi, est licitum respectu cuiuscunque per quandam consequentiam.*

6 *Paria sunt, delinquere, vel compellere ad delinquendum, ex quo delicto sequatur mors.*

7 *Si clericus compulit, vel induxit aliquem ad furandum, & postea ille inde fit suspensus, clericus est irregularis.*

1 **§. si hæres.** ¶† Hæres rem legatam iustè perimens, non tenetur ciuiliter, vel criminaliter etiam tertio, qui inde se prætendit offensum, secundùm Bald. secus si iniustè, vel si minùs diligenter se habuit. hoc dicit vsque ad finem. ¶Facit,
2 quòd † occidens eum, cui pacem fecerat, non teneatur, si erat bannitus, de quo per Bartol. in l. qui seruum. ȷ. de verborum obligat. ad idem facit de verborum obligat. l. quidam cum filium. ver. quid ergo. & de hac. q. habetur per Io. An. in reg. frustra. de reg. iu. lib. 6. in nouella. Sic &
3 offendens † ex noua causa, non dicitur rumpere pacem, secundùm Bartol. in l. aut facta. §. causa. ȷ. de pœnis. vbi
4 vide. ¶Item est arg. quòd † occidens clericum merentē, non potest per hoc puniri, tanquam per iniuriam ecclesiæ, quæ prætendit se iniuriatam ratione ordinis clericatus; nam ex quo non punitur in passo, non potest etiam puniri ratione iniuriæ illatæ tertiæ personæ, facit ȷ. de in
5 iurijs. l. non solùm. §. quamquàm. Quod ergo est licitum respectu principalis offensi, est licitum respectu cuiuscunque, qui dicit se offensum per quandam consequentiam, quod est not. secundùm Bald. hic. ¶In versi. [item si ser-
6 uum] Nota paria, delinquere, vel compellere aliquem ad delinquendum, ex quo delicto sequatur mors. Et est
7 arg. quòd si clericus † compulit, vel induxit aliquem ad furandum, & postea ille inde fit suspensus, quòd clericus fit irregularis, secundùm Bald. facit infra de iniurijs. l. non solùm. §. si mandato. & extra de homici. capit. primo. lib. sexto.

Ex l. Turpia.

SVMMAE.

1 *Legata diffamatoria non valent.*

Annulla-

2 *Annullatio legati videtur esse quædam pœna ipsius testãtis.*
3 *Legatum relictum sub verbis turpibus ad aliquam delicti speciem signanter est nullum.*
4 *Iniuria est dicere, tu es spurius, & natus ex monacho.*
5 *Ille dicitur diffamare, qui profert de illo verbum habens notã infamiæ specialiter, & sine circunscriptione loci, vel temporis, secus maledicens in genere.*
6 *Statutum comprehendit diffamantem aliquem notam infamiæ habentem in specie.*
7 *Interrrogatus tempore litis contestationis, an debeat si respondeat, quòd actor mentitur per gulam, videtur lis contestata.*

1 L. Turpia. ¶ Legata diffamatoria non valent. hoc dicit. ¶ Nota, quòd an-
2 nullatio † legati videtur esse quædam pœna ipsius testãtis. secundùm Bal. ¶ Vel sic summatur. Legatũ relictum sub
3 verbis turpibus ad aliquam delicti speciem signanter tendẽtibus est nullum. h. d. & cessat contrar. Ang. ¶ In glo. 1.
4 ibi [ex illo monacho.] No. quòd † est iniuria dicere, tu es spurius, & natus ex monacho, secundùm Barto. Nota er-
5 go, quòd ille † dicitur diffamare, qui profert de illo verbũ habens notã infamiæ specialiter, etiam sine circunscriptione loci, vel temporis, vt ʃ. de iniuriis. l. item apud. §. si q̃s.
6 & l. 1. C. de fam. lib. secũdùm Bar. & sic † puniretur statuto puniente diffamantes: secus in eo, qui stat in genere maledictionis, & sic ille non teneretur statuto, secũdùm Bar. ¶ In ead. glo. ibi [sed ibi priuando] &c. Adde, vt in libro.
7 Et per hoc deciditur, quòd si interrogatus tempore litis contestationis, an debeat, respondet, ꝙ actor mentitur per gulam, ꝙ videtur lis contestata; quia ista verba conueniunt actui. s. negationi, secundùm Cy. & Bal.

Ex §. si Titiæ.

SVMMAE.

1 *Defectus conditionis inualidæ non vitiat legatum, idem si potestatiua deficiat per casum.*
2 *Statuto stante, quòd mulier non possit contrahere sine licentia duorum propinquorum, nullis extantibus, potest liberè contrahere.*

1 §. si Titiæ. ¶ † Defectus conditionis inualidæ non vitiat legatum; idem si sit potestatiua, quæ deficit per casum. h. d. cum seq. ¶ Facit arg.
2 ad statutum, † ꝙ mulier non possit contrahere sine licentia propinquorum, nullis extantibus propinquis, possit liberè contrahere, secundùm Bald. ¶ In gloss. 2. ibi [pretium legati.] Imò & si viuo testatore est occisus, non agitur ad pretium legati, sed Aquilia ad pretium serui, vt patet in l. hic allega. de quo plenius in l. 1. C. de insti. & substi. & l. in testamento.

Ex §. si pars.

SVMMAE.

1 *Nominati proprijs nominibus, tenentur in viriles: nominati verò appellatiuis, tenentur pro hæreditarijs portionibus.*
2 *Hæredes videntur nominati nominibus appellatiuis, si testator dixit, quos supra scripsi. &c. vel per nomina appellatiua, non tamen significatiua hæreditatis, ut à filijs meis, vel à fratribus meis; tenẽtur. n. pro hæreditarijs portionibus, nisi essent nominati partim appellatiuè, partim specialiter.*

1 §. si pars. ¶ Nominati † proprijs nominibus, tenentur in viriles: nominati verò appellatiuis, tenentur pro hæreditarijs portionibus. hoc dicit. ¶ In gl. 1. in fi. hæc vera differentia, licèt glo. alibi aliter distinguat, scilicet an omnia nomina hæredum expresserit, an pars tantùm, vt ʃ. de statu. lib. l. si quis ex testamento. sed hæc vera per l. antepe. de duobus reis. secundùm Bar.
2 ¶ Et ibi gl. distinguit, quòd † si dixit ab hæredibus, quos supra scripsi, & quos supra nominaueram, videntur nominati nominibus appellatiuis, & pro hoc est casus in l. si pater filio. s̃. de vulg. & pupil. licèt Vltramon. & Ci. contra. in l. fi. C. de impu. secundùm Bar. Et si partim per propria, partim per appellatiua; nominati per propria, tenebuntur in viriles; alij in hæreditarijs. d. l. si quis ex testamento. secundùm vnam opinionem ibi Barto. In contrarium videtur facere quod Barto. not. in l. pe. ʃ. de stip. seruo. in illa. q. si scribit Titius, & socij talis societatis, &c. Itẽ si nominauit eos per appellatiua, non tamen significatiua hæreditatis, vt quia dixit à filijs meis, vel à fratribus meis, & similia, tenentur pro hæreditarijs. l. Lutius. §. Meuia filium. ff. ad Trebel. secundùm Bar.

Ex l. Nemo potest.

SVMMAE.

1 *Testator potest releuare tutorem à confectione inuentarij, nisi testator remittit ex causa propter errorem, quæ non subest.*
2 *Compromittens in arbitrum, non potest pacisci, quòd ab eius sententia posit appellari; quia sententia arbitri esse, quod sententia præsupponit, non habet, & hoc si potest, est impropriè, quantùm appellatio est quædam reclamatio, vide dist.*
3 *Pactum valet, quòd non liceat appellare.*
4 *Pacto priuatorum iurisdictio arbitro dari non potest, quod cõtra ius publicum est.*
5 *Sententia arbitri, non potest nec confirmari, nec infirmari propriè ex defectu iurisdictionis.*
6 *Pactum valet, ne seruituti, quam habeo in prædio, præscribatur.*
Quod procedit quo ad effectum præscriptionis sua natura currentis, vel si talis præscriptio est introducta mixtim, idest ex fauore, & negligentia non petentis: secus in illis, quæ odio mero negligentia sunt introductæ. & nu. seq.
7 *Ad præscriptionem bona fides requiritur, quam pactum excludere potest.*
8 *Iuri introductum in merum odium renunciari non potest.*
9 *Ecclesiæ, licèt ne certi temporis præscriptio currat, concedi potest, hoc non tamen in perpetuum.*
10 *Rei furtiuæ licèt vsucapio impediatur, tamen, si tempore triginta annorum possideatur, petitio non datur.*
11 *Formæ statutorum inducentium, quòd contra creditorem præscribatur decennio, non potest renunciari.*
12 *Testator iura pertinentia ad solemnitatem, non potest prohibere, & sic insinuationem testamenti ex forma statuti faciendam prohibere non poterit.*
13 *Remitti non possunt ea, quæ statuuntur propter euitandam falsitatem.*
14 *Testator potest facere, quòd res sint tacitè obligatæ pro legatis. Item dare licentiam legatario, vt ingrediatur possessionem rei legatæ auctoritate propria. nu. 15.*
16 *Exceptioni fictionis, & simulationis renunciari non potest. Præcepto testatoris ope exceptionis, nõ ipso iure stãdũ est. ibi.*
17 *Clericus non potest conueniri in veteri foro, si sine dolo mutauit forum, nec præuentus fuerat citatione.*

18 *Pactum hoc valet, promitto respondere vbique locorum, præterquam in curia Romana.*

19 *Ius dominij inhæret corpori, vt annulus digito, obligatio uerò personalis inhæret ossibus.*

20 *Legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus verò conditionale.*

21 *Testator non potest remittere cautionem vsufructuario.*

Testator, neque contrahentes possunt derogare legibus prohibitiuis.

Nec legibus concernẽtibus ordinationẽ, stantiã alicuius actus.

Neque derogant legibus concernentibus obligationis personalis durationem, quæ contrahitur ad legata, vel fideicommissa: secus legibus introducentibus aliquid merè in eorum fauorem, quibus renunciari potest.

L. Nemo potest.

¶ Primò ponit dictum. Secundò illud probat per tria exempla, secundùm Bart. vel secundò probat arguendo de accidentalibus ad substãtialia. ¶ Fa-
1 cit, quòd testator † non possit releuare tutorem à confectione inuentarij, ad idem. s. de adminis. tuto. l. quidam decedens. & ita fuit terminatum, sed malè, & contra casum. l. fi. circa fi. ibi nisi testatoris. C. arbi. tut. secundùm Dyn. ¶ Et hanc partem, quòd testator possit remittere confectionem inuentarij tenet gloss. non solùm in tutore testamentario, cuius fides est approbata: sed etiam in legitimo, & datiuo. Ita no. glo. C. de admini. tuto. in l. tutores. & de suspec. tut. in l. 3. §. tutores. Et hoc puto verum, nisi testator errauerit remittendo ex certa causa, quæ nõ subsistit: vnde iudex non obstante remissione, potest cogere tutorem ad confectionem inuentarij, si est de eo suspicio, ne supprimat res, arg. l. pe. §. pri. s. vbi pupil. educa. debeat. & de iure fisci. l. fi. li. 10. secundùm Bal. & Bar. hic remittit se ad Spec. in ti. de tutore. §. generaliter. versi.
2 hoc autem notandum. ¶ Item est arg. ꝙ † compromittens in arbitrum, non possit pacisci, quòd ab eius sententia possit appellari; quia appellatio præsupponit esse: sed sententia arbitri non habet esse; ergo nõ appellatur, secũdùm Dyn. Lamb. de Rampo. terminauit contrarium per
3 l. ex consensu. j. de appellatio. Item quia † valet pactum, quòd non liceat appellare, vt j. à quibus ap. non licet l. 1. §. 1. & C. de tempo. appel. l. 1. in fi. ergo ecõtra valebit pactum, quòd liceat appellari. Cy. tenet primam in l. prima. C. de arbi. quia per hoc pactum venitur contra ius publi-
4 cum; nam daretur † iurisdictio arbitro, quod fieri nõ potest, per hanc. l. Bart. hic prosequitur latè. Conclude, ꝙ valeat pactum quantùm ad appellationem impropriè sumptam, prout est quælibet species reclamandi. l. non distinguemus. §. cum quidam. s. de arbi. sed non quãtùm ad ap-
5 pellationem propriè sumptam; cum sententia † arbitri nõ possit confirmari, vel infirmari; quia nulla est ex defectu iurisdictionis. l. priuatorum. s. de iurisd. omn. iud. facit 2. q. 6. c. à iudicibus. secundùm Bald. ¶ Item facit ad q. an
6 valeat pactum, † ne seruituti, quam habeo in prædio, non præscribatur. Et videtur hic casus quòd non; nam cũ testator non possit facere, ne præscribatur; ergo nec pactũ. In oppositum, quòd valet pactum, quòd nulla currat pręscriptio, facit. s. de ædili. edic. l. quòd si nolit. §. si quis ita.
7 Et hoc tenet Dy. nam in præscribendo † requiritur bona fides, & istud pactum bonam fidem præscribentis excludit, secundùm Dy. Bart. tangit hic, & in l. prima. j. de vsucap. Dic, quòd per pactum potest excludi effectus præscriptionum sua natura currentium, sic loquitur §. si quis ita. Item effectus præscriptionum currentium mero fauore paciscentis, vel mixtim ex fauore, & negligentia non petentis. Ita loquitur Dy. sed illę, quæ currunt mero odio non petentis, sicut est præscriptio. 30. vel 40. annor. & aliæ harum loco subrogatæ, tales non videntur posse ex
8 cludi per pactum; quia iuri introducto † in merum odium non potest renunciari, vt not. s. ad Mace. l. tametsi. facit quod no. gl. in Auth. quas actiones. C. de sa. san. eccle. vbi
9 dicit, quòd † ecclesiæ potest concedi, ꝙ non currat certi temporis præscriptio, sed quòd in perpetuum nõ currat, non, pro hoc. j. de concussio. l. 2. coniuncta gl. pro hoc facit. l. si mulier. §. primo ff. quod met. cã. vbi dicit [nullo tẽpore ratum sit.] & tamen non includitur tempus longissi-
10 mum: sicut in re † furtiua, cuius vsucapio impeditur, & tamen 30. annis tollitur ius petendi, vt Insti. de vsucap. §.
11 furtiuę. Et ideo si ex † forma statuti contra creditorẽ non agentem præscribitur decennio, non potest huic statuto renunciari per partem, neque per testatorem aliud poterit induci. Doc. tamen communiter tenet opi. Dy. vt istud pactum non excludat exceptionem præscriptionis ipso iure, sed ope replicationis, ar. huius. l. cum glo. sua. ¶ In gl.
12 1. ibi [vel aliud substantiale] &c. sic ergo † iura pertinentia ad solemnitatem, non potest testator prohibere, & sic non poterit prohibere insinuationem testamenti, quæ debeat fieri ex forma statuti, vt testamentum valeat. Ad idẽ
13 facit quod no. Cy. in l. fi. C. de don. Itẽ † quia non possunt remitti ea, quæ statuuntur propter vitandam falsitatem. l. comparationes. C. de fide instru. quales sunt istæ solemnitates. l. iubemus. in fi. C. de testamentis. secundùm Bar.
14 Potest tamen facere, † quòd bona pro legatis sint tacitè obligata, vt no. gl. in l. 2. C. communia de leg. Item, quòd
15 † legatarius possit ingredi possessionẽ rei legatę propria auctoritate. l. Titia cum testamento. §. 1. j. de leg. 2. & ibi
16 no. Non † tamen tenet renunciatio exceptionis fictionis, & simulationis; nam contractus simulatus deficit in substantia, & sic non est contractus, de quo vide hic per Bar. & adde quod etiã no. ad idem in l. 1. j. quod vi, aut clam. ¶ In glo. 2. ibi [non inueniretur] & per consequens alibi conueniri non possit: tamen præcepto testatoris est standum non ipso iure, sed ope exceptionis, quæ contra rigorem iuris oritur ex quadam æquitate, nisi fortè hæres hoc faceret dolo malo, vt legatarium fraudaret legato, quod est sibi debitum, quicquid sit de foro iudicij, ar. l. hic allega. & adde quod no. in l. 1. s. si quis in ius voc. non ierit. secundùm Ang. ¶ In ea. gloss. ibi [clericus.] No. quòd cle
17 ricus † non potest conueniri in veteri foro, quod est verũ secundùm Ia. de Are. si sine dolo mutauit forum, ar. j. ad municipa. l. incola. & de pęnis. l. 1. & ibi Barto. & Io. An. extra de obli. ad ratio. c. primo. Item si non fuerat pręuentus per citationem. l. cum quædam. s. de iurisdictio. omn. iudicum. & l. si quis postea. s. de iudi. secundùm Ang. ¶ In eadem gloss. ibi [de æquitate] ar. huius gloss. nota,
18 quòd † valet hoc pactum, promitto respondere vbique locorum, præterquam in curia Romana, vbi nolo posse cõueniri; nam certum forum potest exceptuari, per istam gloss. secundùm Bald. ¶ In eadem gl. ibi [C. eo. l. fin. so. vt ibi] &c. s. ꝙ testator potest statuere, ꝙ quis vltra certum tempus non gaudeat suo beneficio, vt ibi: sed ꝙ legatarius à petitione legati excludatur, nisi tempore à lege statuto non potest, vt hic. Vel dic, ꝙ ibi de iure dominij, qđ finitur tempore: hic de personali obligatione. Ratio diuer
19 sitatis; quia ius † dñij inhæret corpori, vt annulus digito, iõ illa ahhærentia pôt esse localis, & tpalis: sed obligatio personalis inhæret ossibus. l. quis ergo casus. s. de pec. sm
20 Ang. ¶ In ea. gl. ibi [dũ viueret] &c. vel ibi in legato † annuo, qđ pro pñti est purũ, ꝓ sequentibus conditionale; iõ ꝓ sequentibus propriè nõ tollitur, cũ nec actio esset nata, vt l.

vt l. cedere diem. ÿ. de verbo. signifi. secundùm Saly. Non ergo finitur tunc obligatio tempore: sed mors impedit natiuitatem obligationis pro tempore futuro, & hoc voluit gloss. hic. ¶In ead. gloss. in fi. ibi [fauori suo derogat] &c. hæc vera, nec obstat. l. prima. C. de vsufruc. vbi
21 † testator non remittit cautionem fructuariam; quia illa non est inducta fauore testantis: sed ne detur materia delinquendi. Conclude ergo ex prædictis, ꝙ legibus prohibitiuis non derogatur per testantem, neque etiam per contrahentes, vt ÿ. de fideiuss. l. cum lex. & C. de legi. l. non dubium. & C. ne fideiuss. dot. dentur. l. 2. & ita potest intelligi principium huius leg. Secundò, quòd legibus cõcernentibus ordinationem testamenti, & eius substantiã, similiter non derogatur; quia sine illis non potest esse testamentum, & ita etiam procedit principiũ huius leg. & l. 2. s̄. de testamentis. Tertiò, quòd legibus concernentibus durationem obligationis personalis, quæ contrahitur ad legata, vel fideicommissa, similiter non derogatur, siue voluerit testator derogare per adiectionem temporis, loci, siue conditionis: legibus autem aliquid introducentibus merè in fauorem testantis, renunciari potest. l. secunda. ÿ. vt in poss. lega. Et hæc faciunt ad quæstiones prædictas.

Ex l. Si legati.

SVMMAE.

1 *Stipulatio erronea in effectu non obligat.*
2 *Stipulatio accessoria limitatur secundùm naturam principalis.*
3 *In donatione licèt de euictione promitti non teneatur: si tamen promissum est, valet promissio.*
4 *Cautio interposita super re, quæ alio iure peti potest, si est ordinaria, committitur, secus extraordinaria, & subsidiaria. & quomodo procedat. nu. seq.*
5 *Cautio interposita super re, quæ alio iure peti non poterat, scienter, committitur: si per errorem facti, non committitur: si per errorem iuris sit interposita super indebito naturaliter, vel naturaliter, & ciuiliter tantùm: & non committitur: secus super naturali tantùm.*
Procedunt hæc, si causa inserta promissioni sit vera, nam si falsa, non tenet promissio, nisi lex præsumat donationem, vel fiat ad deliberandum. ibid.

1 **L. si legati.** ¶Stipulatio † erronea in effectu non obligat. h. d. secundùm Bar.
2 ¶Vel sic. Stipulatio † accessoria limitatur secundùm naturam principalis. h. d. secundùm aliam lecturam. Et sic legitur dupliciter. Vno modo in hærede errante, vt in 2. gloss. Alio modo in sciente, vt in 3. gloss. 3. in fine. Sed Ia. de Are. dicit, quòd etiam si sciens promittat, non tenetur. l. 1. C. de pac. pigno. & l. fluminum. §. vitium. ÿ. de damno infec. & l. ædibus. quod non placet; quia hæres volens posset se ad hoc obligare. l. damni. §. si parietẽ. ÿ. de
3 dam. infec. & patet † in donatione, vbi quis non tenetur de euictione, & tñ, si promittat tenetur. l. Aristo. in fine. ÿ. de dona. Nec ob. l. 1. C. de pac. pig. quia ibi pactum erat omnino reprobatum. Non ob. l. fluminum. §. vitium. & l. ædibus. ÿ. de dam. infec. quia ibi casus, qui occurrit, non fuit in stipulatione comprehensus, secundùm Bart. ¶Sed Dy. ÿ. de dona. in in l. si patronus. §. fi. aliter dicit, aut casus interponitur super eo, quod alio iure peti potest. Aut
4 quod alio iure peti non poterat. Primo casu, si est † cautio ordinaria, committitur. l. qui erat hæres. ff. fam. ercisc. si subsidiaria, non committitur. l. si ædibus. & l. damni. §. si
5 emptor s̄. allega. Secundò † casu, aut ex certa scientia, & committitur. d. l. damni. §. cum parietem. & l. sed & si qs. §. fi. & ÿ. de verb. obli. l. si diuortio. & de fideiusso. l. græcè. §. à tutore. Aut per errorem, tunc si facti, indistinctè non committitur. l. si quis postquam. ÿ. de fideiuss. Si iuris tunc, aut super eo, quod est indebitum naturaliter, & ciuiliter, vel naturaliter tantùm, & non committitur. d. l. si patronus. in princ. Aut super eo, quod est naturaliter debitum, & committitur. d. l. si patronus. §. de illo. & not. ÿ. eod. ti. l. ex hac scriptura & c. ad l. Fal. l. fi. secundùm Di. ¶Et hæc vera, quando causa inserta promissioni est vera, sed quãdo est falsa, dic, vt in l. 2. §. circa. ÿ. de doli excep. si verò nulla causa inseratur, nec vera, nec falsa, non valet promissio. l. cum de indebito. §. fina. ff. de proba. nisi vbi lex præsumit causam donationis. l. Campanus. ÿ. de ope. lib. vel nisi promissio fiat ad deliberandum. l. tale pactũ. s̄. de pact. secundùm Bald.

Ex l. si res obligata.

SVMMAE.

1 *Rem obligatã tribus casibus expressis in hac lege tenetur luere hæres, & modis declaratis in ista lege, quibus si legatarius conueniatur hypothecaria, cedenda sunt sibi iura contra hæredem.*
2 *Beneficium cessionis potest implorari tribus temporibus ante solutionem.*
Item post sententiam ante solutionem. ibid.
Item post solutionem. ibid.
3 *Cessio quandoque imploratur per modum exceptionis. s. ante solutionem factam.*
Quandoque officio principaliter implorato, vt quando præcessit solutio. ibid.
4 *Possessor conuentus hypothecaria, offerendo debitum: tunc põt petere cedere sibi iura, quando onus luendi sibi non incumbebat: sed principali debitori.*
5 *Licèt quis omittat excipere: non tamen prohibetur de iure suo agere, & proponere.*
6 *L. ista an intelligatur in relicta re testatoris, an verò in re aliena.*
7 *Intell. l. apud Iul. §. hæres. ff. de leg. 1.*
8 *Hæres est in dolo non luendo rem testatoris pro debito suo obligata, & quando non luit rem obligatam pro debito tertij, si ille non est soluendo.*
9 *Testator in dubio quòd non videatur legare, nisi ius, quod habet, procedit quantitatiuè, non qualificatiuè, & de qua qualitate intelligatur.*
10 *Factum procuratoris potest dominus ignorare, nisi sit ad id specialiter constitutus.*
11 *Licèt procurator sit personaliter citatus: tamen dominus non dicitur propriè contumax.*
12 *Conuentus hypothecaria soluens, non videtur soluere animo liberandi principalem debitorem, & potest post solutionem petere cessionem.*
13 *Officium nobile imploratum non extinguitur per sententiam, vel exequutionem.*

1 **L. si res obligata.** ¶† Rem obligatam cogitur hæres luere in casibus hic scriptis, & illis modis, qui hic exprimuntur, qui sunt tres, quibus, si legatarius conuenitur hypothecaria, cedenda sunt sibi iura contra hærædẽ. h. d. sm̃ Flor. sup. 2. ff. Infor.

Bald. ¶ Et vide omnino quod scripsi in l. 3. C. de lega. & quod scripsi. ɉ. eod. in l. si seruus Titij. & in l. si domus.
2 §. primo. & §. fi. ¶ No. ꝙ † beneficium cessionis potest implorari tribus temporibus ante sñiam. Item post sñiam ante solutionẽ. Item post solutionem. Item no. ꝙ implo-
3 ratur quãque per modum excipiendi, vt qñ quis hoc petit tanquam reus ante solutionem à se factam, vt hic in verbo [per doli exceptionem] Quãq; officio principaliter implorato, vt qñ præcessit solutio, vt hic in fi. ibi [per iuris-
4 dictionẽ Præsidis.] ¶ Item no. ꝙ † possessor conuentus hypothecaria, offerendo debitum; tunc potest petere cedi sibi iura, qñ onus luendi sibi non incũbebat: sed principali debitori, vt hic, & facit. s̄. qui po. in pig. ha. l. mulier. & qđ no. per Ci. in l. iubemus. in fi. C. ad Vel. ¶ Itẽ not. ꝙ
5 † licèt quis omittat excipere: non tñ prohibetur de iure suo agere, & proponere, secundùm Bal. ¶ In glo. obligatã. specialiter, alij dicũt generaliter, arg. l. licèt. ɉ. de dot. pręlega. vide omnino casum in l. qui habebat. in princ. ɉ. tit.
6 2. Et intelligit Bar. istam legem, † qñ erat obligata pro debito alieno, non pro debito testatoris, vt s̄. eod. l. apud Iulianum. §. hæres. Ratio est secundùm eum; quia nisi hæres soluat debitum hæreditarium, res non peruenit ad legatarium culpa sua, ergo tenetur, vt s̄. eo. l. cum res. §. 1. & 2. sm̃ Bal. Contra, ꝙ imò ista lex loquitur, qñ pro debito testatoris, patet, dum dicit de cessione actionis personalis fienda contra eius hæredem; nam hoc necessariò præsup-
7 ponit debitum hæreditarium. ¶ Non ob. § hæres. † quia loquitur in onere imposito per legem, quod testator scit, vel scire debet: hic in imposito per hominem, in quo cadit ignorantia facti: ideoque eo casu sufficit præstari rẽ, qualis est, ar. s̄. l. prox. & ɉ. eo. l. seruo legato. §. si fundus. & s̄. eo. l. si à substituto. §. fi. & ita tenet Ray. de Forliuio. ¶ Vel dic ad §. hæres. ꝙ ille debet intelligi, secundùm distinctionem istius; quia aut sciebat vectigal deberi, aut non, &c. nec potest dici, ꝙ ista distinctio habeat locum in
8 fi. l. vbi † erat obligata pro debito hæredis, vt dixit Bar. quia tunc hæres non luendo, semper esset in dolo, ideo non curaretur, testator sciuisset rem obligatam, vel non, quod tñ tex. voluit. ¶ Item adde, ꝙ nõ habet locũ ista distinctio, vbi res esset obligata pro debito tertij, qui esset soluendo; quia tunc hæres non est in culpa, non luẽdo: sed si non est soluendo, habet locum ista distinctio secundũ
9 Ang. ¶ Sed non videtur lex ista procedere; quia † legãdo nunquã in dubio intelligitur legare nisi ius, quod habet in re, vel ad rem, & si sit ius in spe, vt no. s̄. eo. in l. apud. §. idem Iulianus. iuncta. l. seruum filij. in princ. & ɉ. eod. l. si domus. §. fi. Sol. non intelligitur legare plus iuris quantitatiuè, sed qualitatiuè sic, vt hic, & intelligo de qualitate cõsistente in iure hypothecæ, non in qualitate, per quam deficit aliquod ius rei, vt seruitutis, vt ɉ. eo. l. seruo legato. §. si fundo. nam tunc debet præstari talis, qualis est in dubio. Nec etiam in qualitate intrinseca, vt bonitatis; quia debet tradi, prout est. s̄. l. proxi. Et per hoc nõ obst. s̄. eo. l. quid ergo. §. itẽ si ædes. quia ibi qñ hr̃s erat in culpa; ꝗa intererat potiùs cauere, &c. vt ibi no sm̃ Ang. hic. ¶ In gl.
10 2. ibi [vel procuratori] &c. factum † ergo procuratoris potest dñs ignorare, hoc videtur verum, nisi esset ad hoc specialiter constitutus, facit ad no. per Inno. in c. 1. ext. vt lit.
11 nõ cont. ꝙ licèt † procurator sit personaliter citatus, dñs tñ non dicatur verè contumax, facit. ɉ. de noua. l. si quis delegauerit. ¶ In ea. gl. in fi. Adde Dy. in reg. pũmitur. de reg. iur. in 6. Nã & in facto proprio admittitur, si sit factũ multùm implicitum. l. emptor. §. Lucius. s̄. de pac. vel antiquum. l. peregrè. §. primo. ɉ. de acquiren. poss. ¶ In glo. vltima ibi [vel dic etiam post] &c. hæc vera secundùm
12 Dyn. & Pet. Ex qua nota, quòd † conuentus hypothecaria soluens, non videtur soluere animo liberandi principalem debitorem, ideo etiam postea potest petere cessionem. ¶ In ead. gloss. ibi [officio iudicis] hoc verum post solutionem, & est tunc officium nobile: sed ante solutio-
13 nem ope exceptionis: si possidet, & tale † officium nobile principaliter imploratum non extinguitur per sententiam, vel per exequutionem, quod est not. secũdũ Bald.

Ex l. Domus.

SVMMAE.

1 *Expensæ factæ in re sub conditione legata, repetuntur à legatario, rei valore inspecto.*

2 *Expensæ vtiles non possunt durare, nisi quinque annis. & quomodo probentur. remissiuè.*

3 *Legatarius castri, vel fortalitij non refundit hæredi sumptus factos in custodia, pendente conditione legati: nec maritus imputat factos in custodia castri in dotem dati.*

1 L. Domus ¶ † Expensæ factæ in re sub conditione legata, repetuntur à legatario, rei valore inspecto. h. d. secundùm Barto. Et sic fructus interim percepti non compensantur cum istis expensis, & est gloss. s̄. de rei vend. in l. emptor. in princ. secundùm Bald. ¶ In text. ibi [hæreditarias] & alicui post mortem hæredis relictas, secundùm Dy. ¶ In text. ibi [quantitatibus] sic intellige, ꝙ hæres reficiendo domum impẽdit centum, postea superuixit pluribus an-
2 nis, ita quòd † vtiles expẽsæ non possunt durare, nisi quinque annis, certè æstimantur modò, quanti valet in isto tempore, non quantum expẽdit hæres, secundùm Iac. de Are. ¶ Qualiter autem probentur expensæ, vide quod no. C. de iure delib. in l. fi. §. in computatione. & extra de accusa. in c. qualiter. in prin. per Ber. ¶ In l. quod si nulla. ibi [incerti condictio ei] per quam reuocat possessionẽ, vt per eius retentionem consequatur impensas, secundùm Dy. ¶ In l. sumptus. in gloss. prima. ibi [donare] sed hoc præsupposito, cessat ar. l. si cum aurum. ɉ. de solu. ¶ In gl. secunda. ibi [puta ex custodia, & diligentia.] Nota ergo
3 quòd † legatarius castri, vel fortilicij non refundet hæredi sumptus factos in custodia, pẽdente conditione legati: sic nec maritus imputat factos in custodia castri in dotem dati, vt s̄. de impens. in rebus dot. fac. l. quod dicitur. quod not. secundùm Ang. ¶ In eadem gloss. ibi [rei legatæ debita] hæc gloss. ponit secundam lecturam in l. quia secundùm præcedentem gloss. legatarius fecerat sumptus: secundùm istam hæres, & sic diuersimodè construitur verbum, à legatario.

Ex l. si ancilla.

SVMMAE.

1 *Et, &, cum, dictiones positæ inter personas, coniungunt principaliter.*

1 L. si ancilla. ¶ Dictio † cum, posita inter personas coniungit principaliter, sicut etiam dictio, &. hoc dicit cum l. sequenti.

Ex l. Ca-

Ex l. Captatoriæ.

SVMMAE.

1 *Si relinquatur centum pauperibus eligendis per talem, legatũ non dicitur captatorium, quia non legatum, sed electio perso narum in eius arbitrium confertur.*

L. Captatoriæ. ¶Dum Bar. in fi. dicit hoc verum, &c. adde, & vide quod not. in l. 1. ȷ. de opt. lega. secundùm secundã lecturam, & in c. 1. de procur. li. 6. in nouella, secundùm Lamber. de Rampo. & Bal. ¶In glo. 2. in fi. so ibi, &c. nam ibi fuit volũtas collata in arbitrium, quod intelligitur boni viri: hic in liberam volũtatem. Vnum tamẽ nota, quòd
1 † si relinquatur centum pauperibus eligendis per talem, quòd legatum non dicitur captatorium; quia legatum nõ confertur in eius arbitrium, sed solùm electio personarũ, pro hoc videtur casus in l. vtrũ. §. 1. ȷ. de rebus dub. secundùm Dy.

Ex l. Si ita legatum.

SVMMAE.

1 *Præter, dictio habet excludere id, cui adiungitur.*
2 *Dispositio redditur inutilis, si quicquid includit dispositio, excludit exceptio, & dictio, præter, est dictio exceptiua.*
3 *Do, verbum prolatum in propria persona, facit legatum directum, secus in tertia.*
4 *Relatiuum, quanti, quod est relatiuum quãtitatis, ponitur pro relatiuo numeri, & exponitur pro quot.*
5 *Legato seruorum in genere generalissimo, vel subalterno, nullo inuento in patrimonio, nihil debetur. est casus mirabilis.*
6 *Verba apposita ad excipiendum non probant.*

1 L. Si ita legatum. ¶Dictio, † præter, habet excludere id, cui adiungitur. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Dispositio
2 † reddit inutilis, si quicquid includit dispositio, excludit exceptio. & dictio, præter, est dictio exceptiua. h. d. sm̃ Bal.
3 ¶Nota, ꝙ † verbum, do, prolatũ in propria persona, facit legatum directum: secus si apponatur in tertia persona. l. fundi Trebatiani. ȷ. de vsufr. lega. ¶Itẽ nota, quòd relati-
4 uum, † quanti, quod est relatiuum quantitatis, ponitur pro relatiuo numeri, & sic debet exponi quanti, idest, quot, secundùm Ia. de Are. & Bar. ¶In tex. ibi [Seio seruos. 10.] &c. scilicet ex his, quos habeo in patrimonio, secundũ Ia. de Are. aliàs teneretur hæres. 10. redimere, & præstare, vt. ȷ. eo. l. huiusmodi. §. si cui homo. & no. s̃. eo. ĩ l. legato. secũdùm eundem Ia. de Are. sed nimia restrictio est; ideo dic, quòd hic loquitur, quando legauit decem seruos in genere, præter eos, &c. alio non expresso. Et sic erit hic casus
5 not. quòd in legato † seruorum in genere, nullo inuento in patrimonio, nihil debetur, quasi testator (licèt aliud nõ expresserit) videatur habuisse respectum ad illos, quos habebat in patrimonio; quia dixit præter eos, &c. Aut secundùm hoc videtur legare in genere subalterno, ideo nõ esset ita mirabilis casus. l. in ratione. §. incertæ. ȷ. ad legem Fal. nam nullo inuento, nihil debetur, vt ibi, cogita. ¶In gloss. 1. ibi. [l. Titia] nihil facit, adde, vt in libro.
6 Verba † ergo apposita ad excipiendum, non disponunt, vide hic, quod not. s̃. de rei vendi. in l. emptor. §. ancilla. secundùm Bal.

Ex §. Illi si volet.

SVMMAE.

1 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt per alium modum, quàm insint, aliquid operatur, secus si eodem modo. & nu. 3.*
2 *Magis operatur expressum, quàm tacitum.*

1 §. Illi si volet. ¶ Expressio † eorũ, quæ tacitè insunt, per alium modum, quàm insint, aliquid operatur. h. d. vel sic. ¶Ma-
2 gis † operatur expressum, quam tacitũ. h. d. Istud est propter differentiam formę; quia tacitum non inest conditionaliter: sed expressum sic, secũdùm Bal. ¶In glo. 1. in fi. ibi
3 [fuit apposita.] Dic meliùs, quòd † hic verba exprimuntur alio modo, quàm quo insunt, ideo operatur, quod patet; quia legatum quæritur ignoranti. l. cum pater. §. surdo. ȷ. tit. 1. hic. aũt non quæreret, nisi declaret se velle: sed in contrario non exprimitur alio modo, quàm insit. sic etiã solu. contrarium de l. aliquaudo. de qua in gl. prox.

Ex §. si domus.

SVMMAE.

1 *Si domus legata particulariter reficiatur, legatum non extinguitur: secus si tota destruatur, & tota à testatore reficiatur.*
2 *Si mortui sunt omnes canonici, & alij de nono creati, tenentur stare electioni factæ per primos.*
3 *Excommunicato capitulo, an intelligantur excommunicati canonici de nouo creati.*

1 §. si domus. ¶ Si domus † legata particulariter reficiatur, legatũ non extinguitur: secus si tota destruatur, & tota à testatore reficiatur. h. d. ¶ Facit in ar. secundùm Dyn. si mortui
2 † sunt omnes canonici, & alij de nouo creati, vtrùm teneãtur stare electioni factæ per primos, quæ nondum erat confirmata per superiorem, & arguit pro, & contra, finaliter terminat, quòd teneãtur; quia erat acquisitum ius electo.
3 ¶Item est arg. an † excommunicato capitulo, intelligantur excommunicati canonici de nouo creati, de quo dixi. s̃. eo. in l. grege. ¶In fi. glo. & est ratio; quia cũ legat aream, & ædificat in area, domus debetur, tanquã augmẽtum legati: sed domo legata destructa, tunc area non potest peti, vt res legata: sed vt par rei legatæ, vt not. in l. scire debemus. ȷ. de verbor. obliga. secundũ Iaco. de Are. in d. §. si areæ.

Ex l. Et si æquo.

SVMMAE.

1 *Valet legatum de re emenda, vel vendenda iusto pretio.*
2 *Res quando vendi non potest, pretium constituitur ex modo redituum, & ex qualitate possessionum vicinarum.*
3 *Pretium quale erit iustum, & æquum, iudex arbitrabitur.*
4 *Libellus iste procedit, ago, vt emas, et ago, vt vendas, præcedẽte causa.*

1 L. Et si æquo. ¶Valet † legatum de re emenda, vel vendẽda iusto precio. h. d. secundùm Bar. ¶In tex. ibi [nullum inueniret emptorem] sed tunc quomodo potest statui pretium, cum tanti valeat, quanti vendi potest. l. si seruus. in princi.

2 de condi. furt. respondeo, q † cōstituitur pretiū ex quantitate reddituum, & ex qualitate possessionū vicinarum, vt no. in l. 2. C. de rescin. ven. secundùm Bal. & in Auth. de nō alienan. §. quod autem. in fi. colla. 2. & no. in l. si fundus per fideicommissum. in prin. ʃ. eo. ¶In tex. ibi [æquo pretio]
3 quod † sit æquum, vel iustum, æstimabit iudex. l. fi. C. de iure dominij impetra. & l. hac edictali. §. his illud. & l. alieno. §. si patronus. ʃ. de fideicom. lib. secundùm Barto. hic.
4 ¶Nota, quòd procedit † iste libellus, ago, vt emas, & ago, vt vendas, præcedente causa ad hoc obligatoria, secundùm Bald.

Ex l. seruus,

SVMMAE.

1 *Traditio rei legatæ differtur ex causa legitima.*
2 *Procurator si est damnatus ad mortem, ad petitionem domini debet differri, donec reddat rationem.*

1 L. Seruus. ¶Traditio † rei legatæ differtur ex causa legitima. h. d. ¶Fa
2 cit secundùm Dy. quòd † si procurator aliquis est damnatus ad mortem, quòd ad petitionē domini debet differri, donec reddat rationē, facit. ʃ. eo. l. seruo legato. §. seruus. & per Ci. in l. 1. C. de bo. damna. & videtur casus in l. fi. §. 1. ʃ. de publi. vbi de hoc dixit Bar.

Ex l. si ex pluribus.

SVMMAE.

1 *Nominati proprijs nominibus vocantur in virilibus.*

1 L. si ex pluribus. ¶Nominati † proprijs nominibus vocantur in viriles. h. d. ¶In tex. ibi [legata sit] ab vno ex hæredibus, & sic expressis proprijs nominibus, secundùm Dyn. Idem glo. & de hoc. s. eod. in l. turpia. in fi. secū dùm Barto.

Ex l. Si post mortem.

SVMMAE.

1 *Quò ad acquisitionem inspicitur dies legati cedentis, & si concurrit cum die mortis testatoris, fauendum est ei, cui legatum est relictum.*
2 *In suo, & necessario non est dare medium inter mortem, & aditionem, secus vbi requiritur factum hominis.*
3 *Licèt datio cohæredis extranei impediat existentiam suitatis: nō tamen impedit existentiam necessitudinis in eo, qui tantū necessarius est.*
4 *Argumentum de puncto non habet locum in his, quæ in vnum concurrunt, sed vbi inuenitur prius, & posterius.*
5 *Si dominus dixit seruo, si obuiaueris libero, liber esto: alter dixit, si seruo obuiaueris, liber esto, an sint ambo liberi.*

1 L. si post mortem. ¶Quò † ad acquisitionē inspicitur dies legati cedentis, & si concurrit cum die mortis testatoris, fauendum est ei, cui legatum est relictū. h. d. ¶In tex ibi [postquam] &c. hoc est verū, postquam hæreditas est delata: sed si in puncto mortis propter aliquid iuris obstaculum hæreditas non defertur, tunc est dare mediū. l. ventre. & ibi dixi. s. de acqui. hæredi. Aptiùs ergo dicitur inter hæreditatem delatam, & eius acquisitionem ex suitate, vel necessitudine nō esse mediū, & iste ē casus hic.
2 Nota ergo, q in suo, † & necessario nō est dare mediū inter mortē, & aditionē, de quo dixit plenè Bar. in l. fi. s. de cōd. inst. vbi verò requirit factū hominis, ibi necessariò est tempus medium, ar. s. de seruit. l. seruitutes. & de seruitu. rusti. prædi. l. foramen. secundùm Pe. & Bal. & vide quod not. ʃ. de condi. & demon. in l. Iul. ait. per Dy. ¶Item hic vide-
3 tur casus, quòd † licèt datio cohæredis extranei impediat existentiam suitatis: non tamen impedit existentiam necessitudinis in eo, qui tantùm necessarius est. Item no. q
4 † arg. de puncto non habet locum in his, quæ in vnum cō currunt, sed vbi inuenitur prius, & posterius, secundū Bal. Et hæc faciūt ad q. quæ formatur Insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. i §. 1. & in l. Arethusa. s. de sta. ho. & de appella.
5 in c. præterea requisisti. per Inn. si † dn̄s dixit seruo, si obuiaueris libero, liber esto: alius dominus dixit seruo, si obuiaueris seruo, liber esto, & isti duo inuicem obuiarunt, quis eorū sit liber. hæc. lex videtur facere, quòd fiat interpretatio in benigniorem partem. In contrarium videtur casus in d. l. Arethusa.

Ex §. si purè.

SVMMAE.

1 *Datio libertatis directæ sub conditione, facit legatum videri datum sub contraria conditione: sed si datur in diem omnino extiturum certum, vel incertum, legatum videtur simpliciter reuocatum.*
2 *Conditio tacita veniens ex testamento suspendit legatum: secus in ea, quæ venit extra.*
3 *Legatum libertatis post talis mortem est cōditionale, & valet.*

1 §. si purè. ¶Datio † libertatis directæ sub conditione, facit legatum videri datum sub contraria conditione: sed si datur in diem omnino extiturum certum, vel incertum, legatū videtur simpliciter reuocatum. h. d. ¶Non ob. huic tex. quòd tacita
2 conditio † non suspendat legatum quò ad transmissionē, vt. s. eo. l. 3. & l. conditiones, quæ extrinsecus. ʃ. de condi. & demon. quia ista conditio tacita venit ex ipso testamēto: sed ibi in his, quæ veniunt extra testamentum, secundū Bar. ¶In fi. tex. ibi [quia moriturum Titium] &c. Sed licèt hoc sit certum: nō tamen est certum eum moriturum ante seruum: vnde istud legatū videtur conditionale, sicut quādo legatur aliquid alicui post mortem Titij, vt. ʃ. quando di. leg. ce. l. si cum hæres. vide. l. cum quo. §. 1. ʃ. ad l. Falc. quæ videtur contra. Legatum ergo libertatis videtur hoc casu conditionale, si seruus superuiuat post legatarium; aliter enim non potest libertatem nancisci; ergo sub contraria cōditione videtur seruus legatus Titio, scilicet si seruus ante morietur, ergo legatū serui non videtur inutile. ¶Sed sol. quòd cum legatum sit conditionale, vt. d. l. si cum hæres. intelligendo istud legatum esse relictum sub cōditione contraria, est derisorium; quia videtur seruus legatus esse, postquam mortuus erit; non ergo intelligas, quòd hic dicat hoc legatum libertatis non esse conditionale; quia imò est conditionale, & p ipsam conditionē apparet hunc seruum nullo modo deberi legatario. Non enim ante mortem ipsius legatarij, & serui; cum seruus possit superuiuere, & eius libertas existere. Non post mortem legatarij, superuiuente seruo; quia seruus immediatè factus est liber. Nō post mortem ipsius serui, superuiuente legatario;

quia

quia cum seruus non sit in rerum natura, impossibile est legatario deberi, secundùm Ang.

Ex l. seruo legato.

SVMMAE.

1 *Seruo proprio legato quis potest legare, & dies huiusmodi legati cedit ab adita hæreditate.*

2 *Hæres legatum relicto seruo tenetur restituere legatario.*

1 L. seruo legato. ¶Seruo † proprio legato quis potest legare, & dies huiusmodi legati cedit ab adita hæreditate. h.d. ¶In gl. 1. ibi [à domino seruo legato.] Et est ratio; quia si cederet à morte testatoris, redderetur inutile; quia cum nondum sit adita hæreditas verè, seruus est adhuc hæreditarius, & sic reperitur relictum hæreditati, & sic nõ valet, ideo cedit solùm ab adita hæreditate, secundùm Saly. ¶In
2 ea. glo. ibi [hæredi futuro] &c. Sed an heres † teneatur illud legatum restituere legatario eiusdem serui, gl. dicit, quòd sic. ỹ. tit. 1. in l. quod seruus. idem Ia. de Are. per l. si tibi homo. §. cum seruus. ỹ. eo. Et hoc tenet hic Bar. interim ergo quæritur hæredi, si hæres tenetur illud restituere, & sic interim nõ quæritur ipso iure legatario, per dictã. l. quod seruus. secũdùm eum. Sed ille. §. cum seruus. l. si tibi homo. videtur facere cõtra, dum dicit, quòd talis seruus ante aditam hæreditatem quærendo, dicitur gerere negotium hæredis; ergo non videtur quæsitum restituendum legatario; quia si esset restituendum, negotium gereretur legatario, non hæredi: nisi respondeas, quòd à principio est hæredis: sed postea legatarij, inspecto exitu, secundùm Ang.

Ex §. si seruum.

SVMMAE.

1 *Alienatio rei sub conditione legatæ vires legati non perimit, nec impedit translationem dominij.*

2 *Si aliquis promisit non alienare sub pœna, & alienauit, an incidat in pœnam.*

1 §. si seruum. ¶ Alienatio † rei sub conditione legatæ vires legati non perimit. h.d. nec impedit translationem dominij, secundùm Bal. ¶In glo. 1. ibi [manumittere non potest] & hoc, quia libertas est irreuocabilis. ¶In ea. glo. ibi [Auth. res, quæ] &c. idem tenet glo. in l. fi. §. finauté. C. communia de lega. & l. si fundum. ỹ. de cond. & demon. & de reg. iur. in l. plerunque. in fi. & in l. Marcellus. §. res, quæ. ỹ. ad Treb. Contrarium no. glo. in l. cum pater. §. libertis. ỹ. tit. 1. & in Auth. de rest. & ea. quæ parit. §. quã ob rem. Et has vltimas tenet Cin. & Pe. in d. Auth. res, quæ. & Dy. & Bal. hic, & vide quod no. ỹ. ad Trebel. in l. quidã ita testamẽto. §. si quis filium. &. ỹ. de statu lib. in l. si seruũ sub cõditione. & vide quod no. Dy. in reg. plerunque. in fi. tit. & facit. ỹ. de vsufr. lega. l. filios. Non ob. Auth. res quæ. quia ibi in modo prohibendi alienatio nil innouat, sed à prohibitione antiqua lex duos casus excipit. ¶Præterea hoc pa-
2 tet secũdùm Pe. si aliquis † promisit non alienare sub pœna, & alienauit rem, quæ subiacet restitutioni, an in pœnã incidat, quia secundùm hanc, & similes; non incidit; quia alienatio non tenet. l. ea quidem. C. si man. ita fuerit alie. Secundùm alias, & veriores incidet; quia alienatio tenet, secundùm Bar.

Ex §. Si testator.

SVMMAE.

1 *Ille solus agit ex legato, cuius interest, licèt verba ad aliam dirigantur.*

2 *Ille propriè dicitur legatarius, cuius principaliter interest legatum præstari, licèt verba legati non sint directa in eum.*

3 *Ex statuto oritur actio his, quorum interest, licèt ad eos non dirigãtur verba dispositiua; vt quia dicit, quòd extantibus masculis, fœmina non succedat.*

4 *Legatum factum mulieri solùm eius contemplatione, ipsa solũ agit: si vtriusque contemplatione, vel dubitatur, tunc vterque agit, sed videtur primò legatum mulieri, secundò marito.*

1 §. si testator. ¶ Ille † solus agit ex legato, cuius interest, licèt ver-
2 ba ad alium dirigantur. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Ille † propriè dicitur legatarius, cuius principaliter interest legatũ præstari, licèt verba legati non sint directa in eum. h.d. se-
3 cundùm Bal. ¶Facit, quòd † ex statuto oriatur actio his, quorum interest, licèt ad eos non dirigantur verba dispositiua, vt quia dicit, quòd extantibus masculis, fœmina non succedat, licèt non disponat expressè, ꝙ masculi succedãt: tñ quia in eorum fauore introductũ, sic agent ex hoc statuto, ac si de eis esset expressè dispositum, vt hic, & ỹ. tit. 2. l. fideicommissa. §. cum esset. & §. interdũ est. secũdùm Bar. hic. de hoc vide quod scripsi. C. de coll. in l. illã. facit quod dixi. s̃. eo. in l. si cui. §. fi. ¶In glo. 1. ibi [solue, vt in l. Titio. notaui] &c. vbi datur. 2. so. & primam tenet Dy. aliam Pe.
4 Sed eas iunge, si † legatur solùm contemplatione mulieris, sola mulier agit, vt hic, & ibi in 1. sol. Sed si contemplatione vtriusque, vel dubitatur: tunc vterque agit, vt in alia sol. Ratio, quia in dubio vtriusque contemplatione dicitur legatum, primò mulieris, ne sit indotata, secundò viri, vt habeat, vnde sustineat onera matrimonij, sm̃ Saly.

Ex §. si fundus.

SVMMAE.

1 *Species legata debet dari talis, qualis est.*

1 §. si fundus. ¶Species † legata debet dari talis, qualis est, nisi aliud sit actum. h.d. Ratio, quia videtur legare ius, quod habet. ỹ. eo. l. si domus. §. fi. secundùm Bal.

Ex §. seruus.

SVMMAE.

1 *Seruus legatus potest interim non dari, antequam rationes reddat.*

2 *Serui legati traditio potest retardari, quandiu rationes reddiderit.*

1 §. seruus. ¶Seruus legatus potest interim nõ dari, antequam rationes reddat. h.
2 d. ¶Vel sic. Serui † legati traditio potest retardari, quandiu rationes reddiderit. h.d. ¶Facit ad id, quod dixi. s̃. eo. in l. seruus vni. in prin.

Ex §. si res, quæ.

SVMMAE.

1 *Si dubitatur, res legata existat, debet heres cauere de persequendo,*

do,& restituendo,si eam inuenerit.

2 *De dubio debet agi,sed non exigitur,sed cauetur.*

3 *Hæc verba, si in meam potestatem venerint, sunt conditionalia,nec ante trahunt secum exequutionem,quàm peruenerint.*

4 *Banniti si peruenerint in fortiam communis,antequam non venerint,interim non trahunt suum effectum.*

1 §. Si res,quæ. ¶Si † dubitatur,an res legata existat, debet hæres cauere de prosequendo,& restituendo,si eam inuenerit.h.
2 d.secundùm Bar.¶Vel sic.De dubio † debet agi, sed non exigitur,sed cauetur.h.d.& vide.j.de statu lib.l. statulib. rationem.per Ia.de Are.¶In tex.ibi [si natus sit] nota, ꝙ
3 hæc verba,si † in meam potestatem peruenerint, sunt conditionalia,nec ante trahũt secum exequutionem, quã per-
4 uenerint. Facit,quòd † bãniti si peruenerint in fortiã communis,&c. quòd interim non trahant suum effectum,secũdùm Bald.

Ex l. si seruus Titij.

SVMMAE.

1 *Si res,in qua,vel pro qua ius habeo,peruenit ad me sub spe restituendi, possum per retentionem conseruare ius meum.*

2 *Ante diem non transit dominium:sicut nec ante conditionem, cum translatio sit quædam exequutio iuris, quæ non fit ante diem.*

3 *Testator legare ita potest ius hæredis, sicut suum, non habita distinctione scientiæ,vel ignorantiæ,& hoc procedit, quãdo ius hæredis est dominij totius, vel partis, vt vsusfructus, non aliud ius reale. Fallit fauore libertatis.*

1 L. Si seruus Titij. ¶ Si res, † in qua, vel ꝓ qua ius habeo,peruenit ad me sub spe restituendi, possum per retentionem conseruare ius meum.h.d.¶In glo. 1.ibi [vel
2 in diem.] Nota,quòd† ante diem non transit dominium, sicut nec ante conditionem,quod est verum;quia ista translatio est quædam exequutio iuris, quæ non fit ante diem, vt j.de vsufr.lega.l.Sempronius.¶In ead. gloss.ibi [ut dubitatio.] Nam si purè, non extinguitur actio furtiua, vel seruitus competens fundo hęredis;quia nullo tempore esset dominus rei legatæ,arg.s.eo. l.legatarius.§.1.& j.de fur.l.à Titio.& s.de serui.l.Papi.& l.huic scripturæ.s.ad l. Aquil.vide omnino.j.eo.l.huiusmodi.§.ædes.& ibi super libro.¶In glo.fi.ibi [si quis testamento lib.esse.l. 1.] hoc verum,si post mortem, & ante aditam hæreditatem surripuerit:aliàs si post aditã hæreditatem,teneretur furti, sicut quilibet extraneus,vt.j.ea.l.§.non autem.verf. quinimo. Et intellige,ꝙ hic maximè in secundo responso, testator ignorabat rem obligatam, nec interuenit aliquod de notatis in l. si res obligata. s. eod. aliàs hæres non posset vti aliquo iure suo, cum testator videretur voluisse tradi liberam.d.l.si res obligata.& C. eo.l.cum alienam.& hanc sol.sentit glo.s.eo.in l.quid ergo.§.si hęres.secundùm Bar.
3 ¶Nec ob.quòd†testator legare potest ius hæredis,vt suũ, non habita distinctione scientiæ,vel ignorantiæ,vt.j.tit.1. l.vnum ex familia.§.si rem.& l.cum filius.§.domin⁹.quia illud est verum, quãdo ius hæredis est ius dominij totius, vel partis,vt vsusfructus : secus vbi est aliud ius reale, vt seruitutis, vel pignoris; quia tunc non videtur testator velle illud ius extinguere,vt hic. Fallit fauore libertatis,vt. j.de manu.test.l.si fructuarium.secundùm Bar.

Ex l.si domus.

SVMMAE.

1 *Legatum rei incertæ,quæ habet fines incertos facto hominis,valet,si testator habet in patrimonio,aliàs non.*

2 *Electio est legatarij in re certa, quando habet certos fines determinatos à natura,vt homo:secus in his, quæ habent facto hominis.*

3 *Comes promittens dare feudum militi,si habet,valet promissio, aliter non.*

4 *Testator habens plures domos,si legat simpliciter,videtur legare eam,quam habitat.*

5 *Testator legans vxori habitationem domus,alio non declarato,si habet vnam tantùm,in illa domicilium debetur, si habet plures,eligat.*

1 L. Si domus. ¶Legatum † rei incertæ, quæ habet fines incertos facto hominis,valet,si testator habet in patrimonio, aliàs non.h.d.¶In glo. 1. ibi [sensit tamen de certa.] Et sic videtur sentire, quòd hac ratione habeat hic hæres electionem;quia sensit de certo,quod non placet; quia tunc non esset differentia inter domum,& fundum,de qua in l.legato generaliter.s.eod.& l.cum post.§.gener.s. de iure dot. quia etiam legatum fundi simpliciter teneret,si testator sẽsit de certo.Dic ergo , quòd hic non sensit de certo. Nec
2 ob.glo.in l.legato.quæ sensit,quando † res est certa,legatarij sit electio;quia illud verum in his, quæ habent certos fines determinatos à natura , vt homo,bos, & similia , in quibus legatarius eligendo , non multùm potest grauare hæredem , cum modicùm distet æstimatio vnius ab alio, cum de mediocri tẽtetur.d.l.legato.sed hoc in his,quę habẽt fines facto hominis.l.quod in rerum.§.2.s.eo.in quibus eligendo posset legatarius multùm grauare hæredẽ, hanc rationem ponit glo.in l.hæredes.§.si incerto.s. fam. erc.¶In gl.3.ibi [quia domus,& fundus] æquiparant ista, & ita tenuit Ia.de Ra. quia inter ista non potest reddi ratio diuersitatis.Et sic in vtroque refert,a n testator reliquit in patrimonio suo plures domos,vel fundos,& legatũ valet.Aut non reliquit domum aliquam,vel fundum , & nõ valet.sed in d.§. gener. distinguit inter domũ, & fundũ,& istud tenet Dy.in reg.in obscuris.de reg.iur. in 6.& Doct. communiter,de quo plenè per Bart. in l. ita stipulatus. in
3 prin.in 6.q.j.de verb.obli.¶Extra facit,si Comes†,ꝑmisit dare feudum militi,nec apparet,quid; quia non determinauit in qua re,vt distinguatur,aut habebat feuda,aut nõ. Primo casu valet,secundo non,vt hic,facit.d.§.gener.& de verb.obli.l.ita stipulatus.facit in ar.j.de alimen.leg.l. ali
4 mẽta.in prin.¶Quæro,†q̃d si testator habet plures domos vnam in domicilio,aliam extra,videtur sentire de ea, quã habet in domicilio. vt. j.de cond.& demon.l.quæ condi-
5 tio.§.cũ ita.¶Et hæc faciunt,quando†testator legat vxori habitationem domus,alio non declarato; quia si non habet,nisi vnam,domicilium debetur in illa: si habet plures, eliget,secundùm Bal.

Ex §.De euictione.

SVMMAE.

1 *Re legata euicta,nõ præstita cautione,agitur ex testamento,sed antequam euincatur,officio iudicis euictio postulatur.*

2 *In legato generis debet de euictione caueri,& si non est cautũ, & res euincitur,ex testamento pro euictione agitur.*

Si

3 *Si species legata euincitur, ex testamēto agitur, si euictionis cau sa præstita non fuit: dum autem litigatur, iudicis officio cautio peti potest.*
4 *Stipulatio non præsumitur, nisi in casibus à iure expressis.*
5 *Euictio non debetur ex sententia arbitri.*
6 *Tituli lucratiui natura est, vt quis de euictione non teneatur.*
7 *Testator in dubio videtur legare ius, quod habet:*

1 §. De euictione. ¶Re † legata euicta, nō prēstita cautione, agitur ex testamento: sed antequam euincatur, officio iudicis cautio postulatur. h. d. secūdū Bar. ¶Vel sic. In
2 legato † generis dēt de euictione caueri, & si non est cautū, & res euincitur, ex testamento pro euictione agitur. h. d.
3 secundùm Bal. ¶Vel sic. Si species † legata euincitur, ex testamento agitur: si euictionis cautio prēstita non fuit: dū autem litigatur, iudicis officio cautio peti potest. h. d. secūdùm Ang. ¶Et sic iste. §. loquitur, quando legatur species aliena per testatorem scienter, vel etiam ignoranter coniunctæ personæ. ¶In tex. ibi [videamus] supple qua actione agatur, nulla præstita cautione, vel illa præstita, & re euicta. Ad quod respondet. [& regulariter] &c. quando non est cautum [& ceterùm] &c. quando est cautum, secundùm Guil. de Cuneo secundùm Bald. ¶In tex. ibi [ex testamento peti.] quasi nunquam fuerit soluta, ex quo est euicta, vt hic, & j. tit. 2. l. qui concubinam. §. si hæres. secus quando agitur, re empta euicta; quia tūc agitur ad interesse. Et durat hæc actio ex testamento, etiā præstita cautione; nisi fuisset interposita animo nouādi. l. 3. §. si ex conuentione. j. de re iudi. secundùm Bart. Non enim nouatur per cautionem, vt. s. pro socio. l. duo societatem. secundùm Bal. & hoc sensit hic principium glo. magnæ. ¶In tex. ibi [cæterùm si in iudicio] quasi dicat, si in iudicio petita est, præsumitur interposita stipulatio. l. cum ostendimus. §. fi. de fideiusso. tutorum. & sic ex illa poterit agi, quæ non potest præsumi, quando extraiudicium, ita loquitur pars præcedens. Ita quidam de Perusio intellexit. Sed videtur, quòd malè; quia nunquam præsumitur
4 † stipulatio, nisi in casibus à iure expressis, & d. l. cū ostendimus. loquitur in casu speciali fauore minoris. ¶In gl. 1. in fi. ibi [illud non euincitur] quia si sine iudice fuisset euicta non ageret legatarius de euictione, vt. s. de euic. l. non tamen secundùm Dy. & s. de rei vend. l. vtique. & de nego.
5 ge. l. at qui natura. in fi. secundùm Bar. ¶Et ideo † ex sentētia arbitri non debeē euictio; quia nō euincitur in iudicio. l. si dictum. §. si compromisero. s. de euict. nisi sit actum, ꝙ veniat euictio, qualitercūque euincatur, no. s. de arbi. in l. cum pœna. Ita Bald. hic. ¶In glo. 2. ibi [cui seruiat] pro hoc facit. C. depo. l. 4. sed contra hoc videtur tex. in l. Iulianus. §. 1. j. de verb. obli. Sed Pe. dicit, quòd ibi fuit soluta res adiecto hoc principali legato. Sed hæc so. est contra casum. l. etiam. j. de solu. Quare Dy. dicit, quòd malè dicit hæc glo. imò etiam re præstita, potest peti cautio. d. l. Iulianus. §. 1. & d. l. etiam. Non obstat iste tex. quia non negat, quin etiā re soluta, possit peti cautio, idest res ipsa ꝑpter cautionē habendā, vt dictis legibus. Non ob. l. 4. C. depo. quia ibi agitur ad accessoria: hic propter cautionem, quæ respicit totum ius rei, ideo etiam re soluta agitur primæua propter cautionem, secundùm Bartol. hic. ¶In glos. 4. ibi [quàm titulo] &c. i. quàm id, quod debeatur ex testa-
6 mento, & sic titulo lucratiuo, de cuius † natura est, vt quis de euictione non teneatur, vt. l. ad res. s. de ædi. edic. & j. de don. l. Aristo. Prædicta vera sunt, qñ res legatur in genere simpliciter: secus si incertus de certis; quia tūc ęquiparatur legato speciei quò ad euictionē, vt in l. in ratione. §. diligēter. & §. seq. j. ad l. Fal. ¶In ea. gl. ibi [frustra quæreretur] qa si euinceret, fieret iniuria legatario, ꝙ nō noceret hæredi, idest si per imprudētiā, nisi hæres dedisset causā, vt quia instrumēta defensoria voluisset exhibere. l. instrumēta. C. de fideicom. Dictū est verū, sed hoc exemplum falsum; quia tunc euictio non est iusta, pone ergo exēplum, si hæres nondum tradidit, & lis fuit agitata cum eo, legatario sciente, & in iniuriam hæredis sententia contra eum lata, vel etiam propter conuitium ipsius hæredis contra iudicem, secundùm Ang. ¶Et hoc, quando euinceretur in totum ratione directi dominij: sed si ratione alicuius iuris: tunc si iuris, quod habebat in re, hæres tenetur; quia nō videtur legare nisi ius, quod habebat, vt hic in fi. si iuris ausentis, tunc legatario in totum, puta per hypotecariam, distingue, vt. s. eo. l. si res obligata. Item hoc verum est, nisi testator aliud expressè dixisset, vt. s. eo. l. seruo legato. §. si fundus. sm̄ Bar. ¶In ea. gl. ibi [seu tacente] &c. idest eo, de cuius scientia non apparet, qui in dubio habetur pro ignorante, vt. s. eo. l. si res. ¶In ea. ibi [l. cū alienam] fallit in casu, scilicet cum legatur res aliena ecclesiæ ad sepulturam; nam ecclesia dicitur viuere secundùm legem Dei, non huius seculi. Ita intelligatur glo. ibi secundùm Ange. ¶Item hoc verum est, quando sciuit alienam simpliciter: secus si respectu alicuius iuris; quia tunc videtur legare respectu iuris, quod habet, vt. s. eo. l. serui electione. in fi. & j. ead. l. §. fin. secundùm Bar. Item hoc videtur verum, quando testator rem non possidebat: sed si possideret, liberaretur hæres tradendo talem, qualem &c. per regulam. l. si à sub-
7 stituto. §. fi. s. eo. nam legando † videtur in dubio testator legare solum ius, quod habet, vt. j. eo. l. si domus. §. fi. vide ibi, & s. l. proxi. Et secundùm hoc limitatur. l. si res obligata. s. eo. quia debet intelligi, quando testator non possidebat rē illā obligatam. ¶In ea. glo. ibi [causæ nullæ] &c. puta, quia testator putabat rē esse suam ex causa emptionis factæ à pupillo, quæ emptio est ipso iure nulla, & sic non tenet legatum, etiam si fiat coniunctæ personæ. quod no. secundùm Ia. de Are. & Bar. ¶In ea. glo. ibi [vel etiam finitæ] &c. pone exemplum. s. eo. l. quod in rerum natura. §. 1. & C. eo. l. si vxor. & j. de vsuf. leg. l. Sticho. in fi. vbi testator legabat ius, quod morte finiebatur, sm̄ Bartol. Fallit etiā, quando coniuncta persona est instituta; quia tunc si ei euincitur, de euictione non agit: sed si ei nō euincitur, sed erat res aliena à testatore non possessa, indistinctè debet redimi de communi, & iste est verus intellectus. l. cum pater. §. euictis. j. tit. 1. licèt gl. ibi dicat speciale, ne crescat inuidua inter fratres, secundùm Ang.

Ex §. In pecunia.

SVMMAE.

1 *Comparenti, & confitenti datur terminus ad soluendum.*
2 *Propter confessionē non fit litis contestatio, quando non fit animo contestandi, sed iudicium euitandi.*
3 *Si quis confiteatur crimen iudici, non formato adhuc processu, per hoc inducitur præuentio iurisdictionis.*

1 §. In pecunia. ¶Comparenti, † & confitenti datur termin⁹ ad soluendum. h. d. ¶In tex. ibi [ad suscipiendum iudicium]
2 No. quòd † per confessionē non fit litis contestatio, quod est verū, qñ confitetur nō animo contestandi litē, sed vt iudicium euitet, aliàs si cōfiteretur, vt feratur snīa, diceretur lis contestari, vt no. in l. 1. C. de lit. contest. Per hūc tex.
3 dicit Bal. quòd si quis † confiteatur crimen iudici, nō formato

mato adhuc processu, quòd per hoc inducitur præuentio iurisdictionis; quia amodo pertinet hoc ad officium iudicis, vt hic, facit ad hoc quod no.s̄. de infam.l l. ictus fustiũ.

Ex §. Qui confitetur.

SVMMAE.

1 *Ex iusta causa iudicis officio quis compellitur aliud pro alio accipere à debitore confitente.*

1 §. Qui confitetur. ¶Ex iusta † causa iudicis officio quis cõpellit̃ aliud pro alio recipere à debitore confitẽte. h.d.¶In tex.ibi [audiendus est] volens iustam æstimationem præstare.¶ in tex.ibi [fratres naturales] non tamen debet per hanc affectionem plus æstimari, quàm valeant verè, vt.l.pretia.ÿ.ad l. Falci. ideo iudicis officium interponitur.

Ex §. Cum alicui.

SVMMAE.

1 *Sine iusta causa aliud pro alio solui non potest.*
2 *Inducta de iure speciali, non sunt trahenda ad consequentias.*

1 §. Cum alicui. ¶ Sine † iusta causa aliud pro alio solui nõ
2 potest.h.d.¶Vel sic.Inducta † de iure speciali, nõ sunt trahenda ad consequentias.h.d.notabiliter.

Ex §. si fundus.

SVMMAE.

1 *Ei, qui habet dominium directum, potest legari ab eo, qui habet vtile, etiam si illud debeat finiri morte legantis.*
2 *Res meas non posse mihi legari, non est verum, si deficiat aliquod ius in re.*
3 *Quisque in dubio præsumitur legare ius, quod habet in re, siue in spe sit, siue in re, siue ius retinendi ad tempus, vel ad rem. Fallit, si legat vsumfructum. ibid.*
Item fallit, si haberet tantùm ius prædiale, puta seruitutis. ibidem.
Item fallit in habente ius dominij obligatum. ibid.
Item quando haberet ius suum commune cum hærede.
Item quando habet partem in re quò ad proprietatem, & aliã partem habet obligatam, quia tantùm dominiũ (legando simpliciter) legaret. ibid.
4 *Fũdus Reip. emphiteoticus potest legari, secus in alia emphiteosi, vt ecclesiæ, quæ nullo modo alienari potest.*
5 *Emphiteota ecclesiasticus licèt non possit legare aliquo modo, vel alienare rem ecclesiæ: potest tamen donare, saluo iure census, suas meliorationes*
6 *Ciuitas, & ecclesia æquiparantur.*
7 *Dominij appellatione intelligitur de directo.*
8 *Emptor sciens videtur tantùm emere ius, quod habet vẽditor, secus ignorans.*
9 *Donans videtur donare id tantùm ius, quod habet.*

1 §. si fundus. ¶Ei, † qui habet dominiũ directum, potest legari ab eo, qui habet vtile, etiam si illud debet finiri morte legantis, vt.s̄.eo.l.quod in rerũ.§.1. secundũ Bar.¶Et in dubio quis videtur legare ius, quod habet in re.h.d.¶Ex hoc no.
2 terminari † omnes leges, quæ dicunt, quòd res mea non potest mihi legari; quia verum est, nisi deficiat aliquod ius in re; nã tũc potest esse illius iuris, secũdùm Bal. Et dum di
3 citur, quòd in dubio, quis † videtur legare ius, quod habet in re, dic, siue sit ius in re, siue in spe, vt.s̄. eo. l.seruum filij. in prin.siue in re, siue ius retinendi ad tempus vt.ÿ.eo.l.huiusmodi.§.1.& ibi no.siue ad rem.l.apud Iulianum.§.Iulianus.s̄.eo.Istud non videtur procedere, si legauit vsumfructum; quia tunc legatum non restringitur ad ius testatoris.s̄.de vsufr.l. antepe. & ibi ego scripsi. Item hæc regula non procedit, nisi haberet solùm ius prædiale, puta seruitutis; quia tunc non restringitur ad illud ius, cum sit impossibile deberi legatario, rebus sic se habentibus. Ita loquitur.l.Mæuius.§.fundo.ÿ.tit.1.Nec. in habente ius dominij obligatũ, vt dixi. s̄. eo.in l. si res obligata. Nec vbi ius suum est commune cum hærede; quia etiam ius hæredis legare videtur.l.cũ filius.§.dominus. & l.vnum ex familia.§.si rem.ÿ.tit.1. Item si habet partem in re quò ad proprietatem, & aliam partem habet obligatam, legando rem illam simpliciter, nõ videtur legasse ius hypothecę, licèt sit ius reale, sed tantùm ius dominij, tex.est no.ÿ.tit.2. l.Iulianus.secundùm Ang. & vide quod scripsi.C. eo. in l.
4 vxor patrui.¶Facit, † quòd fundus emphiteoticus possit legari.ad idem.l.in conuentionalibus.ÿ. de verb. obliga. vbi per Ioann.de Are.& gloss. no.in l.fi.C.de iure emphi. facit. l. item obligari. s̄. de pigno. act. & l. tutor. §. fin. de pigno. & l. lex vectigali. & Insti. loca. §. adeo. Contrarium no.in l.1.C.de fund.patri.li. 11.Et hoc verum est in alio emphiteota, quàm Reipublicæ, p l.fi.C.de iure emphi.vbi omnis alienatio prohibetur, & hoc ibi tenet Pe.& cum ibi faciat mentionem de pretio, patet, quòd loquitur tantùm in venditione, vt.C.de prædijs curia.l.fi.li.10.secũdùm Iac.de Are.ergo non in permutatione, nec in diminutione, nec in locatione etiam ad centum annos, si non fiat in pecunia numerata: sed in alio genere, puta in feudo, cũ hic non possit dici pretium, sm̃ tacitum consensum, secũdùm Ia.de Are.& Bal.¶Non obstat hęc.l.& similes; quia loquuntur in emphiteota Reipublicæ, in quo nõ interest reipublicæ; quia quicunque reperitur possessor rei, tenetur ad vectigal, vt.C.sine censu.vel reli.l.fi.& ÿ.de publica.l. Imperator.secus in alio emphiteota; quia nouus possessor non tenetur ad pensionem, cum nihil promiserit, ideo non põt alienare sine consensu dñi. Emphiteota verò ecclesię nec vendendo, nec donando potest alienare.l.1.& 2.C.ne rei domi.vel templo.secundùm Bar.¶Hoc vltimum non est verũ; q ibi loquit̃, qñ emphiteota donabat, suppresso nomine emphiteotę in fraudem proprietatis, vt pręstaret occasionẽ præscribendi contra proprietarium; nam sic nõ
5 potest interuertere ius proprietarij, sed si donet † meliorationes suas, saluo iure cẽsus, & directi dominij ecclesię, bene valet donatio, secundùm oẽs alios Doctores, & est
6 casus hic; quia ciuitas, & ecclesia æquiparatur.l.fi.C.de sacrosan.eccle.secundùm Bal.Cin.colligit hic, quòd appel-
7 latione † dominij intelligit̃ de directo in dubio. ¶In glo. 2.ibi [si ius, quod habet] etiam si sit finiturum morte. s̄. eo.l.quod in rerum.§.1.& de vsufr.lega.l.si Sticho.Sed an
8 idem † in emptore, quòd videatur emere solùm ius venditoris, glo.dicit, quòd sic, in l.qui tabernas.s̄.de contrahen. emp.& bene in emptore sciente: secus in ignorante; quia est contractus non gratuitus, & venditor habuit pretium;
9 ideo uenit euictio, secundũ Ci.in donatione † Idẽ est, quod in legato, tex.est no.ext.de donatio.in c. pastoralis.secundùm Bald.

Ex l. Si quis legauerit.

SVMMAE.

1 *Exceptio rei, quæ non reperitur, nihil importat.*
2 *Si vendo fundum, salua dimidia fructuum, quæ est coloni, & nullus reperiatur ibi colonus, hæc exceptio nihil operatur: secus si dixisset, salua parte coloni. ratio. ibid.*
Et constet inter partes nullum esse colonum. & nu. seq.
3 *Coloni non habent ius in re propria, secus factum.*
4 *Pactum factum ad confirmationem iuris, si nil confirmandum inueniat, nullum est, & non ualet.*

1 L. si quis legauerit ¶ Exceptio †rei, quę non reperitur, nihil importat, hoc dicit secundùm Bartol. ¶In tex. ibi [erunt] quia euulsæ erant radicitus, secundùm Bald. si tamen in vineis esset ius quæsitum, etiam eis extirpatis, remanet ius in solo, nisi aliud appareat de mente disponentis. l. certo generi. §. de seruitut. rustic. prædior. & vide ibi. ¶Facit secundùm Iacob. de
2 Are. quòd † si vendo fundum, salua dimidia fructuum, quæ est coloni, & nullus reperiatur ibi colonus, quòd hęc
3 exceptio nihil operetur; quia in re† propria non habent ius coloni, pro hoc. §. de contrahen. emptio. l. pacta. §. fin.
4 Item quia ibi pactum † non fuit inductiuum noui iuris, sed factum ad confirmationem iuris, quod erat, & ideo cum nullum sit ius, quod possit confirmari, nil valet pactum. l. sub conditione. §. de vsufruct. pro hoc facit. §. de euictio l. minor. §. fin. & de actio. emptio. l. fundus, cuius. & l. si mercedem. §. fin. secundùm Iacob. de Are. secus fortè, si dixisset, salua parte coloni; quia tunc non retulisset se ad ius, sed ad quoddam factum, quod etiam in re propria cadit, & ita intelligo dictum Bartol. hic, facit de vsufruct. l. si sub conditione. & communia prædiorum. l. si quis duas. §. si in vẽditione. hoc verum est, nisi inter partes constabat nullum esse colonum, nisi ipsum venditorem; quia tunc videtur debere intelligi, quòd ipse venditor habeat ius coloni. d. §. si in venditione. secundùm Bartol.

Ex l. si hæres.

SVMMAE.

1 *Qui iussus est facere, ut quis habeat, cogitur dare.*
2 *Grauatus quis dare, tenetur dare, & facere accipientis, idem grauatus facere, ut habeat: secus curare, ut habeat.*
3 *Facere plus importat, quàm curare, & ideo in instrumentis ambo apponuntur;*

1 L. Si hæres. ¶ Qui † iussus est facere, vt quis habeat, cogitur dare. hoc dicit. ¶In glo. 1. in fin. ibi [rigori statur] dic meliùs se-
2 cundùm Petr. & Bal. si grauatur† quis dare, tenetur dare, & facere accipientis. l. vbi autem non apparet. in fi. ꝟ. de verborum obligat. Sed si grauatur facere, vt quis habeat, idem, vt hic: sed si grauatur ad curandum, vt habeat, tunc habet locum. d. l. fin. §. si cert. pet. plus ergo importat ver-
3 bum, † facere, quàm curare, ideo omnia ista verba apponuntur in instrumentis, secundùm Bart.

Ex §. Vicis.

SVMMAE.

1 *Potest legari vicis, sicut ciuitatibus.*
2 *Si instituantur omnes homines, qui sunt in mundo, tenet institutio, sed iudicatur frustratoria propter impossibilitatem adeundi.*

1 §. Vicis. ¶ Potest † legari vicis, sicut ciuitatibus. hoc dicit. ¶ Vide quod not. Inno. extra de restitu. spolia. in c. cum ad sedem. secundùm Bal.
2 Si instituant̃ † omnes homines, qui sunt in mundo, tenet institutio, sed iudicatur frustratoria propter impossibilitatem adeundi, gloss. singularis Insti. de hæredi. institu. in §. & vnum.

Ex l. Licèt Imperator.

SVMMAE.

1 *Relicta ab instituto intelliguntur repetita à substituto vulgariter, nisi aliud appareat ex coniecturis.*
2 *Omnis lex, quæ coniecturatur voluntatem testatoris, debet intelligi, nisi aliud euidenter appareat de voluntate disponentis.*
3 *Probatio præsumptione legis an sit vera probatio, remissiuè, quòd sic in coniectura à iure approbata. nu. 7.*
4 *Euidenter dicitur apparere, quod apparet ex legitimis coniecturis, licèt non fuerit expressum.*
5 *Statutum loquens de probatione, comprehendit etiam probationes factas ex legitimis coniecturis, nisi tale statutum disponat aliquid fieri, facta fide; quia tunc requiritur tanta fides, quæ probationem faciat.*
6 *Multa an duo, vel tria dicuntur, quòd non.*
7 *Coniectura vna tollitur alia, quod procedit in coniectura à iure approbata, quæ habetur pro vera probatione.*
8 *Legatum relictum à pupillo, detrahitur, vt æs alienum: in legato verò à substituto eidem, vel alij, fit contributio propter coniunctionem hæreditatum, & quando videantur repetita, vide dist.*
9 *Legata relicta per modum dispositionis ab instituto nomine proprio, non videntur repetita in substituto vulgari.*
Et etiam ab instituto relicta nomine appellatiuo, qui non erat in rerum natura.
Secus si erat in rerum natura, & non appareat aliud per coniecturas.
10 *In substituto pupillari legata relicta per modum dispositionis à pupillo, si succedit ex tacita vulgari, repetita uidentur: secus ex expressa.*
11 *Quando in repetitione expressè facta per testatorem inest dies, eo cedente in vita impuberis, nil talis repetitio releuat, nisi in eo, quod plus est relictum: secus si non cessit; quia tenetur substitutus.*
12 *Substitutus tenetur soluere legata relicta ab instituto; quia per omnia ab eo videntur relicta.*
13 *Idem in fideicommissaria substitutione; quia in eum omnia iura actiuè, & passiuè transeunt.*
14 *In compendiosa an, & quando repetita videantur.*
Repetitio legati non videtur facta ab instituto post tempus, ab alio instituto vsque ad tempus à milite. ibid.
15 *Legata non videntur repetita relicta ab hærede vnius gradus ab hærede alterius gradus sequentis.*
16 *Relicta ab uno hærede, an debeantur à cohærede, ad quem trã sit portio, remissiuè.*

17 *Repetitio facta tacitè videtur facta sub eodem conditione, die & die si expressa, statur uerbis, fallit, nisi repetitio vitiaret actum.*

18 *Si testator, instituto pupillo, vxori relinquat vsumfructũ, an ipsum habebit, si succedat pupillo, quod procedit, si succedat ex vulgari, secus ex pupillari.*

1 L.Licèt Imperator. ¶ Relicta ab instituto,
intelliguntur repetita à substituto vulgariter, nisi aliud
appareat ex coniecturis.h.d.secundùm Bartol.¶Et vide
quod scripsi. C. de cadu.tol.in l. prima. §. pro secundo.
2 post princ.¶Nota, quòd † omnis lex, quæ coniecturatur
voluntatem alterius, debet intelligi, nisi aliud euiden-
ter appareat de voluntate disponentis, secundùm Barto.
3 hic.De probatione per†præsumptionem legis vide vnum
verbum in l.filium.s̄. de his, qui sunt sui, vel alie.iuris.
4 ¶Item nota secundùm eundem Barto. quòd † euidenter
dicitur apparere, quod apparet ex legitimis coniecturis,
licèt non fuerit expressum, vt hic,& secundùm Iacob. de
Are.facit.l.si quis locuplex ȷ̄.de manu.test.Et est vtile ad
5 statuta: si tamen † statutum, vel sententia disponens ali
quid fieri, facta fide, non sufficit qualis qualis fides, sed
requiritur tanta, quæ probationem inducat, tex.est con-
iuncta gloss. extra de elec.c.cupientes.§.si per viginti.in
verbo, fidem.lib.6.secundùm Ange. ¶ Item nota, quòd
6 † multa dicuntur tria, sic.s̄.ad Syl.l. prima.§. hoc rescri-
ptum.& Insti. de libert. §. multis. Quandoque multi di-
cuntur duo.Insti.de iure perso.§.fina.tamen nec duo, nec
tres vnquam multitudinem faciunt, vt in Authen.de re
7 ferend. in princ. ¶Item quòd vna † coniectura tollitur
alia, facit quod no.s̄.de in integ.rest.in l.Diuus.& est ve-
rum in coniectura à iure approbata; quia habetur pro
vera probatione, vt no.in l.si tutor.C.de pericu.tuto. se-
cundùm Bald.¶In tex.ibi [quid enim si aliam rem]&c.
Aduerte; quia iste versiculus non habet locum in substi-
8 tuto pupillariter; nam si à pupillo † vna res est legata,
& à substituto alia eidem, vel alij, legatum relictum à pu
pillo debebitur, vt æs alienum, relictum à substituto,
vel legatum propter coniunctionem hæreditatum fit con
tributio legatorum. l. in ratione. §. quod vulgo. ȷ̄. ad l.
Falc.Eodem modo non habent locum sequentes versicu-
li, cum legata relicta à pupillo instituto, semper detrahan
tur, vt æs alienum, secundùm Ang. ¶ Conclude ergo
an relicta ab instituto, &c. aut sunt repetita per modum
conditionis, & non est materia huius.l. sed dic, vt l. sub
conditione.& l.quæ conditio.ȷ̄.de condi.& demonst. Aut
sunt repetita per modum dispositionis legati, vel fidei-
commissi, vt hic: tunc aut de substituto vulgariter, aut pu
9 pillariter.¶Primò casu † aut fuerunt relicta nominatim
nomine proprio, & non videntur repetita.l.si plures.in fi.
ȷ̄.titu.secundo.& ad l.Falc.l. prima.§.id, quod ex substi
tutione. Aut nomine appellatiuo: tunc aut institutus, à
quo relinquebatur, non erat in rerum natura illo tempo
re, & dic, vt l. quidam referunt.in princip.s̄.titu. primo.
quia non videtur repetita; quia legata erant pro nõ scri
pta, vt ibi no. Aut erat in rerum natura: tunc in dubio vi
dentur repetita, nisi aliud per coniecturas appareat, vt
10 hic.¶Secundò casu de † substituto pupillariter, aut succe
dit ex tacita vulgari, & videntur repetita.l.qui fundum.§.
qui filium.ȷ̄.ad l.Falc. Aut ex expressa: tunc nunquam vi
detur repetita, sed ea debet substitutus tanquam quili-
bet hæres impuberis.d.l.in ratione.§. quòd vulgo. Sed si
11 essent † repetita expressè per testatorem: tunc si dies le-
gati cessit in vita impuberis, repetitio nil releuat, vt ȷ̄.
eodem.l.si fundum sub conditione. §.si pater. nisi in eo,
quod plus esset relictum, vt s̄.eodem.l. quid ergo.in prin.
Sed si dies legati non cessit: tunc debetur à substituto.d.
12 §.si pater.secundùm Barto.hic. ¶Et idem † in substituto
exemplariè per omnia.l.humanitatis.C. de impub. & a-
13 lijs substi. ¶In fideicommissaria † indistinctè videtur fa-
cta repetitio; quia in eum transeunt omnia iura actiuè,
& passiuè.l.prima.ȷ̄.ad Trebel. ¶ In compendiosa † dic
attendi, ex qua specie succedatur, an ex vulgari, & dic
vt supra dixi in vulgari, an ex pupillari, & dic, vt dixi
in pupillari, an ex fideicommissaria, & dic, vt dixi in
fideicommissaria. An ex compendiosa, quæ fit à milite
iure directo, vel filiæ feminæ ex forma statuti: & hic du
bito, tamen in dubio credo repetitionem factam, & hoc
tenet gloss.in l.quærebatur. s̄. de iniusto test. in quadam
14 sol.¶Relicta autè † ab vno milite ab vno instituto vsque
ad tempus, non videtur repetita ab alio instituto post
tempus, casus est ibi. similiter nec videntur repetita re
15 licta ab hærede vnius gradus†ab hærede alterius gradus
sequentis, casus est in l.prima.§.fin. de lega. tertio.¶ De
16 relictis ab vno † hæredum, an debeatur à coherede, ad
quem transit portio, dic vt l. prima.§.in primo. & §.pro
secundo.cum sequen.C.de cadu.tol.secundùm Ang.
17 ¶ Eo casu, quo intelligitur facta, an intelligatur † fa-
cta sub eadem conditione, vel die, an purè. Si est facta
expressè, statur verbis. Si tacitè, eadem conditio vide-
tur repetita, vt ȷ̄. titu.primo.l.cum pater. §. ab institu-
to.fallit, vbi repetitio vitiaret.s̄.eodem.l. si quis à filio. &
infra de do.præle.l.cum vulgari.& ȷ̄. eodem.l.seruo alie
no.§. penulti. secundùm Ange. ¶ Vltimò allegatur iste
18 versiculus per Dyn. quòd † si testator instituit pupillum,
& vxori legauit vsumfructum, & illam substituit pupillo
in partem, quòd non habebit mater, postquam succesit
pupillo, vsumfructum, quod limitat Barto.si succedi-
tur ex vulgari: secus si ex pupillari; quia tunc habuisset
initium ex persona filij: & sic tanquam debitum dedu-
ceret, dicto §.quod vulgo. & C. de bon. auct. iud. possi.
l.prima.& l.in imponenda.C.ad l. Falc. Idem in effectu
videtur velle Bald. in l non iustam. C. ad Trebellia. vbi
simpliciter reprehendit Dyn. licèt non alleget secun-
dùm Bartol.

Ex l.si sic legatum.

SVMMAE.

1 *Legatum in arbitrium hæredis, vt boni viri commissum, valet.*

2 *Legatum, quod non est positum in mera grauati potestate, sed in sui arbitrij æquitate, valet de iure.*

3 *Iustum putauerit, uerba important arbitrium boni uiri.*
Idem, si æstimauerit.ibid.
Idem, si comprobauerit.ibid.
Idem verbum, videbitur.ibidem.
Idem per verbum, placebit.ibid.
Iudicio tuo, verba, important liberam voluntatem. ibid.
Idem habeas liberum arbitrium.ibid.

4 *Debitor vbi ex forma statuti potest capi ad meram uoluntatem creditoris, potest capi, nulla citatione præcedente, uiso instrumento.*

5 *Defensio etsi sit de iure naturæ, tolli tamen potest ex causa, et modificari, & ordinari, & sic citatio.*

6 *Appellatio vbi sit prohibita à statuto, nisi à mera definitiua, intelligitur ea, quæ nullam mixturam interloqutoriæ, uel eius processus habet.*

L. Si

1 L. Si sic legatum, ¶Legatum in † arbitriũ hæredis, vt boni viri, commissum, valet. hoc dicit. ¶Vel
2 sic. Legatum, † quod non est positum in mera grauati potestate: sed in sui arbitrij æquitate, valet de iure. hoc di
3 cit, secundùm Bald. ¶In tex. ibi [iustum † putauerit.] Idem in verbo, videbitur. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicom. liber. Idem in verbo, placebit. l. Thais. §. sorori. eodem titulo. & l. Lutius. coniuncta. l. fideicommissaria. eod. tit. secundùm Bartol. si dixit, iudicio tuo, videtur importare liberam voluntatem. d. l. Thais. §. Lutius. Si dixit, habeas liberum arbitrium, importat liberam voluntatem. l. fideicommissa. §. quamquàm. ff. titu. secundo. ¶In tex. ibi [in meram] &c. Nota, quando dicitur me
4 ra, &c. facit ad statutum † Florentiæ, quòd debitor ex instrumento guarentigiato capiatur ad meram voluntatẽ creditoris, quòd viso instrumento possit incipi à captura, etiam nulla præcedente citatione. Non obstat, quòd de
5 fensio † est de iure naturæ, ad quam ordinatur citatio, ergo non videtur remissa, cum tolli non possit, vt in Clement. pastoralis. de re iud. quia hic non tollitur defensio: sed variatur defendendi modus: reseruantur enim defensiones ex post facto, quod de iure fieri potest. l. fina. C. de compensa. l. ille, à quo. §. primo. ad Treb. & C. de edic. Diui. Adri. tol. l. 2. Quinimo & defensio tolli põt ex causa; ergo fortiùs modificari, vel ordinari. l. si seruus. C. de his, qui ad eccle. confug. & l. j. C. qñ li c. vnic. fine iud. se vin. facit quod no. de præcepto iustificato in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de operis no. nun. ¶ Ita & hic placuit statuenti peruertere ordinem defensionis, & ita consului Florentiæ. Ita loquitur Ange. hic. ¶ Item facit
6 iste tex. ad statutum, † quòd non possit appellari, nisi à mera definitiua, vt illa dicatur mera definitiua, quæ nullam habet mixturam interloquutoriæ, vel eius processus, & ita consului. dixi etiam in l. stipulationum. ff. de verbo. obli. secundùm Ange.

Ex §. Si mihi.

SVMMAE.

1 *Defectus debiti demonstrati, quantitate non expressa, facit deficere substantiam legati.*
Idem si quantitas exprimatur, & ipsi debitori, vel tertio relinquatur: secus si per debitorem creditori.
2 *Legatum est inutile, si relinquatur in tertia, vel in secunda persona, siue quantitas exprimatur, siue non, sed in prima ualet quantitate expressa.*
3 *Relatiuum iunctum secundæ, vel tertiæ personæ, quantitate expressa, vel non conditionem inducit: sed iunctum primæ, quantitate expressa, demonstrationem, ea non expressa, conditionem inducit.*
4 *Vbi quis legat, vt creditor, si non est, legatum est nullum indifferenter; quia nulla est legati substantia: sed vbi quis legat, vt debitor, licèt non sit, indifferenter tenet legatum, si certa quantitas fuerit expressa, aliàs non.*
5 *Per instrumentum, quo Comes donauit ecclesiæ omne ius suum in tali castro, non probatur titulus aptus ad præscriptionem.*
6 *Ratione incertitudinis impeditur ius possessionis, & sic effectus præscriptionis.*

1 §. Si mihi. ¶Defectus † debiti demonstrati, quantitate non expressa, facit deficere substantiam legati. Idem si quantitas exprimatur, & ipsi debitori, vel tertio relinquatur; secus si per debitorem creditori. hoc dicit secundùm Barto. ¶Vel sic. Le
2 gatum † est inutile, si relinquatur in tertia, vel in secunda persona, siue quantitas exprimatur, siue non, sed in prima valet, quantitate expressa, aliàs constituitur inutile.
3 hoc dicit, secundùm Dyn. ¶ Vel sic. Relatiuum † iunctum secundę, vel tertiæ personæ, quantitate expressa, vel non, conditionem inducit: sed iunctum primæ, quantitate expressa, demonstrationem, ea non expressa, conditionem inducit. hoc dicit, secundùm Oldra. ¶ Vel sic.
4 Vbi † quis legat, vt creditor, si non est, legatum est nullum indifferenter, quia nulla est legati substantia: sed vbi quis legat, vt debitor, licèt non sit, in differenter tenet legatum, si certa quantitas fuerit expressa, aliàs non. hoc dicit. Non ergo curandum, an per verba primæ, vel secundæ personæ: sed solùm, an subsit substantia eius, quod legatur; quia tunc valet: si non subest, non, secundùm
5 Ange. ¶Facit secundùm Dyn. quòd† per instrumentum, quo Comes donauit ecclesiæ omne ius suum in tali castro, non probetur titulus aptus ad præscriptionem castri; quia illa verba omne ius, quod habeo, exponuntur idest, si quod ius habeo, vnde cum hoc sit incertum, non valet, nisi de iure auctoris probetur, vt hic, & s. de
6 act. emp. l. Lutius. ratione† incertitudinis impedit ius possessionis, & consequenter effectus præscriptionis, vt ff. pro emptore. l. emptor. & de acquiren. possessione. l. tertia. §. incertam. & l. locus. & de vsucap. l. si fur. §. incertum. secundùm Dyn. & Bald. ¶In gloss. secunda. in fine. idem Dyn. & Oldra. Sed non placet Bart. quia etiam in primo casu posset testator loqui per verba tertiæ personæ, vt qa vocatus Titius diceret, centum, quæ Titius debet, Sæio legat, certè valeret legatum, quare dic, ꝙ in primo quando quantitas non exprimitur, ratio est hic in tex. quia nõ apparet, &cæt. Sed in secundo; quando debitor legat creditori, quantitate expressa, grauat hæredem in quantitate, & sic substantia rei legatæ reperitur, vñ falsa demonstratio non vitiat: sed qñ creditor legat debitori centum, quæ debet; tunc grauat hæredem solùm in liberando: sed vbi debitum non apparet, deficit substantia rei legatæ, ideo non ualet legatum: sed si legat, quod debet Titius, videtur legare actionem, quæ si non est, deficit substantia legati, & hoc vult hic tex. Idem probatur in tex. & glo. in l. legati. ff. de libera. lega. secundùm Bart.

Ex §. Si quis ita.

SVMMAE.

1 *In obligatione alternatiua si legatur, quod debetur, tenetur hæres cedere actionem: si verò alterum de alternatiuis legatur, & electio erat legantis, hæres ad agendum compellitur, & ex solutione apparebit, an legatum debeatur: si verò personis legatur vtrunque, & electio erat legantis, hæres tenetur vtrique satisfacere.*
2 *Actionem alternatiuam cedi, & in cessionarium transferri ius, & facultatem cedentis.*
3 *Sicut ad petitionem creditoris potest capi debitor, & carcerari ex forma statuti; ita ad petitionem cessionarij, & id potest opponi, quod principali creditori.*
4 *Actio iudicatur mobilis, vel immobilis secundùm naturam rei, pro qua competit.*
5 *Si minor cessit actionem ei ad fundum competentem, vel ad centum alternatiuè, est in potestate debitoris, an valeat hæc cessio.*

6 *Si statutum prohibeat forensem non acquirere immobilia in loco, non acquirit actionem competentem tunc alternatiuè ad fundum, vel ad decem, si contigerit fundum solui.*

7 *Electio, quæ competit ratione contractus, transit in quemlibet successorem, & singularem.*
Item facultas soluendi aliud pro alio.

8 *Arbitrium, quod competit iure contractus, non tanquam ministro, sed tanquam creditori, transit ad successorem.*

9 *Si villa promisit Titio purgare riuum ad arbitrium ipsius Titij, si Titius vendat riuum, villa tenebitur purgare riuum arbitrio emptoris.*

10 *In arbitrijs licèt non recedatur à persona: tamen quando arbitrium competit per modum formæ obligationis, transit, secus per modum facultatis, vt in instrumento.*

11 *Potestas eligendi licèt, viuo creditore, non transeat in cessionarium: transit tamen, eo mortuo, ad hæredem, qui præsumitur scire voluntatem defuncti.*

12 *Imperium postquam est delegatum, potest subdelegari.*

1 §. si quis ita. ¶ In obligatione † alternatiua, si legatur quod debetur, tenetur hæres cedere actionem: si verò alterum de alternatiuis legatur, & electio erit legantis, hæres ad agendũ compellitur, & ex solutione apparebit, an legatum debeatur: si verò diuersis personis legatur vtrunque, & electio erat legantis, hæres tenetur vtrique satisfacere. h.d. cum seq. ¶ Et primò quando electio erat creditoris, qui legauit simpliciter quod ei debetur, vsque ibi [proinde.] Scd'ò, qñ erat debitoris, & creditor legauit vnam tantùm de rebus debitis vsque ad [l. quod si quis.] Tertiò, qñ electio erat creditoris, & legauit vtrunque de alterna-
2 uis. ¶ Nota † actionem alternatiuam cedi, & in cessionarium transferri ius, & facultatem cedentis, & per h.d. Ci.
3 ꝙ sicut † ad petitionem creditoris potest capi debitor, & carcerari ex forma statuti, ita ad petitionem cessionarij, & id demum possit ei opponi, quod principali creditori, & non aliud, secundùm Ci. & Bal. ¶ Facit secundũ Barto.
4 (supposita cõmuni opinione,) ꝙ actio † iudicetur mobilis, vel immobilis secundùm naturam rei, pro qua competit, vt in gloss. C. si aduer. vendi. in l. 1. & C. de prædijs mino. in l. si ad resoluendam. gl. dubitat in l. mouentium. ȷ̃. de verbor. signi. ¶ Item supposito, quòd minor non pos-
5 sit alienare immobilia sine decreto, quòd si minor † cessit actionem ei competentẽ ad fundum, vel centum alternatiuè, ꝙ sit in potestate debitoris, an valeat hæc cessio; quia si solum, non valuit cessio, si centum, valuit, vt hic secundùm Barto. Sed contra hanc conclusionem videtur facere; nam in dubio debet magis attendi, ꝙ fundus poterat deberi, & sic illa causa prohibita, quàm alia permissa. s̃. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. si quis sub iureiurandi. ergo &c. sed ibi lex inualidat vnam cãm, s. iureiurandi ipso iure: hic non; quia dubia erat; & ideo si in casu proposito electio esset minoris, videtur secus dicẽdũ
6 scilicet, ꝙ cessio non teneret, cogita. ¶ Item facit † ad statutum prohibens forensem acquirere immobilia in loco, vt non acquirat actionem competentem tunc alternatiuè ad fundum, vel ad decem, si contigerit fundum sol-
7 ui, secundùm Ang. ¶ Not. ꝙ † electio, quæ competit alicui ratione contractus, transit in quemlibet successorem, etiam singularem, vt hic, & l. stipulatus. & l. fi. ff. de verb. ob. sic facultas soluendi aliud pro alio, tex. no. ȷ̃. eo. in l. si
8 quando. §. 1. ¶ Quid in † arbitrio, quod competit iure contractus, non tanquam ministro, sed tanquam creditori, an transeat ad successorẽ. Ia. de Are. dicit ꝙ sic. & ideo si
9 villa † promisit Titio purgare riuum ad arbitrium ipsius Titij, & Titius vendidit riuum, tenebitur villa purgare arbitrio emptoris, arg. hic; nam eligere est quid arbitrij, &
10 tamen transit, vt hic. Non obstat, quòd † in arbitrijs non recedatur à persona. l. si quis arbitratu. ȷ̃. de ver. obl. & l. fina. s̃. de contrahen. emp. quia illud verum, quando competit per modum facultatis, vt in instrumento: secus si competit per modum formæ obligationis; quia talis obligatio transit cum sua forma, & sua qualitate, per istũ §. & similes, secundùm Iac. de Are. quod est no. valde se-
11 cundùm Bald. ¶ In gloss. prima. in fine. Dic clariùs, quòd potestas † eligendi, non transit in cessionarium, viuo creditore: sed eo mortuo transit ad hæredem, qui præsumitur scire voluntatem defuncti, & sic postquam trãsiuit ad hæredes, cæpit illa potestas esse cessibilis, & ideo transit
12 in cessionariũ: simile in imperio; † quia postquam est delegatum, potest subdelegari, vt in l. 1. ff. de off. eius, cui man. est iurisd. secundùm Bar. hic.

Ex l. si pecuniam.

SVMMAE.

1 *Debitor potest fideicommisso grauari; quia debiti liberatione videtur honorari.*

2 *Habens vtiles actiones ex testamento præfertur habenti directas, & sic non habet locũ l. 3. C. de noua.*

1 L. Si pecuniam. ¶ † Debitor potest fideicommisso grauari; quia debiti liberatione videtur honorari. hoc dicit.
2 ¶ Probat ista lex, quòd † l. 3. C. de noua. non habet locũ in eo, qui habet vtiles ex vltima voluntate; nam semper ille præfertur habenti directas, & debitor habet exceptionem contra habentem directas; nam ex vltima voluntate quæri potest exceptio debitori absenti: sed in contractibus est seruanda distinctio illius. l. 3. quod est nouum, & non dictum, facit quod not. s̃. de pac. in l. si cum emptore, secundùm Bal.

Ex l. Fideicommissum.

SVMMAE.

1 *Legatarius tenetur ad fideicommissum, si cognouit legatum.*

2 *Fideicommissum propriè est, quod à legatario relinquitur.*

3 *Legatarius quando agnouit, & percepit, fideicommissum præstare tenetur: si agnouit, sed non percepit, actiones cedat contra hæredem, si nec agnouit, nec percepit, ad nihilum tenetur.*

4 *Si fratribus relicta sunt, vt capellam infra annũ construant, aliàs legato priuentur, si non potuerunt consequi legatum infra annum, non priuantur.*

1 L. Fideicommissum. ¶ † Legatarius tenetur ad fideicommissum, si agnouit legatum. hoc
2 dicit. ¶ Nota, quòd † fideicommissum propriè est, quod à legatario relinquitur, secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [peruenerit] imò videtur, etiam si nihil habuerit, vt ȷ̃. eodem. l. si seruus. §. qui margaritam. & de vsufr. leg. l. si ab eo. Vn-
3 de dic, quòd aut † legatarius agnouit, & percepit, & tenet præstare fideicommissum, vt hic, & ȷ̃. tit. j. l. Impator. Aut agnouit, sed nõ pcepit, & sufficit, ꝙ cedat actionem cõtra hrdẽ. d. l. Imperator. 2. respõso. Aut nec agnouit, nec percepit;

cepit : tunc ad nihilum tenetur, nisi fraudem commiserit, & tunc remanet legatum penes hæredem cum onere suo. d.l.si ab eo. Et si hæres habet rem, tenetur eam dare, aliás actionem cedere. Ita loquitur §. qui margaritã. secũdùm Ia. de Are. Et per hanc soluitur qõ, si legata † sunt centum quibusdam fratribus, & eorum fideicommissum. vt ĵ. annum construerent capellani, aliás essent priuati legato : si non potuerunt illa centum consequi. ĵ. annum, nõ sint priuati legato ; quia antequam percipiant, non tenentur erogare, ad hoc facit. s̃. man. l. si verò non remunerandi. §. fi. & s̃. loca. l. insulam. in fi. Dic ergo, ꝙ prorogatur annus, nec incipit currere, antequam perceperit, vel per eos steterit, quò minùs percipiant : simile, ꝙ fit restauratio temporis. ĵ. de verbor. oblig. l. & ideo. facit. s̃. de iure do. l. tali. in prin. secundùm Bald.

Ex l. si quis testamento.

SVMMAE.

1 *Qui legat decem, non uidetur legare uiginti.*
2 *Si quis nominat decem in eadem oratione, decem tantùm uidetur legare: secus in diuersa oratione. & remissiuè.*
3 *Denus, a, um, an sit verbum multiplicatiuum. remissiuè.*

1 L. si quis testamento. ¶ Qui † legat 10. non videtur legare. 20. hoc dicit. ¶ Quæro, si nominauit bis
2 10. an intelligatur eadem, vel diuersa. Dic aut fuit † vna oratio tantùm, vt Titio 10. & Seio. 10. lego: tunc videtur eadem 10. legare. l. eum, qui. in prin. & l. stipulatio ista. §. eum, qui. ĵ. de verb. obl. Aut diuersæ orationes, & intelligitur de diuersis. 10. l. planè. §. sed si non corpus. ĵ. eod. de quo dixit etiam Bart. in l. re coniuncti. ĵ. de leg. 3. Et an sit differentia inter 10. & 10. & 20. Bartol. hic remittit ad
3 no. per se in l. vbi fideiussor. ĵ. de sol. ¶ In tex. ibi † [dena] hoc est verbum multiplicatiuũ, vt no. in proœ. Digestor. §. hæc autem tria. Quandoque tamen non est multiplicatiuum, vt in materia pœnali, arg. s̃. quemadmodum serui. amit. l. nam satis. in fi. no. C. de murile. in l. qui testrini. li. 11. secundùm Bald.

Ex l. Apud Iulianum.

SVMMAE.

1 *Propter defectum facultatum, & propter Falcidiam fit diminutio legatorum pro rata.*
2 *Si testator in legando excedit uires patrimonij, cuilibet pro rata detrahitur, donec reducatur ad uires patrimonij, de quibus Falcidia detrahitur.*
3 *Qui habet minus, contribuit minus; quia cõtributio fit ꝓ rata.*
4 *Vnum legatum quantitatis minuit aliud, nec præfertur primò nominatus.*

1 L. Apud Iulianum. ¶ Propter † defectum facultatum, & propter Falcidiam fit diminutio legatorum pro
2 rata. h. d. secundùm Bart. ¶ Vel sic. Si testator † in legando excedit vires patrimonij, cuilibet pro rata detrahitur, donec reducatur ad vires patrimonij, de quibus Falcidia detrahitur. h. d. secundùm Bald. ¶ Allegatur ad q. de qua per Guil. in l. illud. §. minùs. s̃. de tributo. vide ibi. ¶ Not.
3 quòd qui minus † habet, minus contribuit; quia contribu
4 tio fit pro rata. Item quòd vnum † legatum quantitatis minuit aliud, nec præfertur primò nominatus, sm̃ Bald.

Ex l. Si fundum.

SVMMAE.

1 *Per legatum hæredis non aufertur dominium legatario prioris testatoris.*
2 *Dispositio hæredis non potest derogare dispositioni testatoris.*
3 *Legatarius testatoris præfertur legatario hæredis.*

1 L. si fundum. ¶ Per † legatũ hæredis non aufertur dñium legatario
2 prioris testatoris. h. d. ¶ Vel sic. Dispositio † hæredis non potest derogare dispositioni testatoris. h. d. secundũ Dy.
3 ¶ Vel sic. Legatarius † testatoris præfertur legatario heredis. h. d. secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [si discedit] & ideo fundum vendicare potest, vel retinere, si possidet.

Ex §. si seruo.

SVMMAE.

1 *Vnus ex dominis potest repudiare legatum factum seruo.*
2 *Quò ad diuersos est permissa uariatio.*

1 §. Si seruo ¶ Vnus ex dominis potest repudiare legatum factum cõmuni seruo. h. d. ¶ In tex. ibi [alter repellere] &c. & an tunc habeat locũ ius accrescẽdi, no. ĵ. tit. 1. in l. & Proculo. ¶ No
2 ta, quòd quò † ad diuersos est permissa variatio, & h. d.

Ex §. Stichum.

SVMMAE.

1 *Existente conditione substitutionis factæ legatario, legatum trã sit ad substitutum, & non ante.*
2 *Cessat prouisio legis per prouisionem testatoris.*
3 *Etsi Episcopus sit exequutor ad pias causas, negligente cõmissario : tamen nunquam erit, si testator dixit, nolo, quòd exequutor meus exequatur infra annum, sed Mæuius; quia substitutus, non Episcopus erit exequutor.*

1 §. Stichum. ¶ Existente † conditione substitutionis factæ legatario, legatum transit ad substitutum, & nõ ante. h. d. ¶ Vel sic. Ces
2 sat † prouisio legis per prouisionem hominis. hoc dicit. facit l. qui Romæ. §. Flauius. ĵ. de verb. obli. secundũ Bal.
3 & ex hoc nota arg. quòd † cum negligente commissario, Episcopus exequatur relicta in piam causam. l. nulli. C. de sacros. sanct. eccl. si testator dixit, nolo, quòd A. exequutor meus exequatur ĵ. annum, sed Mæuius, & prius non est exequutus. ĵ. annum: non succedet Episcopus, sed subrogatus per testatorem; quia commissio testatoris facit cessare commissionem legalem, vt hic, & hæc est vna cautela, per quam testatores ita possunt sibi prouidere de exequutoribus successiuè, quòd quasi nunquam exequurio deuoluetur ad Episcopum, quod est bene not. secundùm Bald. ¶ In gloss. prima. ibi [§. Flauius] & cæt. Adde, vt in libro.

Ex §. qui fundum.

SVMMAE.

1 *Qui excipit ædificium, videtur etiam excipere solum, super quo consistit, & per rem legatam debet hæredi constitui ius eundi, sicut ibat testator.*

2 *Commune votum parentum, & naturæ, & liberorum est, vt hæreditas ad descendentes confluat.*

1 §. qui fundum. ¶Qui † excipit ædificium, videtur etiam excipere solum, super quo consistit, & per rem legatam dēt hæredi cōstitui ius eūdi, sicut ibat testator.h. d. ¶In gl.1. ibi[æquissimo]hęc vera, sicut ēt expone tex.l.pe.s̄.de suis & legit.quæ dicit, ꝙ filius succedit matri ipso iure; quia intellige eodē iure æquissimo, cū † cōe votū parentū, & na-
2 turæ, & liberorum sit, vt hæreditas ad suos descendentes confluat.l.scripto.ȷ̄.vnde lib.ita intellexit Franc. de Pi. Bart.intellexit ipso iure, si adeatur, quod reprobaui in l. uentre.s̄.de acq.hære.

Ex §. si libertus.

SVMMAE.

1 *Si vnus ex hæredibus in specie hæreditaria grauatur, in portione tantùm sua grauari intelligitur, & æstimatio testatoris nihil operatur.*

2 *Inserta legato species nō reducit legatum ad naturam taxatæ quantitatis.*

3 *Quantitate legata, & specie non hæreditaria, hæres quilibet tenetur in solidum, secus in specie hæreditaria, nisi esset legatum indiuiduum.*

1 §. si libertus ¶Si vnus † ex hrēdibus in spē hrēditaria grauatur, in portio-
2 ne tm̄ sua grauari intelligitur, & ęstimatio testatoris nihil operat̄.h.d.¶Vel sic.Inserta † legato species nō reducit legatum ad naturā taxatæ quantitatis.h.d.s̄m Bal.¶In gl.
3 1.ibi[sed aliud † in quantitate]&c.idē tn̄ si grauaret̄ in spē non hrēditaria; q̄a tūc ēt tenet̄ in solidū.ȷ̄.eo.l.si tibi hō.§. 1.sed hic in spē hrēditaria, vn̄ tenetur solùm pro parte, nisi legatum esset indiuiduum, vt libertas.l.cum quæri. §. si plures.ȷ̄.de fideicom.lib.secundùm Bar. hic.

Ex §. Titio fundum.

SVMMAE.

1 *Qui remittit, dare videtur.*

2 *Liberatio habetur pro solutione quò ad implementum conditionis.*

1 §. Titio fundum. ¶Qui † remittit, dare videtur.h.d.facit s̄.de iure do.l.si spōsalibus.§.1. s̄m Bal.¶ Vel sic.Libera-
2 tio † hr̄ ꝓ solutione quò ad implemētū conditionis. h.d.

Ex §. si Titius.

SVMMAE.

1 *Dominium rei legatæ, quod erat penes defunctum, transit in legatarium, etiam si testator hoc ignorauit, quantuncunque possessio penes eum non fuerit.*

2 *Ad hoc vt transeat dominium rei legatæ, sufficit, quòd legatarius habuerit dominium commutabile.*

3 *Hæres non potest repudiare in præiudicium legatarij, in quem transiuit dominium.*

4 *Hæres non potest confiteri in præiudicium eius, cui sunt iura legata.*

1 §. si Titius. ¶Dominium † rei, quę erat penes defunctum, trāsit in legatarium, ēt si testator hoc ignorauit, quantuncunque possessio penes eū non fuerit.h.d.¶Nota secundùm Bal. ꝙ ad hoc, vt
2 transeat † dn̄ium rei legatæ, sufficit, ꝙ legans habuerit dominium cōmutabile, qđ declara per no.s̄.de condi.insti. in l.si quis ita.¶In tex.ibi [nō repudiauerit] &c. maxi-
3 mè secundùm Dy. cum † nec repudiare possit in præiudicium legatarij, in quem transiuit dominium, vt l. liberto octuaginta.ȷ̄.de bo.lib.secundùm Barto. & omnes, & est
4 arg. ꝙ hæres † non possit confiteri in præiudicium eius, cui legata sunt iura, secundùm Dyn.

Ex §. si paterfamilias.

SVMMAE.

1 *Repetitio facta à substituto impuberis, habet locum, si legata non cæperint deberi ab instituto, aliàs secus.*

2 *Legata, quorum dies cessit ab impubere, siue agnita, siue repudiata, non debetur ex repetitione: sed ea, quorum dies nō cessit, debentur à substituto impuberis ex repetitione.*

3 *Actio semel nata, amplius non nascitur, nec debemus expectare futuram natiuitatem, vbi habemus præsentem, licèt duæ dispositiones sint.*

1 §. si paterfamilias. ¶ Repetitio † facta à substituto impuberis, habet locum, si legata non cęperint deberi ab insti-
2 tuto, aliàs secus.h.d.s̄m Bart.¶Vel sic.Legata, † quorum dies cessit ab impubere, siue agnita, siue repudiata, nō debent̄ ex repetitione: sed ea, quorū dies nō cessit ab impubere, debent̄ à substituto impuberis ex repetitione.h.d.& sunt tres partes, vt de se patet, & totus iste.§.loquitur, qū pupillus decessit post aditā hrēditatē, & succeditur ex expressa pupillari, s̄m Bal. ¶In tex. ibi [à filio]idest in primis tabulis, ex quibus nata actio non pōt nasci ex secundis, licèt ergo sint duæ dispositiones, non tn̄ nascitur actio, nisi semel, secundùm Bal.nec ob.l.nā ad ea.vt in glo. ¶In tex.ibi[sola] quia cum ex ea cæpit deberi, non pōt à modo nasci ex primis tabulis; quia semel tantùm nascit,
3 vt dictum est.Not. ergo † actionem semel natam iterum non nasci, nec debemus expectare futuram natiuitatem, vbi habemus præsentem, facit.s̄.de hære.insti.l.si ita scriptum fuerit Titius, imò Seius. secundùm Bal.

Ex §. His verbis.

SVMMAE.

1 *Hæc ver. a. Vobis, et alteri vestrū intelligūtur, si oēs nō supsint.*

2 *Vbi testator inter personas ponit coniunctā, &, disiuncta non ponitur per coniuncta, & operatur ius non decrescendi.*

3 *Si Papa committit pluribus, quòd omnes, vel alter ex his debeant expedire, intelligitur, sic omnes haberi non possint, & sic discussio præcedere debet.*

1 §. His verbis. ¶Hæc † verba [vobis, & altери vestrū]itelligūt̄, si oēs nō
2 supersint. h.d.¶Vel sic.Vbi † testator iter p̄sonas ponit cōiunctā, &, disiūcta nō ponit pro coniūcta, & opat̄ ius nō decrescēdi.h.d.& sic nō ob.C.de ver.sign.l.pe. q̄a ibi sola disiūcta, s̄m Bal. Et dicit hic Bal. nescio alibi istū casum. ¶In tex.ibi[debebit]ex dispositione defuncti, nō iure accrescēdi.¶In gl.ibi[1.cū pr̄.§.pe.]nihil facit, q̄a ibi fuerūt verba disiūctiua: hic copulatiua, s̄m Dy.& Saly. ¶Fa-
3 cit, † si Papa committit pluribus, ꝙ oēs, vel alter ex his debeant

beant expedire, intelligat̃, si oẽs haberi non pñt, & sic debet præcedere discusio: sed hoc videtur contra casum extra de offi. de lega. c. cum plures. li. 6. & dic, vt ibi.

Ex §. Cum statuliber.

SVMMAE.

1 *Statuliber legari potest, sed conditione libertatis eueniente, perimitur legatum: ea verò deficiente, legatum remanet validum.*

2 *Libertas, cuius dies non cedit, legatum non perimit.*

1 §. Cum statuliber. ¶ Statuliber † legari põt, sed cõditione eueniẽte, perimit̃ legatũ: ea verò deficiẽte, le
2 gatũ remanet validũ. Hoc d. ¶ Vel sic. Libertas, † cui⁹ dies non cedit, legatum non perimit. Hoc dicit secundùm Bal.

Ex §. A filio.

SVMMAE.

1 *Legatum serui expirat factum ab impubere, si casus substitutionis euenerit, à qua libertas eidem relicta fuerat.*

1 §. A filio. ¶ Legatum † serui ab impubere factum, expirat, si casus substitutionis euenerit, à qua libertas eidem relicta fuerit. h. d.

Ex l. Non quocunque.

SVMMAE.

1 *Si res ex causa lucratiua ad nos peruenit sub spe recedendi; alia actio ex causa lucratiua competens, non perimitur.*

2 *Duæ causæ lucratiuæ concurrunt, quantum plus est in vna, quã in altera.*

3 *Reuocabile dominium non impedit irreuocabile.*

4 *Ad æstimationem dubij euentus potest agere, sed non ad totale interesse, nisi existente conditione.*

1 L. Non quocunque. ¶ Si res ex causa lucratiua ad nos peruenit sub spe recedendi, alia actio ex causa lucratiua competens, non perimitur. h. d. ¶ Vel
2 sic. Duæ † causæ lucratiuæ concurrunt, quantum plus est in vna, quã in altera. h. d. secundùm Bal. ¶ Vel sic. Reuoca
3 bile † dominium non impedit irreuocabile. ¶ In glo. vel statim. in fi. ibi [conditione existente] hæc vera per text. hic in secundo responso. Nec ob. l. cum quis. §. qui hominem. ff. de solutio. quia ibi ille, qui soluit, erat debitor in genere secundùm Dy. sed secundùm Ia. de Are. hoc videtur con-
4 tra tex. hic in primo responso; ideo dic, si † volo statim, possum agere ad æstimationem illius dubij euentus, arg. l. idem Labeo. §. fin. & l. seq. ff. fami. ercis. sed non ad totale interesse, nisi existente conditione, vt hic, & ita etiam tenet Bart. & ita saluatur ista glo. & ista, quæ dicit statim posse agi, in l. inter stipulantem. §. si rem. j. de verb. obli.

Ex § Si ex bonis.

SVMMAE.

1 *Regula Catoniana cessat, si impedimentum, quod subest, verè fingatur non subesse fictione legis.*

2 *Res mea mihi legatur, cum potest auferri.*

1 §. si ex bonis. ¶ Regula † Catoniana cessat, si impedimentum, quod subest, verè fingatur non subesse fictione legis. Vel
2 sic. Res † mea mihi legatur, cũ potest à me auferri. h. d. facit quod no. gl. de vsucapi o. in l. sequit. in §. fructus. secundùm Bal.

Ex §. Fundus mihi.

SVMMAE.

1 *Quatenus ex re ex causa lucratiua ad legatarium peruenit, eatenus actio ex alia causa lucratiua perimitur.*

2 *Vsusfructus quando redit ad proprietatem, dicitur domino proprietatis quæri ex causa lucratiua.*

1 §. Fundus mihi. ¶ Quatenus † ex re ex causa lucratiua ad legatarium peruenit, eatenus actio ex alia causa lucra-
2 tiua perimit. h. d. ¶ Nota, quòd quando † vsusfructus redit ad proprietatem, dicitur domino proprietatis quæri ex causa lucratiua, secundùm Bar. hic.

Ex §. Iulianus ait.

SVMMAE.

1 *Quo titulo ancilla prægnans ad me peruenit, eodem dicitur & partus peruenisse.*

Et dicitur idem titulus, qui est in matre in concreto, non distributiuè.

1 §. Iulianus ait. ¶ Quo † titulo ancilla prægnãs ad me peruenit, eodem dicitur & partus peruenisse. h. d. & sic ille titulus, qui habetur in matre, habeatur etiam in partu, facit. j. quæ in fra. credi. l. fi. §. pen. & s. loc. l. sed addes. §. si quis ad mulierem. Contrarium tamen no. glo. s. de publici. in l. si ergo. §. partus. secundùm Bal. hic. Dic, quòd habetur idem titulus in nõ concreto, non distributiuè. l. si prægnãs ancilla. cum gl. & l. vaccæ. s. de euict. & l. si quod ex Pamphila. j. de leg. 2. secundùm Ang. hic.

Ex §. qui Gaium.

SVMMAE.

1 *Id, quod debetur à duobus reis debendi, potest diuersis personis legari extinguendum per acceptilationem, quam testator vni ex illis fecerit.*

2 *Actiones cessæ amplius cedi non possunt.*

3 *Vno ex reis per acceptilationẽ liberato, liberatur & alter.*

4 *Qui cedit iura vni, non potest eadem cedere alteri.*

5 *Licèt duobus in solidum actio eadem non possit cedi: hoc tamen fallit quò ad exercitium merum, & cedens directus potest exercere, nisi interueniãt illa tria, de quibus in l. 3. C. de nou.*

6 *Cessionarius assimilatur meris procuratoribus, & melior conditio est præuenientis.*

1 §. qui Gaium. ¶ Id, † quod debetur à duobus reis debendi, potest diuersis personis legari; extinguendum per acceptilationem, quam testator vni ex illis fecerit. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [litis æstimationem] idest quantitatem, non
2 enim potest iterũ cedere † illas actiones, quas semel cessit, & in hoc iste tex. redditur singularis, secundùm Angel. ¶ In glo. 1. ibi [mutare voluntatem] cum vno † per acce-

ptilationem liberato, liberetur vterque. l. si ex pluribus. ff. de acceptil. & de rebus dub. l. 2. ¶ Allegatur per Iaco. de
4 Are. quòd † qui cessit iura vni, non potest eadem cedere alteri, concor. ỹ. de libera. lega. l. si damnatus. &. ỹ. tit. 1. l. qui duos. & de serui. rust. prædio. l. per quem. Et per hoc
5 videtur, quòd † duobus in solidum non possit eadē actio cedi. Bar. dicit, quòd quantùm ad vtiles actiones non possunt iura cedi pluribus in solidum, sed quantùm ad merū exercitium directa, &c. sic quicunque cedens potest exercere directas, quod est regulariter, antequam interueniat alterum de tribus, de quibus in l. 3. C. de noua. nam isti
6 † assimilantur meris procuratoribus, & melior est conditio præuenientis, secundùm Bal.

Ex §. Cum mihi Stichus.

SVMMAE.

1 *Si vna ex rebus alternatiuè debitis, ex causa lucratiua efficiatur mea altera, alteram petere potero.*
2 *Duæ causæ lucratiuæ in diuersis alternatis concurrunt.*
3 *Hæres in alternatiuis, si eius est electio, potest soluere æstimationem eius, qui meus factus.*

1 §. Cum mihi Stichus ¶ Si vna † ex rebus alternatiuè debitis, ex causa lucratiua efficiatur mea altera, alteram petere potero. hoc dicit. ¶ Vel sic. Duæ
2 † causæ lucratiuæ in diuersis alternatis concurrunt. h. d. secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [petere possum] hæres tamen
3 poterit † mihi soluere æstimationem eius, qui meus factus est, si eius erat electio, no. glo. in l. si Stichum. in prin. ỹ. de verb. obli. secundùm Bar.

Ex l. Titius.

SVMMAE.

1 *In re, vel in parte intellectuali, quæ non potest ad oculum demonstrari, duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere.*

1 L. Titius. ¶ In re, † vel in parte intellectuali, quæ non potest ad oculum demonstrari, duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere. h. d. & vide hic quod no. s. de rei ven. in l. si ex equis. in fi.

Ex l. Huiusmodi.

SVMMAE.

1 *Licèt onus fideicommissi legato adiectū, æquiualeat legato, nihilominus legatum est inutile.*
2 *Si legatur alicui sub conditione, si hæredi caueat, se tertio daturum, non conditionale, sed modale potiùs est legatum, & nume. seq.*
3 *Conditio vbi est implenda ex re legata, potest priùs peti legatū, quàm conditio impleatur, & an sit verum, imò contra, quòd semper priùs debet impleri.*
4 *Ille, qui tenetur promittere, vel contrahere, debet promittere, vel contrahere tali modo, quòd valeat de iure, licèt hoc nō sit dictum.*
5 *Notarius, qui rogatur de aliquo instrumento, debet ita aptare, quod valeat de iure secundùm formam consuetam.*
6 *Cautio de implendo modum semper præstatur hæredi, & sufficit, vt ei præstetur, vt voluntas impleatur, licèt in alium conferatur.*

1 L. Huiusmodi. ¶ Licèt † onus fideicommissi legato adiectum æquialeat legato: nihilominus legatum est inu
2 tile. h. d. ¶ Vel sic. Si legatur † alicui sub conditione, si hæredi cauerit se tertio daturum, non est legatum conditionale, sed potiùs modale. h. d. secundùm intellectum Bart. ¶ In glo. 1. ibi [& priùs petere potest centum.] Nota ex
3 hac so. quòd quando conditio † est implenda ex re legata, potest priùs peti legatum, quàm conditio impleatur, & sic est nouus intellectus ad l. pe. C. ad l. Fal. Sed hoc nō placet; quia debet semper priùs impleri conditio. l. qui hæredi. in fi. ỹ. de condi. & demon. ideo sol. meliùs, vt sequitur. in glo. ¶ In ea. glo. ibi [nec etiam grauatur] &c. hanc tenent Doct. Bar. tamen dicit, quòd hic, (& meliùs) legatū non erat conditionale, sed sub modo; quia cum quis non admittatur ad petendum, nisi præstet cautionem de implendo modum, vt. ỹ. tit. 2. l. si tibi. si testator hoc exprimit, q̄ caueat, exprimit qđ à iure tacitè inerat, ideo nō est relictum conditionale. l. quibus diebus. §. Termilius. ỹ. de condi. & demonstra. & hoc vult hic tex. ibi [quemadmodum] &c. secundùm Bar. ¶ In ea. gloss. ibi [vel ei cauere] hæc est cōtra tex. ibi [hæredi meo cauerit] ideo tene seq. ¶ In ea. glo. ibi [nomine Mæuij.] Nota modum stipulan-
4 di tertio. Item, quòd ille † qui tenetur promittere, vel contrahere, tenetur promittere, vel cōtrahere tali modo, quòd valeat de iure, licèt hoc non sit dictum expressè. Sic & no.
5 quòd † qui rogatur de aliquo instrumēto, debet ita aptare, quòd valeat de iure secundùm formam consuetam, tex. est no. in l. fi. C. de fideiusso. secundùm Bal. ¶ Vel dic, ex-
6 tra glo. quòd † satis est, quòd caueat hæredi, cuius interest, vt voluntas impleatur, licèt conferatur in alium. l. Titio cētum ỹ. de cond. & demon. cautio enim de implēdo modū semper præstatur hæredi, vt. ỹ. tit. 2. l. si tibi. cum simi. secudùm Bar. ¶ In ea. glo. ibi [respondeo, non cogetur] &c. sed remanet penes hæredem cum suo onere, vt. ỹ. tit. 1. l. Celsus. secūdùm Dy. & l. si ab eo. ỹ. de vsufr. lega. & dixit Bar. s. eo. in l. si fideicommissum.

Ex §. si Sempronius.

SVMMAE.

1 *Duæ causæ lucratiuæ ex persona duorum, qui habentur loco vnius, iudicantur, ac si ex testamento vnius procederent.*
2 *Si in testamento testatoris, & hæredis eadem res legatur, semel tantùm debetur.*

1 §. si Sempronius. ¶ Duæ † causæ lucratiuæ ex persona duorum, qui habentur loco vnius, iudicantur, ac si ex testamento vnius procederent. Hoc dicit. ¶ Vel sic. Si
2 † in testamento testatoris, & hæredis eadem res legatur, semel tantū debetur. h. d. secundùm Ray. & Bal. ¶ In text. ibi [Titius deinde] &c. scilicet hæres, idem esset in legatario, à quo est relictum, legante eandem rem; quia quò ad rem illam habetur pro hærede, vt. ỹ. de vsuca. l. id tempus. secundùm Bar.

1 §. si cui homo ¶ Debitor † generis, re oblata perempta, liberatur ope exceptionis. hoc dicit.

Ex §. Aedes, quibus.

SVMMAE.

1 *Actio ex testamēto durat, si res legata nō est perfectè tradita.*

2 *Agitur*

2 Agitur ex primitiua obligatione, si res non est perfectè tradita, quæ debetur ex cõtractu bonæ fidei, ex testamento, & stricti iuris contractu sapiente naturam bonæ fidei, secus non sapiente; quia de dolo tantùm agitur.

1 §. Aedes, quibus. ¶Actio † ex testaméto durat, si res legata non est perfectè tradita. h. d. ¶In tex. ibi [legatæ sunt] sub conditione, vel diem, ita quòd aliquo tempore fuerint hæredis, aliàs. n. purè transiuissent ædes in legatarium cum iure seruitutis. l. à Titio. ff. de fur. & sic ipso iure deberetur ista seruitus sine contestatione, secundùm Dy. & Bar. ¶In tex. ibi [ex testamento agere] &c. & sic
2 † agitur primitiua, si res non est tradita, vt debuit, & hoc vbi res debetur ex contractu bonæ fidei. l. 1. §. si res. s. depo. Idem si ex stricti iuris sapiente naturam bonæ fidei, vt hic. Secus si ex contractu stricti iuris; quia tunc agitur de dolo. l. eleganter. §. non solùm. ff. de dolo. secundùm Bart. & Dy. Nec ob. ff. eod. l. si hæres generaliter. quia ibi debet exponi de dolo, & ex testamento nomine doli, secundùm Bar. de quo per Ci. C. ad exhib. in l. exhibitiones. & p Bar. in l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. obli.

Ex §. Qui seruum.

SVMMAE.

1 Qui rem sibi legatam emit, ex testamento rem petit, & pretiũ soluere non tenetur, & si pretium iam erat solutum, illud consequitur remedijs hic scriptis.
2 Agitur aliquando ex contractu ad eum rescindendum.

1 §. Qui seruum. ¶Qui rem † sibi legatam emit, ex testamento rẽ petit, & pretium soluere non tenetur, & si pretium iam erat solutum, illud cõsequitur remedijs hic scri-
2 ptis. h. d. secundùm Bar. ¶Nota secundũ Bal. agi † ex contractu ad eum rescindendum, facit. s. de contrahen. emp. l. sed Celsus. ¶In glo. magna ibi [licèt ab alio emptus] &c. intelligit ergo hucusque, quòd seruus fuit emptus ab extraneo. Sed huic sol. obstat tex. hic in secũdo respõso, dũ dicit, quòd hæres de euictione tenetur; quia ad hoc nõ teneretur, si ipse non vendidisset; vnde huius timore glo. in l. fundo. ff. ad l. Fal. vt ab hoc defendat, dicit, quòd in secunda parte fuit emptus ab herede: in prima, & vltima ab extraneo. Sed hoc violat tex. qui videt loqui totus vno casu; ideo glo. legit secũdo, vt sequit. ¶In ea. gl. ibi [occasione testaméti] hãc tenet Iac. de Ra. sed nõ est de mente huius literæ, q̃ facit differentiã inter actionẽ ex empto, & actionẽ ex testamento. ¶In ead. gloss. ibi [sed ideo pactũ] &c. hæc ẽt violat tex. ¶In ea. ibi [vel dic planiùs] hæc vera, quã declara, scilicet vt sit in electione legatarij, agat exempto, vt in contrario, quasi ipsi sibi euicerit, & eam sibi teneat ex testamento, an agat ex testamento, & consequatur, quæ hic dicuntur, vnde expone, vt dixi super tex.

Ex §. Cum pater.

SVMMAE.

1 Si pater primò dotat promittendo, secũdò legat, videtur legare pro dote. vide dist.
2 Quando pater primò legat, postea dotat, dotando videtur soluere legatum, vnde non potest vlteriùs peti à filia legatum.
3 Filiã si pater primò dotet postea leget, & tradidit dotem, valet legatum, vt filia fratribus non conferat, nec iteratò hæres soluit.
4 Quando primò dotatur, & traditur, postea legatur corpus dotis, valet legatum, & filiæ debetur æstimatio illius corporis, & habebit legatum præcipuum, sed conferet dotem, nisi dos fuisset exacta per partem.
5 Dos primò promissa, si postea legetur, si gener, & filia concurrunt, debent eligere, qua actione agere velint: si præuenit mulier, cauebit de indemnitate: secus maritus.
Fallit quando diuersum est in dote, & in legato; quia hæres ad vtrunque tenetur.

1 §. Cum pater. ¶Si pater † primò dotat promittendo, secũdò legat, videtur legare pro dote. h. d. ¶In glo. 1. quod sẽper p̃sumitur, & hoc, qñ legauit quãtitatẽ, & quãtitatẽ promiserat: secus si rem promiserat, & quantitatem legauit, vel econtra; quia tunc vtrunque debetur. Ita loquitur. l. si pater pro filia. ff. de colla. do. secundùm Bar. quem hic vide. ¶Conclude secundùm Oldra. quando dubitatur, an
2 idẽ sit in dote, & in legato, quid iuris. Si pater † primò legat, & postea dotat, videtur dotando soluere legatum, vnde non potest vlteriùs peti, vt. ff. tit. 1. l. Lucius. & no. in l. si filia. C. de lega. Et si plus esset in legato, minus in dote, posset illud plus peti ex legato. d. l. Lucius. Si econtra primò dotat, postea legat: tunc aut dotauit tradendo, aut promittendo. Primo casu, aut postea legat dotem, aut corpus rei
3 dotalis. Si † dotem, valet legatum, vt filia non teneatur fratribus conferre, non quòd hæres teneatur iteratò soluere. l. Titia. §. qui inuita. ff. tit. 1. & C. de colla. l. filiam cum fra
4 tribus. Si corpus † dotis, quod dedit marito, valet legatũ, & debetur filiæ æstimatio illius corporis. l. cum pater. §. pater. ff. de iure do. & hoc casu habebit legatũ præcipuum, sed dotem conferet, vt. d. l. filia. & l. quæ à patre. C. de colla. nisi dos fuisset exacta per patrem, vt l. si cum dotem. §. si pater. & l. fi. C. communia vtriusque iudi. Aut pater pri-
5 mò † dotat promittendo, postea legat: tunc si ambo concurrant in petitione, scilicet gener, & filia, debet concordare, vt hic. Aut alter præuenit: tunc aut mulier, & nõ auditur, nisi caueat de indemnitate. Aut maritus: & tunc auditur, licèt non caueat de indemnitate. d. l. cum pater. de iure do. Hæc vera sunt, qñ idẽ est in legato & dote: sed quãdo diuersum: tunc hæres ad vtrunque tenetur. d. l. si pater pro filia. secundùm Bal.

Ex §. Si ita.

SVMMAE.

1 Conditio de instrumentis reddendis continet in se liberationem præstari, quod fieri solùm sufficit, si instrumenta reddi non possint.
2 Redditio instrumenti licèt non desideretur ad effectum liberationis, sed sufficit acceptilatio: tamẽ vt probet debitum, debet ostendere instrumentum.
3 Traditio instrumenti non liberat ipso iure debitorem, sed ope exceptionis, & hoc procedit, nedum cum redditur debitori, sed etiam cũ ei, sub cuius protectione erat debitor, vt si creditor ecclesiæ omnia instrumenta in manus Papæ resignet.
4 Si ex forma statuti non debitor non potest cogi soluere, nisi creditor reddiderit sibi instrumentum cancellatum, si creditor non habet, sufficit, quòd debitorem liberet per acceptilationem.
5 Si per statutum nullus potest probare solutionem, nisi per instrumentum debiti cancellatum, sufficit, si producatur instrumentum solutionis.

6 Statutum

6 *Statutũ annullans instrumentum propter nõ solutam gabellã, videtur quoque annullare obligationem.*

7 *Statuto cauetur, quòd bannitus, cuius bannum non est cancel latum, possit impunè offendi, si banniti alicuius bannũ de iure, non de facto est cancellatum; quia soluit in archiuo publico, an eum offendens debeat puniri, et sic iusta ignorantia præten di non poterat.*

8 *In conditionibus non solùm effectus attenditur, sed modus, ideo formaliter debet impleri.*

9 *In legali dispositione habito effectu, non curamus de modo,*

10 *Bannitus, & condemnatus, ne possint capi, nec offendi, quando soluerunt cõdemnationem, si nõ possunt cancellari; quia libri sunt combusti, & tamẽ est instrumentũ de suo banno apud quosdam priuatos, debẽt facere publicum fieri instrumentum, & poni in archiuo publico. & liberari à syndico communi.*

Idem, vt iudex pronunciet bannum non valere, vel condemnationem, si de eis appareat. ibid.

Item vt per edicta publica fiat notum.

11 *Vbi publica scientia deprehenditur, priuata ignorantia nõ patrocinatur.*

1 §. si ita. ¶Conditio † de instrumentis reddendis continet in se liberationem præstari, quod fieri solùm sufficit, si instrumenta reddi non possint. h.d. ¶In tex. ibi [acceptũ hæredi fecerit] &c. & hoc
2 sufficit, vbi † redditio instrumenti nõ desideratur nisi ad effectum liberationis: secus si ad aliud, puta ad effectum probationis debiti, vt si tibi promitto centum, si per instrumentum ostenderis te patri meo mutuasse; nam non sufficit accepto ferre, nisi & instrumentum ostendatur, secundùm Bar. & Ang. ¶In tex. ibi [satisfecisse] per traditionem tabularum. Nec ob. s. de pac. l. Labeo. quia traditio
3 † instrumenti nõ liberat ipso iure, vt hic, sed per exceptionem sic, vt ibi, nedum cũ redditur debitori, sed etiam cũ ei, sub cuius protectione erat debitor, vt si creditor ecclesiæ omnia instrumenta resignet in manibus Papæ, sm̃ Inno. extra de pac. in c. nisi cũ pridem. secundũ Ang. ideo vt liberetur ipso iure, requiritur acceptilatio. ¶Facit secundùm
4 Dy. ad q. quòd † si ex forma statuti debitor non potest cogi soluere, nisi creditor reddiderit sibi instrumentum cancellatum, si creditor nõ habet illud, sufficit, quòd debitorem liberet per acceptilationem, vt hic secundùm Dy. & probabit amissionem per iuramentum. l. fi. C. de fide instru. Et adde, quod no. in l. dissolutæ. C. de cond. sine cau
5 sa. ¶Item si per statutum † nullus potest probare solutionem, nisi per instrumentum debiti cancellatum, vt est Florentiæ, sufficit, si producatur instrumentum solutionis, secundùm Dy. ¶Item facit ad dictum Inno. extra de fide instru. in c. G. perpetuus. secundũ Bald. ¶Item facit, quòd
6 † si propter non solutam gabellã statutum annullat instrumentum, quòd videatur annullare obligationem, se-
7 cundùm Bal. ¶Item facit † ad statutum, quòd quilibet bãnitus, cuius bannum non est cancellatum, possit impunè offendi, si bannum non est cancelatum de facto, sed de iure; quia apparet solutio condemnationis in archiuo publico, an possit impunè offendi. Hic est argu. pro, & contra; nam cum hoc appareat bannum in sua figura, requiritur vera, & non ficta cancellatio banni: secus si non appareat in sua figura; quia tunc sufficeret solutio debiti. Videtur dicendum, quòd iste non potest dici bannitus, nec figuraliter; qa sequuta est solutio: nec substãtialiter; quia sublata est obligatio, & remissa pœna, & ideo videtur, quòd si solutio apparet in archiuo publico, ita quòd non possit pretẽdi ignorantia, quòd offensor debeat puniri. Non ob. iste. §. quia hic loquitur respectu conditionis implendæ, quæ
8 debet impleri formaliter, si potest; in cõditionibus † enim non solùm attenditur effectus, sed modus, vt. ꝟ. de condit. & demon. l. qui hæredi. §. fin. & l. Mæuius. eod. tit. sed in
9 † dispositione legali habito effectu, nõ curamus de modo, vt. l. Gallus. §. & quid si tantũ. s. de lib. & postu. secundùm Bal. hic, & vide etiam aliquid per eũ. C. de testam. in l. no-
10 stram. ante. fi. ¶Item facit, ꝙ si condemnatio debet cancellari, & sententia non inuenitur in archiuo publico; quia fortè libri sunt combusti: tñ quidam priuati habent exinde publicum instrumentum, consilium erit bannito, & condemnato, vt nõ possit capi, nec offendi, quòd syndicus cõmunis liberet eum, & inde conficietur publicum instrumẽtum, quod ponetur in archiuo publico, vt hic est casus. Itẽ est modus, vt iudex pronunciet, quòd si appareat de eo bannum, vel condemnatio, quòd ipsam decernit non valere, arg. eorũ, quæ no. per Inno. extra de fide instru. in d. c. G. ꝑpetuus. & est vtile, vt nullus possit prætendere ignorantiam, quòd per edicta publica fiat notum; nam vbi
11 † publica scientia deprehenditur, priuata ignorantia non patrocinatur, vt no. in l. si tutor. C. de pericu. tut. & extra de postula. præben. in c. 1. & Bald. in l. nostrã. C. de testamen.

Ex §. si Titio, & Mæuio.

SVMMAE.

1 *Qui non admittitur ad partẽ, facit partem, si ius retentionis habet, quod sit vetustius legato, & si iure aliquo admitti speratur, & actione retentionis, vel alterius æquitatis per se, vel per alium, secus si nullo modo admittitur.*

2 *Quando legatur corpus hæreditarium coniunctis re, & verbis, hæres non facit partem: secus si disiũctim; quia tunc hæres vtitur via retentionis.*

Item retinet, si relinquatur res hæredis, vel aliena sibi, & legatario. ibid.

Item quando legatur quantitas, vel aliquid in genere, quia tũc hæres non facit partem, nec vtitur iure retentionis. ibid.

3 *Dominium in corpore hæreditario transit in legatarium recta via, cui consilium datur, quòd agat rei vendicatione, non personali contra hæredem.*

4 *Quando testator legat vsumfructum Titio, & hæredibus suis, Titius habebit dimidiam solam: hæredes autem alteram dimidiam retinent ratione vsufructus causalis: ratio ibidem.*

5 *Ille facit partem, qui admittitur ipso iure non effectu, vt quia fiscus aufert.*

Item, si nec effectu, nec ipso iure, sed solùm iure retẽtionis, quod est antiquis legato, vti velit, facit partem, aliàs secus. ibid.

Item quando hæc tria non habet, sed speratur admitti, facit partem iure accrescendi, non iure decrescendi. ibid.

Item si non speratur admitti, sed collegatarius succedit de iure speciali; non admissus facit partem: secus si succedat de iure communi. ibidem.

Vide latè dist.

6 *Ius commune est ius potentius, quàm speciale.*

1 §. si Titio, & Mæuio. ¶Qui † nõ admittitur ad partem, facit partem, si ius retentionis habet, quod sit vetusti⁹ legato. h. d. ¶In gl. prima. Bar. ponit hic duas regulas. Prima, qui non admittitur ad partẽ, nec admitti speratur aliquo iure, & actione retentionis, vel alterius æquitatis per se, vel per alium, iste non facit partẽ, ita loquuntur casus positi in prima parte huius glo. Secunda

da regula est, quòd ille, qui aliquo ex prædictis modis ad legatum admittitur, facit partē. Ita loquit secunda pars glo. ¶ In ea.glo.ibi [res tua] & tunc idem &c. Nec ob. ĵ. eo.l.planè.§.si duobus. vbi poterat sibi consulere iure retentionis, vt hic, & tamen non facit partem; quia ibi debet
2 intelligi, quando legatur † corpus hæreditarium coniunctim re, & verbis.h.d. quia sic iure suo legatarius ad totū: secus si disiunctim verbis; quia tunc non posset legatarius admitti nisi ad partem, vt. ĵ. eo.l.planè.§.1. & ĵ. ad Treb. l.Lutius. secundùm Bar. ĵ. secus si res hæredis, vt hic, vel res aliena mihi, & hæredi; quia tunc etiam faceret partem; nam cùm dominium non transeat recta via in legatarium, posset hæres sibi consulere per viam retentionis, vt hic. Et idem eadem ratione, quando legatur quātitas, vel aliquid in genere, ita quòd de manu heredis debet dari legatario: sed quando legatur corpus hæreditarium mihi, & heredi, hæres ad illud admittitur iure hæreditario; quia testator specialiter legauit, sed nō potest venire, vt legatarius; quia
3 nō pōt legari à se ipso, & dñium † recta via trāsit in legatariū; vnde non potest retinere prætextu alicuius iuris, quod hab uerit, vel habere speretur, meritò non facit partem, vt ibi; & ideo consilium est, quòd legatarius agat isto casu rei vend. cōtra heredem, non personali, vt. ĵ. eo.l.legatum. §.1. secundùm Bar. ¶ Ex hoc dicit Bar. quòd.l. si quis Titio.s̄.de vsufr.accres. debet intelligi (licèt glo. aliter ibi di
4 cat) quòd † testator legauit vsumfructum Titio, & hæredibus ipsius testatoris; vnde cum hæredes possint sibi cōsulere per retentionis viam, & fuerint ibi coniuncti re, & verbis, Titius habebit solam dimidiam, aliam dimidiam retinent hæredes per retentionem proprietatis, in qua cōsistit ius vsusfructus causalis. ¶ In fine glo. cum quæritur,
5 an qui nō admittitur ad partē, &c. Dic, aut is, † qui non admittitur non in effectu, sed ipso iure sic, vt quia fiscus aufert ab eo: tunc facit partem, vt. ĵ. titu. 1. l. si Titio. Aut non admittitur ipso iure, nec in effectu iure legati, sed solùm iure retentionis: tunc aut ius, propter quod vult retinere, est antiquius legato, & potest retinere, vt hic, & sic facit partem, aliàs secus. s̄. eo. l.planè.§.si duobus. Aut nec in effectu, nec iure retentionis admittitur: tunc si speratur admitti, facit partē. s̄.eod.l.si duobus. in prin. sed iure accrescendi, non iure non decrescēdi, vt no. in l.2.s̄. si pars hæredi. pe. & dixi. s̄. eod in l. si fundum.§.si pater. Si verò non speratur: tunc aut collegatarius admittitur de iure speciali, & qui non admittitur, facit partem. l.3.§.1. de lega.præst. & ĵ. de cond. & demon. l.mulieri, & Titio. & ibi ponitur ratio. Aut admittitur de iure communi, & partem non facit, vt. s̄. eo.l.si duobus. in fi. secundùm Pe. & Saly. &
6 C.de cadu.tol.§.in primo. Ratio est; quia potentius † est ius cōmune, quàm speciale, vt in Auth. de non alie.§.quia verisimile. & s̄. de mili.test. l. eius militis. §.militia. secundùm Pe. modico addito à Bal.

Ex §. Stichum.

SVMMAE.

1 *Qui electionem habet ex vltima voluntate, non potest variare.*
2 *Electio, quæ trahit secum exequutionem translationis dominij, mutari non potest.*
3 *Antequam fiat electio, in legato alternatiuo non transit dominium.*
4 *Libellus alternatiuus non procedit in rei vendicatione, licèt procederet in actione personali ex testamento.*
5 *Dominium non reperitur alternatiuum, licèt reperiatur obligatio alternatiua.*
6 *In ecclesiam transfertur ex stipulatione dominium, sicut ex legato.*
7 *Interpretatio nec in vltimis voluntatibus, nec in contractibus mutari potest, sicut nec probatio.*
8 *In contractu depositi, qui fit gratia tantùm deponentis, habet locum pœnitentia, & licet variare.*

1 §. Stichum. ¶ Qui electionem † habet ex vltima voluntate, non potest
2 variare h.d. ¶ Vel sic. Electio, † quæ trahit secum exequutionem translationis dominij, mutari non potest. h.d. ¶ In
3 glo. 1. ibi [electio] ergo interim antequam † fiat electio in legato alternatiuo, non transit dominium, & hoc dicit glo. ordinaria. s̄. de rei vend. in l. si in rem. Ex hoc patet, ꝙ
4 libellus † alternatiuus in rei vendicatione non procedit, licèt procederet in actione personali ex testamento; non
5 enim reperitur † dominium alternatiuum, licèt reperiatur obligatio alternatiua, quod est no. ¶ In ea.glo. ibi [se-
6 cus] &c. nisi fortè † in ecclesia, in quam transfertur dominiū ex stipulatione, sicut ex legato, vt. C. de sacrosan. eccl.
7 l.fin. Item hic loquitur in electione, sed interpretatio † nūquam potest mutari nec in contractibus, nec in vltima voluntate, sicut nec probatio potest mutari, no. ĵ. de verbo. oblig. in l.quicquid astringendæ. quod est not. secundùm Bal. ¶ In eadem glo. ibi. [l. prima. §. pen.] sol. vt per Ci. in l. sicut. C. de act. & obliga. scilicet, quòd ibi in contractu
8 † depositi, in quo habet locum pœnitentia, cum fiat tantū gratia deponentis.

Ex §. Legatum est.

SVMMAE.

1 *Qui est in fuga, videtur esse in eo loco, à quo recessit, vt debeatur ex legato seruorum, qui in ea æde erunt, cum testator morietur.*
2 *Fugitiuus non dicitur à loco abesse in præiudiciū tertij, & idē iudicium est de accessorio, quod principali.*
3 *Represaliæ cōcessæ contra ciues alicuius ciuitatis, possunt exerceri contra ciues ab illa ciuitate exbannitos.*
4 *Res, quæ fugit de loco, fingitur ibi esse iuris interpretatione.*
5 *Partus natus in aliqua ciuitate, vbi casu maritus, & vxor reperitur, non dicitur ciuis originarius illius ciuitatis, & sic nō subibit ibi onera.*
6 *Si presbyter debet habere decimam animalium nascentium in villa, vel aliquis gabellam, non habebunt ex natis ex animalibus, quæ illuc fugerunt.*
7 *Mater quando est in fuga, partus dicitur etiam in fuga, qui matrem sequitur.*

1 §. Legatum est. ¶ Qui † est in fuga, videtur esse in eo loco, à quo recessit, vt debeatur ex legato seruorum, qui in ea æde erunt, cum testator morietur. h.d. ¶ Vel sic. Fugi-
2 tiuus † non dicitur à loco abesse in præiudicium tertij. Et idem est iudicium de accessorio, quod de principali, secun
3 dùm Bal. ¶ Facit ad q. quòd † represaliæ concessæ contra ciues alicuius ciuitatis, possunt exerceri contra ciues ab illa ciuitate exbānitos, de quo remittit se Bar. ad dicta per se in tractatu suo represaliarum in 7. quæstione principali. ¶ No. ꝙ res, † quæ fugit de loco, fingitur ibi esse iuris
4 interpretatione, facit de hæred. inst. l. ex facto. & est argu.
5 quòd si aliquis † cum vxore suæ prægnante fuit in ciuitate ista aliquo casu, & hic peperit, quòd partus non videatur esse ciuis huius ciuitatis; quia hoc contingit casu,

casu, vnde iste non reputatur locus originis, & sic nõ subibit ibi onera, secundùm Ang. facit. ÿ. de fundo instruc. l. Seiæ. §. prædia. ad fi. secundùm Pe. & Ci. ad idem de publica. l. Cæsar. & s̃. de pignor. l. debitor. ita Bal. hic. ¶Itẽ no.
6 argu. ꝙ si presbyter debet habere decimam, vel aliquis debet habere gabellam animalium nascentium in aliqua villa, & propter guerram animalia inde fugerũt ad aliam villam, & ibi nata sunt, quòd debeat inspici villa, vnde fugerunt, non ad quam confugerunt, quod est no. secundùm
7 Dy. & Bal. ¶Item nota hic, quòd postquam † mater est in fuga, & partus dicitur esse in fuga; quia matrem sequitur, & facit. s̃. locati. l. sed addes. §. si quis mulierem. sm̃ Bal.

Ex §. si Titio.

SVMMAE.

1 *Si vna ex rebus alternatiuè legatis alienatur etiam in legatarium, altera debetur.*

2 *Pater, qui primò legauit alternatiuè, postea dat aliam rem in dotem, non intelligitur liberare hæredem in alia re.*
Idem in legato, & donatione. ibid.

1 §. si Titio. ¶Si vna † ex rebus alternatiuè legatis alienatur à testatore etiam in legatarium, altera debetur. h. d. Non ob. ÿ. tit. 1. l. Lutius. quia ibi testator dedit totum, quod legauit: sed hic partem tantùm ex rebus alternatiuè legatis, secundũ
2 Dy. & Bar. ¶Et hoc, quod hic habetur, dic † in patre, qui primò legat alternatiuè, postea dat aliam rem in dotem, quòd non intelligitur liberasse hæredẽ in alia re. Nec obstat. s̃. ea. l. §. cum pater. quia ibi præcisè idem: hic nõ erat præcisè. Idem in legato, & donatione, secundùm Bal.

Ex §. Quibus ita.

SVMMAE.

1 *Coniunctio verbalis non inducit ius accrescendi in rebus promissis diuersis.*

2 *Si testator instituit filias in centum pro qualibet, inter eas locus non est iuri accrescendi.*

3 *Natura cõiunctionis verbalis est facere partes ab initio: realis verò per concursum.*

1 §. Quibus ita. ¶Coniũctio † verbalis non inducit ius accrescẽdi in rebus promissis diuersis. h. d. ¶Per hunc tex. dicit
2 Bar. quòd † si testator instituit filias in centum pro qualibet, inter eas non est locus iuri accrescendi, cum quãtitas sit discreta in persona cuiuslibet, vt hic, facit. l. 1. in princi. de vsufr. accre. & tangit in l. re coniuncti. ÿ. tit. 2. Et ꝙ
3 hic nulla sit coniunctio, patet; quia † natura coniunctionis verbalis est facere partes ab initio: realis verò per concursum: sed hic non fiunt partes nec ab initio, nec per concursum, ergo hic nulla est coniunctio, & per consequens cessat effectus coniunctionis circa ius accrescendi, secundùm Bal.

Ex §. si is, cui.

SVMMAE.

1 *Plures venientes ad legatum, tenẽtur cõcordare in actione: secus si veniant separatè.*

2 *Si plures tenentes locum vnius pro eodem, diuersas simul proponunt actiones, repelluntur, quousque concordent, & à iudice possunt ad eam compelli.*

3 *Plures in eadẽ causa cõiũcti possunt in eodẽ libello simul agere.*

4 *Libellus idem, ex quo resultant diuersæ agendi formæ, dici non potest, & repelli potest.*

5 *Legatum non extinguitur per hæredes discordantes, quando potest apparere, quis debeat præferri.*
Idem si discordant in præiudicium tertij, quia per iudicem ad petitionem partis concordantur. ibid.
Item si in præiudicium eorum discordent, sed vnus vult, quòd sorte dirimatur: secus si neuter vult, & tantùm eorum sit præiudicium; quia extinguitur. vide dist.

1 §. si is, cui. ¶Plures † simul venientes ad legatum, tenentur concordare in actione: secus si veniant separatè. h. d. cũ sequen. ¶Vel
2 sic. Si plures † tenentes locum vnius pro eodem, diuersas simul proponunt actiones, repelluntur, quousque concordent, ad quã concordiã possunt compelli iudice immunẽ-
2 te. h. d. secundùm Ange. ¶Nota, quòd plures in eadẽ causa coniuncti, possunt in eodem libello simul agere. Ratio
4 est huius. §. quia non potest dici idem † libellus, in quo resultant diuersæ agendi formæ, & ideo tanquam ex eadem instantia procedi non potest: vnde qui volunt esse discordes, debent agere seorsum diuersis instantijs, alias repellũtur, secũdùm Bal. ¶In gl. scilicet ex testamẽto. ibi. [l. quotiens. in prin. contra] vbi legatum extinguitur, si non con-
5 cordant. Circa hoc dic, quando † plures hæredes habentes idẽ ius discordant, si aliquo iure potest apparere, quis debeat præferri, ille præfertur. l. sancimus. §. ne autem. C. de dona. Sed si non potest apparere, si discordant in præiudicium tertij, coguntur concordare per iudicẽ ad petitionem partis, quæ læderetur, vt hic: sed si in præiudicium ipsorum: tunc si alter vult, quòd sorte dirimatur, hoc fit. l. fin. in princ. C. communia de lega. sed si neuter hoc vult, legatum extinguitur, vt d. l. quotiens. secundò respõso, secundùm Bar. hic.

Ex l. Duobus.

SVMMAE.

1 *Perceptio æstimationis succedit loco rei, & impedit ius accrescendi.*

2 *Si filia renunciauit hæreditati, quia se vocat dote contentam, vel quid aliud percepit, sua legitima alteri non accrescit; quia non est mera repudiatio, sed quædam satisfactio.*

1 L. Duobus. ¶Perceptio † æstimationis succedit loco rei, & impedit
2 ius accrescendi. h. d. Et per istam legem dico, quòd † si filia renunciauit hæreditati, quia se vocat dote contentam, vel quia quid aliud percipit, quòd legitima sua alteri nõ accrescit, quia non est mera repudiatio, sed quędam satisfactio, per hanc. l. secundùm Bal. & vide, quod scripsi in l. si duo patroni. s̃. de iureiuran.

Ex l. si tibi homo.

SVMMAE.

1 *Hæres extranei legantis pignus debitori, tenetur soluendo illud liberare.*

2 *Legatum rei meæ tenet propter commodum repræsentationis.*

3 *Libellus in pignore liberando legato extraneo à testatore, debet sic concludere, ago vt luas, non vt pecunia sibi detur pro luendo.*

L. Si

1 L. Si tibi homo. ¶Hæres extranei legatis pignus debitori tenetur soluendo illud liberare.h.d.¶ Vel sic. Tenet le
2 gatum † rei meæ propter cōmodum repræsentationis.h.d.Bal.Et iste casus non est alibi secundùm Dyn. ¶ Nota
3 † formam concludendi,ago,vt luas, nō autem debet concludere legatarius, quòd pecunia sibi detur pro luendo.

Ex §.si testamento.

SVMMAE.

1 *Qui consequutus est æstimationem totius à grauato singulariter,nil debet consequi à grauato vniuersaliter.*
2 *Persona specialiter grauata per legatum, postea ab omnibus generaliter factum,non intelligitur liberari: legatarius tamen debet esse vna solutione contentus.*
3 *Dux quando pro aliquo debito primò vni ciuitati, generaliter postea toti prouinciæ collectam imponat, potest eligere, an nitatur generali,an speciali dispositione.*

1 §.si testamento. ¶Qui†consequutus est æstimationem totius à grauato singulariter, nil debet consequi à grauato vniuersaliter.h.d.singulariter secundùm Bald. ¶Vel sic.
2 Persona † specialiter grauata per legatum, postea ab omnibus generaliter factum,non intelligitur liberari:legatarius tamen debet esse vna solutione contentus.h.d.Et ar.
3 huius.§.facit, ꝙ si Dux pro aliquo debito imponit collectam vni cōitati, deinde generaliter toti prouinciæ,ꝙ est in potestate creditoris,vtrùm speciali,vel generali dispositione nitatur;quia neutra derogat alteri, per istum.§.qđ est no.secundùm Bal.¶In gl.1.ibi[specialiter eadē res] & in solidum,aliàs secus esset, vt ꝟ.tit.1.l.Mæuius. §. eū, qui.& de hoc ꝟ.ti.1.l.si pluribus.& dixi in simili. s̄. eo.in l.quid ergo.§.1.

Ex §. cum seruus.

SVMMAE.

1 *Dominium serui legati transit ab adita hæreditate in legatarium, licèt repudiabiliter per eum quæsita, vel ei debita cum sequantur.*
2 *Legatario acquiruntur à seruo quæsita post mortem testatoris,si testatoris erat seruus,& agnouit:si erat alienus, debet habere post moram quæsita.*
3 *Conditio tacita, & intrinseca,idest,si acceptauerit, trahitur retro in vltimis voluntatibus, licèt non trahatur conditio extrinseca & expressa.*
4 *Fictio non operatur in vltimis voluntatibus, si legatarius repudiauit: sed si agnouit, in legato puro habet locum fictio à die mortis testatoris,reuocabiliter tamen vsque ad aditam hæreditatem; quia tunc verè est legatarij.*
5 *In legato verò sub conditione, si conditio extitit ante mortem testatoris,fit legatarij res à morte eius: verè autem ab adita hæreditate: si post mortem, à die euenientis conditionis,sed ante aditam:si verò post aditam hæreditatem, quando euenit conditio,res legatarij efficitur.*

1 §.cum seruus. ¶Dominium † serui legati,transit ab adita hæreditate in legatarium,licèt repudiabiliter,& per eum acquisita,vel ei debita,eum sequātur.hoc dicit.¶In tex.ibi [seruus] proprius,vel legantis.¶In tex.ibi[serui status]idest ius,& dominium, nam de statu eius hic non agitur; cum constat eum seruum.¶In tex.ibi[vel legatarij]&c. Nec
2 ob.ꝟ.eo.l.quæsitum.§.pe.quia ibi in his,quæ seruus † quæsiuerat ante mortem testatoris, quæ non pertinent ad legatarium: sed in quæsitis post mortem testatoris, tunc si seruus erat proprius legantis,habet locum iste tex.quia si agnouit,restituitur legatario: si repudiat,remanet penes hæredem, vt hic & ꝟ. titu.1. in l. quod seruus.sed si erat alienus: tunc quæsita ante moram suam, non tenetur restituere, sed quæsita post moram sic, vt ꝟ. eod.l. quæsitū. §.fi.¶In gloss.1.in fine,conclude latiùs,aut legatarius repudiat,& nunquam fingitur,&c.vt hic,nec obstat, quòd
3 in vltimis † voluntatibus conditio non trahatur retro; qa verum in conditione extrinseca, & expressa: secus in tacita, & intrinseca,quæ consistit in hoc, si legatarius legatum acceptauerit,secundùm Ange. Adde,quod not. s̄. de condi.insti.in l.si qs ita.& s̄.eo.in l.si fundū. §. si Titius.&
4 ad leg. Aquil.in l.huic scripturæ.§.si seruus. ¶Aut † agnouit: tunc secundùm fictionem à morte testatoris: verè autem ab adita hæreditate, reuocabiliter tamen, & hoc in
5 re legata purè. Sed si sub† conditione, si conditio extitit ante mortem testantis, idem.Si post mortem: tunc si ante aditam hæreditatem,idem.Si post aditam: tunc est legatarij verè à die euenientis conditionis: & isto casu non fingitur retro fuisse suus, & ideo interim quæsita remanent penes hæredem,& non transeunt ad legatarium.

Ex §.Si fundus.

SVMMAE.

1 *Actione personali ex testamento non potest conueniri hæres, nisi pro hæreditaria,etiam si in solidum possideat.*

1 §.Si fundus. ¶ Actione † personali ex testamento non potest conueniri hæres, nisi pro hæreditaria portione, etiam si in solidum possideat.hoc dicit. ¶ Conclude, aut testator grauat omnes, & ita loquitur hic. Aut vnum, & omnes, & loquitur.s̄.eadem. l. §. si testamento. Aut vnum tantùm,& loquitur.l. si fundum. §. si libertus. s̄. eodem. secundùm Bald.

Ex §.Valet.

SVMMAE.

1 *Vtile dominium habenti,potest directum legari.*
2 *Emphyteosis, & ius superficiei non est propriè seruitus, sed vtile dominium.*

1 §. Valet. ¶Vtile † dominium habenti, potest directum legari.h. d. ¶Innuit
2 iste tex.quòd†emphyteosis,& ius superficiei sit quædam seruitus; tamen non est propriè seruitus: sed vtile dominium,secundùm Dy.& Bal.

Ex l.Filio pater.

SVMMAE.

1 *Suus,uel emancipatus se abstinens ab hæreditate, consequitur prælega-*

prælegatum in totum, nisi testator aliud voluerit, vel præle gata loco hæreditatis posuerit.

2 *Repudians partem hæreditatis suus, vel extraneus, vel eman cipatus, non prohibetur petere prælegatum, nisi testator expresserit contrarium, vel nisi testator prælegauerit per modũ diuisionis hæreditatis.*

3 *Qui renunciat, non dicitur impugnare.*

4 *Filius tunc potest emphyteosim acceptare, & hæreditatem repudiare, quando emphyteosis vadit ad eum iure cuiusdam mortis causa capionis, & sic titulo singulari: secus si vniuersali, vel aliter constet de mente paciscentium.*

5 *Emancipatum, & filium in potestate æquiparari, quando existentia hæredis sui esset in damnum: secus si suitas esset in cõmodum. & hoc Prætoris beneficio.*

6 *Medium quò ad obligandum suum hæredem reperitur: secus quò ad eius fauores.*

7 *Suus non præsumitur se immiscuisse, nisi creditores probent de eius immixtione.*

8 *Amplius, dictio est repetitiua, non tamen copulat inseparabiliter, & an, et quando inducat repetitionem, vide remisiuè.*

9 *Portionem subrogatam in locum portionis, quam quis debet habere iure hæreditario, & si sit prælegata: tamen si repudiat, debet habere hæres.*

10 *Prælegata veniunt in fideicommisso, quando hæres grauatur de restituendo portionem hæreditariam, si prælegatum fuit subrogatum in locum portionis hæreditariæ.*

1 L. Filio pater. ¶Suus, vel emancipatus se abstinens ab hæreditate, consequitur prælegatum in totum, nisi testator aliud voluerit, vel prælegata loco hæreditatis posuerit. h.
2 d. cum tribus sequentibus. ¶Vel sic. Repudiãs† partẽ hæreditatis suus, vel extraneus, vel emancipatus non prohibetur petere prælegatum, nisi testator expresserit contrarium, vel nisi testator prælegauerit per modum diuisionis hæreditatis; quia tunc repudiata hæreditate, ius diuisum infringitur. h. d. secundùm Bald. ¶In tex. ibi[non .n.]&c.
3 Nota, quòd qui renunciat, non dicitur impugnare. ¶No.
4 an filius † possit emphyteosim repudiare, vel acquisitã ex contractu paterno, & hæreditatem repudiare; quia si cõstat de mente paciscentium, illi statur: si non constat; tũc si ista emphyteosis vadit ad filium iure cuiusdam mortis causa capionis: & sic titulo singulari, potest filius vniuersali titulo successionis repudiare, & agnoscere titulo singulari, vt hic & s. eo. l. qui filiabus. §. fi. cum seq. secundùm Bald. ¶Nota in l. nam nec emancipatus. emancipatum,
5 † & in potestate æquiparari, quando existentia sui hæredis esset in damnum filij, aliàs si esset in commodum, non æquiparãtur; quia tunc durat existentia quò ad commodum. l. si filius, qui patri. s. de acquiren. hæredi. Et sic quã-
6 tum † ad beneficium Prætoris suus æquiparatur emancipato, & ideo inter mortem, & obligatoriam aditionẽ est reperire medium in suo hærede, secundùm Dy. sed quantùm ad meros fauores sui hæredis non est reperire medium, vt j. eo. l. quæsitum. §. præsenti. in fi. secundùm Bal.
7 ¶Item ex hoc tex. patet secundùm Dy. quòd suus † hæres in dubio non præsumitur se immiscuisse, nisi creditores probent de immixtione, & est gloss. quam ipse non allegat, in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri.
8 ¶In l. quid ergo. ibi[hoc amplius]ista† dictio est repetitiua, tamen non habet inseparabiliter copulare, secundũ Bal. & de ista dictione, quando inducat repetitionem, vel non, vide omnino. j. eo. in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. ¶In gloss. 1. ibi [non extat conditio eo viuo] contra hoc videtur casus. j. ea. l. ab omnibus. §. cum quidam sed sol. vt ibi no. ¶In ea. gloss. in fine ibi[C. eo. l. cum. 1. responso] .s. q ibi tam hæreditatem, quàm legatum debebat habere sub conditione adiecta in institutione; ideo eo non adeunte, non debetur prælegatum. ¶In glo. pe. in fi.
9 ibi[essent hæredes]idest portio, † quam erat habiturus iure legati ex iudicio defuncti, succedat in locum portiõis, quam erat habiturus iure hæreditario, diuisione facta: vnde sicut nil consequitur, hæreditate non adita, ita nec
10 etiam prælegata. ¶Et per hoc dixit Bar. q prælegata † veniunt in fideicommisso, quando hæres grauatur de restituendo portionem hæreditariam, si prelegatum fuit subrogatum in locum portionis hæreditariæ, prout fuit hic. qđ est no. secundùm Ange. hic.

Ex l. Quæsitum.

SVMMAE.

1 *A filio instituto potest legari patri, vel alteri cuicunque in eadem potestate constituto.*

2 *Filius institutus potest grauari filio suo in aui potestate constituto.*

3 *Legatum ab auo nepoti dicitur aduentitium, non profectitiũ, & ideo patri tantùm vsusfructus acquiritur.*

1 L. Quæsitum. ¶A filio † instituto põt legari patri, vel alteri cuicunque in eadem potestate cõstituto. h. d. ¶Vel sic. Filius
2 † institutus põt grauari filio suo in aui potestate constituto. h. d. secundùm Bal. & legitur duobus modis, vt in glo. ¶In gloss. 3. ibi [vel seruus hæredis] .s. in potestate hæredis. sed bene erat filius instituti, in potestate tamen aui. ¶In ea. gloss. ibi [sed patris hæredis] &c. Et secundũ hoc
3 hic est casus, q † legatum ab auo nepoti dicitur aduentitium, non profectitium, & ideo non acquiritur patri, nisi quò ad vsumfructum, pro hoc. j. de colla. bono. l. dedit. & Ang. hic. ¶In ea. gl. ibi [secũdùm vetera iura valebat] &c. hoc falsum; quia regula Catoniana impediebat, vt in d. §. an seruo. all. in glo. nisi referas ad casum, quando legatum erat sub conditione, secundùm Doc.

Ex §. Præsenti.

SVMMAE.

1 *Si dies libertatis, & legati cedunt simul, vel libertatis priùs, legatum factum seruo valet: secus si priùs cedat dies legati*

2 *Conditiones causales, viuo testatore, adimpleri possunt, potestatiuæ post mortem, & ante aditam hæreditatem, mixtæ post aditam hæreditatem.*

3 *Hæres non est, antequam adeat hæreditatem.*

4 *Dies legati relicti seruo à domino, non potest vtiliter cedere tempore seruitutis: sed debet cedere tempore libertatis.*

1 §. Præsenti. ¶Si dies † libertatis, & legati cedunt simul, vel libertatis priùs, legatum factum seruo valet: secus si priùs cedat dies le-
2 gati. hoc dicit. ¶Præmitto, quòd † conditionum, quæ apponuntur in testamento, quædam possunt impleri, viuo testatore, vt casuales. Quædam post mortem tantũ, & ante aditam hæreditatem, vt ptãtiuæ. Quædam post aditam hæredi-

hæreditatem tantùm,vt hic,§.10.dederit hæredi, nã non
3 est † ante hæres, quàm adiuerit hæreditatem, vide l.2.j. de condi.& demon.¶In tex. ibi [purè legabitur] exprimendo verbum,purè,aliàs conditio apposita libertati,intelligeretur apposita legato,vt no.gloss.in l.qui concubinam.§.cum testamento.j.titu.2.¶Not.ergo, quòd dies
4 legati† relicti seruo à domino,nõ potest vtiliter cedere tẽpore seruitutis: sed debet cedere tempore libertatis, & ista est conditio totius istius.§. secundùm Bal.

Ex §.Duobus.

SVMMAE.

1 *Si seruo prælegato,viuo testatore, obuenit libertas, relictum eidem debetur.*

1 §.Duobus. ¶Si seruo † prælegato,viuo testatore,obuenit libertas,relictũ eidem debetur h.d.¶In tex.ibi[ad libertatem.] & sic est extinctum legatum.¶In tex.ibi[ei] libero facto.

Ex §.seruo legato.

SVMMAE.

1 *Legatum factum seruo,sequitur eius emptorem.*
2 *Legatum ambulat cum persona legatarij.*

1 §.seruo legato. ¶† Legatum factum seruo,sequitur eius emptorem.h.d. ¶In tex. ibi [datum est] ab eo,qui eundem
2 legauit,secundùm Dyn. ¶ Nota, ꝙ legatum †ambulat cum persona legatarij,& facit.j.de precario.l.si adoptauero.secundùm Bal.

1 §.Cum seruus. ¶Propter† legatum factum seruo, potest dominus grauari. hoc dicit.

Ex §.si quis.

SVMMAE.

1 *Legatum serui reuocatur manumissione, vel spontanea alienatione.*

1 §.si quis. ¶Legatum † serui reuocatur manumissione,vel spontanea alienatione. h.d.¶In tex.ibi[manumiserit] voluntariè, & sic est extinctum legatum, secundùm Dy.

Ex §.si seruus.

SVMMAE.

1 *Ea, quæ quæruntur per seruum,viuo testatore, non debentur legatario.*
2 *Hæreditas non est uiuentis.*
3 *Si quis donat alicui hæreditatem suam,tenet donatio, & intelligetur idest bona.*
4 *Error in nomine appellatiuo licèt actum vitiare soleat: hoc tamen est verum, quando est magna deformitas: secus si est magna conformitas,vt inter hæreditatem, & bona.*
5 *Filius sæpe, viuo patre, appellatur hæres in instrumentis patris.ratio.*

1 §.si seruus. ¶†Ea, quæ quæruntur per seruum,viuo testatore, non debentur legatario.h.d.¶In glo.2.ibi [futura hæreditas] & sic
2 non ob.quòd viuentis† non sit hæreditas.l.1.§.de hær.vel
3 act.vendi.& sic facit,quòd si dicat † quis dono tibi hæreditatem meã,ꝙ teneat donatio,& fuit quæstio Pe.in Brocardis in d.l. 1.intelligetur .n.i.bona mea, vt hic.¶ Nec ob.ꝙ hic videtur erratum in nomine appellatiuo, ergo vi
4 tiat;quia † tunc ille error nocet,cum est magna deformitas: secus cum est magna conformitas,vt inter hæreditatem,& bona.l.librorũ.§.quod tamen Cassius.j.tit. 2.ſm
5 Bar.Per hoc dicit Bal.hic,ꝙ filius†sæpe,viuo patre,appellatur hæres,maximè in instrumentis paternis;quia nomẽ destinatum post mortem imponitur ante mortem.

Ex §.Cum homo.

SVMMAE.

1 *Si legatur hõ alienus,accessiones ueniũt à tẽpe litis contestatæ.*
2 *Accessiones rei legatæ ex die litis contestatæ veniunt in iudicio officio iudicis.*
3 *Tempus litis contestatæ consideratur quò ad litis præsentis cõdemnationem officio iudicis faciendam in his, quæ post litem contestatam contingunt: non autem quò ad excludendam anterioris temporis petitionem.*
4 *In fideicommisso vniuersali non inspicitur tempus aditæ hæreditatis,sicut in singulari legato.*

1 §.Cum homo. ¶Si legatur † homo alienus, accessiones veniunt à tempore litis contesta.h.d.¶Vel sic. Accessio-
2 nes †rei legatæ ex die litis contesta. veniunt in iudicio officio iudicis.h.d.secundùm Bald. ¶In gloss.ibi [Io.verò
3 priùs etiam]&c.Tu dic, ꝙ † tempus litis contestatæ consideratur quò ad litis præsentis condemnationem officio iudicis faciendam in his, quæ post litem contesta.contingunt.l.ædiles.§.item sciendum.§.de ædi. edic. non autẽ, quò ad petitionem anterioris temporis excludendam.l. si tibi homo.§.cum seruus.§.eo.secundùm Andre.de Pi-
4 sis. ¶In fideicommisso † autem vniuersali non inspicitur tempus aditæ hæreditatis, sicut in singulari legato, vt j. ad Trebellia.l.mulier.§. alia causa.ratio est; quia ibi non transit dominium recta via, sed demum per testatorem, secundùm Bald.

Ex l.Si fundum.

SVMMAE.

1 *Qui consensit alienationi rei à testatore eidẽ purè relictæ, põt adhuc ꝑtiũ petere,licèt hæres soluendo rẽ, se liberare posset.*
2 *Præsentia,& consensus fideicommissarij consentientis alienationi necessariæ,non præiudicat sibi in petitione pretij.*
3 *Qui tenetur ad pretium propter rem, liberatur soluendo rem.*
4 *Res legata potest propter debitum testatoris vendi per hæredem,consentiente legatario.*
5 *Alienatio rei fideicõmisso subiectæ põt alienari, inuito legatario,et contradicente,per creditores iure eorũ: secus per hæredem,sed in subsidium debetur pretium. rationes.*
6 *Actus contrarius inclusus vitiat.*
7 *Intell.l.si fundum.de leg. 1.*
8 *Consentiendo alienationi rei, quam non possidet, videtur remittere pretium,secus quam possidet. & sic intelligitur.l.codicillis.§.1.de leg.2.*

9 *Nemo præsumitur donare, nisi ex coniunctione personarum, et rei modicitate aliud præsumatur.*

10 *Pretium non succedit in singulari loco rei, licèt secus sit in vniuersali.*

11 *Quando quis consentit alienationi rei, quæ sibi ab eo donata fuerat, videtur donare.*

Item si præstiterat, & erat libertus, videtur donare: secus alia persona; quia in re, non in pretio sibi præiudicat.

12 *Consentiendo venditioni rei sibi debitæ, tunc sibi præiudicat, quando propter suum consensum existentia illius conditionis, propter quam debebat ad se peruenire, impeditur: secus si non impedit, siue ignorans, siue sciens.*

13 *Consensus præstitus rei sibi obligatæ, quando præiudicet consentienti, vide remissiuè.*

14 *Si venditio ratificatur à domino facta ab alio, vt de sua re: & sibi præiudicet in dominio: tamen, ex quo liberatur venditor ab omni periculo, tenetur neg. gest. vel condictione ad interesse, se esse liberatum.*

1 L. Si fundum. ¶Qui † consentit alienationi rei à testatore
eidem purè relictæ, potest adhuc pretium petere, licèt hæres soluendo rem, liberare se possit. h. d. ¶Quid in legato, vide quod scripsi in l. sicut. §. venditionis. s. qui. mo. pi. vel hypo. sol. ¶Vel sic. summatur secundùm Bal. Præsen-
2 tia, † & consensus fideicommissarij consentientis alienationi necessariæ, non præiudicat sibi in petitione pretij. h. d. ¶In text. ibi [æs alienum] quod poterat aliunde solui, aliàs nullum esset fideicommissum, vt j. eod. l. filiusfam. §. Diui. & j. tit. 1. l. pater. in princ. secundùm Dy. ¶Not.
3 quod † qui tenetur ad pretium propter rem, liberatur soluendo rem. quod est not. secundùm Dyn. ¶Item nota, quod
4 res † legata potest propter debitum testatoris vendi per hæredem, consentiente legatario, secundū Bal. ¶Sed vi-
5 detur posse fieri † alienatio propter necessitatem rei legatæ, etiam legatario contradicente. j. de fideicom. lib. l. cum fidei. & C. debi. ven. pig. impedi. non pos. l. 1. & 2. sed illud verum, quod potest fieri per creditorē iure creditoris, vt ibi, sed non per hæredem, vt hic; creditor enim potest eligere, sed hæres non in præiudicium fideicommissarij; quin rem vendat, ad hoc facit. s. de distrac. pigno. l. creditoris arbitrio. res ergo subiecta restitutiōi potest distrahi iure creditoris propter æs alienum in præiudicium fideicommissarij sui ad rem: sed pretium debetur in subsidiū, vt j. tit. 1. l. qui solidum. §. 1. fac. quod no. de distrac. pigno. in l. ij. secundū Bal. hic. ¶In gl. 4. ibi [vt non perderet fideicommissum] & sic dixit; saluo iure meo in pretio: non verò in re; quia tunc iste consensus nihil operaretur
6 propter inclusam proprietatem; nam actus † contrarius inclusus vitiat. l. sicut. §. non videtur. s. qui. mo. pig. vel hypo. sol. & sic præiudicasset sibi etiam in proprietate, & hāc tenuit Dy. Et licèt sit vera in se: tamen diuinat. Ideo Pe.
7 dicit, quòd ideo † habet hic ius saluum in pretio; quia vē ditio fiebat ex necessitate æris alieni. Quod non placet Bartol. quia tunc esset maior causa præsumendi donationem, arg. quod no. s. si cert. pe. in l. cum quid. & de dona. int. vi. & vx. in l. si seruus communis. Potest dici, quod opinio Pe. sit vera, ex eo quòd legatarius consensit cohæredi, vt venderet cohæredi: secus si eis consensisset, vt vēderet cuidam tertio, secundùm Ange. ¶Vnde dic, quòd ibi non erat res legata: sed aliquis redditus ex re, vnde consentiē do alienationi, non potest intelligi remitti aliud ius, quàm percipiendi illum redditum. Vel ibi, qui consensit, erat libertus defuncti; ideo faciliùs per consensum presumitur donatio, arg. l. si verò non remunerandi. § Papinianus. s. manda. hic quidam extraneus, secundùm Bartol. ¶Vel dic quartò, quòd hic non præsumitur donatio, neque ex toto remissio iuris sui; quia consensit hæredibus, vt venderent cohæredi propter necessitatem æris alieni: & tunc iste casus est nullum nota. secundùm Ange. hic. ¶ Addit Iaco. de Raue. quod l. codicillis. §. primo. j. titu. 1.
8 habet locum, quando pars consensit † alienationi rei, quā non possidet, vt consentiendo simpliciter, videatur pretiū remittere: secus si rem suam quis possidet, & alius vendat, consentiente eo; quia tunc non videtur remittere pretium; quia nemo præsumitur donare. s. de proba. l. cū de indebito. & est ratio; quia vbi non possidet, videtur eum tacitè liberare ab obligatione, qua sibi tenetur: sed vbi possidet, non videtur donare pretium, secundùm eū.
9 ¶Ego indistinctè credo, quod nō † præsumatur donatio, arg. s. man. l. idemque. §. si cui. nisi ex coniunctione personarum, & rei modicitate aliud præsumatur. s. de donat. inter virum, & vxorem. l. si seruus communis. & s. de proba. l. Procula. & quod not. in l. quæ dotis. ff. solut. matri. secundùm Bald. ¶In eadem gloss. ibi [l. nihil. §. primo. quæ est contra] &c. vel dic, quòd ibi res erat peruentura ad consentientem in pœnam hæredis alienantis contra voluntatem defuncti; ideo si alienationi consensit, facit, quod hæres non deliquit, & sic cessat causa, quare ad eum res erat peruentura: sic etiam intellige. l. cum pater. §. libertis. j. tit. primo. ¶In eadem gloss. ibi [vt qualibet earum notaui] scilicet, quòd ibi non consensit alienationi, sed fuit præsens, vt testis, de quo dic, vt in l. quæ dotis. s. solu. mat. ¶Extra gloss. ibi [sed pretium eius.] Nec obstat, quòd nec ad pretium. l. mater. C. de rei vendicatio. in singulari
10 † enim pretium non succedit loco rei, vt ibi, licèt secus sit in vniuersali. l. si & rem, & pretium. s. de petitio. hæred. quia hic est speciale; quia res desijt esse in obligatione, & ideo succedit hic pretium conuentum loco rei, facit. j. de verborum signific. l. Labeo, & Sabinus. secundùm Bal. ¶ Vel dic, quòd ibi vendidit rem meam, vt suam: hic vt meam. Quod patet; quia mei legatarij consensum requirebat, vnde videtur gerere meum negocium, & ego consentiendo videor, vel mandare, vel ratum habere, & sic habeo ad pretiū mandati, vel negotiorum gestorum, hęc solutio probatur. C. de neg. gest. in l. ab vno. Aut ergo consensit quis alienationi rei suæ. Aut sibi debitæ, aut si-
11 bi obligatæ. Primo casu, aut † qui vendit, donauerat mihi, & videor consentire animo donandi. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinian. sup. manda. aut non donauerat, vel legauerat ipse, sed prædecessor: tunc si consentiens erat libertus, videtur remittere. d. l. codicillis. §. primo. si non erat libertus, præiudicat sibi in re, non in
12 pretio; vt hic. ¶Secundo casu, quando † res erat solùm debita consentienti re, vel spe: tunc, si consentiendo impedit existentiam illius conditionis, propter quam debebat ad se peruenire, præiudicat sibi. l. cum pater. §. libertis. infra titulo primo. Si hoc non impedit; quia ex alio euentu debebat ad eum deuenire, non præiudicat sibi, siue sciens, siue ignorans fuerit, vt not. per gloss. in l. si à substituto. in principio. s. eodem. per Dyn. & Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. j. de verborum obligat. ¶ Ter-
13 tio casu, quando † res erat solùm obligata consentienti, dic, vt s. de remissio. pigno. per totum secundùm Bar-
14 to. hic. ¶ Adde, quòd vbi quis † vendit rem meam, vt suam, & sic suo nomine, si ratum habeo venditionem, licèt per hoc præiudicetur mihi in dominio, vt non possim contra emptorem recurrere, nec contra venditorem ad pretium, nisi re perempta, vel præscripta. l. si eum seruum. ff. si cert. pet. tamen, quia ratificando libero venditorem

ab

ab omni periculo venditionis, gero suum negocium ipso gestu, & ideo potero agere contra eum negociorum gestorum, aut certi condictione, quæ cum ea concurrit ad illud, quod interest venditoris sic liberatum esse, & hoc voluit Ray. & Bald. sequens eum in d. l. si eum seruum. secundùm Ange.

Ex l. si Titio.

SVMMAE.

1 *Licèt modus deficiat per casum, nihilominus non deficit legatum.*

2 *Modus in dubio præsumitur causa impulsiua, quod est verum in legatario, secus in exequutore, qui non potest exequi, nisi modo seruato.*

1 L. Si Titio. ¶Licèt † modus deficiat per casum: nihilominus non deficit legatum. h. d. ¶Non obstat. C. de condi. inser. l. legatum. qa hic in potestatiua: ibi in mixta. Vel dic aliter, vt hic in libro. ¶Vnde dicit hic Ci. quòd † modus in dubio præsu-
2 mitur causa impulsiua, non finalis, quòd est nota. Et habet locum iste. §. quando modus ascribitur legatario: secus si ascribatur mero exequutori; quia tunc cessante modo, cessat exequutio. ͡ʃ. tit. 1. l. si quis quos. & ͡ʃ. de condi. & demon. l. si quis eum. secundùm Bal.

Ex §. sicuti.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum potest relinqui à succedentibus pupillo ab intestato, & expirat, pubertate eueniente.*

2 *Pater potest filio pupillariter codicillari ex testamento, & ab intestato, & expirant codicilli filij pubertate. & num. 4.*

3 *Substitutio fideicõmissaria nõ durat post pubertatẽ, quando impubes filius grauatur: secus succedẽtes ab intestato impuberi.*

5 *Quando verba directa pupillaris substitutionis obliquantur, talis substitutio non habet locum post tempus pubertatis.*

1 §. sicuti. ¶Fideicommissum † põt relinqui à succedentibus pupillo ab intestato, & expirat, pubertate eueniente. h. d. cum seq. ¶ Vel sic. Pater
2 † potest filio pupillariter codicillari ex testamento, & ab intestato, & expirant codicilli filij pubertate. h. d. & nõ est alibi, secundùm Bal. ¶In tex. ibi [rectè dabuntur] & cæt. Nec obstat. l. ex tribus. C. de inof. testam. quia non potest grauare filium in proprijs bonis ipsius filij, vt ibi & l. cohæredi. §. cum filiæ. sed succedentes ab intestato ipsi filio sic, vt secundùm Dy. in l. 1. de vulg. & pupil. & Ci. in d. l. ex tribus. per hanc ergo legem declaratur. l. precibus. C. de
3 impub. quæ dicit, quòd † substitutio fideicõmissaria durat post pubertatem; quia nõ est verũ, qñ impubes grauatꝰ durat vltra pubertatẽ: secus quando non ipse: sed succedentes ab intestato impuberi, & ita intelligitur hic. ¶ In tex. l. quod fideicommissum. ibi [decedat, valebit] & cæ. & est ratio; quia legitimi hæredes pupilli non habent cõmodum à testatore, nisi vsque ad pubertatem. ¶In gloss. instituti. ibi [cum enim] & c. & sic non obstat, quòd cũ isti succedẽtes filio non perceperint commodum à patre, non possunt ab eo grauari; quia solue, vt sequitur in glo. ¶In eadem glo. ibi [vel dic] & c. hæc vera secundùm Pe. & no.
4 ꝙ sicut † pater potest filio impuberi testari, ita & codicillari, quod alibi non reperies, secundùm Bald. ¶ Not. in l.
6 quod fideicommissum. ꝙ substitutio, † de qua in l. Scæuola. ͡ʃ. ad Trebel. s. quando verba directa pupillaris substitutionis propter naturam codicillorum obliquantur, ꝙ talis substitutio non habeat locum post tempus pubertatis, secundùm Dy. Ci. & Ray. de Forliuio, & Bal.

1 L. Planè. ¶A legitimo † exhæredati non potest fideicommissum relinqui, nisi legitimus sit honoratus in testamento paterno. hoc dicit secundùm Bald.

Ex §. Qui rogatus.

SVMMAE.

1 *Venditor serui hæredis de restituendo grauati, tenetur ad fideicommissum, & si non est soluendo, agitur contra emptorem in subsidium.*

2 *Qui habet pretium, videtur habere rem, & in subsidium obligatio personalis sequitur bona.*

3 *Ille, qui non est grauatus, tenetur in subsidiũ restituere ex Trebelliano hæreditatem.*

4 *Emptor non tenetur in subsidium, nisi participet fraudem: fallit hic fauore vltimæ voluntatis conseruandæ.*

5 *Conuenitur quis in subsidium, quando prætendit causam lucratiuam: secus quando onerosam; quia tunc tantùm, participata fraude.*

1 §. Qui rogatus. ¶ † Venditor serui hæredis de restituẽdo grauati, tenetur ad fideicommissum, & si non est soluendo, agitur contra emptorem in subsidium. h. d. ¶ Vel sic. Qui
2 habet † pretium, videtur habere rem, & in subsidium obligatio personalis sequitur bona. h. d. secundũ Bal. ¶Nota in fine in subsidium teneri restituere ex Trebelliano hæreditatem, qui non est grauatus. Nec obstat de iure do. l. mulier. §. ex asse. quia ibi diuersa persona respectu fideicommissarij: hic respectu grauati, secundùm Bal. ¶Item non
4 videtur teneri † emptor etiam in subsidium, nisi participauerit fraudem. C. si ven. pi. alie. l. j. Sed ibi ideo; quia factum creditoris reputatur factum debitoris, dolo cessante, vt ͡ʃ. de diuer. præscrip. l. de accessionibus. hic autẽ factum vnius non reputatur alterius, secundùm Pe. Alij dicunt, ꝙ hic emptor participauit fraudem; quia dicunt, ꝙ
5 † quando quis prætendit causam lucratiuam: tunc est verum, quod conuenitur in subsidium ex facto alterius. l. fi. s̃. de eo, per quẽ fac. erit. sed qñ prætendit cãm onerosam: tunc non conuenitur, nisi participata fraude. Tu dic, quòd hic est speciale, ne pereat fideicommissum facto grauati, & tertij: vnde hic agitur in subsidium, etiam non participata fraude fauore vltimę voluntatis, secundùm Bald.

Ex §. Si cui Stichus.

SVMMAE.

1 *Grauatus dare vnam de rebus sibi alternatiuè relictis, tenetur ad illam, etiam si elegerit aliam.*

2 *Quando electio est hæredis, non cogitur præstare æstimationem.*

1 §. si cui Stichus. Grauatꝰ † dare vnã de rebꝰ sibi alternatiuè relictis,

lictis tenetur ad illam,etiam si elegerit aliã.h.d.¶In tex.
2 ibi[dare cogitur] secus si † electio esset hæredis;quia hæ
rede eligente Damã, non compellitur ad æstimationem
Stichi præstandam,arg.ȷ̃.titu.1.l.si Titius.§. 1. & s̃.eod.
l.si sic.§.fi.secundũm Pe. & Bald.

Ex § Qui testamento.

SVMMAE.

1 *Cui est prouisum aliter,quàm pecuniariter, grauari non potest,*
2 *Honoratus in libertate, onere pecuniario grauari non potest, nec ei imponi operæ.*
3 *Ius patronatus an sit æstimabile, remissiuè.*

1 §.Qui testamento. ¶Cui est prouisum aliter, quã
pecuniariter,grauari non potest.h.d. ¶Vel sic. Honora-
2 tus † in libertate, onere pecuniario grauari non potest,
nec ei imponi operæ.h.d.& vide quod no. C.de ope.libe.
in l.Titius.¶In tex.ibi[rogatus fuerat manumittere]si in
continenti, & purè: secus si sub conditione, vel in diem;
quia tunc possum grauari.ȷ̃.ti.2.l.si mulier.§.1.secundũ
3 Dy.¶De iure † patronatus,an sit æstimabile, vide quod
scripsi in l.naturalis.§.fina.s̃.de præscrip.verbis.super vl-
tima gloss.

Ex l. Quidam testamento.

SVMMAE.

1 *Designatio,vnde legatum soluatur,post legatum relictum apposita,non reddit legatum conditionale: secus si in ipsa substantia legati designationem apposuit.*
2 *Consumpta pecunia, de qua voluit testator legatum præstari, non extinguit legatum quantitatis in genere relictum.*
3 *Falsa assignatio non vitiat legatum.*
4 *Solutio vbi non potest fieri, vnde demonstratum est, debet fieri de alijs bonis.*

1 L. quidam testamento. ¶Designa
tio,†vnde legatum soluatur,post legatum relictum appo
sita,non reddit legatum conditionale. h. d.secus tamen si
in ipsa substantia legati designationem apposuit, vt ȷ̃.eo.
2 l.si seruus.§.qui quinque.¶Vel sic. Consumpta † pecu-
nia,de qua voluit testator legatum præstari,non extinguit
legatum quantitatis in genere relictæ.h. d.secundùm Di.
3 ¶Vel sic. Falsa † assignatio non vitiat legatum.h.d.secũ
4 dùm Ci.& Bal.¶Nota,quòd†si solutio nõ potest fieri,vn
de demonstratũ est,debet fieri de alijs bonis. Et adde qđ
no.Ci.C.de dona.in l.si quis argẽtũ. & in l.cum certus.&
in l.ex eo.ȷ̃.de vino triti.& oleo leg.& Bar. in l.inter stipu
lantem.§.sacram.ȷ̃.de verb. obli. ¶Extra facit ad q.di-
sputatam,quam ponit Io.An.in Spe.de fruc.& inter.in §.
1.ver.3.quæritur.

Ex §.quoties.

SVMMAE.

1 *Bona transeunt ad fiscum cum onere legatorum.*
2 *Omnia onera incumbentia confiscato,incumbunt fisco.*

1 §.quotiens. ¶ † Bona transeunt ad fiscũ cũ onere legatorum. h. d.secũdùm
2 Bart.¶Vel sic. Omnia † onera incumbentia confiscato,
incumbunt fisco.h.d. secundùm Bald. Et adde quod ha-
betur.ȷ̃.de iure fisci.in l.Statius.§. Corneliæ. ¶In tex.ibi
[vacantia] hæreditate tamen adita per hæredem,aliàs cõ
tra,vt l.eam,quam.C.de fideicom.secundùm Pe.Bart.hic
remittit se ad l.sequens. s̃. ad Syl.

Ex §. Si tibi.

SVMMAE.

1 *Qui tenetur ad pretium rei,illa perempta, liberatur.*
2 *Obligatio quantitatis commensurata speciei, tollitur interitu speciei.*
3 *Debitor quantitatis respectu speciei, ante moram illa perempta,hæres liberatur.*

1 §.Si tibi. ¶Qui † tenẽt ad pretiũ rei, illa per-
empta,liberatur.h.d.¶Vel sic.Obli-
2 gatio† quantitatis cõmẽsuratæ speciei,tollitur interitu
speciei.h.d.facit.l.si quis lib.§. si quis. & de solu.l.si quis
stipulatus fuerit.10.in melle.& iste casus non est alibi sm̃
Dy.¶In tex.ibi[decesserit] sine culpa legatarij,arg.ȷ̃.ti.
2.l.si legatarius.secundùm Pe.¶In gl.1.ibi[s̃.eod.l. cum
3 res] quasi dicat, ꝙ hic † est debitor quantitatis respectu
speciei,ideo eius interitu ante moram sine eius culpa libe
ratur.l.si ad libertatem.§.1.s̃.de noxa.& l.Titię textores.
§.fi.s̃.eo.cum similibus.

Ex §.Si scriptis.

SVMMAE.

1 *Exequutor non ante debet pecuniam petere, quàm conditio legati extiterit.*
2 *Hæredes non tenentur consignare legata exequutori,antequã venerit tempus fiendæ exequutionis.*
3 *Testator potest facere exequutorem vnum de hæredibus.*
4 *Exequutores meri in legatis ad pias causas possunt petere sibi caueri ab hærede scripto de pecunia,quam debẽt distribuere: & in alijs legatis,si sunt electi cum potestate percipiendi: secus si electi sunt commissarij in depositarium, aut simpliciter relicti sunt exequutores.*
5 *Si datur potestas hæredi, quòd exequatur testamentum, vel caueat legatarijs,& exequutori,potest præuenire commissarios in soluendis legatis, & est verum in legatis certis: secus in incertis.*

1 §. Si scriptis. ¶Exequutor† nõ añ debet pe
cuniã petere, q̃ cõditio legati
2 extiterit.h.d.¶Vel sic.Hr̃des† nõ tenent̃ cõsignare lega-
ta exequutori,anteq̃ venerit tp̃s fiendę exequutionis.h.d.
3 sm̃ Bal.¶No. sm̃ Bal. ꝙ testator † põt facere exequutorẽ
4 vnũ de hr̃dibus.¶Not.ꝙ meri †exequutores possunt pete
re sibi caueri à scripto hr̃de de pecunia, quã debet distri-
buere.de hoc.ȷ̃.ti.1.l.si quis Titio. hoc est verum sm̃ Iac.
de Arc. in relictis ad pias cãs. l.si quis ad declinandam.
C.de epi.& cler.sed in alijs legatis, aut testator eligit cõ-
missariũ in depositariũ,& nõ põt agere,vt sibi deponatur.
ȷ̃.ad Treb.l. Lutius.§. 1.aut cũ potestate percipiendi, &
tunc potest agere; quia acquiritur sibi dominiũ, vt hic.
Aut non iussit eum percipere, sed simpliciter reliquit
eum exequutorem: tunc talis exequutor non potest age
re; quia non habet ius in hoc legato, sed solũ pertinet ad
eum

eum nudum ministeriū,& nota ista verba. ¶In tex. [aut
5 his] per istum tex. dicit Iaco.de Are. quòd cum † datur potestas hæredi, quòd exequatur testamentum, vel caueat per consequens exequutori, vel legatarijs, quòd potest hæres præuenire commissarios in soluendis legatis, pro hoc. ȷ̈. de bon. lib. l. si libertus sub conditione. §. 1. secundùm Iac. de Are. facit. ȷ̈. eo. l. si pluribus. & vide ibi super libro. Et hoc est verum in legatis certis, quid, & cui: sed in incertis non potest hæres præuenire commissarios in soluendo, antequam declarentur, & eligant secundùm formā testamenti: sed post declaratione bene possunt soluere personis declaratis, primum probatur. ȷ̈. eod. in l. filius. §. Diui. in ratione sui. secundum probatur hic, ita Bald. hic.

1 § Cum statuliber. ¶Ille, cui † datur aliq̄d causa conditionis implendæ, potest grauari fideicommissi onere. h. d.

Ex l. si mihi Stichus.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum iniunctū de re legata præstatur, vt accipitur: sed de alia præstatur integraliter.*
2 *Onus intrinsecum minuitur; si minuitur legatum: secus in onere extrinseco, quod non minuitur, licèt legatum minuatur. Intrinsecū onus est, quando est de eadem re: extrinsecū, quando de alia. ibid.*

1 L. si mihi Stichus. ¶¶Fideicommissum † iniūctum de re legata, præstatur, vt accipitur, sed de alia præstatur integraliter. h. d. ¶Nota hic coniuncta glo. ꝙ onus
2 † intrinsecum minuitur, si minuitur legatum: secus in onere extrinseco, quod nō minuitur, licèt legatum minuatur. Et est intrinsecum, quando de eadem re: extrinsecū, quando de alia.

1 L. seruus. ¶Seruus † in quo est ius postliminij, potest legari. h. d.

Ex l. si domino.

SVMMAE.

1 *Ille, cui optio est legata, potest optare seruum alteri specialiter legatum.*
2 *Legatum speciei explicitæ non derogat legato speciei implicitæ, ideo tales legatarij faciunt sibi partes.*
3 *Species derogat generi.*
4 *Species declarata non derogat speciei declarandæ.*
5 *Genus dicitur, quod plura in se continet.*
6 *Legatum quando respectu finalis effectus nō continet nisi vnū, non dicitur generale legatum, sed speciale.*
7 *Licèt plures ad legatum simul concurrere possint: nō possunt tamen concurrere ad vnum beneficium.*
8 *Si Papa concessit præbendam vacaturam, quam acceptauerit in tali diœcesi, postea specialiter concessit vni in vna ecclesia illius diœcesis primò præfertur.*

1 L. si domino. ¶Ille, † cui optio est legata, potest optare seruum specialiter alteri legatum. hoc dicit. ¶Vel sic. Lega-
2 tum † speciei explicitę non derogat legato speciei implicitę; ideo tales legatarij faciunt sibi partes. h. d. secundùm. Bald. ¶In tex. ibi [pertinere] interim antequam eligat. ¶In tex. ibi [optare] quo facto vterque simul admitteretur ad Stichum, & sic facient sibi partes per concursum,
3 vt in glo. fi. in prin. ¶Sed contra. l. facit; quia species † derogat generi. l. vxorem. §. felicissimo. ȷ̈. titu. 2. so. legatum optionis non est generale, sed speciale speciei declarandæ
4 per optionem. Et ex hoc nota, quòd species † declarata
5 non derogat speciei declarandæ. Genus † ergo dicitur, ꝙ
6 plura in se continet: sed quia † legatum respectu finalis effectus non continet in se, nisi vnum, & ideo non debet dici generale, sed speciale. ¶Non ob. etiam huic. l. extra de cō
7 cess. præben. c. quia cunctis. li. 6. vbi beneficium † vni specialiter assignatum, non potest ex generali optione optari per alium; quia aliud in beneficijs, quæ sunt indiuisibilia, nec possunt admitti plures ad idem beneficium per concursum, aliud in legatis, vbi plures faciunt sibi partes per concursum, secundùm Bal. ¶In gl. 3. ibi [vt in contrarijs] Adde, vt in libro, &c. ¶Et allegatur per Dy. quòd si Papa
8 † concessit præbendam vacaturam, quam acceptauerit in tali diœcesi, & si postea specialiter concessit vni in vna ecclesia illius diœcesis, quòd ille secundus non præferatur, imò præfertur primus; quia cuilibet videtur facta cōcessio in specie, secundùm Bar.

Ex l. si mihi Sempronius.

SVMMAE.

1 *Dispositio hæredis non tollit dispositionem defuncti.*
2 *Causa principalis potentior est illa, quæ influit in effectu.*

1 L. si mihi Sempronius. ¶Dispositio † hæredis non tollit dispositionem defuncti. h. d. ¶Vel
2 sic. Causa † principalis potentior est illa, quæ influit in effectu. h. d. facit. s. de hære. insti. l. 3. §. qui in fideicommissū. secundùm Bald. ¶In tex. ibi. [Sempronij] &c. vel dic, ex testamento Titij, si magis intersit mea habere ex testamento hæredis, quàm Sempronij testatoris, vt quia in testamē to hæredis non est locus Falcidiæ, sed testatoris sic, vt. ȷ̈. ad l. Fal. l. 1. §. interdum, versiculo [idem dicitur] secundùm Pe. & Ray. & Saly.

Ex §. si seruo.

SVMMAE.

1 *Qui repudiat ex persona serui, potest agnoscere ex sua.*
2 *Repudiato vno iure, non videtur repudiatū aliud ius, quod oritur ex alia radice.*
3 *Si filia facit refutationem fratribus de legatis in testamento, non extenditur ad legata in codicillis.*

1 §. si seruo. Qui † repudiat ex persona serui, potest agnoscere ex sua. h.
2 d. ¶Vel sic. Repudiato † vno iure, non videtur repudiatū aliud ius, quod oritur ex alia radice. h. d. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [possum] quia quotiens duplici iure, &c. ȷ̈. de regul. iur. l. quotiens duplici. secūdùm Bal. Et est ar. quòd
3 si filia † facit refutationem fratribus de legatis in testamē to, non extenditur ad legata in codicillis, secundùm Bald.

1 §. si ei, qui. ¶Qui † decedit apud hostes, fingitur mortuus ante captiuitatem: qui verò rediit, fingitur in ciuitate semper fuisse. hoc dicit.

Ex l. Si minor.

SVMMAE.

1 *Legatum purè relictum seruo non iustè manumisso, non valet, nec confirmatur, si postea iustè manumittatur.*

1 L. si minor. ¶Legatum † purè relictum seruo nō iustè manumisso, nō valet, nec confirmatur, si postea iustè manumittatur. h. d. ¶In glo. 2. in fine, vel ideo non valet secundū Dy. & Ia. de Are. & Bal. vt per eos hic. Sed Bar. tenet gl. quia qñ legatū est nullum, mixta consideratione legantis, & legatarij, vt est in casu proposito, si aduersus impedimentum non potest testator succurrere, sicut erat hic; quia erat minor, cessat regula Catonis, vt. l. non intelligitur. §. quando autem. ỹ. de iure fisci. secundùm Bar.

Ex l. In tacitis.

SVMMAE.

1 *Tunc in fraudem videtur quis fidem assumere, quando non publicè, sed secretè de restituendo promittit, & quando non.*
2 *Relicta possunt transire in contractu fiendo ab hærede, non à testatore, nisi fiat in fraudem, vt hic.*
3 *Iura dicentia accommodantē fidem de restituendo incapaci, intelligūtur de obligatoria, nō pollicitatoria, vel denunciatiua, & quæ differentia sit inter istas.*

1 L. In tacitis. ¶Tunc † in fraudem videtur quis fidem assumere, quando non publicè, sed secretè de restituēdo promittit. h. d. ¶In glo. 1. ibi [cui scis] &c. aliàs si expresse, & euidenter nominaret personam, cui: tūc non applicaretur fisco. l. 3. §. si quis palam. ỹ. de iure fisci. Idem si coram duobus multùm domesticis, vel notario secreto, arg. optimum in l. 1. & 2. C. de his, quæ ex pub. actionibus. lib. 10. secūdū Ang.
2 ¶Nota, quòd † relicta possunt transire in contractu fiendo ab hærede, non à testatore, nisi fiat in fraudem, vt hic, & de lega. 3. l. cum quis. in prin. & s̄. de hæred. insti. l. quidā
3 cum filium. ¶Itē per hanc. l. limitantur † omnia iura, quæ dicunt, quòd accommodans tacitè fidem de restituendo non capaci, intelligātur fidem obligatoriam: secus si pollicitatoriam, vel denunciatiuam, quod est no. Et inter ista est differentia euidens, vt. s̄. de ædili. edic. l. sciendum. §. dictum. secūdùm Bal. Sed hoc de pollicitatoria, &c. videtur contra casum. l. in fraudem. in prin. ỹ. de iure fisci, nisi intelligas ibi de nuda. f. à chirographo.

Ex l. Ab omnibus.

SVMMAE.

1 *Si testator vnum hæredem exemit ab onere, cæteri ad onus integrum tenebuntur.*
2 *Non minuitur legatum certæ quantitatis, licèt à præstatione vnus ex hæredibus eximatur.*
3 *Licèt persona eximatur ab obligatione: non minuitur tamen obligatio.*
4 *Statuto si caueatur, quod villa teneatur emendare damnum, & vnus rusticus sit exemptus per priuilegium, reliqui tenētur ad totum damnum, & hoc in onere vniuersorum, secus singulorum.*

1 L. Ab omnibus. ¶Si † testator vnū hæredē exemit ab onere, cæteri ad onus integrum tenebuntur. h. d. ¶Vel sic.
2 Non minuitur † legatum certæ quantitatis, licèt à præstatione vnus ex hæredibus eximatur. hoc dicit. ¶Vel sic.
3 Licèt † persona eximatur ab obligatione, non minuitur obligatio. hoc dicit secundùm Bald. Et est argu. si sta-
4 tutum † dicit, quòd villa teneatur emendare damna, & vnus rusticus sit exemptus per priuilegium, reliqui tenentur ad totum damnum, & sic onus vniuersitatis non minuit, secūdū Iac. de Are. De hoc vide gl. in l. vacantis. C. de decurio. lib. 10. & ibi no. Hoc est verū in onere vniuersorum: secus videtur in onere singulorum, quod ab initio est inter singulos diuisum, iuxta no. C. ad l. Fal. in Authen. similiter. Nō obstat istud principium; quia hic onus non erat diuisum efficaciter ab ipso principio, sed pendebat in tempus mortis testatoris, secundùm Bal.

Ex §. In testamento.

SVMMAE.

1 *Legatario mortuo ante existentiam conditionis possibilis, legatum extinguitur, secus in conditione impossibili.*
2 *Conditio impossibilis licèt reijciatur, quando testator sciebat eam impossibilem; tamen quando credebat possibilem, vel impossibilem, non reijcitur.*

1 §. In testamento. ¶Legatario mortuo, ante existentiam conditionis possibilis, legatum extinguitur: secus in conditione impossibili. h. d. ¶In tex. ibi [non cessit] quia non extitit conditio, viuente legatario, secūdùm Dynam conditio fuit expressa, ideo, &c. vt. C. de cadu. tol. l. 1. §. sin autem sub conditione. secus si tacita, vt. ỹ. de condi. & demon. l. conditiones. & s̄. eo. l. 3. secundùm Pe. & Bald.
2 ¶In glo. hoc est græcum. in fine. Nec obstat, quòd † conditio impossibilis tunc reijciatur, quādo testator sciebat eā impossibilem: secus si credidit possibilē. l. seruo. s̄. de condi. indeb. (quæ singularis est secundùm Ang.) quia ibi putabat omnino possibilem: sed hic non credebat possibilem, vel impossibilem; quia non erat certus, vtrùm tabulæ extarent, secundùm Bar.

§. Etiam. ¶In glo. dic, vt ibi, & meliùs. s̄. eo. in l. id, quod.

Ex §. Si Titio.

SVMMAE.

1 *Persona specialiter designata computatur in numero generali, tam in petendo, quam in præstando, & vbi mutuæ petitiones sunt per omnia pares, nihil hinc inde debetur.*
2 *Si est relictum vni hæredum ab hæredibus, sua portione detracta, debetur: si verò ab vno hæredum hæredibus, sua portione detracta, debetur: si autē ab hæredibus illis, inutile est legatū.*
3 *Si villa tenetur emendare damnum, qui non ceperit malefactorem, qui passus est, debet contribuere cum alijs.*
4 *Vniuersitas vbi consueuit annuatim soluere domino mille, & dominus*

Dominus eximat aliquem à muneribus illius vniuersitatis, pars, quæ contingeret istum, si priuilegium non haberet, debebit detrahi de ista summa.
5 *Si ciuitas imponat collectam pro soluendo alicui creditori suo ciui, ille etiam ciuis contribuet.*
6 *Si condemnatio illius, qui non venit ad consilium, debet inter eos diuidi, ille, qui est condemnatus, habebit partem.*
7 *Canonicus si det aliquid canonicis pro introitu, an debeat partem habere.*
8 *Si plures habent potestatem eligendi prælatum, possunt eligere de se ipsis.*
9 *si duo sint instituti æqualiter in testamento, adiecta clausula, quòd valeat iure codicillorum, inuicem non potest vnus ab alio petere.*

§. si Titio. ¶Diuide, & summa, vt in glo. penul. in vers. sic ergo. ¶ Vel sic. Persona
1 specialiter † designata computatur in numero generali tã in petendo, quàm in præstando. Et vbi mutuæ petitiones sunt per omnia pares, nihil hinc inde debetur. h.d. secundùm Bal. ¶ Vel sic. Si est relictum † vni hæredum ab hæredibus, sua portione detracta, debetur: si verò ab vno hærede dum hæredibus, sua portione detracta, debetur: si autem ab hæredibus hæredibus, inutile est relictum. h.d. secundũ illam glo. penul. in effectu secundùm Bal. Et sic sunt tres
3 partes. ¶ Facit iste. §. ad quæstionem, quòd si † villa tenetur emendare damnum, si non ceperit malefactorẽ, certè qui passus est damnum, debet cõtribuere cum alijs, secũ-
4 dùm Dy. ¶ Item facit, si vniuersitas † consueuit annuatim soluere domino mille, & dominus eximat aliquem à muneribus illius vniuersitatis, pars, quæ contingeret istum, si priuilegium non haberet, debebit detrahi de ista summa. vt no. Io. And. de immuni. ecclesiarũ. in c. 2. in nouella. & in Spec. de censi. §. nunc videndum. vers. quid si vniuersitas.
5 ¶ Item facit, si ciuitas † imponat collectam pro soluendo alicui creditori suo ciui, quòd etiam ille ciuis contribuet.
6 ¶ Item, quòd si condemnatio † illius, qui non venit ad cõsilium, debet diuidi inter eos, ille, qui est condemnatus, ha
7 bebit partem. ¶ Item si canonicus † debet aliquid dare canonicis pro introitu, debet in numero computari, & retinere, sicut vnus canonicus, secundùm Dy. Hoc non puto verum; quia in ordine temporis ista præstatio, quę fit canonicis, præcedit canonicatum istius pręstantis; vnde non potest se computare in numero tanquam canonicum, secun-
8 dùm Bal. ¶ Item facit, si plures † habent potestatem eligẽdi prælatum, possunt eligere de se ipsis, de quo in l. planè. ff. quod cuiusque vniuer. ¶ Itẽ facit hic in fine, quòd si duo
9 † sint instituti æqualiter in testamento, & adiecta clausula, quòd valeat iure codicillorum, quòd inuicem non possit vnus ab alio aliquid petere: quia tantum deberet vnus dare, quantum recipere, secundùm Bar. ¶ In glo. scilicet de 10. &c. alij dicunt, deducta sua parte.

Ex §. Cum quidam.

SVMMAE.

1 *Conditio adiecta in institutione, non videtur repetita in legato eidem ab alio gradu relicto.*
2 *Conditio tacita, vel expressa, quæ tacitè inerat, non impedit transmissionem.*
3 *Legatum relictum in defectum institutionis, transmittitur, si cõditio instituti deficit in vltimo spiritu instituti.*
4 *Conditio existens in vltimo momento vitæ legatarij, transmittit legatum.*
5 *Intell. l. filio. ff. de leg. 1.*
6 *Conditio adiecta in institutione, videtur repetita in legato, quãdo ab eodem gradu relinquitur: secus diuersò, vel ab vno tantùm.*

1 §. Cum quidam. ¶ Cõditio † adiecta in institutione, non videtur repetita in legato eidem ab alio gradu
2 relicto. h.d. ¶ Vel sic. Conditio † tacita, vel expressa, quæ tacitè inerat, non impedit transmissionem. h.d. secundùm
3 Bar. ¶ Vel sic. Legatum † relictum in defectum institutionis, transmittitur, si conditio instituti deficit in vltimo spiri
4 tu instituti. h. d. sm̃ Bal. Et sic nota, quòd sufficit † ad trãsmissionem, quòd conditio extiterit in vltimo momento
5 vitæ legatarij, secundùm Bal. ¶ Non obstat. s̃. eo. l. † filio. quia ibi pendebat ex volũtate hæredis; erat enim quis institutus purè, & si repudiaret, debeat habere legatum, vnde si decedit, hæreditate nõ agnita, neque repudiata, apparet, quòd dies legati non cessit, eo viuo, sed demum post mortem; ideo non potest transmitti: hic autem fuit legatũ, si hæres non erit. In puncto ergo mortis apparet eum hæredem non esse, & sic cedit dies legati, & per consequens transmittitur, de quo per Bar. j. tit. 1. l. miles. §. fi. quod no. secundũ Ang. ¶ Nõ obstat. l. fi. in fine. j. de do. excep. & l.
6 auia. j. de cond. & demon. vbi cõditio adiecta † institutioni, videtur repetita in legato; quia illud est verum, quando ab eodem gradu institutorum relinquitur: hic autem non fuit relictum ab eodem gradu, imò ab instituto, secundùm Bar. quod est no.

1 §. si socero. ¶ Hæres † restituit fideicommissum deducto eo, quod sibi debetur. h.d. secundùm Bar.

1 L. Legatum. ¶ Qui † legat, quod alius sibi debet, videtur legare actiones. h.d. secundùm Bar.

1 L. si in testamento. ¶ Oratio imperfecta † perficitur ex præsumpta voluntate defuncti. h.d. secundùm Bart.

Ex l. si à pluribus.

SVMMAE.

1 *Legatarij possunt conuenire omnes hæredes pro hæreditaria portione, vel cohæredem, qui est factus exequutor testamenti.*
2 *Merus exequutor non tenetur satisdare: secus mixtus, & nume. 4. & 5.*
Tenetur tamen iuratoria cautione mixtus.
3 *Hæredes liberantur soluendo exequutori, & an possint conueniri, si satisdationem non exegerint, & nu. 5.*

1 L. Si à pluribus. ¶ Legatarij † possunt cõuenire omnes hæredes pro hæreditaria portione, vel cohęredem, qui est factus exequutor testamenti. h. d. ¶ Vel sic. Legatarij possunt conuenire hæredem, vel mixtum exequutorẽ, qui tenetur de exequendo, & de hæredum indemnitate cauere. h.d. secũdùm Bal. ¶ In tex. ibi [iubeatur] tanquam simplex exequutor. ¶ In tex. ibi [vnus ex his] per hoc patet, quòd vnum fuit legatum, licèt glo. dicat contrarium scilicet duplici modo relictum, scilicet ab omnibus, & ab vno facit.

facit.s̃.eo.l.tibi homo.§.si testamento.secũdùm Bal. ¶In tex.ibi [à singulis] pro hæreditaria portione contra singulos veniendo,secundùm Iac. de Are. ¶In tex. ibi [debere.]scilicet si percipit à cohæredibus.¶In tex.ibi[cauere]
2 imò nõ,ex quo† eius fides ẽ approbata à defuncto.l.Diu° j.si cui plusquam per l.Falci. sed ibi in mero exequutore: hic in mixto,qui tenet satisdare,arg. j.vt lega.no.cauea. l.1.& s̃.qui satisda.cog.l.inter omnes.secundùm Dyn. & Bal.¶Nota,quòd legatarij, &c.vt in summario.¶Secun-
3 dò † nota , quòd hæredes non liberant soluẽdo exequutori,imò adhuc possũt cõueniri. ¶Tetiò nota,ꝙ exequutor
4 †dẽt his cauere de indemnitate.¶Item nota, quòd hære-
5 des † soluendo exequutori sunt liberati,facit.j.de annuis legatis.l.liberto.§.Largi°.sed ibi ĩ mero, hic in mixto; nã à mero exequutore hæredes nõ possunt exigere satisdationem:sed à mixto sic:& ideo conueniuntur; quia si non exegerunt satisdationem,sunt in dolo præsumpto,vt. j. ad l. Falc. l. dolo. si exegerunt,habent actionem, & ideo nõ videtur eis abesse;meritò ergo conueniuntur , ac si non soluissent,& iste est verus intellectus,secũdũ Bal.An saltẽ cauere debeat iuratoria cautione,arg.quòd sic.s̃.de iudi. l. 2.§.si.sed si dubitetur,so.vt notatur.in d.l.Diuus.

Ex §.Si quis seruum.

SVMMAE.

1 *Seruo legato potest legari, cum morietur, & acquiretur legatario.*

2 *Id,quod legatur,cum morietur, videtur legari in vita, quia viuens moritur,mortuus non.*

1 §. si quis seruum. ¶Seruo,† legato potest legari, cum morietur,& acquiretur legatario.h.d.Et sic nota, ꝙ
2 id,† quod legatur,cũ morietur,videtur legari in vita;quia viuens moritur,mortuus non.l.qui duos. j.de ma.test.secundùm Bald.

Ex l.si seruus.

SVMMAE.

1 *Seruum,qui fugit post testamentum,& ante mortem testantis, debet hæres persequi sumptibus legatarij.*

2 *Legatarius an debeat dare equũ hæredi pro inquirendo seruo fugitiuo,debet persona hæredis considerari.*

1 L. Si seruus. ¶ Seruũ,† qui fugit post testamentum, & ante mortem testantis , debet hæres persequi sumptibus legatarij. hoc dicit. ¶In glo.3.ibi [inquisitionis labor.]arg.s̃.eod.
2 l.cum seruus.& an legatarius† debeat hæredi dare equum pro inquirendo seruo,dic considerandam personam hæredis, arg. l. idemq;. §. idem Labeo. ff. mandati. secundũ Bar. facit optimè de oper.liber. l. operæ enim. vbi litera loquitur de vecturis,secundùm Ang.

Ex §.Si id,quod.

SVMMAE.

1 *Duæ causæ lucratiuæ,quæ habuerũt locum,& originẽ in persona diuersorum, possunt in eadem re concurrere,licèt reducãtur ad vnam personam.*

Et hoc procedit,si ab initio erat vtraque causa rei persequutoria:secus si partis.

1 §. si id,quod. ¶Duæ† causæ lucratiuæ, quæ habuerunt locum, & originem in persona diuersorum,possunt in eadem re concurrere.h.d.licèt reducãtur ad vnam personam.h.d.secundũ Pet.& Bal. Hoc est verũ,si vtraque causa erat ab initio solidi persequutoria:secus si partis; quia tunc vnica solidi perceptio liberat debitorẽ,vt.s̃.eo.l.si mihi , & tibi. & ibi dixi.¶In tex. ibi [donauerit. Et sic ex ista donatione factum est meum,vt.j.de acquir.re.domi.l.etiam inuiti.secundùm Dy.¶In tex.ibi [quoniam nec solutione inuito] &c.nisi esset debitum ex contractu serui; quia tunc potest ei solui,vt.s̃.de pactis.l.si vnus.in princip. & s̃. depositi.l. quod seruus.secundũ Dy.¶In glo.prima ibi [sit versum] sed hoc procederet,quando soluisset per modum solutionis debiti seruo meo : sed hic non soluit ei animo se liberandi ex testamẽto:sed ex causa donationis tradidit;ideo dic,quòd, hic duæ causæ lucratiuæ trahunt originẽ ex persona diuersorum,quo casu possunt cõcurrere.s̃.eo.l. quid ergo.§.1.& sic secus si ex persona eiusdem , vt ibi. & hoc tenet Pet in l.qui pupillæ.C.de nego.gest.secundùm Bar.

Ex §.Cum homo.

SVMMAE.

1 *In legato generali incerto de certis,electio est legatarij.*

2 *Electionem actionis habens ,rei quoque electionẽ habere dicitur.*

1 §. Cum homo. ¶ In legato † generali,quando est incer-
2 tus de certis,legatarij est electio. h. d. Et qui habet † electionem actionis,habet electionem rei , quod not. secundùm Bart.

Ex §.Huiusmodi.

SVMMAE.

1 *Legatum potest relinqui vni ex duobus , qui primò conditionẽ impleuerit.*

2 *Certificatio superueniens idem operatur , quod certitudo ab initio .*

3 *Incertitudo actum non vitiat,quando venit certificanda ex implemento conditionis.*

1 §. Huiusmodi. ¶ Legatum † potest relinqui vni ex duobus,qui primò cõditionem impleuerit.h.d.¶ Vel sic.Cer-
2 tificatio † superueniens idem operatur , quod certitudo ab initio,quod dic,vt per Cin.in l.id,quod pauperibus.in 5.oppo.C.de episcopis,& cle.secũdùm Bal. Nec vitiatur hic ratione incertitudinis,arg.s̃.eo.l.si domus.in princip.
3 quia hic incertitudo† venit certificanda ex implemẽto cõditionis.¶In tex. ibi [existimauit] vt.s̃.de cond.institu.l. vter ex fratribus.secundùm Bal.

Ex §.Stichum.

SVMMAE.

1 *Duæ causæ lucratiuæ nõ possunt concurrere circa idem,nisi ex altera*

altera aliquid absit ex ipsa re, vel occasione, & quando sumũt originem ex diuersitate personarum penes creditores, non debitores.

2 *Hæreditas quando non est soluendo, hæres æquiparatur emptori hæreditatis.*

1 §. Stichum. ¶Duæ † causæ lucratiuæ nõ possunt cõcurrere circa idẽ, ni si ex altera aliquid absit ex ipsa re, vel eius occasione. h. d. & pone exemplũ, vt erat hic, ꝓpria, & hæreditaria. Nec obstat, quòd imò concurrant; quia sumunt originem in personis diuersorum; quia diuersitas attenditur penes creditores, non penes debitores, vt. s̃. ea. l. §. 1. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [inutile] subaudi si primò consequor rem ex stipulatione ex causa lucratiua facta, secundùm Iacob. de Are. ¶In tex. ibi [absit] verè, vel interpretatiuè. ¶In tex. ibi [habiturus] scilicet cum effectu ex secũdo legato, se-
2 cundùm Dy. ¶Nota hic in fine, quòd vbi † hæreditas nõ est soluendo, hæres æquiparatur emptori hæreditatis, facit. s̃. manda. l. hæreditatem. & j̃. de cond. & demõ. l. sed si hæc. §. 1. secundùm Bal.

Ex §. Si ita scriptum.

SVMMAE.

1 *Amplius, dictio quando facit comparationem actus, ad actum nõ inducit repetitionem, si reperiat, quod repetat.*

2 *Implicationem tantùm facit verbum, amplius, non repetitionem inducit, vbi de alterius legatarij præiudicio agitur, secus si de præiudicio hæredis.*

3 *Verbum, amplius, solùm implicat, sed adiecta pronomini; hoc, vel relatiuo substantiæ, inducit repetitionem, & si non inuenit, quod repetat, stat in forma simplicis positiui, ratio.*

4 *Aduerbia, amplius, eò amplius, & similia iuncta verbo referũtur ad ipsum verbum, & implicãt, sed iuncta pronomini, hoc, vel relatiuo, quis, repetunt, quia fit rei ad rem comparatio.*

5 *Hoc, dictio est demonstratiua eiusdem rei.*

6 *Si testator dicat, lego tibi decem, amplius Titio fundum, decem, & fundum Titio videtur legare.*

Idem si adiungatur relatiuo substantiæ, vt si dicat lego tibi decem, ampliùs quam tibi, lego Titio fundum: vel vxori meæ amplius, quàm dotem, lego centum. nu. 7.

Idem si dicat, eò amplius, quia fit rei ad rem comparatio.

8 *Insuper, dictio tam in dispositione legis, quàm hominis est semper implicatiua.*

9 *Statutum disponens, qualiter puniatur Potestas condemnans reum plus quàm debuerit, iudicem, qui condemnat eum, qui absolui debeat, comprehendit.*

1 §. Si ita scriptum ¶Dictio, † amplius, quando facit comparationem actus ad actum, non inducit repetitionem, si reperitur, quod repetat. h. d. cum seq. secundùm
2 Bar. ¶Vel sic. [Verbũ, amplius, solam † implicationem facit, non repetitionem inducit, vbi de alterius legatarij præiudicio agitur. h. d. secundùm Pet. secus si de præiudicio hæredis. Ita loquitur. l. qui ita. j̃. de dote præle. secundùm eum. hoc simpliciter tenet hic Bal. super glo. ad contrarium. j̃. eo. in l. qui ita. idẽ etiam tenet Angel. ¶Vel sic
3 summatur secundùm intellectum gl. Verbum, † amplius, solam implicationem inducit: sed si iungitur cum pronomine demonstratiuo, hoc, vel cum relatiuo substantiæ inducit etiam repetitionem: & si non inuenit quid repetat, stat in forma simplicis positiui. h. d. cum seq. secundùm Angel. & cessant contraria, Ratio horum est; quia dictio,
4 amplius, vel eò amplius, vel simile † est aduerbiũ; ideo refertur ad ipsum verbum, & inducit solam repetitionẽ verbi, lego. q. d. legaui, & iterum lego, sicut cucurri, & iterum curro: sed quando iungitur cum pronomine, hoc: tũc illud aduerbium est comparatiuum, & fit comparatio rei ad rẽ
5 priùs designatam, & hoc † ex natura ipsius dictionis, hoc, quæ est eiusdem rei demonstratiua. l. hoc articulo. s̃. de hæ
6 redi. insti. secundùm Bald. vnde si dico lego † tibi. 10. hoc amplius Titio seruũ, adhuc. 10. videor legare Titio, vt hic.
7 Idem † si iungatur relatiuo substantiæ, vt si dico, lego tibi. 10. amplius, quàm tibi, lego Titio fundũ: vel vxori meę vltra quàm dotem, vel amplius, quàm dotem, lego centũ vt. d. l. qui ita. secundũ Ang. Idem si dicat eò amplius; quia etiam fit cõparatio rei ad rem. l. lecta. s̃. si cer. petatur. se-
8 cundùm Bar. ¶In dictione, insuper, † an sit solùm implicatiua, vel etiam repetitiua tam in dispositione hominis, quàm legis, consultum fuit Florentiæ, quòd sit solùm implicatiua, non autem vllo modo repetitiua. Et hoc credo verum; quia istud aduerbium solùm implicat actum legandi. C. de hæreticis. l. quicunque. in fi. & l. nemini. C. de aduo. diuer. iud. & C. vbi de crimine agi oportet. Authen. qua in prouincia. & in corpore, vnde summitur. & l. cùm quidam. C. de admi. tuto. & l. penul. C. de cano. largi. titu. lib. 10. & l. 2. de priui. eorũ, qui in sacro. pala. mili. lib. 12. & in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. insuper. col. 7. ita Angel.
9 hic. ¶Vltimò vers. [si ei] allegatur, quòd statutum † disponens, qualiter puniatur Potestas condemnans reum criminis plus, quàm debuerit, quòd ex eodẽ statuto puniatur, si condemnauit eum, qui debebat absolui, facit. l. 1. §. hæc verba. j̃. si cui plus quàm per l. Falc. secundùm Bar.

Ex §. Si seruus alienus.

SVMMAE.

1 *Vtile legatum per inutilem libertatis dationem non vitiatur.*

1 §. si seruus alienus. ¶Vtile † legatum p inutilem libertatis dationem non vitiatur. h. d. Nota non valere dationẽ libertatis factam seruo alieno, nec directò, nec etiam iure fideicommissi, secundùm Bar.

Ex § Qui quinque.

SVMMAE.

1 *Defectus demonstrationis, per quam deficit substantia legati, perimit legatum.*

2 *Quando quantitas legatur, vt species, eatenus cedit in legato, quatenus reperitur morte testatoris.*

3 *Viro legante vxori frumẽtum, quod habet in domo, illud, quod tempore mortis reperitur, illi debetur.*

4 *Fructus vltimi anni succedunt in locum fructuum primi anni,*

5 *Si testator legat vxori vestes, quas habet, illæ, quæ reperiuntur tempore mortis, debentur.*

1 §. Qui quinque. ¶Defectus † demonstrationis, per quam deficit substantia legati, perimit legatum. h. d. ¶Vel
2 sic. Quando † quantitas legatur, vt species, eatenus cedit in legato, quatenus reperitur tempore mortis testatoris. h. d. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [in archa] sub eadẽ conditione verborum, & sic non obstat. s̃. eo. l. quidam testamento.

mento.in princ.¶Nota versi.[quòd si mortis.]nã facit se-
3 cundùm Iac.de Are.quòd si vir † legauit vxori suæ frumẽtum,quod habet in domo, & superuiuens illud consumpsit,& aliud reposuit,quòd illud, quod reperitur tempore mortis,debeatur,facit secundùm Oldra.ꝟ. de liber. lega.l.fi.facit etiam.ꝟ. titu.1.l.Lutius.in prin.& l.fi.ꝟ.de cõdi.& demo.& quod not.gl.s̃.sol.mat.ĩ l.fructus.†vbi dicit,
4 quòd fructus vltimi anni succedunt in locum fructuũ primi,dixit Bar.in l.si ita .s̃.de auro, & argen.legat. facit etiã de pign.l.cum tabernam.& s̃.eo.l.Stichum,qui meus erit. & l.serui electione.§.fi. ¶Itẽ facit, quòd si testator legat vxori vestes, quas habet, quòd intelligitur de vestibus, quas habet tempore mortis testatoris,ad idem. s̃. de test. tutel.l.pe.vbi, verbum,viuit, quod est præsentis temporis non trahitur ad tempus testamenti, sed mortis, & hoc ex voluntate interpretata, non ex vi verborum, secundùm Bald.

1 §. Si seruus. ¶Post † moram hæredis res legata est eius periculo. Hoc dicit.

Ex §. Cum quid.

SVMMAE.

1 *In legatis,& fideicommissis culpa venit ad similitudinem contractus.*

2 *Exequutor mixtus,cui aliquod commodum remanet,facta exequutione,tenetur de leui culpa:secus si aliquod commodum nõ sentiat:secus merus, quia tantũ assimilatur procuratori constituto in vltima voluntate,qui tenetur de leuissima,sicut procurator,& an sit verum.*

1 §. Cum quid. ¶In † legatis,& fideicõmissis culpa venit ad similitudinem contractus.h.d.¶In tex.ibi [duntaxat] & latam culpam.l.quod Nerua.ff.deposi.¶In tex. ibi [culpã]
2 scilicet leuem. ¶ Et sic mixtus † exequutor, cui aliquod commodum remanet,facta exequutione, tenetur de leui culpa,vt hic:si mixtus,cui nullũ cõmodum remanet, vt legatarius de restituendo grauatus,iste non tenet̃ de leui,vt hic in primo respon.Si est nudus,idest non habens titulũ, nec cõmodum, iste assimilatur procuratori constituto in vltima voluntate.l.si verò non remunerandi.§.fi. ff. man. & ideo tenetur etiam de leuissima, sicut procurator. l. à procuratore.s̃.de procur.secundùm Pet. & Cin. Sed certè satis videtur inconueniens, quòd magis sit astrictus merus exequutor, quàm mixtus, cum lex eum dicat minùs astringi,vt dixi.s̃.eo.in l.si à pluribus.secundùm Bal. hic.

Ex §. Qui Margaritam.

SVMMAE.

1 *Licèt verba legati referantur ad debitorem,nihilominus actio competit contra hæredem,cui onus videtur impositum.*

2 *Vnus grauatur aliquando, alius conuenitur, & impersonale grauamen videtur dirigi in hæredem.*

3 *Impersonalitas non vitiat legatum;quia præsumitur grauatus hæres.*

4 *Si testator dicat,acceptis centum, da librum Titio, intelligitur acceptis ab hærede,non à Titio.*

5 *Fideicommissum impersonaliter iniunctum,intelligitur iniũctũ hæredi,non legatario,vel alteri commodum capienti.*

6 *Si lego decem post mortem Titij,non exprimendo cui,videor legare hæredi Titij.*

7 *Verba prolata per ablatiuum disponunt.*

1 §. qui Margaritam. ¶ Licèt † verba legati referantur ad debitorem, nihilominus actio competit contra hæredem, cui onus videtur impositum.
2 h.d.¶Vel sic.Interdum † vnus grauatur,& alius conuenitur.Item impersonale grauamen videtur dirigi in hæredẽ. h.d. & istũ secũdum intellectum nota secundùm Bal.hic.
3 ¶Nota,quòd † impersonalitas non vitiat relictum;quia præsumitur grauatus hæres. Et ideo si testator dicit Ter-
4 tio,acceptis † centum, da librum Titio,intelligitur acceptis ab hærede,non à Titio.quod est nota dignum. fidei-
5 commissum † ergo impersonaliter iniunctum intelligitur iniunctum hæredi,non legatario,vel alteri commodum ca-
6 pienti, quod est not. secundùm Bal. Et ideo si lego † 10. post mortẽ Titij,non exprimendo cui,valet legatum; quia videtur legatum hæredi Titij,vt hic, & sic impersonalitas non vitiat.Ita dicit Bal.per istum tex.in l.1.C.vt act.ab hæred.vide etiam eum in Authen. si quãdo.C.de const. pec.
7 Nota,† quòd verba prolata per ablatiuum,disponunt,vt.ꝟ.de le.3.l.fideicommissa.§. cum esset.

Ex §. Auidius.

SVMMAE.

1 *Hæres potest de mutuando grauari.*

2 *Legatum valet, quo hæres iubetur vsuris leuioribus mutuare.*

3 *Species vsuræ est mutuare scholaribus,vt intrent secum.*

1 §. Auidius. ¶Hæres † potest de mutuando grauari.h.d. ¶Vel sic. Va-
2 let legatũ,†quo hęres iubet̃ vsuris leuioribus mutuare.h.d.Sed quod erit commodum,cum statim repetere possit, Respo.vt no.de verb.oblig.in l.si pœnæ.secundùm Bal.Et
3 per istum.§.dicunt Cin.quòd species vsuræ † est mutuare Scholaribus,vt intrent secum,secundùm Bal.

Ex l. si quando.

SVMMAE.

1 *Verba sic debent intelligi,vt aliquid operentur. Idem in contractibus,stipulationibus,& statutis.*

2 *Si iudex dicat, confirmo, si de iure valet,vel admitto,in quãtũ de iure debeo,nil releuat hoc dictum.*

3 *Decretum interpositum à iudice super alienatione minoris hoc pacto,si de iure processit,an valeat.remissiuè.*

4 *Si testator legat,quæ donauit,quod capiat iure legati,videtur à donatione recedere:si verò dicat, confirmo quæ legaui: tunc donatio videtur facta in eo,quod est intra legitimam summã, quod est supra,habebit iure fideicõmissi,& sic mulier partim iure donationis,partim fideicommissi capiet.*

5 *Vbi fit mentio de iure, non includitur nisi actus validus.*

6 *Verba interdum referuntur ad facta,interdum ad ius,interdum est dubium.*

7 *Princeps confirmando donationem,intelligitur de validis.*

8 *Legatum,& donatio sunt opposita,& sic eorum effectus.*

1 L. si quando. ¶Verba† sic debent intelligi, vt aliquid possint operari.h.d.Et idem in stipulationibus,cõtractibus,& statutis,

2 tutis,secundùm Cin.Facit, quòd si dicat † iudex, confirmo,si de iure valet,vel admitto, inquãtum de iure debeo, quòd nil releuet,facit quod dixit Bartol.in l.iudex. de re iudi.tangit etiam idem Bartol.sed non firmat in l.& si cõditionalis.supra de auc.tut.& vide gloss. extra de off.delega.in cap.cum contingat. quæ videtur contra,& vide Bal.
3 in l.prima.C.qui admit.ad bo.poss. poss. Quid † si iudex interponat decretum super alienatione minoris hac forma,si de iure processit,dic vt no.Barto. in l.cum propter. ÿ.de lega.præstan.secundùm Ang. ¶In tex.ibi [valituræ non sunt.] Sed an mulier habeat istas res iure legati, vel donationis,quæ morte confirmatur,tangit gl. C.de dona. inter virum,& vxorem.in l.ex verbis. Sed dic latiùs,& cla
4 riùs,quòd si testator † legat,quæ donauit, & capit iure legati,vt hic, & videtur à donatione recedere. l.illud.supra de acquiren. hæredit. Si dicit confirmo, quæ donaui, vel vxor mea habeat, quæ donaui; tunc in eo, quod fuisset confirmata per mortẽ,valet vt donatio: sed in eo, in quo non fuisset confirmata,vt quia excedebat legitimam summam: tunc valet, vt fideicommissum, vtrunque probatur.C.de dona.inter virum,& vxorem. in l. donationes.in fine.& d.l.ex verbis.secundùm Bart. Tu vide quod scripsi
5 in l.quæ pater.s̃.familiæ erciscundæ.Nota hic,†quòd vbi fit mentio de iure,non includitur,nisi actus validus,& facit de seruis expor.l.seruus ea.& quod not.in l.vbi pactũ. & ÿ.ad Treb.in l.Lutius.§.tres hæredes. ¶Itẽ nota,quòd
6 † verba interdum referuntur ad factum,interdum ad ius, interdum est dubium, & in isto casu fit interpretatio talis,quæ facit actum valere, & ideo donando videtur se referre ad inutile,quod not.secus ergo esset in confirmatione, quando confirmatio requirit primum actum valere,
7 vnde si Princeps † confirmat donationem,intelligitur sentire de validis; nam super inualidis nil operatur confir-
8 matio facta de iure communi, vnde quia † confirmatio, & legatum sunt opposita, verè oppositus est eorum effectus per rationem huius.l.quæ dicit, quòd non debemus interpretari, quòd actus valeat, & adde quod not. C.de inofficio.testamen.in l. si quando.per glo. & Cin. secundùm Bald. hic.

Ex §.Hæres, cuius.

SVMMAE.

1 *Facultas soluendi aliud pro alio, transit ad singularem successorem.*
2 *Emptor debet esse eiusdem conditionis, cuius est venditor ante venditionem.*
3 *Eo iure iure, quo rem venditam venditor aduersus auocantẽ rem,poterat se defendere, eodem iure potest emptor.*
4 *Sententia,& libellus debent esse alternatiui,quando legatum, vel debitum est alternatiuum.*
5 *In legato alternatiuo; quia non transit dominium ante electionem, non potest agi rei vendicatione.*
6 *Licèt,quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione ex dispositione hominis,per contestatione perimatur facultas soluendi: tamen non est verum in solutione ex dispositione legis, & tunc non præcluditur via, donec agatur iudicati. & nu.seq.*
Item quando adest fauore hæredis,secus in eius pœnam. nu.se.
7 *Voluntas testantis est lex.*
8 *Legatis vxori centũ corbibus frumenti à testatore, et si hæres non det,legata sint centum, mulier post moram debet habere tantùm centum,nec æstimatio frumenti potest crescere.*
9 *Statutum,quo cauetur,quòd committens tale maleficium, condemnetur, & si non soluat, amputetur pes, est criminalis ratione transfusionis: secus si loco pœnæ imponeret pœnam pecuniariam. & nu.seq.*
10 *Procurator non interuenit in causa criminali mera, nec in ea, quæ ratione transfusionis fit criminalis.*
11 *Transactio facta ex lege propter legem,cõtinet pœnam certã: sed vbi ex lege propter moram,dubium euentum,& sic quod euenire potest consideramus.*
12 *In arbitrarijs actionibus feruntur duæ sententiæ, secus in bonæ fidei.*
13 *Actio ex testamento habet instar bonæ fidei.*

1 §.Hæres, cuius ¶Facultas† soluendi aliud ꝓ alio trãsit ad singularẽ successorẽ.h.d.notabiliter.sm̃ Bar. ¶Vel sic. Em-
2 ptor † debet esse eiusdẽ conditionis,cuius est vẽditor añ
3 vẽditionẽ.h.d.sm̃ Bal.& Dy.¶Vel sic. Eo†iure, quo rem venditam venditor aduersus auocantem rem, poterat se defendere,eodem iure põt emptor.h.d. secũdùm Ang.Pone ergo casum,ꝙ testator legauit fundum, & si nollet fundũ dare,daret cẽtũ,hæres vẽdidit fundũ Titio:quærit,vtrũ Titius possit mihi offerre cẽtũ; nã & hr̃s (si nõ alienasset) conuentus ad fundum,posset offerre centũ, & nõ põt iste fundus pluris,vel minoris existimari, q̃ cẽtũ; qa ita testator taxauit,sm̃ Bal.& iste ẽ verus intellectus sm̃ oẽs. ¶In gl. 1.ibi[plerũque]in fi.& sic vr̃ tenere,ꝙ hic legatũ fuerit
4 alternatiuũ.qđ non est verũ;quia tũc † & sñia, & libellus deberet esse alternatiuus.l.vbi aũt.§.q illud.ÿ.de ver.ob. & Instit.de act.§.curare.qđ hic nõ fuit, vt colligit ibi [inhibeat fundi ꝓsequutionẽ] ex quo patet,ꝙ hic agebat ad
5 fundũ.itẽ nõ poterat † agi rei vẽdicatiõe; qa in legato alternatiuo nõ trãsit dñiũ añ electionẽ.s̃.eo.l.huiusmodi.§. Stichũ.Dic ergo, ꝙ hic legatũ fuit successiuũ; qa dixit lego fundũ,& si dare noluerit, cẽtũ dato, sm̃ Dy. & Iaco.de Are.& Pet.& sic fundus solus erat in legato,pecunia in so
6 lutione,sm̃ Bar.Nec ob.tũc,ꝙ qñ†vnũ est in obligatione, aliud in solutione,ꝑ cõtestationẽ perimit facultas soluendi.l.si quis stipulatus fuerit.10.in melle. ff. de ver.obl.qa illud verũ est,qñ inest ex dispositione contrahẽtiũ:secus si ex lege;quia tunc non præcluditur via soluendi, donec agatur iudicati.l.itẽ veniũt.§.idẽ rectẽ.s̃. de peti.hære.sed hic vnũ est in obligatione, aliud in solutiõe ex dispositiõe
7 † testantis,quæ est lex,vt in Auth.de nup. §. disponat.Itẽ hic iõ;qa aliud erat in solutione fauore hr̃dis: secus si in eius pẽnã;nã tunc nõ duraret facultas soluẽdi aliud, nisi vsq; ad lit.cont.l.1.§.itẽ si ita.ÿ.ad l. Falc. & l.j. de penu. leg. & l. si penũ.ÿ. qñ dies leg.ced.sm̃ Bar. ¶Hæc faciũt,si
8 testator †legat vxori.10.corbes frumenti, & si hæres non det,legat ei cẽtũ,& mulier nõ vult cẽtũ, sed frumentũ, an possit.Et vr̃ esse in electione mulieris, quia hic verba sunt apposita in pœnã hr̃dis,arg.ad hoc qđ not.s̃. de transact. l.qui fidẽ.Dy.tenet contrariũ, qa sola centũ post moram debent iure cuiusdã nouationis,& de hoc est casus in d.l. si penũ.sm̃ eundem Dyn.Item nec põt crescere æstimatio frumenti vltra centũ; qa sic vr̃ testator taxasse,arg.hic in
9 fi.sm̃ Bal.¶Itẽ facit ad statutũ†ꝙ cõmittens tale maleficiũ,condẽmnet,& si nõ soluerit,amputet ei pes, an cã dicetur pecuniaria,an criminalis, dic,ꝙ est criminalis rõne transfusionis,arg.d.l.si penum. quia à principio est pecuniaria,sed ex post facto subrogatur corporalis; & ideo in
10 †in hac causa non interuenit procurator, de hoc Dy.hic & ÿ.de publi.iudi.l.2. Sed si loco pœnæ corporalis de iure communi statutũ imponeret pecuniariã, illa causa non esset capitalis.l.cũ in fundo. §.si fundus.de iure do. & ibi per Cin.& per eum in l. transigere. C. de transac. Et sic

11 est differentia, vtrùm † transactio fiat ex lege propter legē, an ex lege propter morā; quia vbi fit ex lege ꝓpter legē, ibi est vna pœna, & certa: sed vbi ex lege ꝓpter morā, ibi propter dubium euētum consideramus, quicquid euenire potest. Non obst. l. prima. ff. de in lit. iura. quia illud venit extrinsecus, non ex originali natura petitoris, secundùm Bal. ¶In gl. 3. in fi. ibi [& si dicat, nolo] &cæt. hæc
12 vera; quia † demum in arbitrarijs feruntur duæ sententiæ, non in bonæ fidei, vt not. in l. prima. in princ. ff. de act. empti. sed actio ex testamento habet instar bonę fidei. ff. l. proxima. §. cum quid. & adde glo. in d. l. 1. ff. de act. empt.

Ex l. Generaliter hæres.

SVMMAE.

1 *Qui sciens seruum furere, soluit, tenetur de dolo ad damnū postea illatum, & ad ipsum seruum actione ex testamento, quasi non sit traditum.*
2 *Malè soluens non liberatur, & ratione doli tenetur.*

1 L. Generaliter hæres. ¶Qui † sciēs seruum fure re, soluit, tenetur de dolo ad damnum postea illatum, & ad ipsum seruum actione ex testamento, quasi non sit tra
2 ditum. h. d. ¶Vel sic. Malè † soluens nō liberatur, & ratione doli tenetur. h. d. secundùm Bald. ¶ In text. ibi [posse ait] ad interesse suum propter furtum factum. ¶ In text. ibi [hominem præstet] &c. & si excipiat, reddat quem dedi, iuxta. l. eleganter. §. qui reprobos. in fi. ff. de pigno. act. poterit dicere legatarius, nolo, nisi priùs vel damnum emendes, vel hunc pro noxa dimittas, & hoc est quod sequitur in tex. & ita voluntariè recipit legatarius pro noxa, non coactè, vt in glos. ¶In text. ibi [voluerit] per hoc verbum non est data sibi absoluta potestas contra naturam legati, nec obstat. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. titu. 2. quia ibi fuit prolatum in conditione: hic in conferenda electione, secundùm Bald. ¶In gloss. prima. in fine hæc vltima est falsa, per l. huiusmodi. §. ædes. ff. eod. & l. Mæuius. §. fundo. ff. titu. 1. Ideo tene primam secundùm Dy. Idem Doctores communiter, sed quælibet potest esse vera; quia si agatur ad damnum, agitur de dolo, vt hic in princ. l. sed si ad seruum: tunc ex testamento, vt hic in 2. respon. quia seruus traditus habetur pro non tradito, vt hic. Nec obstat. l. si seruus. allegata per gloss. quia ibi fuit contractum super ipso seruo pignorato, qui damnum dedit, meritò agitur ex eo contractu: hic fuit legatus seruus generaliter, vnde iste, qui traditur, cum sit malus, non videtur legatus. l. legato generaliter. ff. eodem. secundùm Barto. ¶In gloss. si voluerit. &c. opp. quòd hæres non liberetur dando pro noxa, ex quo sciuit furem, vt supra commo. l. si seruus. Responde, vt in glo. ¶In eadem glo. ibi [de verbo. obl. l. fi. §. fi.] Tu dic, ꝙ imò semper liberatur ipso iure, si soluatur creditori volenti aliud pro alio, arg. ff. de solut. l. solutam. secus si solueretur adiecto. d. l. fina. §. fina. Aliqui tamen dicunt, quòd hic fuit dolus, in quātum sciebat eum furem: sed respectu legatarij non fuit dolus; quia non fecit, vt furaretur legatario, sic in l. Fulcinius. §. quid sit latitare ff. ex quibus cau. in possess. eatur. hic ergo non habuit animum damnificandi accipientem, & ideo actio est noxalis, secundùm Petr. & Bal. ¶In fine gl. dic meliùs vt dixi super tex.

Ex l. Etiam.

SVMMAE.

1 *Onus pro parte recusatum, facit legatarium perdere totum legatum.*
2 *Qui declinat partem, totum declinare videtur.*
3 *Si Potestas recedit per vnum mensem, antequam redeat, nihil debet habere salarij totius temporis.*
4 *Legatario non licet scindere legatum.*
5 *Legatum vna contemplatione relictum, censetur indiuiduum, & sicut pro parte amitti non potest, ita quoque indignum se pro parte constituere.*

1 L. Etiam. ¶Onus † pro parte recusatum, facit legatarium perdere totum le-
2 gatum. h. d. ¶Vel sic. Qui † declinat partem, totum decli-
3 nare videtur. h. d. Et est arg. quòd † si potestas recedit per vnum mensem, antequam redeat, quòd nihil habeat de salario totius temporis, secundùm Bal. ¶In gl. j. ibi [l. si duo] so. hic ideo, quia videtur totum relictum contemplatione partis, à qua se excusauit, secundùm Dyn. Vel quia
4 legatario † non licet scindere legatum. l. legatarius. supra
5 eodem. secundùm Petr. Legatum † enim vna contemplatione relictum, censetur indiuiduum, vt ff. titu. j. l. neminē. qua ergo ratione non potest illud pro parte amittere, eadem non potest se indignum pro parte constituere, & hæc verior secundùm An. de Pi. & Bald.

Ex l. si quis inquilinos.

SVMMAE.

1 *Si legatur res, cuius commertium non habetur, propter ipsius qualitatem æstimatio debetur.*
2 *Testator præsumitur in dubio semper deberi æstimationem velle, quando legatum non tenet propter ipsius rei qualitatem.*

1 L. Si quis inquilinos. ¶Si legatur † res, cuius commertium non habetur, propter ipsius qualitatem æstimatio debetur. h. d. ¶In tex. ibi [legatum] &cæt. scilicet ad rem, sed non ad æstimationem, vt sequitur. ¶In glo. 3. circa finem. ibi [testatorem voluisse] &cæt. In
2 dubio præsumitur † testatorem voluisse, quando legatum non tenet propter ipsius rei qualitatem. ff. eodem. l. cætera. §. si duobus. & ff. eodem. l. filiusfamil. §. si quis. secundùm Saly. ¶In eadem gloss. ibi [vnde dic] &c. hæc falsa; nam, vt ibi patet, non debetur æstimatio; ideo dic, quòd ibi loquitur in re prorsus inalienabili; hic alienabili, licèt non per se, sed cum solo, & ita dicit hic Ci. & omnes, secundùm Bald.

Ex §. cum seruum.

SVMMAE.

1 *Qui alienat rem legatam, tenetur legatario ad æstimationem.*
2 *Rei legatæ dominium non statim transit.*

1 §. cum seruum. ¶Qui † alienat rē legatā, tenetur legatario ad
2 æstimationem. hoc dicit. Nota, ꝙ rei legatæ † dominium non

non statim transit, licèt gl. not. contrarium in l. secunda. C. communia de lega.

Ex §. Si ita legatum.

S V M M AE.

1 *Dictio, cum, posita inter personas, coniungit principaliter.*

1 §. Si ita legatum. ¶ Dictio, † cum, posita inter personas, cõiungit principaliter. h. d. fac. supra eod. l. Titiæ textores. §. penul. & quod ibi not.

Ex §. si quis scripserit.

S V M M AE.

1 *Legatum, & iuramentum contra bonos mores non tenet.*
2 *Illud, quod lex approbat, testator reprobare nõ põt, & iuramentum non firmat actum contra ius prohibitorium.*
3 *Iuramentum de non reuocando testamentum, non valet; quia est contra bonos mores, & sic non obligat ad periurium.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem non firmatur iuramẽto, quia interpretatur esse contra bonos mores.*
5 *Mores curantur à Cano. si digresio inducit peccatum. Legistæ verò si transgresio inducat peccatum, siue non, non curant, dummodo de iure ciuili arbitretur esse contra bonos mores.*
6 *Quando statutum reprobat actum, iuramentum nunquam dat robur actui.*

1 §. Si quis scripserit. ¶ Legatum, † & iuramentũ contra bonos mores non tenet. h. d. secundùm Bar. ¶ Vel sic.
2 Illud, † quod lex approbat, testator reprobare non potest, h. d. & iuramentum non firmat actum contra ius prohibitorium. h. d. cum sequen. secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [velu
3 ti] &c. hic nihil exemplificat. Nota, quòd † iuramentum de non reuocando testamentum, non valet; quia est contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. et sic non obligat ad periurium. vt c. non est obligatorium. de reg. iu. lib. 6. licèt Ioan. Andr. in quadam disputatione videatur dicere contrarium, secũdũ Bar. hic.
4 ¶ Item per istum tex. dicit Ci. quòd donatio † inter virũ, & vxorem non firmatur iuramento; quia interpretatur esse contra bonos mores, quicquid dicant Canonistæ. Di-
5 cit tamen, quòd Canonistæ † non curant de moribus, nisi pro vt digresio inducit peccatum, vt in c. 2. de pact. li. 6. sed Legistæ dicunt esse contra bonos mores, quicquid ius ciuile arbitratur esse contra bonos mores, siue transgressio inducat peccatum, siue non, vide Dyn. in d. c. non est obligatorium. ita Bald. hic. ¶ Item allegatur, quòd quan
6 do † statutum reprobat actum, iuramẽtum nunquam dat robur actui, de quo per Barto. in l. cum lex. ff. de fideiusso. & in l. si quis pro eo. eodem titu. & ff. de verb. oblig. in l. is, cui bonis. & ff. de tutel. in l. qui habet. per Iac. de Are. secundùm Bal. hic.

1 L. Seruo alieno. ¶ Alieno † seruo potest legari, donec seruiat. hoc dicit.

Ex §. Si quis.

S V M M AE.

1 *Alimenta possunt legare seruo proprio.*
2 *Si fratribus minoribus aliquid relinquatur ad alimenta, hæredes coguntur officio iudicis, vt illud soluant, licèt ipsi petere non posint.*

1 §. si quis. ¶ Alimenta † possunt legari seruo proprio. hoc dicit. ¶ In gloss. ibi [l.
2 penul. §. illo.] per hoc dicit Bart. quòd si fratribus † minoribus aliquid relinquatur ad alimenta, hæredes possunt cogi officio iudicis, vt illud soluant, licèt ipsi non posint agere. hoc videtur falsum; quia Clemen. sæpe. de ver. sign. dicit contrarium, secundùm Bal. hic.

Ex §. Si quis à primo.

S V M M AE.

1 *Legata relicta ab instituto, non debentur à vulgariter substituto, à quo eidem est legatum, nisi ex repetitione expressa: et relicta à pupillo, non debentur à pupillariter substituto, si cæperint deberi ab instituto.*
2 *Summæ dispartitæ non confunduntur ad inuicem, nec euellitur vna de corpore alterius.*
3 *Si duæ solutiones appareant, & ignoratur, quando sit solutum, præsumitur bis, nisi de vna solutione tantùm in instrumento dicatur.*

1 §. si quis à primo. ¶ Legata † relicta ab instituto, non debentur à vulgariter substituto, à quo eidem est legatum, nisi ex repetitione expressa: & relicta à pupillo, non debentur à pupillariter substituto, si cæperint deberi ab insti
2 tuto. hoc dicit. ¶ In text. ibi 30. & cæt. plures † ergo summæ dispartitę non confunduntur ad inuicem, nec euellitur vna de corpore alterius, ad idem facit infra de rebus dub. l. qui ducenta. §. pri. & est casus. C. de discuss. in l.
3 ne casu. vbi gloss. dicit, quòd † vbi apparent duæ solutiones, nec apparet, quando sit solutum, præsumitur, quòd bis, nisi in instrumento dicatur, quòd sit vna solutio, & nõ plures, secundùm Bal.

1 §. Si ab impubere. ¶ Non † intelligitur cõditio repetita, quæ haberet vitiare. hoc dicit secundùm Bartol. hic.

Ex §. Ineptas.

S V M M AE.

1 *Voluntas defuncti inepta seruanda non est.*
2 *Licèt quædam veniant in conditione, quæ non veniunt in dispositione: tamen quando fiunt in fraudem legis, & hominis, per vtranque fieri non possunt.*

1 §. Ineptas ¶ Volũtas † defuncti inepta nõ est seruãda. ¶ In gl. j. in fi. Sed cõditio
2 nẽ inseruit, nã q̃dã † veniunt in cõditione, quæ nõ veniũt in dispositione. l. si q̃s in testõ. s̃. de cõdi. insti. iuncta. l. vxorẽ. §. hæres. j̃. de lega. 3. Non obst. j̃. ad l. Falc. l. Sæius, & Augerius. vbi id, quod non potest fieri per modũ dispo-

 sitionis,

sitionis, non potest fieri per modum conditionis; quia ibi in fraudem legis, & hominis fiebat, secundùm Bal.

Ex l. Filiusfamilias.

SVMMAE.

1 *Filius miles à patre, libertus à patrono, & quilibet à fisco ei successuro, potest fideicommissum relinquere ab intestato.*

1 L. Filiusfamilias. ¶ Filius miles à patre, & libertus à patrono, & quilibet à fisco ei successuro, potest fideicommissum relinquere ab intestato. hoc dicit. vsque ad §. apud.

Ex §. Apud.

SVMMAE.

1 *Inquantum quis honoratur, in tantùm honoratur.*
2 *Fructuum occasione quod est præstandum, non debet præstari ante eorum perceptionem.*
Et sic petitio. ibid.
3 *Damnatus ad quantitatem respectu fructuum, liberatur tradendo fundum ad fructus percipiendos vsque ad concurrentem quantitatem.*
4 *Fructus percepti etiam iudicio testatoris censentur eodem iure cum ipsa re relicta à testatore.*

1 §. Apud ¶ Inquantum † quis honoratur, in tãtum grauatur. h. d. ¶ In tex. ibi [q̃d iuris sit] &c. id est an fideicommissum de centum sit vtile, nec ne, & si est vtile, q̃n præstari debeat. ¶ In text. ibi [sed vix] &c. hic Marcellus corrigitur secundùm glo. & Bal. q̃ dicit, quòd in primo dicto bene dixit, sed in isto secundo malè. Sed secundùm Bar. non corrigitur, ideo diuidit, vt primò thema, & quæstio vsque ibi [& ait.] Secundò respondet, quando certum est legatum de centum fore dilatum in tempus vsque ibi. [sed si Titij.] Tertiò, quando est certum, quòd testator voluit legatum pecuniariũ incontinenti persolui vsque ibi [sed vix.] Quartò quid in dubio, quando non constat de testatoris voluntate, vsque ibi [certè.] Quintò redit ad tertiũ, & circa illud determinat vnum dubium. Nota ibi [sed vix] quòd illud, quod
2 est præstandum occasione fructuum, non debet præstari ante perceptos fructus. Et sic est arg. ad pensionem soluendam in fine temporis. & facit. s. de vsuf. l. defuncta. in prin. secundùm Bald. ¶ Nota ibi [certè] quòd damnatus
3 ad quantitatem respectu fructuum, liberatur tradendo fundum ad fructus percipiendos vsque ad concurrentem quantitatem. ¶ In tex. ibi [si de restituendo] &c. s. legatario illum fundum, postquam Titius fideicommissarius ex fructibus fundi cẽtum (& sic fideicommissarius) suum fuerit consequutus, secundùm Dy. & Ray. Et facit, quòd fru-
4 ctus † percepti etiam iudicio testatoris censentur eodem iure cum ipsa re relicta à testatore, de quo in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. testa. secundùm Bal.

Ex §. si quid alicui.

SVMMAE.

1 *Legatum rei, cuius commertium est in communi (licèt non sit legatarij) valet, vt debeatur æstimatio.*
2 *Ad æstimationẽ deuenitur, vbi facti, non incapacitatis est impedimentum.*
3 *Testificantes debẽt deponere de communi æstimatione, non de proprio valore.*
4 *Fundus si relinquatur, non æstimatio in communi, qui secundũ formam statuti acquirere non potest, debetur ei æstimatio.*
5 *Si relinquatur ecclesiæ res emphyteotica alterius ecclesiæ, quæ tamen ex conuentione non poterat conferri in aliam ecclesiã, vel in alium pium locum, legatum valet, vt saltem debeatur æstimatio.*

1 §. si quid alicui ¶ Legatum † rei, cuius cõmertium est in communi (licèt non sit legatarij) valet, vt debeatur æstimatio.
2 h. d. ¶ Vel sic. Vbi est † impedimentum facti, & non est incapacitas, ibi deuenitur ad æstimationem. h. d secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [propter corporis] &c. & sic est vitiũ facti, non iuris, secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [solet compara-
3 ri.] Nota pro testificantibus † de valore rei, vt de communi æstimatione deponant, non de propria, quod not. ¶ In gloss. 2. ibi [l. legatum] meliùs in l. si quis inquilinos. in prin. & l. cætera. §. si duobus. s. eod. titu. ¶ In gloss. 3. ibi [quàm ad impossibilitatem.] De hac causa probabili ponit Iac. de Are. exemplum per l. 1. C. non licere habitato. Metropol. loca sua ad extraneos transferre. lib. 10. Et se-
4 cundũ hoc est hic casus, q̃ † si cui relinquatur fundũ, non æstimatio in communi, qui secundùm formam statuti nõ potest acquirere, q̃ ei debeatur æstimatio, secũdùm Bart.
5 ¶ Item q̃ † si relinquatur ecclesiæ res emphyteotica alterius ecclesiæ, quæ tamen ex conuentione non poterat cõferri in aliam ecclesiam, vel in aliũ pium locum, quòd legatum valeat, vt saltem debeatur æstimatio. quod tenet Guil. per istum tex. vide in Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versic. 97. & habui de facto.

Ex §. Vt quis hæredem.

SVMMAE.

1 *Verba directa trahuntur ad fideicommissum, si iure recto valere non possunt.*

1 §. Vt quis hæredem ¶ Verba † directa trahũtur ad fideicommissum, si iure directo valere nõ possunt. h. d. de hoc habetur in l. verbis ciuilibus. s. de vulg. & pup. ¶ In tex. ibi [non potest] quia aufert liberam testamenti factionem. ¶ In tex. ibi [patitur] &c. deducta Trebelliani ca, & fructibus eius, vt j. titu. primo. l. cum pater. §. Titio. secundùm Dy. & Ang.

Ex §. secundùm vulgarẽ.

SVMMAE.

1 *Non potest quis grauari, vt filium suum emancipet.*
Et an officio iudicis, si testator grauauit in vim modi, vel conditionis, non principaliter. ibid.

§. Secundùm vulgarem.

1 ¶ Non † potest quis grauari, vt filium suũ emãcipet. h. d. ¶ In gl. j. ibi [sed officio iudicis.] Ia. de Ra. dicit, q̃ nec officio iudicis, si testator disposuit de emãcipatiõe prĩcipaliter

ter eũ in hoc grauando: secus si in vim modi, vel conditionis, ad hoc facit.s.ea.l.§.apud. versic. quia placet. idem sentit Cin. sed non placet; quia inter modum, & fideicommissum non est differentia, arg. l.2.C.de his, quæ sub modo. ideo tene gl. secundùm Bal.

§. Aedes. ¶ Non possunt † legari ædes destruendæ.h.d. secundùm Bart.

1 §. Si fideicommissum ¶ Legatũ † seruo acquiritur ei libero facto tempore, quo dies legati cedit. hoc dicit.

Ex §. Diuus seuerus.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum vniuersale non potest restitui ante euentũ conditionis filio in potestate, siue sit vnus, siue plures: & ante diem non cogitur quis restituere, sed debet cauere, aliàs patitur missionem, & missio patris prodest filio.*

2 *Quando existentia conditionis potest mutare formam testatoris, etiam de partium voluntate non potest fieri restitutio ex Trebelliano: & si fideicommissario non satisdatur, vice satisdationis mittitur in possess. non tamen adiudicatur: & missus interim causa custodiæ percipit fructus per se, vel per alium.*

3 *Si testator iusit bona sua distribui pauperibus eligendis per commissarios in euentum alicuius conditionis, commissarius non potest præuenire in eligendo, et distribuendo de volũtate hæredis ante euentum conditionis.*

4 *Emphyteota non potest præuenire in soluendo abbati censum pro 30. vel 40. annis. ratio. ibi.*

5 *Debitor non potest præuenire tempus se exonerando soluẽdo.*

6 *Filij, sicut hæres, possunt suo fauori renunciare.*

7 *Licèt restitutio possit fieri ante tempus: non tamen ipse liberatur, nec transeunt actiones ex Trebelliano, sicut nec venditor ante tempus, & omnia, quæ ad hæreditatem pertinent, præter in tribus casibus. l.3. C. de nouat.*

8 *Restituens licèt ex Trebelliano effectu liberetur ab omnibus hæreditarijs actionibus, et inanes actiones apud eum directæ tam actiuæ, quàm passiuæ remanent: tamen si ante conditionem restituat, tenetur effectu hæreditarijs oneribus. ratio.*

9 *Missus cum primum quis est in possessionem, potest fructus percipere, & custodire.*

10 *Misso filio in possessionem, pater potest vice filij percipere fructus, & custodire.*

11 *Casus, in quo pater, & dominus acquirunt filio, & seruo.*

12 *Satisdare licèt quis non possit: non tamen committitur eius iuratoriæ cautioni, regulariter committitur.*

1 §. Diuus seuerus. ¶ Fideicommissum † vniuersale non potest restitui ante euentum conditionis filio in potestate, siue sit vnus, siue plures. Et ante diem non cogitur quis restituere: sed debet cauere, aliàs patitur missionẽ, & missio patris prodest filio.h.d. ¶ Vel sic. Quando existentia † conditionis potest mutare formam testatoris, ẽt
2 de partium voluntate non potest fieri restitutio ex Trebelliano.h.d. vsque ibi [idem Princeps.] Et si fideicommissario non satisdatur, vice satisdationis mittitur in possessionem: non tamen fit adiudicatio dominij: & missus interim causa custodiæ percipit fructus per se, vel aliũ. h.d. cũ seq. ver. [idem princeps] secundùm Bal. ¶ Vel sic. Vniuersale fideicommissum sub conditione relictum vni, vel pluribus, non potest ante existentiam conditionis restitui, vt actiones ex Trebelliano trãseãt. h. d. prima pars, & cessat contrariũ de l. post mortẽ. C. de fideicommiss. & scriptus non cogitur ante diẽ restituere hereditatem filio, aut seruo in potestate constitutis: sed cogitur cauere de restituendo post diem. Et si non cauet, pater, & dominus in possessionem mittuntur, qui fructus conseruabunt, & acquirentur filio, & seruo postea manumissis. hoc dicit. versic. [idem] in terminis & in summa secundùm Angel. Et primò loquitur secundùm Barto. quando sub conditione. secundò quando in diem. secunda ibi [idem Princeps] potest intelligi etiam, quando sub conditione secũdùm Bald. ¶ In tex. ibi [non omnibus] sed superstitibus
3 tantùm, secundùm Iaco. de Arena. facit, & ita dico † per istum. §. quòd si testator iussit bona sua distribui pauperibus eligendis per commissarium in euentum alicuius conditionis, quòd commissarius non possit præuenire in eligendo, & distribuendo de voluntate hæredis, quia isti, qui eliguntur, possent ante conditionem decedere, & sic non apparet restitutionem fieri ei, cui debet. Ita dicit Bal. hic, sed ad idem facit. l. cum pater. §. hæreditatem. &. §. à filia. ÿ. tit. 1. vbi etiam not. ¶ Item est arg. quòd emphi-
4 teota † non possit præuenire in soluendo abbati censum pro triginta, vel quadraginta annis; tum quia tempore soluendi non extabit ille abbas, sed alius; tum etiam, quia licèt tunc sit idẽ capitulũ, quod nunc: tñ variatur effectus pp dubium præscriptionis. l. plures apocis. C. de fid. instr.
5 Et sic non est semper in potestate † debitoris se exonerare volendo in solutione præuenire, & facit de verborum obligatio. l. qui Romæ. in principio. ¶ In gloss. secunda ibi [§. Pegasus] hæc non est bona; quia si fauore filio-
6 rum, & cæt. possent † suo fauori renunciare, sicut dicitur de hærede, arg. ÿ. eodem. l. nihil. §. omnibus. ¶ In eadem gloss. [hic pluribus] hæc non est bona eadem ratione, qua præcedens. ¶ In eadem gloss. ibi [dic, vt ibi] scilicet quòd ibi erat omnino exititurum, & sic non erat conditionale, hic sic. Sed nec ista bona; quia imò & ibi erat conditionale, vt ibi in prima gloss. Dic ergo, vt not. in l. sed si ante. ÿ.
7 ad Trebel. quia ante diem, vel conditionem † potest fieri restitutio, vt in contrario: non tamen transeunt actiones ex Trebelliano; quia non fit restitutio secundùm voluntatem defuncti: & est effectus magnus; quia per talem † restitutionem non erit liberatus restituens ab oneribus hæreditarijs, sicut nec vẽditor liberatur. l. prima. & secunda.
8 C. de ac. vel hæred. vend. Nec in psona† restituentis actiones efficiuntur inanes; vnde poterit ei solui per debitores hæreditarios, preterquam in tribus casibus in l. 3. C. de nouationi. sed cum transeunt actiones ex Trebelliano, hæres omnino liberatur, & omnia iura directa in sui persona efficiuntur inania actiuè, & passiuè. l. j. qui trecenta. ÿ. ad Treb. & ibi not. secundùm Ang. & Bar. sed adueniente die, vel conditione transferũtur; quia restitutio est facta ei, cui testator voluit: sed hic si fiat restitutio, non transeũt actiones, nec transibunt adueniente die, vel conditione; quia non est facta restitutio ei, cui testator voluit, quia videtur restitui patri, cui per filios quæritur, vel ei, qui fortè non erat tempore existentis conditionis. Pro hoc facit de iure do. l. mulier. §. ex asse. vbi non potest fieri restitutio per Trebellianum procuratori in rem suam. ¶ In glos. tertia. ibi [postquam cesserit dies.] Idem nota. s. eodem. in l. cum filio. sed non placet; quia imò tunc trãsmitteret, vt ibi dixi super vltima glo. licèt nondum fuerit facta restitutio, nec etiam postulata. l. apud Iulianum. §. vitum. & l. ille, à quo. §. si de testamento. ÿ. ad Trebel. secundũ Ange. in vers. [idẽ Princeps.] quẽ summaui. s. ¶ No. ꝙ statim

9 † cũ quis est missus in possessionẽ, põt fructus percipere, 10 & custodire. Itẽ ꝙ † misso filio in poss. pr̃ põt vice filij percipere,& custodire, s̃m Bald. Et est specialis casus, in quo 11 † per patrem,& dominum acquiritur filio,& seruo. Regulariter econtra per eos acquiritur patri, vel domino, vt Instit.per quas perso.no.acqui. per totum. & nota. ff. de verbo.obli.in l.quod dicitur.¶Item nota hic, quòd licèt quis non possit satisdare: non tamen committitur eius iuratoriæ cautioni, sed fit missio loco satisdationis,sic ꝟ. de Carbo.edic.l. de bonis.§.qui pupillo. & per hoc determinatur.l.5.C.de vsufr.secũdùm Bal.regulariter tamẽ sic. l.cum non facile.ꝟ.si cui plus quàm per. leg.Falcid.& hoc faciebat hic dubium secundùm Ang.

Ex §. Cum quis.

SVMMAE.

1 *Quò ad conditionis defectum sufficit extare liberos, licèt non sint hæredes, si simpliciter mẽtio liberorum fiat: secus hæredũ.*

2 *Concessa emphyteosi Titio, & suis hæredibus, & vxori, si Titius decedat sine filijs: mortuo Titio cum filijs, qui nolunt esse hæredes, emphyteosis non ad vxorem, sed ad ecclesiam reuertitur.*

3 *Exhæredatus habetur pro mortuo, quò ad commodum suum, non alterius. & an sit verum cum nu.seq.*

4 *In conditionibus inspicitur merum factum.*

5 *Licèt filius faciat deficere conditionem, si sine liberis, & cæt. si excludatur ab hæreditate voluntate sua, & testatoris: tamen quando excluditur à lege,non defecit conditio, vt in filio deportato, & fratre de ordine minorum.*

6 *Filius omnino incapax dicitur decedere sine liberis.*

7 *Filia, quando ingressa est monasterium omnino incapacem, ex forma statuti, stantibus agnatis; an debeat habere totam dotem suæ matris: an verò maritus debeat lucrari dimidiã propter statutum, quod maritus lucretur dimidiam, non extantibus liberis. ardua quæstio.*

1 §.Cum quis. ¶Quò † ad cõditionis defectum sufficit extare liberos,licèt non sint hæredes.h.d. Et hoc,quando fit mentio liberorum simpliciter: secus si fieret mentio hæredum,vt ꝟ.ad Trebell.l.ex facto.§.fi.secundùm Bald.¶Et facit,si 2 cõcessa † est emphyteosis Titio pro se,& suis hæredibus, & si decesserit sine filijs, debeat peruenire ad vxorem: iste decedit cum filijs,non tamen sunt hæredes: isti non succedunt in emphyteosim, quæritur, vtrùm succedat vxor, dico secundùm Bal.quòd reuertitur ad ecclesiam per istũ §.¶In glo.2.ibi [dumtamen esse possint]pro hoc facit, 3 secundùm Iaco.de Are.quia exhæredatus † habetur pro mortuo.l.1.§.si pater.ꝟ. de coniungen. cum eman. liber. sed gloss.tenet contrarium in l.ex facto.§.fi. ff.ad Trebel. & illud tenet Iac.de Are.idem Pet.& Ci.in l.1.C. de con di.inser.hic allega.& ibi vide,eò quia in conditionibus in 4 spicitur † merum factum.l.qui hæredi. in princ. & l.Mæuius.de condi.& demon.coniuncta.l.quidam cum filium. ꝟ.de verborum.obl.& hæc vera secundùm Bal. Nec ob. ꝙ exhæredatus habeatur ꝓ mortuo; quia verũ est quò ad commodum suum, sed non alterius: sed certè in §. si pater.habetur pro mortuo ad commodum alterius scilicet nepotum, qui admittuntur in totum, vbi aliàs non admitterentur, nisi pro parte. Responde ergo aliter, quòd hic filij faciebant deficere fideicommissum, sicut defectum alterius conditionis; ideo non attenditur, si sint hæredes, vel non: sed ibi filius excludebat nepotes à medietate; quia concurrebat cum eis,ipse ergo per exhæredationem exclusus non concurrit, ideo totum habent nepo 5 tes: hic verò, quando filius † poterat succedere,sed excluditur voluntate sua, vel testatoris: secus si à lege propter aliam causam,vt quia deportatus; quia tunc non faceret conditionem deficere.l.prima.in fi.ff.de contra tab. & l.si necem.§. si deportatus.de bo.liber. & d.l. ex facto. §.fi.ꝟ.ad Treb.Idem si filius esset de ordine minorum,secundùm Bar.hic.adde Io.An.in addi.Spe.in 3.parte in ti. de testamentis.in penul.& vlti. col.in fi. vbi etiam tenet, quòd filij(licèt non hæredes) excludãt substitutum,& ibi ponit aliquas quæstiones declarantes notata hic.Et dum 6 Barto.hic in fine dicit,ꝙ si filius † sit omnino incapax, vt frater minor,quòd dicitur decedere sine liberis, allegabatur ad q. facti domini And. de quatuor fratribus de Mu7 tina. Statutum facit ibi monasterium † incapax, stantibus aliquibus agnatis, vt erat Dominus Andræas frater personæ defunctæ.Aliud vult, quòd si vxor moriatur sine liberis,vir lucretur dimidiam dotis: mortua est vxor,relicta filia monacha in illo monasterio incapace,quæritur, an maritus debeat lucrari dimidiam dotis. Et istud Bar. facit,quòd sic, quasi habeatur pro non extante illa filia. In contrarium videtur facere quod tenet Bal. & Saly.in l. prima.C. de condi.inser. vbi videtur tenere contrarium, quasi statutum ponderauit merum factũ existentiæ filiorũ,siue sint capaces,siue non.Hæc pars videtur fauorabilior;quia per eam reditur ad ius commune,secundùm qđ nihil debet vir lucrari. Sed si pars contraria esset magis conformis iuri communi: tunc potest dici, quòd illa verior,& sic prima opinio.cogita pro ista parte, videtur melius facere quod not. Barto.in l. 1.§.filium.hic allega. de contra tab.vbi dicit,quòd quando quis excluditur,eò q̃ deficit conditio, sub qua vocatus erat, vt est in casu isto; quia verè filius extat,licèt incapax,& maritus erat vocatus ad lucrum,non extantibus liberis,ipse non videtur admitti ad lucrum partis dotis,per Authen.licèt. C.de naturali.liber.quam Bar.ibi allegat,vbi vide. Præterea ista verba isto casu,non extantibus agnatis, vidẽtur habere vim inclusiuã eorũ.l.fideicõmissa. §.interdũ.ꝟ.de leg.3.ergo eorum fauore hoc videtur expressum,& sic illũ debet excludere alienatio illius partis, aliàs essent deterioris conditionis,stante ista filia,quàm si non esset, quod vr̃ absurdũ,& vide Bart.in l.2.§.fi.ff.ad Tertul.¶Quidã dicũt istũ §.nõ habere locũ,vbi cõditio sine liberis nõ exprimitur, sed à lege intelligitur;qua.n.æquitate lex intelligit, ne liberi excludant,eadẽ æquitate debet intelligi,cũ liberi hæredes sint,ad qđ facit quod no.Bar.ff.de cõtra tab.i l.1.§. penul.in 5.q.& in l.Centurio.de vulg. & pupil. in intellectu.l.fi.C.de insti.& substi. ita allegabat Raph. Cuma.in quodam consil.142.licèt non firmet.

Ex §. Diui.

SVMMAE.

1 *Prohibitio alienationis facta sine cã, vel nõ expressa ꝑsona, ad quã testator rẽ voluit pertinere, alienatiõe sequuta, nõ valet.*

2 *Nudum præceptum testatoris de non alienando, non valet: sed si exprimitur persona, cuius fauore præcipitur, valet, non tamen in præiudicium creditorum, siue tacitè, si expressè præcipiatur.*

3 *Prohibitio de non alienãdo facta mero fauore prohibiti, non valet: secus si fiat cum causa, sed non præiudicat creditoribus.*

4 *Inhibitio testatoris non valet, nisi superfit persona, quæ possit agere ex contemptu.*

Præceptã

5 *Præceptū non valet sine causa, quia dicitur nudum.*
6 *Si iudex citato aliquo coram se, ei mandet, quòd iuret obedire suis præceptis, si non obtemperet, non est contumax, quando factum est, causa incognita, in his rebus, quæ causæ cognitionem requirunt: secus in non requirentibus cognitionem, si ex causa videatur iudici.*
7 *Fundus prohibitus alienari respectu certæ personæ, vel causæ, potest alienari propter dotem, vel donationem.*
8 *Prohibitio simplex facta fauore hæredis, nō valet: secus in eius odium; quia tunc, si contrafiat, res ad eū deuoluitur, cuius causa facta est prohibitio.*
9 *Prohibitioni factæ tantùm fauore hæredis renunciari posse ab illo, verum est, si est legitimæ ætatis.*
Item quādo continet tantùm prohibiti fauorem, secus alterius, qui lædi potest. ibid.
10 *Prohibitio facta legatario de non alienando simpliciter tenet; quia continet commodum hæredis, vel familiæ, quæ læderetur per alienationem, quod est verum, si capiat per manum hæredis, cautione præstita, secus si recta via accipiat. & nu. 13.*
Et in prohibitione expressa, secus tacita. nu. 15.
11 *Prohibitio facta fauore, vel odio rei prohibitæ alienari, tenet, puta seruum.*
12 *Si testator prohibet alienari vasallos simpliciter tenet prohibitio.*
14 *Cautio de non alienando sortitur naturam pacti de non alienando.*
15 *Dominij translatio impeditur per prohibitionem expressam de non alienando: secus per tacitam, quia si testator dicit, si eum alienaueris, quia requirit actum consummatum, dominiū trās fertur: secus si dicat, si alienabis, lego Seio, quia cū incipit alienare, statim impeditur dominij translatio.*
16 *Res prohibita alienari, si patiatur euinci, fit alienabilis, nō cōstāte de collusione.*
17 *Lædendus in consequentiam citandus non est.*
18 *Si res alienari prohibita alienetur in cohæredem, fit alienabilis.*
19 *Causa dotis, si aliunde dotari non posit, res prohibita alienari, fit alienabilis.*
20 *Alienatio permittitur creditorum causa, etiam quòd prohibita esset alienatio.*
21 *Statutum, quòd res nō posit alienari in forenses laycos, valet, secus in ecclesia.*
22 *Statutum, quòd clerici sint extra protectionem communis, non valet.*

1 §. Diui. ¶Prohibitio † alienationis facta sine causa, vel nō expressa persona, ad quā testator rem voluit pertinere alienatione sequuta, non valet. h. d. secundùm Dyn. ¶Vel sic. Nudum præceptum
2 † testatoris de non alienando, nō valet, sed si exprimitur psona, cuius fauore præcipitur: valet, non tñ in præiudiciū creditorum. h. d. secundùm Bal. Idem si persona tacitè intelligatur. vt. C. de fideicō. l. voluntas. & ibi per Ci. ¶Vel
3 sic. Prohibitio † de nō alienando facta mero fauore prohibiti, non tenet: secus si fiat cum causa, sed tūc non præiudicat creditoribus prohibentis. h. d. secundùm Ange. Nota,
4 quòd inibitio testatoris nō valet, nisi supersit persona, quę
5 posit agere ex contemptu. ¶Item not. quòd non † valet præceptum sine causa, dicitur enim nudum. Et per hoc di-
6 cit Dy. quòd si iudex † citat aliquem coram se, & mandat ei, quòd iuret obedire suis præceptis; & iste non obtemperet, quòd iste non sit contumax; quia istud est nudum præceptum & sine causa, & sic non constituit quē contumacē, vt. ĵ. tit. 2. l. pater. §. Iulius Agrippa, & l. Lucius. de hoc etiam habetur per Cin. C. de fideicom. in l. post mortem.

& per Din. s̃. vbi pupill. educa. debeat. in l. 1. ¶Adde tamen, & vide Inn. extra de tempo. ord. in c. ad aures. & per gl. ĵ. de regu. iur. ī l. nō videt̃. §. qui iussu. sm̃ Bal. ¶Bart. dicit, ꝙ iste tex. nil facit; quia nudum præceptū non valet fauore eius, cui præcipitur: sed in præcepto, si iudex adiecit pœnam, fiscus illā capit. l. mulctarum. C. de modo mulc. & in vsib. feud. quæ sint. regal. in c. primo, dicit ergo, quòd in his, in quibus requiritur causæ cognitio, præceptum nudum, idest sine causæ cognitione, non valet vt. C. cominat. vel episto. per totum. sed in his, in quibus causæ cognitio non requiritur: tunc nudum à causæ cognitione valet, si ex aliqua causa iudici sic videatur. l. ius alimentorum. §. priùs tamen. s̃. vbi pupil. educa. debeat. se-
7 cundùm eum. ¶Item nota ab extra, quòd fundus prohibitus alienari respectu certæ personę, vel causę, pōt alienari ꝑꝑ dotem, vel donationē propter nuptias, arg. l. mulier. §. pe. & l. à filia. in prin. ad Trebel. & in Auth. res, quæ. C. cōmunia de leg. secundùm Ia. de Are. & Bar. hic. ¶In glo. 1. ibi [& pone] &c. Oppo. quòd semper inueniatur persona, cuius contemplatione sit facta prohibitio, scilicet persona hæredis. l. peto. 2. responso. ĵ. tit. 1. huius timore glo. legit hic istū. §. tribus modis. Vno modo, quòd hic prohibitio sit facta hæredi, qui solus erat, vnde non est alius, cuius intersit. l. Mutianæ. in fi. ĵ. de condi. & demō. Sed tunc obstat; quia videtur dictum contemplatione venientium ab intestato. eo. tit. l. is, cui. sol. vt ibi. Alio modo, quòd fuit facta hæredi habenti cohæredem. Vel tertiò fuit facta legatario: & tunc nō obstat cōtrarium. ¶Sed responde, quòd hic loquitur in prohibitione alienationis, quæ continet fauorem personæ pro hærede, cui fauori renunciare potest alienando: ibi dispositio continebat grauamē; ideo videtur factum gratia cohæredis, & sic no. quod tunc est verū,
8 quòd † simplex prohibitio alienationis non valet, quando cōtinet fauorem personæ prohibitæ, & sic potest alienare, si contineat merum odium eius, in quē alienatio est prohibita: & tunc tenet: & si contrafit, res deuoluit̃ ad eum, ad quem est verisimile testatorem voluisse deuolui, vt. ĵ. titu.
9 1. l. codicillis. §. matre. Hoc est † verum, quando prohibitus est ætatis legitimæ, aliàs alienando non posset illi fauori renunciare, ita loquitur. l. 2. C. de vsucap. pro emp. Itē hoc verum, quando prohibitio continet fauorem prohibiti tantùm, secus si etiam alterius, qui posset lædi, alienatione facta. Ita loquitur. l. tertia. §. si quis ita. ĵ. de
10 adi. lega. Et ideo prohibitio † facta legatario simpliciter, tenet; quia continet commodum hæredis, vel familiæ, quæ læderetur per alienationem, licèt hic nō sit expresū, & hoc sentit glo. C. de fideico. in l. quotiens. in exemplo de causa tacita, & Cin. ibi clariùs in exēplo de turri. Item hoc
11 verum, nisi prohibitio † fiat fauore rei alienari prohibitæ, vt si prohibet alienari seruum eius fauore, ne mutet dominum, vel eius odio, vt semper seruiat hæredi: tunc enim sē per fauore ipsius rei prohibitæ videtur facta, & sic tenet prohibitio. l. generaliter. §. si petitū ĵ. de fideicom. liber.
12 Et per hoc patet, quòd si † testator prohibet alienari vasallos, licèt simpliciter, & sine causa, valet prohibitio, secūdùm Bar. in effectu. ¶In glo. magna. in fi. ibi [sed ibi appa
13 ret] so. imò ibi nō inuenitur. Dic ergo, quòd vbi res † alienari prohibita transit in legatarium recta via: tūc simplex prohitio facta legatario, vt non alienet, nihil operatur, vt hic: sed quando recta via nō transit: sed per manum hæredis præstari oportet: tunc hæres à legatario petere
14 potest cautionem de non alienando, quæ cautio † sortitur illum effectum, quem pactum de non alienando, de quo. in l. ea lege. C. de cond. ob causam, & C. de rebus alie. non alie. & ibi per Cin. & per Bar. in l. si ita quis. § ea

15 lege.ff.de verb.oblig. prædicta vera † in prohibitione expressa;quia illa impedit translationem dominij, vt hic, & ꝟ.tit. 1.l.cum pater.§. libertis,& de leg.3.l. pater.§. 15. sed in tacita, si testator illam tacitè alienari prohibitam vult in aliũ trãsferre,actu alienationis consummato,vt qa dicat,si eum alienaueris, &c. tunc non impeditur dominij translatio,casus est singularis,& qui totam istam mate riam limitat secundùm Bar.in l.Stichus.ff.de manu.testamento.secus si ante actum alienationis perfectum,vt quia dicat,& si alienabis,lego Seio;tunc enim cum incipit alienare,statim impeditur dominij translatio in illum,in quẽ vult alienare.l.fideicõmissaria.ꝟ.de fideicom.lib.¶Qualiter consulatur contra istam prohibitionẽ,ita quòd alienatio fieri possit.Dic,quòd pluribus modis.Primò, quòd
16 † prohibitus patiatur rem à se euinci.l.3.§.item quæri po test. s̄. de rebus eorum. si tamen de collusione constaret, non præiudicaret ista sententia,vt.s̄.eo.l. si seruus pluriũ. §.1.Item fortè non nocet etiam,quando nõ est collusum, nisi citato, ita dicit hic dubitatiuè Bar. quod non placet; quia causa defensionis ad eum non spectat principaliter,
17 vnde quia † lædi potest solùm in consequentiam,citandus non est.l.suspecta.s̄.de inoffi.testamento.& ꝟ.ad Treb. l. cum hæreditas.& ff.de re iud.l. sæpe facit.ꝟ.ad Treb.l.Lucius.circa prin.in verbo,penderent. secundùm Ang. ¶Se-
18 cundò, quòd † primò alienet in pesonam permissam, vt cohæredẽ,&c.postea poterit alienare.d.l.pater.§. 15.sed alio casu loquitur ibi:præterea si constaret, quòd prima alienatio esset facta fictè,non præiudicaret.l.emptor.s̄.de
19 aqua.plu.arcen.secundùm Bar.¶ Tertiò,quòd † alienetur in casum dotis filiæ,si non potest aliunde dotare.l.à filia.& l.mulier.§.cũ proponeretur. ꝟ.ad Trebel.& in Authen.res, quæ.C.communia de lega.secundũ Bar.¶Quar
20 to, quòd alienetur propter creditores, vt hic, sm̃ eundẽ Ray.de Forliuio quẽ vide hic post Bar.¶Adde,dicit Bar.
21 †ꝙ statutũ,ꝙ res nõ possit alienari ĩ forẽses,valet ĩ laycis. in l. prima. C. vt non liceat habitare metro.lib.11.sed in ecclesia non valet.l.1.§.quæ honorandæ.ꝟ.quarum rerum act. non datur. est hoc decisum de immu.ecclesi.in c.fi.li. 6. ¶Itẽ adde, quòd Ia.But.in l.assiduis.C.qui po.in pig.
22 habe.dixit,quòd valet † statutum, quòd clerici sint extra protectionem communis;quia sicut statutum potest conferre iurisdictionem aliquam Potestati suo; ita potest eam limitatè conferre,vt non possit audire querelas clericorũ. Sed istud mihi non placet; quia apertè fit in fraudem ecclesiasticæ libertatis ad eam suffocandam, & comprimẽdam. l.1. §.quæ honorandæ. ꝟ. qua rerum ac. non da.& per Innoc. extra de sent. excomm. in c. nouerint. secundùm Angel.

Ex §.Cum pater.

SVMMAE.

1 *Ad reuocandum fundum cõtra volũtatem defuncti alienatum, viuo hærede, admittuntur filij emancipati:in potestate verò retenti admittuntur, demum eo mortuo, si hæredes non sint instituti,nec videtur fundus extra familiam alienari, si omnibus(licèt inæqualiter)vel vni tantùm est relictus.*
2 *Fundus,quẽ testator iussit non alienari, et in familia relinqui, non potest extraneo legari, vel donari, nisi omnes de familia essent relicti hæredes vniuersales,vni autem de familia bene potest assignari, & non datur ius reuocandi.*
3 *Fundus emphiteoticus,quem pater recepit pro se, & posteris, potest in totum assignari vni eorum. & remissiuè.*
4 *Exhæredatus agit ex testamento paterno, auito, licèt ad nihilum admittatur ex testamento paterno.*
5 *In feudo auito, & emphiteosi auita succedit nepos, licèt sit exhæredatus à patre, quando non venit, vt hæres, sed vt nepos.*
6 *Prohibitus alienare inter viuos,non potest etiam alienare in vltima voluntate.*
7 *Filius institutus tantùm in legitima, admittitur ad reuocandum totum fundum prohibitum alienari.*

1 §. Cum pater. ¶Ad reuocandũ † fundum contra voluntatẽ defuncti alienatum,viuo hærede,admittuntur filij emancipati:in potestate verò retenti admittuntur, demũ eo mortuo,si hæredes non sint instituti,nec videtur fundus extra familiam alienari, si omnibus (licèt inæqualiter) vel vni
2 tantùm est relictus. h. d. ¶ Vel sic.Fundus,† quem testator iussit nõ alienari, & ĩ familia relinqui,non potest extraneo legari,vel donari, nisi omnes de familia essent relicti hæredes vniuersales:vni autem de familia bene potest assignari,& non datur ius reuocandi.h.d.secundùm Bal.
3 ¶Et est argu.quòd fundum † emphiteoticum, quem pater recepit pro se, & posteris, possit in totũ assignare vni eorum, sed de hoc dic, vt in l. iurisiurandi. s̄. de iureiur.§.si liberi,& quod no.de pac.in l.auus.secundùm Bal.
4 ¶Nota † exhæredatum agere ex testamento paterno aui to,licèt ad nihilum admittatur ex testamento paterno.Et
5 est arg.quòd in feudo † auito,& in emphiteosi auita, succedat nepos,licèt sit exhæredatus à patre,quando nõ venit,vt hæres,sed vt nepos,facit.l.qui se patris.C.vnde lib. & de contra tabu.l.non tantùm.§. si emancipatus.secun-
6 dùm Bal.¶Item no.quòd † prohibitus,&c.nõ potest alienare etiam in vltima voluntate, de quo. in l. si ita quis. §. ea lege ꝟ.de verb.obli.& s̄.§.proximo.secundũ Ang.¶In
7 glo.2. ibi [ex qua persona] &c. Nisi sit † institutus tantũ in legitima; quia tũc reuocatur.l.1. & 2.C.si quid in frau patro.& l.cum à matre.C.de rei vend.& l.fi.§.in computatione.C.de iure deli.secundùm Bar.

1 §. Interdum. ¶ Per interitum † speciei pluribus insolidum debitæ, quis liberatur ab omnibus, si perierit ante moram. hoc dicit.

Ex l. Etiam hoc modo.

SVMMAE.

1 *Creditor si dicat debitori,ego egerem illa pecunia, videtur illũ interpellare.*
2 *Per verbum,credo,vel non credo,an inducatur litis contestatio.remissiuè.*

L. Etiam hoc modo. ¶ Facit se-
1 cundùm Bartol. cum.l. & eo.ꝟ. eo.quòd † si creditor dicat debitori,ego egerem illa pecunia,quòd per hoc videatur eum interpellasse,de quo per Cin.in l.in minorum.C. in quibus cau.in integ.rest.non est.ne.& ibidem per Petr. qui tenent contrarium. per Bar.in l.si quis mihi. §. pater filio.s̄.de acquir.hære.Facit arg. quòd per verbum,credo,
2 † vel non credo,fiat cõtestatio litis,quod dic, vt nota. extra de restitutio. spoliat. in c. cum ad sedem. secundùm Bald.hic.

L.Lega-

1 **L. Legatum.** ¶Illud, † quod ex vniuerso detrahitur, & alteri assignatur, legatum appellatur. h. d. secundùm Bal.

Ex §. Hæredi.

SVMMAE.

1 *Quatenus relinquitur hæredi à se ipso, non valet, & accrescit coniuncto.*
2 *Inter obligantem, & obligatum debet esse distinctio personalis.*

1 **§. Hæredi,** ¶Quatenus † relinquitur hæredi à se ipso, non valet, & accrescit cōiuncto. h. d. Adde quod not. ff. de hære. inst. in l. sed si in conditione. §. fi. & de acqui. hære. l. ex parte. secundù Bal. hic. ¶Nota regulam bimembrem, &c. Ratio est; quia
2 inter † obligantem, & obligatum debet esse distinctio personalis, vt. ĵ. ea. l. §. alienus. & l. 4. ĵ. de stip. seruo. secū dùm Bald.

Ex §. Seruo.

SVMMAE.

1 *Seruo potest legari, hæreditate iacente.*
2 *Hæreditas, licèt non adita, fungitur uice defuncti. Item ecclesia.*

1 **§. Seruo.** ¶Seruo † potest legari hæreditate
2 iacente. h. d. Nota, † quòd hæreditas, &c. Idem in ecclesia, vt. ĵ. de fideiusso. l. mortuo.

Ex §. Fundus.

SVMMAE.

1 *Seruitutes prædij legati aditione confusæ, sunt restituendæ.*
2 *Fundus legatus debet legari seruiens, vel dominans, secundùm, quod erat penes testatorem.*

1 **§. Fundus.** ¶ Seruitutes † prædij legati aditione confusæ sunt restituē
2 dæ. h. d. ¶Vel sic. Fundus † legatus debet præstari seruiēs, vel dominans, secundùm quod erat penes testatorem. hoc d. secundùm Bal.

Ex l. si quid.

SVMMAE.

1 *Quod relictum est in honorem ciuitatis, valet.*
2 *Relicta, vt fiat collegium pro scholaribus, valet.*
3 *Illud, quod relinquitur in alimenta, dicitur relinqui in honorem ciuitatis.*
4 *Relicta fratribus minoribus ad alimenta, videntur relicta in honorem ciuitatis, & quilibet de populo pro eis petere poterit.*

1 **L. si quid.** ¶Quod † relictum est in honorē ciuitatis, valet. h. d. ¶In text. ibi
2 [in eruditionem puerorum] nota pro † relicto, vt fiat collegium pro scholaribus; nam valet, & dicitur pertinere ad ornatum ciuitatis, secundùm Ang. hic. Nota, quòd
3 illud, quod † relinquitur in alimenta, dicitur relinqui in ho
4 norem ciuitatis. Ex quo dico relicta † fratribus minoribus ad alimenta, vidētur relicta in honorē ciuitatis, & quilibet de populo pro eis petere poterit. de quo Bart. remittit se ad librum minoricarum. facit. ĵ. eo. l. ciuitatibus. in prin. vbi etiam Bar. tangit. sed certè leges istę hic non probant; quia loquuntur, quando ipsi ciuitati relinquitur, vt ipsa ciuitas eroget, secundùm Ang.

L. Et eo modo. ¶Facit ad id, quod dixi. ff. eo. & hic nota quod Bar. ponit hic.

Ex l. si seruus.

SVMMAE.

1 *Remißio reddendarum rationum non extenditur ad reliqua, nec ad dolum, nec ad peculium.*
2 *Non reddere rationem in reliquis, dolus est.*
3 *Seruus licèt liber factus non teneatur de ante gesto, est tantùm verum de naturali obligatione, secus de dolo, & lata culpa.*
4 *Arbitrium si est concessum Potestati, vel dictum est, quòd non teneatur stare ad syndicatum, non tamen videtur remissus dolus, & lata culpa.*

1 **L. si seruus.** ¶ Remißio † reddendarum rationum non extenditur ad reliqua, nec ad dolum, nec ad peculium. h. d. ¶In text. ibi
2 [& ideo] quia tenet de reliquis; nam † non reddere in reliquis, est dolus. l. dolus. ff. man. & vide quod no. Cin. C. de transact. in l. actione. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [sed tan
3 tùm fraudium] &c. Sed quomodo tenetur, cum † liber factus de ante gesto nō teneatur, vt. C. an seruus ex suo fac. per totum. & l. quę vtiliter. Et si remanet seruus, inquietari non potest; quia nō tenetur ciuiliter. Dic, quòd liberatur à naturali, qua tenebatur, vnde liber factus non molestabitur ex illa, secundùm Iaco. de Are. Et secūdùm hoc erit hic casus, quo seruo proprio sine libertate relinquitur, scilicet quando relinquitur ei liberatio ab obligatione naturali. & ita limitatur Inst. de lega. §. an seruo. cum similibus
4 secundùm Ang. Facit arg. quòd † si concessum est arbitriū Potestati, vel dictum est, ꝙ nō teneatur stare ad syndicatum, non per hoc videatur remissus dolus, vel lata culpa, secundùm Cin. facit. l. creditor. §. Lutius. & adde hic quæ not. in l. 1. ff. de iniust. test. secundùm Bal.

Ex l. Nihil.

SVMMAE.

1 *Onus redditum præstandorum nō impedit alienationem proprietatis.*

1 **L. Nihil.** ¶Onus redditūū † præstandorum nō impedit alienationem proprietatis. h. d. ¶In glo. 2. in fi. & qualiter hoc onus transeat in possessorem, dic, vt. in l. Gaius. ĵ. de annuis lega. & ī l. Lutius. de alimen. & ciba. lega. vbi glo. tangit secundùm Bar. hic.

1 **§. Omnibus.** ¶Quod est † prohibitum per consensum eorum, in quorū fauorem est prohibitum, efficitur licitum. h. d.

Ex §. Fru-

Ex §. Fructus.

SVMMAE.

1 *Legatarius non tenetur stare colono.*
2 *Singularis successor an teneatur stare colono. remissiuè.*
3 *Legato vsufructu alicui à testatore, iura colono reseruata non intelliguntur.*
4 *Testator legãdo rem, licèt videatur legare solũ ius, quod habet ad rem: ius tamen, quod occasione rei, vel extra rem habet, legare non præsumitur.*

1 §. Fructus. ¶ Legatarius † non tenetur stare colono. h. d. Et an † singu-
2 laris successor teneatur stare colono, dixi in l. si filio. §. fin. s. solut. mat & ibi per Bartol. Nota, quòd quando
3 † testator legat alicui vsumfructum, non intelligitur reseruare iura colonorũ, adde quod nota. in l. fi. ỹ. de iure fi. secundùm Bal. ¶ In glo. ante secus. ibi [l. quod seruus] &c. dic, vt. s. eo. in l. si tibi homo. §. cum seruus. & hanc tenet And. de Pis. & Pet. licèt contrarium no. in d. l. quod seruus. secundùm Bal. ¶ In glo. 2. ibi [hic non in re.] Et sic not. ꝙ
4 licèt † testator legãdo rẽ, videatur legare solùm ius, quod habet ad rem. l. apud. Iulianum. §. idem Iulianus. tamen si habet ius occasione rei, & extra rem, legando rem, nõ intelligitur legare ipsum ius: sed potiùs ipsam rem, casus est hic, secundùm Ang.

Ex l. Si quis.

SVMMAE.

1 *Cum, dictio, siue proferatur à testatore, siue à lege, semper coniungit. Et quæ sit differentia. nu. 3. remissiuè.*
2 *Arg. de verbis legis ad verba testatoris valet.*
4 *Si, &, cum, dictiones quomodo differant, remissiuè.*

1 L. Si quis. ¶ Dictio, † cum, siue proferatur à testatore, siue à lege, coniunctio-
2 nẽ inducit. h. d. Nota † arg. de verbis legis ad verba testato
3 ris, secundùm Iac. de Are. & Bal. Differentia inter † cum, & et, no. s. eo. in l. Titię textores. §. 1. inter si, & cũ, vide in l. centesimis. §. fi. ỹ. de verb. oblig. secundùm Bar.

Ex l. Ciuitatibus.

SVMMAE.

1 *Relictum ad honorem, vel ornatum ciuitatis, valet, licèt non cõstet in pecuniario commodo.*

1 L. Ciuitatibus. ¶ Relictum † ad honorem, vel ornatum ciuitatis, valet. h. d. licèt non consistat in pecuniario commodo, secundũ Bal. facit ad id, quod dixi. s. eo. in l. si quid. & Bar. hic. ¶ In tex. ibi [ad diuisionẽ] vide hic quod no. s. quod cuiusque vni. in l. sicut. secundùm Bal.

Ex §. Lutius.

SVMMAE.

1 *Portio hæreditatis pro non scripta accrescit cohæredi cum onere: secus portio legati pro non scripta.*
2 *Si hæres non adit, eius portio habetur pro nõ scripta quò ad se, sed quò ad alios, dicitur caduca, non pro non scripta portio.*
3 *Ius acrescendi habet locum in portione pro non scripta, idest in ea, quæ non aditur ab hærede, vel à legatario propriè.*
4 *Pro non scriptum non dicitur propriè, quando ex defectu principij nullo modo onus consistere potest.*

1 §. Lutius. ¶ Portio hæreditatis pro nõ scripta accrescit cohæredi cum onere. h. d. secundùm Bar. & sic hic loquitur in hæreditate: sed portio legati pro nõ scripta non accrescit cũ onere, & ita loquitur contrariũ hic formatum, secundũ Bar. de quo tamẽ remittit se ad not. in l. quæ cõditio. ỹ. de condi. & dem. & ibi ego dicam. Et hic est casus, secundùm Iaco. de Are.
2 quòd † si hæres non adit, eius portio debet haberi pro nõ scripta. Et idem in legatario, & hoc verum quò ad se; quia fingitur non delata, sic intelligitur. s. eod. l. qui filiabus. §. fi. cum. l. seq. & l. filio, & l. quæsitum. §. duobus. sed quò ad alios non dicitur dispositio pro nõ scripta, sed caduca, vel
3 quasi, & ideo tunc verè de iure † accrescendi tractatur; vbi
4 enim legatum verè est pro non scriptum, † illud nõ potest dici in alium transferri propter defectum principij, cum onus ipsum non constiterit vllo modo. l. vnica. §. in primo. C. de cadu. toll. & s. eo. l. si duobus. §. 1. vide tamen gl. plenè in d. l. quæ conditio. secundùm Ang.

Ex §. Cum cui fundus.

SVMMAE.

1 *Non potest quis in plus grauari, quàm apud eum remaneat, deducto onere conditionis implendæ.*
2 *Nihil videtur capere, qui tantundem præstat causa conditionis implendæ.*
3 *Onere gabellæ non debet grauari, qui nihil ex legatis lucrari videtur.*

1 §. Cum cui fundus. ¶ Non potest quis in plus gauari, quã apud eũ remaneat, deducto onere cõditio
2 nis implẽdæ. h. d. ¶ Vel sic. Nihil † videt capere, qui tantũdem præstat causa conditionis implendæ. h. d. Et est argu.
3 quòd nihil † debeat soluere nomine gabellæ; quia non debet extrinseco onere grauari, cum nihil videatur lucrari, secundũ Bal. ¶ In tex. ibi [à se relictum] alij vltra pretium fundi, secundùm Ang.

Ex l. Lutius.

SVMMAE.

1 *Si creditor debitori succedat, creditum extinguitur pro parte hæreditaria, non pro alia, nisi probetur testatorem compensare voluisse.*
2 *Fideicommissarius institutus ab hærede, non videtur institutus animo compensandi, nisi hoc probetur*

1 L. Lutius. ¶ Si creditor † debitori succedat, creditum extinguitur pro parte hæreditaria, non pro alia, nisi probetur testatorem compensare voluisse. h. d. facit. l. si adulta. C. de hæred. act. Nota, ꝙ
2 † fideicommissarius institutus ab hærede, non videtur institutus animo compensandi, nisi hoc probetur, adde quod not. s. solut. matri. in l. si cum dotem. §. si pater. secundùm Bal.

Ex §. In testamento.

SVMMAE.

1 *Si ex verbis testatoris non appareat persona, cui debet restitui, qualis qualis præsumptio sit, inducit præsumptionem taciti fideicommissi in fraudem legis assumpti.*
2 *Pœna est non loqui, vel loqui non intelligibiliter, quia præsumitur, quòd in fraudem loquatur.*
3 *Si testator instituit vxorem, & rogauit eam de restituendo post mortem suam illis, quibus videbitur sibi, si instituat spurios testatoris, an præsumatur tacitum fideicommissum, & an filius possit institui.*
Et an videatur testator voluisse, quod vxor relinquat in piam causam.

1 §. In testō. ¶Si ex† verbis testatoris non appareat persona, cui debet restitui, qualis qualis præsumptio sit, inducit præsumptionē taciti fideicommissi in fraudem legis assumpti. h. d. Et vide. s. eo. in l. in tacitis. & qđ ibi not. ¶In tex. ibi [ei] non declarato per aliquam notam alicuius demonstrationis. ¶In tex. ibi [tacitam fidem] &c. per domesticam cautionem. s. eo l. in tacitis. secundùm Iaco. de Are. Nota pœnā
2 † non loqui, vel non intelligibiliter. vt. j. de iure fisci. l. ita
3 fidei. secundùm Bal. hic. Facit, quòd si testator † instituit vxorem, & rogauit eam de restituendo post mortem suam illis, quibus videbitur sibi, & veniens ad mortem instituat spurios testatoris, quòd ex hoc præsumatur tacitum fideicōmissum. Contrarium tenet Bar. arg. l. fi. in princ. de his quib. vt indig. & l. fi. j. de bo. liber. vbi vide eūdem de ista materia. Item hic testator sensit de certa persona: in quæstione proposita de nullo, imò posuit in arbitrio vxoris, secundùm Bar. Hoc puto verum, scilicet quòd non præsumatur filius, ex quo testator non sensit de certo, & hoc voluit Bar. sed nego spurium hæreditatem illam percepturum, argu. optimum. s. de vul. & pupil. l. si is, is. & C. de hæredi. insti. l. nemo. Moueor, quia testator videtur voluisse per illa verba hæreditatem illam erogari in piam causam, vt extra de testam. c. cum tibi. ergo vxor non poterit hoc casu eligere spurium testatoris, & hoc voluit Iaco. de Are. & post eum Io. And. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. in §. nunc aliqua. vers. sed quid erit in prælato. in additione, quæ incipit, continuatur hic alia quæstio. vers. sed vltra prædicta quæritur. sm̄ Angel. hic. ¶In gl. vlt. ibi [etiam] & ibi not. & pleniùs in l. edicto. §. extat. & §. seq. j. de iure fisci. secundùm And. de Pi. & Bal. ¶In eadem glo. ibi [tamē qualis qualis præsumptio] non tamen tanta, quæ sufficiat, nisi probetur relictum non capaci, vt. ff. de proba. l. ab ea parte. & l. 1. de arbi. Et hæc vera, licèt glo. 1. videatur sentire contrarium, secundùm Bar.

Ex l. Si hæredes.

SVMMAE.

1 *Nominati proprijs nominibus tenentur in viriles: appellatiuis verò in hæreditarias portiones.*
2 *Propria nomina debent exprimi, & distinctè poni.*

1 L. Si hæredes. ¶Nominati † proprijs nominibus tenentur in viriles: appellatiuis verò in hæreditarias portiones. h. d.
2 Nota, quòd † propria nomina debent exprimi, idest distinctè poni, vt hic, nec sufficeret, si diceret filios meos, arg. l. Lutius. §. Mæuia. j. ad Trebel. & hic potest colligi ratio illius text. secundùm Barto. & adde Bar. s. eod. in l. turpia. §. fin.

Ex l. si hæres.

SVMMAE.

1 *Sicut legata minuuntur per contra tabulas, ita & per perceptiones hæredum.*
2 *Diuiso legato, dimittitur conditio legati.*

1 L. Si hæres. ¶Sicut † legata minuuntur per cōtra tabulas, ita & per
2 pceptiones hæredū. h. d. ¶Vel sic. Diuiso † legato, dimittitur conditio legati. h. d. secundùm Bal. ¶In glo. fin. ibi [sed in cōtra tab. liberorum] &c. Et ratio diuersitatis est, quia illa, quæ liberis datur, est secūdū ius naturæ, ideo habet pleniorem effectū: sed illa, quæ patrono tribuitur, est contra ius naturæ, secundùm Dy. & Saly.

Ex l. Ab exhæredati.

SVMMAE.

1 *A substituto, vel legitimo exhæredati non potest fideicommissum relinqui: secus in instituto, & substituto, qui beneficio præteriti succedit per contra tabulas.*
2 *A cuius substituto legare non possum, neque ab eius hærede legitimo lego, nisi ipse substitutus, vel legitimus exhæredati est institutus à grauante.*

1 L. Ab exhæredati. ¶A substituto, † vel legitimo exhæredati non potest fideicommissum relinqui: secus in instituto, & substituto, qui beneficio præteriti succedit
2 per cōtra tab. h. d. ¶Vel sic. A cuius † substituto legare nō possum, neque ab eius legitimo hærede lego. h. d. nisi ipse substitutus, vel legitimus exhæredati sit institutus à grauante. l. qui fundum. §. qui filiofam. j. ad l. Falcid. secundùm Angel.

Ex §. Cum à posthumo.

SVMMAE.

1 *Relicta à posthumo instituto, non nato posthumo, debētur à substituto.*
2 *Substitutio pupillaris facta posthumo, cōtinet vulgarem, eo non nato, & substitutus tenetur ad legata.*
3 *Substitutio pupillaris facta ventri, continet tacitam vulgarem, si venter non nascetur.*

§. Cum à posthumo ¶Relicta
1 † à posthumo instituto, non nato posthumo, debentur à
2 substituto. h. d. ¶Vel sic. Substitutio † pupillaris facta posthumo continet vulgarem, eo non nato, & substitutus tenetur ad legata. h. d. secundū Bal. ¶In tex. ibi [substitui] &c. pupillariter, vel vulgariter, & ita alegatur per Dy. sed prout loquitur in pupillari, hic est casus, quòd substi-
3 tutio † pupillaris facta ventri, continet tacitam vulgarē, si venter non nascetur, & hoc tenet glo. in l. pen. s. de ven. inspi. & dic, vt ibi secundùm Ang. & Bal.

Ex l.

Ex l. Hæredi.

SVMMAE.

1 *Posthumo alieno potest legari, & potest hæres institui.*

1 L. Hæredi. ¶Posthumo † alieno potest legari, & põt hæres institui. h. d. ¶In tex. ibi [legitimos] idest legitimè institutos, sm̃ Dy.

Ex l. si tutor.

SVMMAE.

1 *Qui scienter vxorem accipit non legitimam, ab ea non potest capere, sed ei potest relinquere.*
2 *Probatio admittitur contra iuris præsumptionem.*
3 *Delictum vbi est, ibi debet esse pœna, non vbi delictũ cessat.*
4 *Ille, qui desponsat aliquam contra legem, potest ei relinquere. licèt ab ipsa capere non possit.*

1 L. Si tutor. ¶Qui † scienter vxorẽ accipit nõ legitimã, ab ea nõ põt capere, sed ei põt relinquere. h. d. ¶In tex. ibi [decepta est] iu
2 ris præsumptione, cõtra quã † admittit̃ ꝓbatio, vt not. in l. vxori maritum. ȷ̃. de vsufr. lega. & ff. de ritu nupt. ĩ l. præfertur. Nota, quòd vbi est delictum, ibi debet esse pęna, nõ
3 vbi delictum cessat, & nota istum casum. ¶Item nota, ꝙ
4 ille, † qui desponsat aliquam contra legem, potest ei relinquere, licèt ab ea capere non possit facit. ȷ̃. de his, quib. vt indig. l. Claudius. secundùm Bal.

Rub. De legatis, & fideicõmissis secundo.

Ex l. In arbitrium.

SVMMAE.

1 *Legatum certæ quantitatis potest conditionaliter in alterius arbitrium conferri: incertæ verò quantitatis nõ potest conditionaliter, sed simpliciter.*
2 *Legatum in alterius arbitrium conditionaliter collatum, suspẽditur, sicut quælibet conditio: sed si non conditionaliter, non suspenditur.*
3 *Legatum in arbitrium extranei in vim conditionis, ac simpliciter potest de iure conferri, per bonum tñ virum taxandum incertum secundũ vires patrimonij.*
4 *Legatum potest relinqui sub cõditione arbitramenti, sicut sub alia conditione, exemplum.*
5 *Legatum potest relinqui sub conditione arbitrandi, vt arbitrio tutorum, & non est cõditionale, sed purum, licèt non sit liquidum ante declarationem.*
6 *Illud, quod potest postea declarari, videtur à principio declaratum per testatorem.*
7 *Legatum omnino incertum relictum in arbitrium alterius, non valet, si non arbitrabitur, tanquam incertum: secus si potest certificari quantitas: sed causatiuè potest cogi, & an possit cogi. nu. seq.*
8 *Arbiter licèt non cogatur arbitrium ferre regulariter: hoc tamen non est verum in arbitratore.*
Item non est verum in eo, qui agnouit officium. ibid.
Item si agnouit relictum. ibid.
Item quando pœna est apposita. ibid.
Et ad hoc cogitur aut officio iudicis, aut condictione ex l. nulli. C. de episc. & cler.
9 *Arbitrium ferendum ad cõmodum suum, potest ferri, donec præfigatur tempus à iudice.*
10 *Quando est persona eligenda ad arbitrium alterius, & commodum alienum, eatenus potest eligi, quatenus interpellatus in iudicio nõ sit in mora: res autem infra annum eligi debent. vide plures nu.*
Fallit quando potest arbitrari, donec viuat, quod est verum in vltimis voluntatibus.
11 *Arbitrium in extraiudicialibus durat, quandiu fuerit laudatũ, & quanto tempore, vide ibi.*
12 *Arbiter, quando malè elegerit, vel non arbitratus fuerit in vltimis voluntatibus electus: tunc recurritur ad legatarium, si debebat eligi aliqua res ex certis: ad iudicem verò, si res incerta erat relicta, & eligenda.*
Item eligitur persona incerta à iudice, puta si legatum est relictum pauperibus: si verò certa de aliquibus, illi admittuntur omnes, non iudex ad eligendum. ibid.
13 *Quãdo laudum non est latum in contractibus per arbitrũ, tunc stipulatio est nulla, vel contractus, si arbiter habebat nudum officium, si decessit ante laudũ, vel aliter arbitrari nõ potest: secus si se exoneret.*
14 *Testator non potest sibi prouidere post mortem, quod contrahẽs facere potest.*
15 *Arbitrium ferendum est secundùm uires patrimonij in relicto simpliciter sine expressione causæ: sed si ob certam causam, vt dotis, &c. tunc debet arbitrari, quantũ sufficeret ad illã, considerata qualitate personarum.*
16 *Legatum arbitrio legatarij valet, si testator dicat, ad eius arbitrium.*
Item si det arbitrium conditionaliter, expressa quantitate, & dixit si arbitratus fuerit, & arbitretur.
Item si dixit, si voluerit, & declaret se velle.
Item si dicat, cum voluerit, & si non declaret; quia moriendo dicitur velle.
Secus quantitate non expressa. vide glo.
17 *Legatum ad arbitrium hæredis, tunc valet, si testator dicat, ad arbitrium, non conditionaliter.*
Idem, si dicat, quantitate expressa conditionaliter, si arbitratus fuerit. ibid.
Item, cum voluerit, sed hæres potest differre vsque ad mortem: secus dicat, ad arbitrium, conditionaliter, quantitate, vel re non expressa.
Item si voluerit, vide glo.
18 *Arbitrari debet extraneus, si dicat testator, cum voluerit, ad arbitrium suũ, vel in arbitrium: secus si dicat, si voluerit, sed hoc falit in legatis ad pias causas.*
19 *Arbitrio, in arbitrium, ad arbitrium, huiusmodi verba prolata in cõtractibus, semper important conditionem, & idem esset, ac si diceret, si voluerit: secus in vltimis voluntatibus.*
20 *Si testator dicat, quòd vendatur fundus quanti talis arbitrabitur, an eo non arbitrante, recurratur ad arbitrium boni viri.*
21 *Exequi, non potest, quod debet arbitrari, cũ non sit liquidum.*
22 *Terminus commissario, seu arbitratori præfigendus est arbitrio iudicis, ad hoc vt arbitrari debeat.*
23 *Arbitrator an possit arbitrari, parte absente.*
24 *Citari ille debet, cui potest præiudicari, nisi præcesserit examinatio, & discussio causæ, & quando sit necessaria.*
25 *Arbitramentum æquipollet transactioni.*
26 *A sententia lata in iudicio reductionis ad arbitrium boni viri, an possit appellari.*

L. In

1 IN arbitrium. ¶ Legatũ † certæ quantitatis poteſt conditionaliter in alterius arbitrium conferri: incertæ verò quantitatis in alterius arbitriũ conferri non poteſt conditionaliter, ſed ſim
2 pliciter. h. d. ¶ Vel ſic. Si legatum † in arbitrium alterius conditionaliter cõferatur, ſuſpenditur, ſicut quælibet alia conditio: ſed ſi non conditionaliter, non ſuſpenditur. h. d.
3 ſecundùm Bar. ¶ Vel ſic. Legatum † in arbitrium extranei in vim cõditionis, ac ſimpliciter poteſt de iure conferri, per virum tñ bonum taxãdũ: incertum verò ſecundùm vires patrimonij. h. d. ſecundùm Ray. de Forli. Diuiditur in duas partes. Primò loquitur, qñ cõfert in arbitriũ alterius conditionaliter, expreſſa certa ſpecie, vel quantitate. Secundò dicit, quando nec quantitas, nec ſpecies confertur, ſed legatum ſimpliciter cõfertur in alterius arbitriũ. Secunda ibi [ſed cum] &c. ita diuidit hic gl. 4. Vel primò ponit vnum dictum, & illud probat per quandam ſimilitudinem. Secundò ponit aliud, & probat per rationem ſpecialem. ibi [ſed cum] &c. ſecundùm Bal. ¶ Præmitte, quòd principium huius. l. habet duas lecturas, ſecundùm primam ponit duos caſus ſecundùm aliam, ponit tres, quælibet bona. ¶ In tex. ibi [alterius] extranei, alij dicunt hęredis. ¶ In tex. ibi [legatum] &c. expreſſa certa quantitate, vel ſpecie in vim cõditionis, vt ſequitur. ¶ In tex. ibi [veluti] legitur duobus modis, vno modo exemplificatiuè, alio ſimilitudinariè. ¶ In tex. ibi [quid enim] interrogatiuè. ſecundùm glo. & tunc ponit duos caſus. vel ſecũdùm Ro. ſuſpenſiuè, & tunc ponit tres caſus, & tunc dic, quid enim, ideſt aliquid intereſt, &c. ¶ In text. ibi [ſed cum] ita glo. legit duobus modis, prima vera. ¶ In tex. ibi [ſit] non expreſſa quantitate, vel ſpecie. ¶ In tex. ibi [tutorum] ſimpliciter, non in vim conditionis, ſed ſimpliciter, quantum tutores fuerint arbitrati. ¶ In tex. ibi [conditio] ſuſpenſiua. ¶ In tex. ibi [legatum] quia hic ſola quantitas legati confertur in arbitrium alterius, quæ tamen eſt certa de iure, vel ex diſpoſitione legis, vt in fine. l. arg. ȷ̃. eodem. l. quidam. Nec obſtat. ſ. de admini. tuto. l. Titium, & Mæuium. in prin. vt ibi not. ¶ In tex. ibi [mora] & ideo pupillus interim decedens tranſmitteret ad hæredem. ¶ In text. ibi [in alterius] ſcilicet tertij. ¶ In text. ibi [boni] ideſt iudicis l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & ibi not. ¶ In tex. ibi [accipi] non obſtat de do. prælega. l. Theopompus. vt ibi no. ¶ In tex. ibi [quæ enim mora in arbitrio boni viri] &c. q. d. nulla; nam videtur teſtator certam quantitatem expreſſiſſe, quam iſte arbitrabitur, & hoc eſt, quod ſequitur, ſecundùm Bart. ¶ In text. ibi [patrimonij] q. d.
4 nulla, ſecundùm Ray. Nota, † quòd legatum poteſt relinqui ſub conditione arbitramenti, ſicut ſub alia conditione; nam quò ad valorem legati nulla eſt differentia, dicat teſtator, lego Titio fundum, ſi Sæius arbitrabitur, an ſi
5 Sæius aſcenderit capitolium. ¶ Item nota, quòd † legatũ poteſt relinqui ſub conditione arbitrandi, vt arbitrio tutorum, & non eſt conditionale, ſed purum: licèt non ſit liquidum ante declarationem. ¶ Item nota, quòd illud,
6 † quod poſtea declaratur, videtur à principio declaratũ per teſtatorem, & quòd iſte debet declarare, tanquàm bonus vir, & hoc intendit iſta. l. ſecundùm Bald. ¶ Vide gl.
7 quartã ibi [fuit expreſſa quantitas] hæc dicit, quòd aliàs † legatum tanquam incertum eſſet inualidum. l. cũ poſt. §. gener. ſ. de iure do. quia cum relinquo, ſi Sæius arbitratus fuerit, hoc confertur in eius arbitrium, velit, vel non, non quid, vel quantum legetur, vnde licèt arbitretur, remanet inualidum, vt incertum, d. §. gener. ſed quando non conditionaliter, ſed ſimpliciter lego arbitrio Sæij: tunc ſola quantitas confertur in illius arbitrium; ideo legatum valet, vt certum, ſecundùm Bart. ¶ In gloſſ. ſecunda ibi [reſpon. non memini me legiſſe] quòd non cogatur, probatur in l. finali. §. ſed & ſi quis. C. communia de lega. In contrariũ facit Auth. de eccleſia. titu. §. ſi aũt qui hic facere. & not. glo. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. Dic, quòd non cogitur præcisè, ſed cauſatiuè; puta perdit relictum, ſi voluntatem non exequatur, vt not. ȷ̃. eodem. l. cum ita. §. primo. & de ven. inſpi. l. prima. §. quamuis. ſecũdùm Do-
8 cto. in d. l. nulli. vbi addunt † hoc verum, niſi tale officiũ agnouerit; quia tunc cogetur arbitrari. l. 3. §. & ſi. ſ. de arbi. videtur enim promiſiſſe ſe arbitraturum. ſ. de teſta. tutel. l. ex ſententia. ſecundùm Bald. De hoc etiam tangit Cin. in l. id, quod pauperibus. in prima quæſt. C. de epiſc. & cler. & in l. fina. de contrahen. emptio. hoc non placet: quia hic pœna non fuit appoſita, vt de arbi. l. litigatores. §. primo. & l. non diſtinguemus. ¶ Nec obſt. l. mulcta. de condi. & demonſt. vt ibi dicam. Et de hoc in Specu. de inſtru. edi. §. nunc verò. verſi. ſed quid ſi dixi. & verſi. ſeq. ſecundùm Ray. ¶ Nõ obſt. quòd non ſit appoſita pęna &c. quia illud in arbitro, hic in arbitratore; arbiter enim eligitur ſuper iudiciali controuerſia; ideo non cogitur arbitrari, niſi pœna appoſita: ſecus in arbitramento; quia illud, quod declaratum eſt per arbitratorem, videtur declaratum per ipſas partes, vnde eſt ei ſtandum, niſi appareret de iniquitate l. vnde ſi Neruæ. ſ. ꝓ ſoc. ſm̃ Bal. Cogẽt autem ad hoc condictione ex d. l. nulli. vel officio iudicis, ſecundùm glo. in d. l. nulli. Tu dic, ſi quid erat exequutori relictum, quod agnouit, poteſt agi ex teſtamento. l. prima C. de his, quæ ſub modo. aliàs officio iudicis, qui ceſſat ex teſtamento, cum nullum commodum pecuniarium conſequatur, vt ſ. titu. primo. l. planè. in fine. ſecundùm Barto. ¶ In eadem glo. ibi [nhilominus tamen valet] hoc verum, ſi committatur ad arbitrium alterius non conditionaliter, quia ſi conditionaliter: tunc ſi ille nollet arbitrari, legatum eſſet nullum, vt hic in princ. dicetur autem nolle arbitrari, ſi hoc exprimit. d. l. fi. §. ſed & ſi quis. C. communia
9 de legat. ſed ſi tacet: tunc ſi † debet arbitrari ad commodum ſuum, hoc poteſt, donec præfigatur terminus. l. man-
10 cipiorum. ȷ̃. de optione legata. ſed † ſi ad commodum alterius: tunc ſi arbitrium conſiſtit circa electionem perſonarum, poteſt eligere, donec interpellatus in iudicio ſit in mora, vt ȷ̃. eod. l. cum quidam. ſed ſi conſiſtit circa res: tunc debet arbitrari infra annum. d. l. fina. §. ſed & ſi quis. ita intelligitur l. iſta in 2. reſpon. & l. fideicommiſſa. §. quã quàm ȷ̃. titu. primo. fallit in caſu, vbi poteſt differre arbitrari, donec viuat. l. ſeruos. ȷ̃. de manu. teſt. Et dic, ꝙ ille. §. ſed ſi quis. loquitur in vltima voluntate; in contractu er
11 go, † dicit Bald. ſecus, ꝙ durat, quamdiu fuerit laudatum; quia ita eſt in omnibus extraiudicialibus, vt not. Inno. extra de officio delega. in c. in literis. Item compromiſſum in arbitrum durat triennio. ergo idem in arbitratore. Itẽ, ꝙ poſſit durare multis annis, videt̃ expreſſum. C. de tẽp. appel. Auth. ſi tamen. & in Cle. quãdiu. de appel. durabit ergo, quãdiu partes nõ ſpreuerint, vel donec duret terminꝰ ꝑfixus à iudice. l. diffamari. C. de ing. & man. & l. ſi finita. ff. de dam. infec. & hoc tenet Bald. in §. illo. fi. ¶ In ea. glo.
12 ibi [generaliter] ſed † ad quem, dic, quòd ad ipſum legatarium, ſi arbitrium conſiſtit in eligendo aliquam rem ex certis, d. l. fi. §. ſed & ſi quis. ſed ſi conſiſtit in eligendo rẽ, vel quantitatem incertã: tunc ad iudicem, vt ȷ̃. eod. l. cum quidã. in fi. ſed ſi cõſiſtit in eligendo perſonã: tũc ſi relictũ erat oĩno incertum, vt relictũ paupibus, vel in redemptionem captiuorum: tunc arbitratur iudex. l. nulli. C. de epiſco. &

ſco & cler.ſed ſi conſiſtit in eligendo perſonam de certis: tunc non tranſit ad alium, ſed omnes illi, de quibus debebat fieri electio,admittuntur,vt ȷ̃. eod.l.cum quidam. ¶In eadem gloſ. ibi [ſed ſi malè ſic.] & tunc indiſtinctè ad iudicem.d.§.generaliter.& l.continuus. §. cum ita. ȷ̃. de verborum oblig.& l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum.ſup. pro ſocio.¶In eadem gloſſ. ibi [non decurritur ad aliũ]
13 & ſtipulatio † eſt nulla, vel contractus nullus, quod verum eſt, cum nudum officium acceptauit, vel deceſsit ante laudum, vel aliter arbitrari non poteſt: ſecus ſi ſponte ſe exoneret,ſecundùm Petr.in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum oblig.& ibi ſcripſi.Vtrùm poſsit conferri in voluntatem vtriuſque contrahentium,fuit quæſtio.Nico.de Mata.ſcripſi in d.l.ſi quis arbitratu.in princ. ¶In eadem gloſſ.ibi.[l.hæc vẽditio]& hic ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, vt in reg. in teſtamentis.ȷ̃. de regul. iur. Ratio
14 eſt; quia teſtator † non poteſt ſibi prouidere poſt mortem, contrahens ſic.l.prima.C.de ſacroſanct. eccle.ſecundùm Ray.de Forliuio.¶In eadem gloſſ.ibi [pro viribus
15 † patrimonij] hoc verum, ſi ſit relictum ſimpliciter abſque expreſsione cauſæ: ſed ſi ob certam cauſam, vt dotis, alimentorum, & ſimilium: tunc debet arbitrari,quãtum ſufficeret ad illud,conſiderata qualitate perſonarũ, vt ȷ̃.titu.primo.l.ſi filiæ.& de iure dot. l. quæro. niſi eſſet tanta quantitas, quæ abſorberet quaſi totum patrimoniũ relinquentis;quia tunc minus arbitrio iudicis, vt ȷ̃.eodẽ. l.quidam teſtamento. ¶In eadem.gloſſ. ibi [l. nec adiecit] & s̃.titu.primo.l.ſi ſeruus plurium. in fine. ¶In eadẽ
16 gloſſ.ibi [vltimò no.]ibi [l.ſi ita.] Tu dic latiùs † aut teſtator dixit ad eius arbitrium: & ſic non conditionaliter: & indiſtinctè valet, vt hic: aut expreſsit arbitrium conditionaliter: tunc quantitate non expreſſa,non valet, vt hic in prin.à ſenſu contrario.& l.cum poſt.§. gener. s̃.de iure dot.Sed quantitate,vel ſpecie expreſſa: tunc aut dixit,ſi arbitratus fuerit,& valet, ſed eſt neceſſe, quòd arbitretur, vt hic in prin.& l.is,qui hæres.s̃.de acqui.hær. Aut dixit, ſi voluerit,& valet, ſi declaret ſe velle. l.ſi ita relictum.§. illi ſi volet.s̃.titu.primo.& l. ſi ita expreſsim.de condi.& demon. Aut dixit,cum voluerit,& valet,& ſi non declaret voluntatem ſuam, moriendo,tamen dicitur velle,vt ȷ̃.ti. 1.l.fideicommiſſa.§.ſic fideicommiſſum. & l. vxorem.§. penul.ita Barto.hic.¶In eadem gl.ibi[l.fideicommiſſa.
17 §.quamquàm.] Dic latiùs aut teſtator† dixit ad arbitriũ hæredis,non conditionaliter, & valet,vt hic, aut conditionaliter,re,vel quantitate non expreſſa, & non valet, vt hic in prin.à ſenſu contrario.Sed re,vel quantitate expreſſa, aut dixit, ſi arbitratus fuerit, & valet, vt s̃.titu.1.l.ſi ſic.in prin.tanquam conditionale per hanc l. in princip.& ideo eſt neceſſe,quòd arbitretur,& moram in arbitrando nõ cõmittat.l.Thais.§.ſorore. ȷ̃. de fideicom, liber.& d. §.quamquàm.Aut dixit, ſi voluerit,& non valet,vt hic in glo.aut cum voluerit,& valet,& poterit hæres differre velle vſque ad mortem.l.vxorem.§.penul.ȷ̃. titu. 1. ſecundũ
18 Bart.¶In ea.glo.ibi[l.non nunquam.] hoc † verum, præterquam in relictis ad pias cauſas, vt extra de teſtamentis.c.cum tibi.& in legato libertatis, vt ff.de fideicom.liber.l.fideicommiſſaria libertas. ſed ſi dixiſſet,cum voluerit,valet,ſicut dictum eſt de hærede,& legatario,ſecundũ Bart. ¶In ead.glo.ibi [& obtinet quod hic dicit]ſcilicet in princ.l.ſcilicet, vt valeat,quando in legato fuit adiecta certa quantitas,aliàs ſecus,vt in princ. huius.l. & hoc in
19 † vltimis voluntatibus: ſed in contractibus ſiue dicat, arbitrio,ſiue, ſi voluerit, ſemper facit conditionem l.fin. C.de contrahen.emptio.per d.l. ſi quis arbitratu. vbi de hoc,& per gl. in l. in uendẽtis. C. de contrahen. emptio. & d.§.generaliter. ſecundùm Bart. quia in contractibus non receditur à perſona,quod ſecus eſt in vltimis voluntatibus;quia hoc operatur fauor vltimæ voluntatis.Et quia contrahentes poſſunt ſibi prouidere poſt negligentiam arbitratoris: ſed teſtator non; quia mortuus, ſecundũ Dy. & Bal.¶ Quid autẽ ſi vltima voluntas ordinetur ad con-
20 tractum, vt quia teſtator † mandet hæredi,quòd vendat mihi rem, pro quanto precio Titius arbitrabitur, an illo non arbitrante, recurratur ad bonum virum. Barto. in d.l.finali.C. de contrahen. emptio. dicit, quòd ſic, vide latiùs quod ſcripſi in d.l.ſi quis arbitratu. ¶In ea. glo.in fi.ibi[ſubijcit] ſcilicet in verſ.ſed cum ita,ſecundùm Bal. ¶In gloſſ.neque mora.ibi[quantùm ad ſolutionem] quia
21 † antequam arbitretur, non eſt liquidum; ideo non exequendum. ¶In ea.gl.ibi[hoc tempus]arbitrandi,vel ſol-
22 uendi,poteſt ergo iudex † præfigere terminum huic commiſſario,ſeu arbitratori ad arbitrandum,ſeu declarandũ, quod not.ſecundùm Bald.¶In gl. vlti.in fine.item nõ obſtat de condi.& demon.l.non nunquam.quia ibi ſubſtantia legati confertur in arbitrium alienum: hic quantitas: præterea ibi voluntas libera, & expreſſa: hic tacita, & velata,ſecundùm Rayn.de Forliuio. De hoc per Cin.in l.id quod pauperibus.in 5.oppo. C.de epiſco.& cler.Item vide ad Bar.hic in fi. ſecundùm Bald. contrarium in c. 1.in titu. quo tempore miles inueſt.in fine.in vſibus feudo.an
23 parte abſente†arbitrator poſsit arbitrari.ſm̃ Bar. hic,dic, ꝙ nõ,& latè etiã in d.l.ſi quis arbitratu.ȷ̃.de verb. oblig. ſicut enim arbiter non poteſt;ita nec arbitrator, pro hoc
24 facit; quia tale arbitramentum†poteſt præiudicare partibus,ergo debet citari.l.ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arb. Item quia iurant.l. hac edictali.§.his illud.C.de nup.ergo parte præſente. l.ſi quando. C. de teſtib. In contrariũ
25 facit;quia†æquipollet tranſactioni, ergo poteſt fieri etiã die feriata.l.dies feſtos.C.de ferijs.& tamen tali die nõ videtur poſſe citari. Item quia non tenet locum iudicis,ſed ſufficit,quòd ſimplici verbo dicat,quòd ſibi viſum fuerit. not.Innoc.& Ioan.And.in c. quintauallis. extra de iureiuran.ſed ille,qui non tenet formam iudicis, licèt non faciat vocare eos,qui lædi poſſunt,cum ſolùm præterit,non facit nullum,quod agit,ſecundùm Inn.in fin.de præſump. & in Clem.prima.de offi.delegat. & hoc ſentit Guil. in l. Epiſcopale.in vltima q.C. de epiſco. audi. & Cin. in d.l. fina.& Bald.in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epi. & cle.Concordaui,quòd iſta vera,quando præceſsit examinatio, & diſcuſsio cauſæ: ſed quando nulla præceſsit; tunc prima opinio vera.Ita conſului in Luca,ſi bene memini,& ita dedi in ſcriptis hoc anno Domini 1409.¶ Quidam habent
26 etiam hic in fine per Barto. quòd † à ſententia lata in iudicio reductionis ad arbitrium boni viri,non poſsit appellari,vide omnino pro, & contra, & concorda opi. quam ſcripſi in l. ſocietatem.§.arbitrorum. ff. pro ſoc. ab extra quod totum hic dedi in ſcriptis iſto anno. ¶ Vltimò ſi vis repetere iſtã legem vide quod not. in d.§.generaliter. & Petr. & Cin. in l. finali. C. de contrahen. emptio. & quod dicam infra de oper. liber. in l.ſi ita.

Ex l.quotiens.

SVMMAE.

1 *Expreſsio plurium rerũ plura legata inducit: ſecus ſi ſub vna vniuerſali nomine plura comprehendantur.*
2 *Epiſcopus ſi dicat,abſoluo te ab omni excommunicatione, vna eſt vna abſolutio: ſecus ſi dicat,abſoluo te,à tali,et tali,quia tunc tot ſunt abſolutiones,quot ſententiæ.*

L.Quo-

1 L. Quotiens. ¶Expresſio† plurium rerum, plura legata inducit; ſecus ſi ſub vno vniuerſali nomine plura comprehen-
2 dantur.h.d. Arg.eſt ꝙ† ſi Epiſcopus dicat, abſoluo te ab omni excommunicatione, quòd ſit vna abſolutio,& vna ſententia: ſecus ſi dinumerantur excommunicationes; qa tunc erunt tot excõicatiões,quot ſententiæ, ſecundùm Bal.

Ex l.Si ita.

SVMMAE.

1 *Tenet legatum,etiam ſi conferatur ſub cõditione negatiua,quæ ab alterius poteſtate dependeat.*
2 *Legatum poteſt auferri in tacitam voluntatem hæredis.*
3 *Conditio negatiua,vt ſi in capitolium non aſcenderis, tunc dicitur impleta, præterito tempore, quo commodè potuerat aſcendere.*
4 *In extraneo conditio negatiua tunc pro impleta habetur, quãdo deſinit poſſe aſcendere,& ſi ſit coniuncta perſona legatario,datur cautio Mutiana.*

1 L.Si ita. ¶Tenet† legatum etiam ſi conferatur ſub conditione negatiua,quæ ab alterius poteſtate dependeat.h.d. ¶Vel ſic. Legatum po-
2 teſt † auferri in tacitam voluntatem hæredis. hoc dicit. ſecundùm Ray.de Forliuio.¶In glo. 1.ibi[voluntati cõmiſſum] iſta prima lectura magis eſt dubia, licèt quælibet ſit bona,ſecundùm Ray.& ſic non ob. s̃.tit. 1.l.capta
3 toriæ.Et dicetur † hoc caſu impleta conditio,cum tranſierit tantum tempus, quo commodè potuerit aſcendere, & nunquam aſcenderit.l.hæc conditio.ỹ. de condi.& demon.ſecundùm Ia.de Are.& adde quod not. de hære.inſti.in l.ſi quis inſtituatur. ſecundùm Bal.¶In ea.gloſſ.ibi
4 [vel dic extraneo]& hoc † caſu expectabitur,donec deſinat poſſe aſcendere,arg.l.ita ſtipulatus.ỹ.de verbor.obli. niſi eſſet perſona legatario coniuncta; quia tunc præſtabitur cautio Mutiana.l.cum tale.2.reſpon.ỹ.de condi.& demonſt.ſecundùm Bart.

Ex l. Neminem.

SVMMAE.

1 *Quando vna res, vel plures legantur ſub nomine collectiuo, non poteſt vna acceptari,alia non: ſecus ſi plures nominatim legentur; quia altera repudiari poteſt, niſi illa, quæ repudiatur,habeat ſecum onus annexum. nam non tenet repudiatio in præiudicium hæredis: ſecus ſi in utilitatem tenderet.*
2 *In legato vnico particularis acquiſitio improbatur: in diuerſis autem admittitur: dum tamen onus impoſitum omnibus ſubeatur.*
3 *Repudiatio facta in præiudicium alterius, non valet, ſecus ſine præiudicio.*
4 *Exequutor, qui ſentit commodum, debet ſatiſdare, aliàs ſecus, non poteſt eſſe exequutor, ſi euitet onus ſatiſdationis, ſi conſtitutus exequutor vult repudiare commodum.*
5 *Falcidia quando de vna re pro vtraque detrahi non poteſt,detrahitur de alia.*

1 L.Neminem. ¶Quando † vna res,vel plures legantur ſub nomine collectiuo,non poteſt vna acceptari,alia non: ſecus ſi plures nominatim legentur; quia altera repudiari poteſt, niſi illa,quæ repudiatur, habeat ſecum onus annexum;nam non tenet repudiatio in præiudicium hæredis: ſecus ſi inutilitatẽ tenderet. h. d. cum duobus ſequenti-
2 bus.¶Vel breuiùs.In vnico † legato particularis acquiſitio improbatur:in diuerſis aũt admittitur, dũm onus impoſitum omnibus ſubeatur.h.d.cum ſequentibus, ſecundùm Ray. ¶In tex.ibi[repudiato ſeruo.] an valeat hu-
3 iuſmodi repudiatio,† dic, ꝙ aut ſi valeret: tunc detur in præiudcium alterius,& non valet in præiudicium illius.l. ſi legatario.in prin.ff. de fideicommiſſ.liber. ſecus ſi non tenderet in alterius præiudiciũ; quia valeret: & per hoc
4 dicit Bart.ꝙ cum exequutor,† qui ſentit commodum,debeat ſatiſdare.s̃.ti.1.l.ſi à pluribus.& l.liberto.§.Largius. ỹ.de annuis legat. aliàs ſecus.l.Diuus. ỹ. ſi cui pluſquã per l.Falc.ſi conſtitutus exequutor repudiet legatum ſibi factum, vt euitet onus ſatiſdationis,& vult eſſe exequutor,ꝙ non poteſt. ¶In tex.l.ſed duobus.ibi[ſed legatarius ex pecunia]&c.videtur facere ad quæſtionem,ſi Fal
5 cidia † non poteſt detrahi de re pro vtraque, detrahatur de alia.de quo vide omnino in l.planè. hic allег.facit extra de elec.c.in Geneſi.

Ex l.Si Titio.

SVMMAE.

1 *Qui non admittitur ad partem propter vitium perſonæ, vel delictum; quia indignus,facit partem.*
2 *Non capax in effectu, ſed ipſo iure ad commodum, ſibi collegatario facit partem.*

1 L. Si Titio. ¶Qui† nõ admittitur ad partem propter vitium perſonæ, vel delictum;quia indignns, facit partem.adde quod no.
2 C.de nupt.in l.1.ſecundùm Bal.¶Vel ſic.Non capax† in effectu, ſed ipſo iure ad commodum,ſibi collegatario facit partẽ. h. d.& ſic ceſſant omnia contraria.¶In tex.ibi [capere] ad commodum ſui, ſed fiſci, vt quia deportatus.vt.ỹ.tit.1.l. ſi deportati. in princ. & hoc tollit omnia contraria,& hoc vindicat verbum,capere,vt.ỹ.de verb.ſigni.l.verbum,capere.ſecundùm Ray. de Forli. ¶In tex. ibi[dantur]Non obſtat.s̃.de teſta.tutel.l.qui tutelam.in prin.§.1.& s̃.tit.1.&.ỹ.de libera.leg.l.ſi is,qui.vt ibi dixi ſecundùm Ray.

1 L.Si quis ſeruum. ¶Seruus †legatus fugiens, teſtatore viuente,legatarij ſumptibus,& periculo reducetur, ſi verò poſt mortem aufugerit,& hæres culpam commiſerit,illud onus ſubire tenetur, hoc dicit. ¶In text. ibi[ſunt]ab hærede.¶In tex.ibi[reducitur] qa debet ſibi imputare,cur cautiõẽ,non æſtimationẽ elegit,ſecundùm Ray.de Forli. ¶In glo.4.ibi[alia contra]quia agetur Aquilia; nam per aditionem hæreditatis legatarius eſt factus verè dominus; ideo per Aquiliam,quæ domino competit ſuccurritur, ſi hæres fuit in culpa. Concludе tamen latiùs circa hoc,vt not.glo.in l.cum ſeruus. s̃.titul.1.

Ex §.Si ita.

SVMMAE.

1 *Legata alternatiua cenſentur eſſe plura quò ad nominationẽ, ſed vnum quò ad præſtationem.*

2 *Legata alternatiua sunt plura, etiam legatario expressè electione collata.*
3 *Legatum relictum purè est legatum per se ab eo, quod relinquitur sub conditione.*
4 *Si hæredis arbitrio legetur, vt soluet decem, aut Stichum, si voluerit Titio, si mora commissa, moriatur Stichus, an hæres liberetur.*

1 §. si ita legetur. ¶ Legata † alternatiua censentur esse plura quò ad nominationem, sed vnum quò ad præstationẽ.
2 ¶ Vel sic. Legata † alternatiua sunt plura, etiam legatario expressè electione collata. h. d. secũdùm Ray. de Forliuio.
3 ¶ Vel sic. Legatum † relictum purè, est legatum per se ab eo, quod relinquitur sub conditione. h. d. Et dicit hic Pe. ꝙ non est hic legatum alternatiuum; quia requiritur, vt proferatur sub eadem conceptione verborum, aliàs nõ est alternatiua, sed soluta, vt hic, de hoc supra titu. 1. in l. si quando. §. fi. secũdùm Pet. & Cin. ¶ In gl. 1. ibi [l. si duobus.] Tu tene primam, quam tenet glo. in l. si ex toto. §. fi. supra tit. j. & probatur per l. si illud. 2. respon. ỹ. eod. Nec obst. l. cum illud. quia debet intelligi, secundùm hanc solutionem, & hoc tenet Pe. Dy. Bal. & omnes, tenendo, ꝙ hic legatum nõ sit alternatiuum, vt voluit Petr. ¶ Quid si
4 antequam † hæres, cuius arbitrio positũ eẽt dandi 10. aut si voluerit, Stichum, Titio, & esset in mora declarandi se nolle: si moritur Stichus, non potest dici, quòd alius remaneat in obligatione; quia non est obligatio alternatiua; ergo poterit annihilari legatum, hærede dicente se nolle dare. 10. In contrariũ videtur, ꝙ imò electio transeat, arg. l. cũ res. §. sed si Stichus. in ratione tex. ibi [totum. n.] &c. supra tit. 1. cogita.

Ex §. Si quis.

SVMMAE.

1 *Si legatur certum corpus, illud debetur, quod ex illo corpore reperitur.*
2 *Ex, dictio habet taxare.*
Idem tantummodo. ibid.

1 §. Si quis. ¶ Si legatur † certum corpus, illud debetur, qđ ex illo corpore reperitur. h. d. ¶ In text. ibi [decem] & sic in eadem conceptione verborum, vt ỹ. de tri. vino, & olea lega. l. cum cer-
2 tus. vbi dicitur, ꝙ dictio, † ex, habet taxare. Nec obstat supra titu. 1. l. quidam testã. quia ibi in diuersis conceptionibus, secundùm Dy. ¶ In tex. ibi [tantummodo] hic; qa certus locus est designatus. vt s. tit. 1. l. si seruus. §. quicunque. aliàs secus, vt ỹ. eod. l. si pecunia. secundùm Bald.

Ex §. si inter duos.

SVMMAE.

1 *Si testator sensit de certo legatario, nec apparet de quo, potest hæres vni gratificari.*
2 *Legato propter nominis identitatem relicto incerto, gratificatio hæredi conceditur in soluendo.*
3 *Hæres non cogitur soluere legatum relictum vni ex duobus, si non appareat, de quo testator senserit: si vnus petat, alter repudiet, potest per se retinere.*
4 *Competitores vbi sunt pares per omnia improbãdo, potest reus gratificari, cui vult, & potest per se retinere.*
5 *Plures personæ quando non sunt declaratæ per aliquam demonstrationem, habet locum gratificatio: fallit, si duo essent Titij condemnati de crimine.*
6 *De amico sensum videtur, vbi tractatur de commodo: vbi de incommodo, de inimico.*
7 *Duo quando sunt eiusdem nominis, quorum vnus sit exbannitus, an, & quomodo possit procedi, vsque ad finem.*

1 §. Si inter duos. ¶ Si testator † sensit de certo legatario, nec apparet de quo, potest hæres vni gratificari. h. dicit.
2 ¶ Vel sic. Legato † propter nominis idẽtitatem relicto incerto, gratificatio hæredi conceditur in soluendo. h. dicit. ¶ In tex. ibi [defendatur] aduersus aliũ. l. fi. ff. de relig. &c. Non obstat. ỹ. quæ in frau. credi. l. si pupillus. vt ibi dixit Ray. de Forliuio. ¶ In text. ibi [petant] & nullus probat de se sensisse, vel ambo probant, secundùm Dy. Idem si ve-
3 niat alter tantùm, & alter repudiet; quia hæres † non cogitur soluere; quia agens non probat testatorem de se sensisse. l. si fuerit. & l. si ex pluribus. ỹ. de reb. dub. hæres tamen ad repellendum agentẽ probet, quòd alius est Titius æquè conuictus, ex quo colligetur incertitudo. l. ita fidei. in princ. ỹ. de iure fisci. secundùm Bart. Nota, quòd
4 † vbi competitores sunt pares per omnia improbando, potest reus gratificari, cui vult & h. d. notabiliter. & est duplex hæc gratificatio voluntaria, nemine probante de se sensum. Necessaria, vtroque plenè probante, vnde necesse habet alterũ eligere; quia cõuictus est per probationes. Sed gl. hic dicit, & Cin. cum ea, ꝙ gratificatio in casu isto nunquam est necessaria, imò potest hæres sibi retinere, si vult; & si dicatur, quomodo potest retinere conuictus per probationes. Respon. quia ratione cuiusdam tacitæ contrarietatis illæ probationes inuicem se elidunt, & pro hac opinione videt casus in l. si fuerit. ỹ. de re. dub. pro prima facit. l. pen. s. de peti. hæred. & s. de rei vendi. l. 15, à quo. se-
5 cundùm Bal. ¶ Item nota, ꝙ quando † sunt plures personæ non declaratæ per aliquam demonstrationem, quòd habet locum gratificatio: non tamen habebit locum in
6 causa criminali, si iudex † condemnauit. T. ad mortem, & duo sunt Titij, quòd vni possit gratificari: sed illum debet tradere morti, qui reperitur culpabilis, vide gl. de re scrip. in c. duobus. lib. 6. super versic. concurrant. & vide quod scripsi in l. 3. C. de codicill. Quod probatur; quia vbi
7 agitur de commodo, † præsumitur sensum de amico, vt hic; ergo vbi agitur de pœna, & incommodo, præsumitur sensum de inimico; quia hanc pœnam meretur; ergo ille est morti tradendus, de quo hic aliquid per Dy. Nec obstat, quòd ista citatio sic confusa videatur temeraria. l. eum quem temerè. ff. de iudi. quia respon. quòd non est confusa; quia ille, qui deliquerat, debuit cogitare de se, quòd ipse citaretur, iuxta illum versum. Conscius ipse sibi &c. ¶ Item non obstat. l. duo sunt Titij. s. de testamen. tutel. quia ibi nulla certitudo apparebat ex aliquo adiuncto: sed hic apparet certitudo ex quodam adiuncto, scilicet quia deliquerat, & pœnam merebatur. Ad tollendum tamen omne dubium facias captum cõfiteri, quòd ipse maleficium commiserat, & quòd citationem apprehenderat, & sic omne dubium erit sopitum, secundùm Bald. hic. ¶ In glo. 1. ibi [tu dic] ibi impediri ratione incertitudinis, quæ est in persona, & hæc vera, secundùm Dy. & Docto.

Ex §. Cer-

Ex §. Certam.

SVMMAE.

1 *Si legatarius, & ei substitutus concurrant, in dubio præfertur legatarius, quando nulla adest culpa legatarij. nu. 7. & quã do num. 5.*
2 *In legatarij, ac ipsius substituti concursu in petitione legati, legatarius præfertur.*
3 *Præsumitur pro instituto magis, quàm pro substituto, vel pro eo, qui per prius vocatur, quàm pro eo, qui per posterius.*
4 *Tertius venit ad impediendum exactionem eius, quod legatarius petit à me, vt hærede.*
5 *Fideicommissarius legatarij non habet actionem contra hæredem ante cessam actionem, fallit, quando est directò substitutus, & vtiles habet actiones, & quando.*
6 *Hæres, inuito mero exequutore, potest soluere legata, item in mixto, si suspicio adsit, & quomodo.*
8 *Exequutore, & legatario, cui debet restitui, concurrentibus, præfertus ille, cui debet restitui.*

1 §. Certam. ¶Si legatarius, † & ei substitutus in petendo concurrãt, in du
2 bio præfertur legatarius. h. d. ¶Vel sic. In legatarij, † ac ipsius substituti concursu in petitione legati, legatarius præ
3 fertur. h. d. secundũ Ray. ¶Vel sic. Præsumitur † pro instituto, magis, quàm pro substituto. h. d. vel potiùs præsumitur pro eo, qui vocatur per prius, quàm pro eo, qui per posterius. h. d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [est] &c. nec obst. ꝟ. vt in poss. lega. l. is, cui. §. fi. vt ibi dicam. Ita dicit Ray. de Forli. hic. Nota ex hoc. §. & precedenti, quòd tertius ve
4 nit † ad impediendum exactionem eius, quòd legatarius petit à me, vt hærede, facit. l. Titia. & ibi not. s. solu. matr. & l. ita tamen. §. quotiens. ꝟ. ad Trebel. secundùm Barto. hic. ¶In glo. per obliquum; quia rogatus &c. & sic nõ obstat. l. post aditam. C. de impuber. sed hæc expositio non
5 placet Ia. de Are. quia fideicommissarius † nõ habet actionem contra hæredem, nisi sibi cedatur à legatario, vt ꝟ. e. l. Imperator. in princ. & ꝟ. titu. 1. l. si legatarius. in princ. ideo intelligit, ꝙ hic erat directò substitutus, vt in l. si legata. C. de lega. secundùm Bal. Non obstat. d. l. post aditam. quia ibi constabat de substitutione: hic dubitabatur. Sed potes tenere glo. & dicere, ꝙ non habet actiones, est verũ directas, sed bene habet vtilem. l. nomen. C. quæ res pig. obli. poss. secundùm Barto. Vel dic, quòd legatarius decesserat, & erat quæstio inter hæredem legatarij, & fideicommissarium, qui dicebat legatum reuersum ad hæredem cum onere, & ideo petebat ab hærede, secundùm Cin. Tu dic, ꝙ gl. bene loquitur, & pone exẽplum, ꝙ legatarius petebat ab hærede, & fideicommissarius ab hærede: sed ideo dicebat fideicommissarius hæredem sibi teneri; quia legatum dicebat repudiasse, & sic penes hæredem remansisse cum onere, vnde per hoc medium vterq; mouet quæstionem hæredi, scilicet per medium repudiationis: sed si fideicommissarius fateretur legatarium acceptasse: tunc non posset conuenire hæredem, nec impedire, quin posset soluere legatario, nisi fortè legatarius esset cõsumpturus, quo casu debet soluere fideicõmissario,
6 nõ legatario, sm̃ gl. no. hic. Et sic hr̃s † põt soluere legatarijs, inuito mero exequutore, vt s. tit. 1. l. quidam testõ. §. si scriptus. sed non inuito mixto exequutore, nisi hoc faciat probabili rõne, puta propter suspicionẽ, vt hic, arg. cõtra de doli. except. l. si opera. sm̃ Bal. hic. ¶Itẽ hic præfer-
7 tur legatarius; qa nulla culpa põt sibi imputari, aliàs præfertur fideicõmissarius. l. is, cui. §. fin. ꝟ. vt in poss. legat. sm̃
8 Bar. Item hic loquitur, quando † concurrit legatarius primus, & fideicommissarius, cui oportet restitui: secus si cõcurreret exequutor, & is, cui debet restitui; quia tunc præfertur indistinctè is, cui debet restitui. s. titu. 1. l. si à pluribus. in princ. secundùm Dy. Ray. & Bar.

Ex §. si cui certam.

SVMMAE.

1 *Si legatur pars hæreditatis, intelligitur cum oneribus: legata verò parte bonorum, deductis oneribus.*
2 *Legatarius partis hæreditatis subijcitur oneribus: secus bonorum.*
3 *Bona omnia quando sunt relicta, veniunt cum oneribus; secus pars bonorum. & nu. sup. & seq.*
Item quando vnus tantùm est institutus vniuersalis hæres, non refert dictũ sit bona, vel hæreditas: secus si duo sint instituti.

1 §. Si cui certam. ¶Si legatur † pars hæreditatis, intelligitur cum oneribus: sed si pars bonorum legatur, intelligitur, deductis oneribus. h. d. ¶Vel sic. Legatarius partis
2 † hæreditatis subijcitur oneribus: sed non legatarius bonorum. h. d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [manumissorum] idest seruorum alienorum, quos testator præcepit redimi, & manumitti. ¶In tex. ibi [deducetur] per hæredem; quia hoc casu legatarius ad onera pro parte tenetur. ¶In tex. ibi [legatur] secus si omnia bona, vt ꝟ. ad Treb. l. nã quod. §. fi. & l. seq. in prin. & ibi dicã, vide ibi. ¶In tex. ibi [sunt] quia legatarius hoc casu ad onera non tenetur, sed hæres tantùm, sm̃ Ray. ¶In gl. 1. ibi [vel dic secundùm Azo] ibi [nisi deducto ære] hæc vera. Sed contra eã facit. l. cogi. in prin. ꝟ. ad Treb. vbi bona intelliguntur cum oneribus: sed hic loquitur, quando bona relinquuntur iure legati: ibi fideicommisi, secundùm Dy. in l. Princeps bona. ꝟ. de ver. sign. sed hoc non placet Barto. quia hodie sicut exæquata sunt legata particularia particularibus fideicommissis, ita vniuersalia vniuersalibus, secundùm Iac. de Are. Petr. & Cin. C. cõmunia de leg. in l. 2. in 3. cõtrario. Quare dic,
3 ꝙ ibi relinquuntur † omnia bona: hic pars bonorũ, pro hoc videtur casus in l. quotiens. §. fi. ff. s. de vsufr. & de vsufru. lega. l. vxori vsumfructum bonorum. Et est ratio; quia quando legat omnia bona, si intelligeret, deducto ære alieno, hæres nõ haberet, nisi incommoda, & legatarius omne lucrũ, qđ nõ est, quando sola pars est legata. Vel dic, secundum Pet. quando testator habet alium hæredem vniuersalem, siue leget, siue fideicommittat, refert, dicat, bona, vel hæreditatem: sed si nullum: tunc siue dicat, bona, siue hæreditatem, semper est implicitus oneribus, secundùm Cin. & vide d. l. cogi. in prin. ꝟ. ad Trebe. & quod no. Ci. C. ad l. Iul. de vi. in l. si tutoris. & de iure do. in l. mulier bona. & de iure fisci. in l. 2. §. cum ex causa. vbi plenè de hoc secundùm Bal. hic.

Ex l. Cum fundus.

SVMMAE.

1 *Quod rei legatæ adijcitur, legatario debetur.*
2 *Augmentum post dispositionem testatoris factam contingens, legatum sequitur principale, & hoc quando accedit vt accessorium, non autem, vt principaliter.*
3 *Castrum, quod exemptum Imperator auxit, & fecit ciuitatẽ, remanet exemptum.*
4 *Intell. l. si ita. ff. de aur. & arg. leg.*
5 *Intell. l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 1.*

1 **L. Cum fundus.** ¶Quod † rei legatæ adijcitur, legata
2 rio debetur. h. d. ¶Vel sic. Augmẽtum † post dispositionẽ testatoris factum contingens legatum, sequitur principale. h. d. Ad istud de accessorio facit. ff. de pact. l. cum inter §. cum inter. & de lega. 3. l. prædijs. §. balneas. & faciat ad no. in l. dãni. §. si is. j. de dam. infe. & s. de contrahẽ. emp.
3 l. Rutilia. Et est argumentum, quòd si Imperator † eximit castrum, & illud postea crescat, & efficiatur ciuitas, ꝙ totum hoc fit exemptum, l. si seruitus s. de seruitu. & quod no. C. de serui. in l. non modus. secũdùm Bal. ¶In tex. ibi
4 [cedit.] Non obst. j. de auro & argen. lega. † l. si ita. quia ibi loquitur in alia re principali: hic in augmento, quod sequitur naturam principalis legati. ¶In tex. ibi [erit] tẽpore mortis, secundùm Ray. de Forli. ¶Item non obstat
5 quod not. s. titu. 1. in l. serui electione. † §. fi. quia ibi vtraq; pars per se principaliter cẽsetur, nec vna alterius accessio efficitur: hic secus, secundùm Bal.

Ex l. Statuliberum.

SVMMAE.

1 *Hæres non potest legare statulibero, nisi sub ea conditione, sub qua est relicta libertas, vel nisi moriente hærede, seruus sit liber futurus.*
2 *Spes libertatis legatum pecuniarium interim proprio seruo relictum simpliciter, non confirmat, licèt in eius euentum licitè conferatur.*
3 *Repetitio tacita non fit in testamentis diuersorum, secus vnius.*
4 *Licèt legatum relictum sub alia conditione, quàm libertas statulibero, non valeat: fallit tamen, quando legatum est tãtæ potentiæ, quòd libertatem tribuat.*
Item fauore alimentorum. ibi.
Item quando est seruus communis testatoris, & alterius.

1 **L. statuliberum.** ¶Hæres † non potest legare statulibero, nisi sub ea conditione, sub qua est relicta libertas, vel nisi moriente hærede, seruus sit liber futurus. h. dicit.
2 ¶Vel sic. Spes † libertatis legatum pecuniarium interim proprio seruo relictum simpliciter, non confirmat, licèt in eius euentum licitè conferatur. h. d. secundùm Rayn.
3 ¶In tex. ibi [adiũxit] scilicet expressè; nam † tacita repetitio non fit in testamentis diuersorum, quod not. secundũ
4 Bal. ¶In gl. 1. ibi [§. si quis.] & ideo ibi, quia † legatũ est tantæ efficaciæ, ꝙ libertatem tribuit, secundùm Bar. ¶In ea. gl. ibi [l. seruos.] ibi fauore alimentorum. ¶In ea. glo. ibi [l. Plautius.] ibi ideo; quia seruus est communis sui, & alterius. ¶In ea. gl. ibi [l. si à pluribus. §. fi.] ibi. ideo quia reperitur alienus, die legati cedente.

Ex §. Stichum.

SVMMAE.

1 *Permissum ad tempus, post tempus videtur esse prohibitum, & transit electio in legatarium, & post electionem factam res electa sola videtur esse in legato, nec licet variare.*
2 *Terminus assignatus siue à testatore, siue à contrahentibus, est peremptorius.*
3 *Si ille, qui aliquid intra tempus sibi statutum debeat aliquod facere, & non faciat, non potest facere post tempus.*
4 *Exequutores intra tempus sibi statutum debent exequi: secus post.*
5 *Potestas, qui potest cognoscere de commissis ante suum introitum per annum, non potest punire de retro commissis.*
6 *Termini natura est duo implicare, & quod licet in termino, nõ licet post terminum.*
7 *Vltima voluntas pendere non potest.*

1 **§. Stichum.** ¶Permissum † ad tempus post tempus videtur esse prohibitũ, & transit electio in legatarium, & post electionẽ factã res electa sola videtur esse in legato, nec licet variare. h. d.
2 ¶Vel sic. Terminus † assignatus à testatore, est peremptorius. h. d. idem si à contrahente. vt ff. de contrahen. empt. l. qui fundum. secundùm Bal. ¶In text. ibi [elegerit.] idẽ si electio fuerit data tertio. l. fi. §. sed & si quis. C. communia de lega. ¶In tex. ibi [mortuo] sine eius culpa, secun-
3 dùm Dyn. ¶No. ꝙ si ei, qui potest quid facere, statuatur tempus ad faciendum, & infra tempus non facit, post tẽpus videtur prohibitus, siue tempus statuatur à testatore, vt hic, siue à iudice. l. mancipiorum. j. de op. leg. & C. qui accu. non pos. l. si ea. & de postulan. l. Imperatores. secun-
4 dùm Bar. Et facit † ad exequutores, quibus statuitur ter-
5 minus, secundùm Bal. ¶Et sic si Potestas † potest inquirere de commissis ante suum introitum per annum, videt̃ prohibitus inquirere de commissis retro, & sic processus nõ tenebit. & ita ego consului Florentiæ post aliquos, anno 1409. ibi existens legatus pro factis scismatis mense Ianuarij. ¶In tex. ibi [elegerit] ratio est; quia cum hæres sit priuatus electione, conuertit̃ electio ad legatarium ex natura legati alternatiui, vt not. j. eo. in l. Lutio. Sed hæc ratio non habet locum, quando verba exequutiua fuerint relata ad hæredem, vt hic dixit Bar. Dic ergo, ꝙ vera ra-
6 tio est † ex natura termini, nam terminus respicit fauorẽ eius, cui assignatur, dum pendet, postea aduersarij, & sic natura termini est implicita ad duo contraria, facit quod not. s. de acqui. hær. in l. quamdiu institutus. secundũ Bal. ¶In glo. fi. ibi [l. quod nostrum.] & cæt. imò; quia vltima
7 voluntas † non potest pendere. l. fi. s. communia prædi. secundùm Bald.

Ex l. si pecunia.

SVMMAE.

1 *Pecunia legata, etiam si in hæreditate non sit, nihilominus soluenda est, si hæreditas est soluendo.*
2 *Legatum quantitatis admittitur, licèt in hæreditate species solummodo comprehendatur.*
3 *Legatarius quantitatis debet soluere in quantitate.*

1 **L. Si pecunia.** ¶Pecunia † legata, etiã si in hęreditate non est, nihilominus soluenda est, si hæreditas est soluendo. h. d.
2 ¶Vel sic. Legatum † quantitatis admittitur, licèt in hæreditate species solummodo comprehendatur, secundùm Ray. ¶In tex. ibi [legata] & c. in genere, & hic tollitur cõtrarium. Item secus in vera specie. j. eod. l. cum ita. §. species. qui est contra secundùm Ray. vide in l. fi. §. licentia. C. de iure deliber. ¶In gl. j. ibi [§. si nõ fecerit] meliùs dic, vt dicam in d. §. quod vulgo. hodie hæc lex non videtur procedere, facto inuentario; nam tenetur satisfacere de rebus hæreditarijs, si eas non potest vendere. l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure delibe. secundùm Barto. Est tamẽ
3 hic arg. optimum, quòd † legatarius quantitatis debeat soluere in quantitate, secundùm Bald.

Ex §. Quod

Ex §. Quod ita legatum.

SVMMAE.

1 *Dies incertus habetur pro conditione.*
2 *Legatum in hæredis mortem collatum, interim nõ transmittitur ad hæredem.*

1 **§. Quod ita legatum.** ¶Dies † incer
2 tus habetur pro cõditione.h.d. ¶Vel sic. Legatum † in hæ dis mortem collatum, interim non transmittitur ad hæredem, secundùm Ray. ¶In tex. ibi [die] quando dicatur incerta, dic, vt in l. 1. §. dies. ff. de condi. & demon. secundùm Ray.

Ex l. Qui duos.

SVMMAE.

1 *Quando facto hæredis debitor liberatur, hæredi imputatur.*
2 *Vnius nomine conreo alteri, non extraneo relicto, hæres ad vtriusque legati præstationem astringitur. idem si vnius nomen diuersis in solidum relinquatur.*
3 *Per cessionem factã vi ad commodum cessionarij per vnum ex conreis, alter liberatur, secus ad commodum cedentis, & habet duplicem effectum, quia ceditur. & se ipsum liberat.*
4 *Quis apud se ipsum obligatus esse non potest.*
5 *Si testator relinquit actionem alicui, quam contra Titium habebat, cessa ista actione ab hærede legatario, si legatario opponatur exceptio compensationis ex persona hæredis, ipse cõtra eum habebit regressum.*

1 **L. Qui duos.** ¶Quando † facto hæredis debitor liberatur, hæ
2 redi imputatur.h.d. ¶Vel sic. Vnius † nomine conreo alteri, non extraneo relicto, hæres ad vtriusque legati præstationem astringitur. idem si vnius nomen diuersis in solidũ relinquatur.h.d. secundùm Ray. tota lex. ¶In tex. ibi [tenebitur] soluere legatum de suo, secundùm Ray. Nota, ꝙ
3 per cessionem † factam contra vnum de conreis, alter liberatur, quod est verum, quãdo cessio non fit ad commodum cedentis, sed cessionarij. l. facta. §. fi. ff. ad Trebel. secundùm Bar. & sic ista cessio habet duplicem effectum, scilicet cedendarum contra alterum, & liberationis in se ipso, qđ alibi dicit se nescire Bal. ad hoc facit. ff. de liber. lega. l. si damnatus. secundùm eũdem Bal. ¶In tex. ibi [liberatus] &c. nam eo ipso, quòd per cessionem cæpit Mæuius esse creditor, consequenter desijt esse debitor; quia nõ po
4 test † ipse apud se ipsum obligatus esse. l. hæres à debitore. ff. de fideiusso. secundũ An. de Pi. Cin. & Bal. ¶Facit ad
5 quæstionem, si † testator reliquit alicui actionem, quã habebat contra Titium, quam hæres legatario cessit, legatario agenti opponebatur exceptio compensationis ex persona hæredis (quod potest fieri secundùm Dy. in c. si quis in ius. de re. iur. lib. 6.) nam legatarius habebit regressum contra hæredem; quia facto eius (quia non soluit debitor) liberatur, vt hic, facit. l. qui solidum. in fi. ff. eo. secundùm Bar. hic. ¶In tex. ibi [tenebitur] adde, &c. secundùm Pet. hoc tamen beneficium non habent illi, qui remittũt, item non habent illi, qui sunt conrei ex vltima voluntate, vt. ff. titu. 1. l. ille, aut ille. in princip. & s. titu. 1. l. si ex toto. §. 1. & ar. ff. ad l. Falcid. l. in lege Falc. hoc obseruandum. secundùm Bald.

Ex §. Si is, qui.

SVMMAE.

1 *Si pluribus legetur eadem res in solidum, vni debetur res, alteri æstimatio.*
2 *Iura cessa vni, non possunt postea cedi alteri.*

1 **§. Si is, qui.** ¶Si pluribus † legetur eadem res in solidũ, vni debetur res, alteri æstimatio. Hoc dicit, secundùm Barto. ¶Vel sic. Iu
2 ra † cessa vni, non possunt postea cedi alteri. Hoc dicit secundùm Bal.

Ex l. Si idem seruus.

SVMMAE.

1 *In dubio libertas præualet legato.*
2 *Libertas legatum sui derogatorium perimit, nisi animo reuocandi ipsam, subsequatur.*
3 *Quando duo simul relinquuntur, quæ simul valere nõ possunt, valet fauorabilius, siue prius, siue posterius.*
4 *Libertatis commemoratio idem operatur, quod clausula [non obstante.]*
5 *Commemoratio primi testamenti idem operatur, quod clausula derogatoria.*

1 **L. Si idem seruus.** ¶In dubio † libertas præualet
2 legato.h.d. secundùm Bar. ¶Vel sic. Libertas † legatum sui derogatorium perimit, nisi animo reuocandi ipsam subsequatur.h.d. secundùm Ray. de For. ¶Vel sic. Quan-
3 do † duo simul relinquuntur, quæ simul valere nõ possunt, valet fauorabilius, siue prius, siue posterius.h.d. secũdùm Dy & Bal. ¶In tex. ibi [euidẽs] vt quia dixit testator, libertate seruo data, talem seruum, cui libertatem legaui, tali lego. arg. de condi. & demon. l. non ad ea. secundùm Pet. nã
4 commemoratio † libertatis idem operatur, quòd clausula [non obstante] & sic est argum. quòd commemoratio
5 † primi testamenti idem operatur, quod clausula derogatoria, quod est not. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [præualebit.] Nõ obstat. s. de his, quæ in testamento delen. l. proximè. in fi. & ff. de assi. liber. l. si seruus, & s. de libe. & posth. l. si ita. §. regula. vt ibi no.

1 **§. Seruo.** ¶Honoratus † per alium, etiam libertate fideicommissaria sibi præstanda, põt onerari.h.d. secundùm Ray.

Ex l. Si quis duobus.

SVMMAE.

1 *Non potest pars vtriusque rei alternatiuè legatæ præstari: sed vna solida debet solui.*
2 *In legato alternatiuo circa diuersa, in diuersis hæredibus particularis solutio reprobatur.*
3 *Legatum alternatiuum, & à pluribus debitum, est indiuiduum in effectu.*

1 **L. Si quis duobus.** ¶Nõ potest † pars vtriusque rei alternatiuè legatæ præstari: sed vna solida debet
2 solui.h. d. ¶Vel sic. In legato † alternatiuo circa diuersa

in diuersis hæredibus particularis solutio reprobatur. h. d. secūdùm Ray. ¶ Vel sic. Legatum † alternatiuum etiam
3 à pluribus debitum, est indiuiduum in effectu. h. d. secundùm Bald.

Ex l. Si Titio.

SVMMAE.

1 *Etiam per dictionem alternatiuam possunt duo rei credendi cōstitui, & ille erit potior, qui priùs litem contestabitur.*

2 *Alternatiua posita inter personas, collata electione, non habet vim copulæ.*

3 *Hæres, qui est in mora, perdit beneficium eligendi.*

4 *Legatum relictum vni ex socijs alternatiuè, (etiam quòd alter priùs occuparet) debetur alteri, si societas erat omnium bonorum: si non erant socij, sed debitum erat contractum de pecunia cōmuni, alter ab altero repetet: secus si ex causa lucratiua sint socij; quia priùs occupans non tenetur alteri.*

1 L. si Titio, ¶ Etiam † per dictionem alternatiuam possunt duo rei credendi constitui, & ille erit potior, qui priùs litem
2 cōtestabitur. h. d. ¶ Vel sic. Alternatiua † posita inter personas, collata electione, nō habet vim copulæ. Ad hoc al-
3 legatur, secundùm Bal. Nota, quòd hæres, † qui est in mora, perdit beneficium eligendi, sic. ȷ. eo. l. cū quidam. ¶ In glo. 2. ibi [debendi] &c. meliùs staret credendi, & ita exponit Dy. secundùm Bal. hic. ¶ In ea. glo. ibi [tenetur alteri negotiorum gestorum.] Idem glo. in l. frater à fratre. in 1. glo. magna. s. de condi. indebi. sed in l. qui hominem. §. 1. de solu. dicit, quòd ita demum tenetur conreo, si erant
4 socij: sed dic, si † erant socij omnium bonorum, vel illius negociationis, tenetur communicare actione pro socio. d. l. qui hominem. §. 1. si non erant socij: tūc si debitum erat contractum de pecunia communi, alter potest ab alio repetere, & isto casu potest procedere ista glo. & alia, & sic non est ferenda ad istum tex. sed si erāt creditores ex causa lucratiua, vt est hic: tunc non tenetur vnus alteri communicare. l. in lege Falcidia hoc esse obseruandū. ȷ. ad l. Falc. & sic in casu isto non bene dicit gl. Nec obstat. l. 1. de duo. reis. quia loquitur in reis debendi: hic credendi, secundùm Bar. & Ray.

Ex l. si quis Titio.

SVMMAE.

1 *Legatum, quod erat restituendum, remanet penes legatarium, fideicommissario moriente ante diem fideicommissi cedentem, nisi solùm, vt minister, fuerit electus.*

2 *Defectus fideicommissi ex post facto contingens cedit commodo legatarij, non hæredis: secus in nudo ministro, cui nullum cedit commodum.*

3 *Mortuus ante diem fideicommissi cedentē, non transmittit, aliàs transmitteret.*

4 *Commissarius dicitur, cui aliquid gerendum committitur. Et communiter dicitur ille, cui dispō piè relictorum cōmittitur. Item dicitur exequutor vltimæ voluntatis.*

5 *Exequutor testamentarius, legitimus, & datiuus dicitur, quia in testamento, à lege, & à iudice dantur.*

6 *Exequutor quicunque potest esse, qui non appareat prohibitus.*

7 *Seruus non potest esse exequutor.*

8 *Legatum ad pias causas non in iure, sed in facto consistit.*

9 *Exceptio personarum non debet fieri in distributione suarum rerum.*

10 *Seruus ad negotia gerenda assumit officium fideicommissarij.*

11 *Seruus neque tutor, neque arbiter esse potest.*

12 *Commissario competit actio contra hæredem.*

13 *Seruo nulla actio competit.*

14 *Seruo non competit facultas eligendi, nec est homo quò ad ius ciuile.*

15 *Pupillus, cum careat animi discretione, commissarij officio fungi non potest, & an sit verum.*
Item in muto. ibid.
Item furiosus. ibid.
Item surdus. ibid.

16 *Monachus, cum pro mortuo habeatur, sine licentia non potest esse exequutor, vel commissarius, & ne vacet à diuinis: secus cum licentia.*

17 *Mulier an possit esse commissaria, quòd sic.*

18 *Lubricum, & momentaneum consilium inuenitur in fœminis.*

19 *Mulier non potest esse in iudicio.*

20 *Tutrix fœmina debitorum, & creditorum esse potest.*
Item arbitratrix. nu. 21.
Item procuratrix. nu. 22.

23 *Licèt quidquid relinquatur ad pias causas, videatur relinqui pro anima: fallit tamen, si relinquatur diuiti.*

24 *Nudus minister est ille, qui nullum sentit commodum.*

25 *Verba dispositiua collata in aliquem, vt restituat aliquid, puta lego Titio decem, quæ volo eum restituere, faciunt, quòd ille, qui habet restituere, est legatarius, non exequutor, vel commissarius.*
Idem si dispositio tacitè conferatur post aliquod tempus, ita vt ex legato sentiat commodum.

26 *Exequutor mixtus dicitur, quando sentiens commodum ex dispositione defuncti, non ex legato, sed aliunde habet exequutionem facti tantùm, qui potest cōueniri à legatarijs, & debet satisdare, quod est secus in mero.*

27 *Merus exequutor dicitur, qui nullum sentit commodum ex dispositione defuncti, ad quem legata, & fideicommissa deficientia non redeūt, nec conuenitur à legatarijs, nec tenetur satisdare.*

28 *Nudum dicitur respectu iuris agendi, vel quod non sit abstractum à dominio siue potentialiter, siue actualiter.*

29 *Legatarius respectu iuris agendi non dicitur nudus minister, cùm habeat titulum legati, & actionem: secus exequutores, qui non habent actionem, neque titulum, sed faciunt nomine alterius, & in hoc differunt exequutores à legatario; quia hic actionē, et titulum habet suo nomine: ille verò neque actionem, neque titulum suo nomine, sed nomine alterius.*

30 *Legatarius ratione dominij in abstractu in potentia nō dicitur nudus minister, sed actualiter sic pōt dici, si imminet restitutio.*

31 *Exequutor merus non agit regulariter, sed fallit ad pias causas, qui iure suo indistinctè nō habet actionē, alieno uerò sic, & an sit verum, & dato quòd habeat propter officium pietatis, quod impēdit defuncto, aget ex cōdictione. l. nulli. C. de epis. & cler. vel officio iudicis.*

32 *Non merus exequutor habet actionem ex testamento, & in rem, & si est hæres, habet petitionem hæreditatis.*

33 *Commissarius contra extraneum possessorem rerum defuncti, nullo scripto hærede habet vtilem petitionem hæreditatis, actionem in rem, vel vtilem actionem ex ipso contractu cōtra debitorē: aliquo verò scripto hærede, aget vtili hypothecaria, quæ occasione legatorum competit.*

34 *Voluntas testatoris pro lege seruatur.*

35 *Hypothecaria vtilis datur occasione legatorum.*

36 *Commissario existente monacho, an talis exequutio competat monasterio.*

Persona

37 *Personæ quæ cohæreant, in alios transire non possunt.*
38 *Commissarius an possit constituere procuratorem in his actionibus exercendis, vel saltem actorem, quòd sic, etsi tutor nõ possit. ratio.*
39 *Mixtus exequutor tenetur actione ex testamento, vel alijs in rem, vt hypothecaria, si legatum agnouit, si nõ agnoscat, vide remissiuè. merus verò vtili neg. gest.*
Vel si sint legitimi exequutores, tenentur cõdictione ex l. nulli. C. de epi. & cler. vel officio iudicis: testamentarij, vel datiui negoc. gest. actione.
40 *Commissarius, alio non existente hærede, potest vendere ad similitudinem procuratoris habentis liberam: secus si sit hæres, plures rationes.*
41 *In distributione fienda pro anima testatoris, nõ est necesse, quòd hæres adsit.*
42 *Commissarius, quando est solus, tunc non potest nec sibi, nec coniuncto distribuere, nisi sit euidẽs ratio paupertatis: secus quando non est solus.*
43 *Commissarius in spurium defuncti aliquid distribuere non potest.*
44 *Qui per se capere non potest, nec alio mediante.*
45 *Ad id, ad quod lex per se deueniri noluit, per alium deueniri non licet.*
46 *Arbitrium si detur alicui, de iure, non contra ius datum videtur.*
47 *Commissarius, si habent distribuere consilio Titij, illud tenetur requirere.*
48 *Voluntas defuncti est omnibus modis adimplenda, si potest.*
49 *Consilium datum tenetur exequutor sequi, si testator dixit, cũ consilio, & consensu: secus de consilio.*
50 *Quando dati sunt plures exequutores, an quilibet poterit exequi in solidum. remissiuè.*
51 *Commissarius tenetur reddere rationem suæ administrationis, & eius hæres, omnibus, quorum interest. nu. 53.*
Idest hæredibus legatarijs, & Episcopo loci.
52 *Erogationes, quæ per testes probari possunt, probabuntur per eos, aliæ per sacramentum.*
53 *Quæ liquidò probari non possunt, probantur per coniecturas.*
54 *Officium commissarij collatum per nomen propriũ, expirat eius morte, nec transit in hæredem, quasi sit merè personalis: secus nomine appellatiuo; quia tunc transfertur: si nomine proprio, & appellatiuo, si præcedat nomen proprium, non transfertur: secus appellatiuum.*
Fallit, si sit factus exequutor sub nomine appellatiuo, persona amicissima, vel coniuncta.
Item fallit, si non habeat illam dignitatem nomine proprio, sed alieno. vide vsque ad vltimum.
55 *Exequutor datus à testatore, datur in locũ legitimi, qui est Episcopus.*
56 *Commissio facta Vicario Episcopi, vel potestatis sub nomine Vicariatus, non transit ad successorem in vicariatu.*

1 L. Si quis Titio. ¶ Legatũ † quod erat restituẽdum, remanet penes legatarium, fideicommissario moriente ante diem fideicommissi cedentem, nisi solũ, vt minister fue
2 rit electus. h. d. ¶ Vel sic. Defectus † fideicommissi ex post facto contingens, cedit commodo legatarij, non hæredis: secus in nudo ministro, cui nullum cedit commodum. h. d. secundum Bal. ¶ In tex. ibi [mortuus] &c. post testamentum, testatore viuo, & hic tollitur contrarium secun-
3 dùm Ray. quia non transmittit. ¶ Vel sic. Mortuus † ante diẽ fideicommissi cedẽtem, non transmittit, aliàs transmitteret, vt. C. de cad. tol. l. 1. §. in nouissimo. ¶ In tex. ibi [cedet] legatum quò ad commodum agendi, & excipiendi. nec obstat. ℑ. eo. l. si quis quos. & qđ not. de vsufr. in l. Sti
4 cho. vt ibi dicam. ¶ In gl. 1. ibi [commissarijs] dicitur † cõmissarius, cui aliquid gerendum committitur, vt patet ex ethimologia, arg. Insti. de dona. §. est & aliud genus. & in cõmuni appellatur maximè is, cui dispositio piè relictorũ committitur, & appellatur exequutor vltimæ voluntatis; vt extra de testamentis. c. tua nobis. Et circa hoc de nomine vide in Spec. de instr. edi. §. nunc verò. vers. porrò. in pri
5 ma col. & talium † exequutorum quidam sunt testamentarij, quia dati in vltima voluntate, vt. ℑ. de ali. lega. l. 3. quidam legitimi, quia dati à lege. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. quidam datiuus, quia datus à iudice. de ali. leg. l. 3. §. solet. Sed Ia. de Rau. non est ausus dicere, ꝙ exequutor detur à iudice, arg. in Auth. de sanct.
6 Episc. §. si quis. secundùm Cin. ¶ Potest † exequutor cõstitui quicunque non appareat prohibitus, ar. ff. ex quibus cau. maio. l. nec nõ. §. sed quòd eis. & de procurator. l. mu
7 tus. & ff. de accu. l. qui accusare. ¶ Quæro, an seruꝰ † possit esse exequutor, videtur, quòd sic; quia lex simpliciter loquitur, quòd is potest exequi, qui fuerit assignatus à testatore. d. l. nulli. & de ali. lega. l. pecunię. §. diuersa. ergo, &c.
8 l. de pretio. ff. de publicia. Item quia † legatum ad pias causas consistit in facto, non in iure, ergo videtur posse cadere in seruum. ff. de cap. dimi. l. pe. & Insti. de stip. seruo. §. sed cum factum. & de ali. lega. l. seruos. Item quia in hac
9 † distributione in pietate cõsistente nõ debet esse exceptio personarũ, arg. in Authen. de mona. §. 1. Item quia seruus
10 † ad negocia gerenda assumit officium fideicommissarij. l. seruũ quoque. in prin. & de instito. l. sed & si quis. §. 1. cũ
11 simili. ¶ In contrariũ facit; quia seruus † nõ potest esse tutor, neque arbiter, vt. C. qui. da. tuto. poss. l. in seruili. & de
12 arbi. l. Pedius. & de verb. signi. l. illa verba. Item quia, † cũ commissario competat actio cõtra hæredẽ. d. l. nulli. & de
13 ali. lega. l. alio. hoc non cõuenit seruo, cui † nulla actio cõpetit. vt. C. de iud. l. seruus & hęc pars videť verior, arg. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de munc. & ho. & C. de sacro-
14 san. eccl. l. qui sub prætextu. Itẽ quia hæc facultas † disponendi competens electo à testatore, valet. d. l. nulli. & sic nõ cadit in seruum, qui de iure ciuili nõ est homo. l. quod attinet. ℑ. de regu. iur. & l. qui testamẽto. §. seruus. s̃. de te-
15 stib. secũdùm Ia. de Are. ¶ Idẽ † in pupillo, arg. ff. de arbi. l. sed si in seruũ. §. 1. & quia non habet animi discretionem, vt Inst. quib. nõ est permiss. fac. test. §. impubes. ideo iura sapientum, & cæt. C. de testam. milita. l. fi. facit arg. C. de legit. tut. l. fi. & de fal. mone. l. 1. cum simili. secundùm Ia. de Are. Sed contra hoc videtur casus in l. sed & si quis. §. fi. de institu. Idem scilicet, quòd non possit, dic in muto, furioso, & surdo, arg. d. l. sed si in seruũ. §. 1. & de tutel. l. 1. §.
16 fi. ¶ Idẽ videtur † in monacho, & religioso, cum habeatur pro mortuo. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. & ne vacet à diuinis, &c. ¶ In contrariũ est casus extra de testamentis. in c. tua nobis. & in Cle. vnica. de test. quẽ vide, & eo. titu. c. 2. lib. 6. quia possunt petita licentia, vt ibi. In muliere vi
17 detur, quòd † non possit esse cõmissaria, arg. de regu. iur. l. fœminæ. & ff. de eden. l. pen. & ff. de sta. ho. l. in multis. cũ simil. vide Bal. s̃. de proc. i l. fœminis. & ĩ l. 3. §. 1. de nego.
18 gest. Item quia earum † inuenitur lubricum, & momentaneum consilium, vt. C. de inoff. test. l. filia. & de inst. & sub-
19 sti. l. reprehendenda. Item quia ex hac † causa non videtur posse agere, vel esse in iudicio, vt. C. de procur. l. alienam. & s̃. de procur. d. l. fœminis. & l. neque fœminæ. quod tamen videtur esse necesse. d. l. nulli. & hanc partem tenet glo. ordinaria. s̃. de testa. tutel. in l. tutela. ¶ In cõtrariũ fa
20 cit; quia in eis cadit † tutela etiam creditorum, & debitorum, vt in Auth. vt fine prohi. credi. & debi. matres. & in

21 Auth. vt liceat matri, & auiæ. Item quia mulier † potest esse arbitratrix, vt.in c.quintauallis.de iureiur.& extra de
22 arbi.c.dilecti.& † procuratrix, vt extra de confir.vti.vel inutili.c.cum dilecta.Item pro hoc facit.s̃.de nego.gest.l. 3. §.alterius.& de exercito. l. 1.§. cuius. & de instito. l. sed & si quis.§. 1. Item quia non est prohibitum, ergo concessum, pro hoc videtur casus in l.à filio.in prin.j̃.de alimen. & cib. lega.& ĩ l.filio.§ matri.de adime. lega. ¶In gloss. 1. ibi [l. filio. § matri.] hæc non est bona; quia ibi mater erat legataria, non nuda ministra; ideo dic, quòd ibi legatum defecit ex expressa voluntate defuncti; quia ademit: hic verò casu scilicet morte legatarij, secundùm Bartol. ¶ In ead. gloss. ibi [pro anima, vel ad pias causas] &c. istam glo. allegat Bartol. in l. 1. C. de sacrosan.
23 eccle. in 6. colum. quòd quicquid † relinquitur pro anima, dicatur relictum in piam causam, quod not. ad hoc etiam facit in Authen. vt cum de app. cogno. §. si vnum de prædictis.ibi [animæ pijssimæ] &c. hoc tamen est verũ, nisi relinquatur diuiti; quia tunc nõ videtur in piam causã Ita dicit glo.ordinaria.C.de sac.sanct. ecc.in l. illud. sm̃ Bal.hic. ¶In ea.gl. ibi [non relinquatur, vt ministro.] q.
24 d. quòd ille † est nudus minister, qui nullũ sentit commodum, ad hoc facit secundũ Ia.de Are.l.Sulpitius.aliàs incipit, mulier.ff.de do. inter vi.& vxo.Tu dic clariùs secundũ
25 Bar.ꝙ quãdoque in aliquem conferuntur verba † dispositiua, vt lego Titio. 10.quæ volo eum restituere Seio: tunc est legatarius, vt hic.Idem si dispositio in eum confertur tacitè, vt quia voluit eum restituere post aliquod tẽpus, & sic voluit eum sentire aliquod commodum ex legato; quia ad hoc erit legatarius.d.l.Sulpitius.facit.j̃.de cond. & dem.
26 l.si quis eũ. Sed † si in eum non cõferantur verba dispositiua tacitè, vel expressè, sed solũ ei committatur exequutio facti: tunc, si debet habere commodũ ex dispositione defuncti, non ex legato, sed aliũde, vt quia vnum ex hæredibus fecit exequutorẽ, vel exequutori aliquid legauit: tunc dicitur exequutor, sed non merus; quia potest conueniri à legatarijs, vt s̃.tit.1.l.si à pluribus.& debet satisdare, vt.s̃.tit. 1.l.quidã.§.pe.quod nõ facit † merus exequu-
27 tor.l.Diuus.j̃.si cui plusquam per l. Fal. ad istum tamen merum exequutorem legata, & fideicommissa deficientia nõ redeunt.l.pecuniæ.j̃.de ali.lega.Sed si nullũ debet habere commodum ex dispositione defuncti: tunc est merus exequutor, & nudus, de quo loquitur hic, & d.l.Diu⁹. Ad-
28 uerte; quia † nudũ dr̃ dupliciter. Vno mõ nudũ à iure agen
29 di, & tunc legatarius † nũquam dicitur nudus minister, cũ habeat actionem, & titulũ legati, & in titulo differt à quibusdam exequutoribus, qui habent actionem, & tamen sunt nudi exequutores, vt ad pias causas; quia illi non habent titulũ, nec habẽt actionem suo nomine, sed pauperũ, vel vt ita dixerim, nomine illius piæ causæ.d.l.nulli.& d. l. si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.Secũdo modo dicitur nudum abstractum à dominio, & hoc potest cõside-
30 rari dupliciter.s.potẽtialiter, & hoc modo legatarius † nõ dicitur nudus minister; quia ex defectu fideicõmissi posset sibi remanere commodum, vt hic. Alio modo actualiter; nam vbi imminet restitutio, habetur loco meri exequutoris, vt nullum retineat commodum.ff.man.l.creditor.§.si inter.& de iure dot.l.mulier.aliàs incipit.Sulpitius.Ita lo-
31 quitur Bal. hic. Nota tamen ex gl. ꝙ merus † exequutor non agit regulariter, fallit, qñ relictum est ad pias causas, &c.vt dixit gloss.Ia.de Ra.dicit, quòd indistinctè iure suo nõ habet actionem, sed iure alieno, sic scilicet eorum, quibus est legatum.Pet.dic, quòd si non est datus ad pias causas, aliquo iure non habet actionem, sed si ad pias causas: tunc habet actionẽ nõ iure suo, sed alieno.Sed Iac. de

Are.videtur dicere, quòd agit nomine suo propter officiũ pietatis, quod impendit defuncto, vnde videtur sua interesse, sed qua actione aget cõtra hæredem, gl.in d. l.nulli. dicit, ꝙ condictione ex l. illa.vel officio iudicis, & hoc placet Ia.de Are.per l.Quintus.j̃.de annu.j̃.lega.& videt casus extra de testamẽ.in c.tua nobis.Ia.de Are.dicit, quòd exequutor habet illam actionem, quã haberent illi, quorũ nomine experitur, cum agat nomine alieno.vt. s̃. dictum
32 ẽ, secũdũ eundẽ Cin. ¶In non mero † exequutore nõ est dubiũ, ꝙ habet actionem ex testamẽto, & in rem, & si est hæres, habet petitionem hæreditatis, secundùm Ci. ¶Sed an
33 tali commissario † detur actio contra extraneum possessorem rerum defuncti. Dic, quòd si nullus est scriptus hæres (licèt omnia sint relicta pauperibus, & sic ipsi videãtur hæredes. C. de sacrosan. eccle. l. generali) dabitur vtilis petitio hæreditatis, vel actio in rem, vel etiam vtilis actio contra debitorem ex ipso contractu; quia debet dari ei,
34 qui disponit † ex voluntate testantis, quæ pro lege seruatur, vt in Auth. de nup. §. disponat. Sed si aliquis sit scri-
35 ptus: tunc agetur vtili hypothecaria, † quæ competit occasione legatorum, vt. C. cõmunia de lega.l. 1.& de sacros.
36 eccle.l.fi.in fi. Et si talis † commissarius sit monachus, videtur ei competere actio, vt per ipsum quæratur monasterio, arg. C.de epi.& cler.l.si quis presbyter.& Auth.nunc
37 autem. Sed certè hæc distributio videtur † cohærere personæ, nec transire in monasterium, argumen.ff. de verbor. obligatio. l. si stipulatus fuerim illud, aut illud.
38 & l. fina. in princi. ¶Sed an commissarius † in his actionibus exercendis possit constituere procuratorem. Videtur, quòd non, sicut nec tutor, sed fortè constituet actorẽ. vt.ff. quod cuiusque vniu.l.ciuitates. C. de procura.l. neque.l.quod quis.& s̃.de administra.tuto.l. decreto. cũ simil. Vel potest dici, quòd suo nomine habet actionem, & propter lucrum, quòd sentit in piè agendo, procuratorem constituit, argumen.C.de bon. mat. l. 1. de iniurijs. l.sed si vnus.§.idem ait.& C.de donat.l.illam.secundùm Iaco-
39 de Rau. ¶ Sed qua actione † potest ipse cõmissarius conueniri à legatarijs, dic, si nõ sit merus, sed mixt⁹, conuenit ex testõ, & alijs in rem, vt hypothecaria, vt. j̃.eod. l.Imperator.& C.communia.de lega.l. 1. & 2. Et hoc verum, si legatum agnoscat, aliàs si non agnoscat, sed agere velit, dic, vt nota.in d.l.Imperator. in princip. Si non agnoscat, remanet penes hæredem cum onere suo, vt. j̃.eod l. Celsus.Sed si sit merus exequutor, tenetur vtili negociorũ gestorum, secundùm Iac.de Rau. vt. s̃. de nego.gest.l.si ego Sed Pet.dicit, quòd legitimi exequutores tenentur condictione ex l. nulli.vel officio iudicis. Alij actione negociorum gestorum l. si pupilli. in princip. & §. 1.& per totum. ff. de negoc. gest. secundùm Cin. ¶ Sed an poterit
40 † commissarius vendere. Si est sibi commissum, potest, arg. s̃. de procurato. l. si procuratorem. & s̃. manda. l. si verò.§. fina. & l. sequen. sed si non est sibi commissum: tunc si alius est hæres, non potest vendere, vt. j̃. de alim. lega. l. alio. si alius non est hæres, fortè potest ad instar procuratoris habentis liberam, & generalem administrationem. l. qua ratione. §. hoc autem. j̃. de acquiren.rer. domi. & de procura.l.procurator, cui. ¶Itẽ quia actionem habet, ergo & exercendi habet facultatem, arg.s̃. de iure deliber. l. ait Prætor. ¶Item quia commissarius, siue dispensator auctoritate legis vendit. l. si quis ad declinandum. C. de episco. & cle.§. 1. Ita & qui auctoritate testantis, secundũ Iac. de Rau. ¶Et an distri-
41 stributione † pro anima testatoris, quæ fit per commissarium, hæres debeat adesse. Videtur, quòd sic, ne cõmissarius colludat.s̃. de inoff. test.l.si suspecta.& de appell. l. si per

perluſorio.cum ſimilibus. Contrarium verius per d. l.
nulli.ibi [& pro ſua conſcientia] &c. & ff. de donatio. l.
ſi quis pro redemptione.ſecundùm Iaco.de Rau.¶Sed an
42 poterit † ita diſtribuere, quod apud eum remaneat pars
aliqua, vel apud propinquum, argumen.quòd ſic etiam
ſibi, & multò magis propinquo, vt. ſ. titu. 1. l. ab omnibus. §. item ſi iuſſus. & C. de ſacroſan. eccleſ. Authen.
ſi qua mulier. In contrarium facit. C. de ſacroſan. eccleſ. Authen. quibuſcunque. & l. ſi tibi mandauero. §.
ſi tibi. ff. manda. & extra de iure patro. c. per tuas. &
ff.de iuriſd. omnium iudi.l.qui iuriſdictioni. & vide omnino quod ſcripſi in l. illa inſtitutio. in princip. ſ. de
hæredi. inſti. & Bald. in l. tutor petitus. §. 1. de excu.
tuto. quaſi volendo ſibi, vel coniuncto acquirere, inducat ſuſpicionem, quod non videtur permiſſum, vt. ff.
de falſ. l. vxori. & l. ſi quis legatum, & de iniur. l. lex
Cornelia. & de excu. tuto. l. paupertas. & fortè hæc
pars vera eſt, quando erat ſolus commiſſarius, vt non
poſsit ſibi, nec etiam valde coniuncto, per dicta iura,
niſi coniuncto eſſet euidens ratio paupertatis; quia tunc
poſſet, argumen. ſ. de adoptio. l. ſi pater. §. duos.ſecus
ſi cum alijs; quia tunc poſsit, argumen. ff. quod cuiuſque iuris. l. prima.& quod ibi not. cum duobus ſequentibus, & ff. de in diem adiect. l. quod ſi vno. ſecundùm
43 Iaco. de Rau. ¶Sed† àn poterit aliquam partem diſtribuere in ſpurium defuncti. poteſt dici, quòd non; quia
44 †quia nec per ſe,nec alio mediante poteſt capere,vt.ſ.de
vulgar. & pupillar. l. ſi is, qui ex bonis. & argumen. C.
45 de hæred. inſtituen. in l.neque per ſe.ne deueniatur † per
aliũ ad id, ad quod lex noluit per ſe,argumen.ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi cum lis. & de tuto. & cur. dat ab
46 his. l. ſcire oportet. ¶Item quia † cum eſt ſibi datum
arbitrium, videtur ſibi datum de iure, & non contra ius.
C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quando. in princip. & ſ.de
ritu. nupt. l. quamquàm. ſecundùm Iaco. vide omnino
quod ſcripſi. ſ. titu. 1. in l. Lutius. §. in teſtamento.
47 ¶Quid ſi † debet exequi, & diſtribuere conſilio Titij,an
teneatur illud requirere. Videtur,quòd non,vt. ff. de adminiſtra. tuto. l. quidam decedens. §. Papinianus. & l.
Titium. §. 1. vbi dicit de honeſtate requirendum; ergo
nihil intereſt habere conſilium, cũ illud ſequi non teneatur, vt. ſ. man.l. 2. & extra de arbi. c. cũ olim. Econtra,
48 quòd ſic, quia † voluntas defuncti eſt omnibus modis implenda, ſi poteſt, vt in Authen. de nupt. §. diſponat. &
C. de lega. l. cum quæſtio. ſed teſtator hic voluit, ergo,
&c. pro hoc de exercito. l. 1. §. ſi plures. ff. de inſtito.
l. ſed ſi pupillus. §. conditio. ff. manda. l. idemque. §.
ſi quis ea. extra de electio. c. cum in veteri. & c. ne pro
defectu. & de offic. deleg. c. venerabili. & d. l. Titium.
in princip. Non obſtat. §. Papi.& l. Titium. quia non poteſt teſtamento mandari matri tutela communium liberorum, vt. ſ. de teſtamen.tutel.l.iure noſtro. nec aliud ſimile: ne circunueniatur, argumen. ff. de ſponſa.l.oratio.
& de tu.& cu. dat. ab his. l. ſcire. & ff.de conditio.& demonſtratio.l.hæres meus.§. fin. ſecundùm Iaco. de Are.
49 & Cin. ¶Sed an conſilium † ſibi datum tenebitur ſequi,
argumen. eſt,ꝙ non. ff. manda.in l. 2. & extra de arbi. in
c. cum olim quidam. quòd ſi dixit de conſilio,non teneatur illud ſequi:ſed ſi dixit cum conſilio,ſic ita videtur ſenſiſſe Iaco.de Are.Sed hæc differentia nullo iure probatur.
Dic ergo, quòd ſi ſit dictum cum conſilio, & conſenſu,
tenetur illud ſequi:ſecus ſi nil ſit dictum de cõſenſu; quia
non tenetur conſilium ſequi. d. c. cum olim. & extra de
electio. c. cum in ueteri. Et licèt non teneatur ſequi:tamen ideo debet requirere,quia poſſet per id alij, &c. ut.
ff. de arbi. l. item ſi unus. §. fin. & l. ſeq. ſecundùm Cin.
50 ¶Quid ſi dati ſunt plures exequutores,an quilibet poterit exequi in ſolidum, olim fuerunt uariæ opiniones, ſed
hodie eſt expeditum de teſtamen.in c.2.lib.6.dic, ut ibi
51 ſecundùm Cin.hic.¶Sed an commiſſarius † teneatur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ.Dico,quòd ſic per §.
iconomos.in Auth.de ſanc.epiſcopis. & eius hæres, ut in
eodem titu. §.ſi quis autem ex eccleſiaſticis.Et dicit Pet.
52 quòd ſi ſunt tales erogationes,† in quibus poſſunt commodè teſtes haberi,probabunt per teſtes, ſed ſi non poſſint haberi, ut in elemoſinis; tunc probabuntur per ſa-
53 cramentum; quia quæ † liquidò probari nõ poſſunt,probantur per coniecturas,ut.C.de donatio. l. ſi quis pro redemptione.ſecundùm Cin. Et tenetur reddere omnibus,
quorum intereſt ſcilicet hæredibus,ut. j. titu. 2. l.ſi tibi.
Item legatarijs,ut.C.de auc. præſtan. l. fina. Item epiſcopo loci, ut in Authen. de eccleſiaſticis titulis.§.ſi quis
autẽ.colla.9.ſm eundẽ Cin. ¶ Sed an officiũ commiſſarij
tranſeat in hæredẽ eius.Cin. in l. id, quod pauperibus. in
fin.C.de epiſc.& cle. remittit ſe ad not. per Dyn.in l.alimenta. in princip. ff. de alimen. lega. Bartol. tangit eodem titu.in l.à filio.ſed non plenè.Ideo dic tu latiùs, aut
hæc exequutio eſt in aliquẽ collata ſub expreſsione proprij nominis,aut appellatiui, aut utriuſque. Primo caſu
54 † indubitanter exequutio non tranſit in ſucceſſorem,imò
illius morte expirat,quaſi uideatur fuiſſe merè perſonalis
argu.eorũ, quæ notant ſ.de iure omniũ iudi.in l.& quia.&
pleniùs extra de offic.de lega. in c.quoniã abbas. Secũdo
caſu,ut ſi relinquo priorẽ talis eccleſiæ, &cætera:tũc tran
55 ſit in ſucceſſorem; nam † exequutor datus à teſtatore datur in locum legitimi, ideſt Epiſcopi, qui eſt legitimus
exequutor.l.nulli. & l. ſi quis ad declinandam.C. de epiſcopis, & cleri.ſicut ergo illi legitimo defertur exequutio
ſub nomine dignitatis, ita quòd quicunque reperietur eſſe Epiſcopus illius loci tempore diſtributionis fiendæ, ius
diſtribuendi habebit. d. l. nulli. & d.l.ſi quis ad declinandam. ita & huic uideatur deferri ſub nomine dignitatis,
& ſic magis haberi reſpectus ad locum,& ad dignitatem,
quàm ad perſonam. Ita in hoc paſſu uidetur ſentire Bartol.in l.qui liberis.§.hæc uerba.ſ.de uulgar.& pupillar.&
pro hoc facit. l.annua. §.à Titia. j. de annuis lega.& extra de offic.deleg.c.quoniam abbas. & de regul.iur. l. in
omnibus. & l. priuilegia. Et quod dixi hoc caſu tranſire
in ſucceſſorem,intellige,niſi ratione cõiunctionis, uel propinquitatis illius, in quẽ hæc exequutio fuerit collata,præſumatur collata affectione perſonæ, ut quia ante prioratum erat ſibi amiciſsimus,uel cõiunctus,argumen.de caſtren.pecu.l.ſi fortè.& l.dotem.quia tunc non tranſiret in
ſucceſſorem ẽt in dignitate,uel officio,ad hoc.facit.12. q.
3.c.Pontifices.& extra de teſtamen. c. requiſiſti.ita limitat Ioan.And.de teſtamen.in c.2.in glo.penul.lib.6.Item
quòd tranſeat in ſucceſſorem,intellige uerum,quando talis exequutio ſub nomine dignitatis, uel officij collata
fuit in eũ,qui dignitatẽ, uel officiũ habuit iure ſuo: ſecus
ſi nomine alieno,ut eſt uicarius,legatus, uel ſimiles; quia
tunc non tranſiret,text.optimè probat in l.quod Principi.
cum ſequen.ſ.de conſt.princ. Quod eſt not. maximè pro
56 Canoniſtis; quia per hoc patet, quòd † commiſsio facta
uicario Epiſcopi,uel Poteſtatis ſub nomine uicariatus,nõ
tranſeat ad ſucceſſorem in uicariatu, quod not. ad notata
in Clemen.& ſi principalis.de reſcrip.Ex his etiam patet,
quæ ſit uera ratio dictæ.l. quod Principi. & ſequen. ff. de
conſtit. princip. quam etiam ibi ponit Bartol. ¶Tertio
caſu,quando ſub expreſsione proprij nominis,& appellatiui:tũc diſtingue,quod præcedit;quia ſi proprium, idem,
quod

quod si sub proprio. Si appellatiuum, idem, quod si sub appellatiuo tantùm, arg. l. si communis seruus ita stipularetur. ff. de stipul. seruo. Ita scripsi in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc.

Ex §. Si hæres.

SVMMAE.

1 *Negligentia eius, qui habet vnum de certis eligere, facit, vt legatum omnibus debeatur.*

2 *Vbi testator sensit de incerto, idest indeterminato legato, & incerto de certis, determinando tamen per hæredem, hærede nō eligente, omnes agere possunt.*

3 *Hæres habens eligere vnum de certis, non eligens, potest purgare morā vsque ad litem contest.*

4 *Appellans alternatiuè, reseruata sibi potestate eligendi, si mora sua non elegerit, conuertitur electio in aduersarium.*

1 §. Si hæres. ¶ Negligentia † eius, qui habet vnum de certis eligere, facit, vt legatum omnibus debeatur. h. d. ¶ Vel sic. Vbi te-
2 stator † sensit de incerto, idest indeterminato legato incerto de certis, determinando tamen per hæredem, hærede non eligente, omnes agere possunt. hoc dicit secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [constituerit] & cætera. statim cum commodè potuit, & sic fuit in mora, vt. ȷ. eodem. l. cum quidam. in fine. ¶ In tex. ibi [omnibus.] si simul veniunt, aliàs est melior conditio occupantis secundùm formam. l. cum quidam. ȷ. eodem. & nota. ȷ. eodem. in l. vnum ex familia. §. si duos. secundûm Rayn. de Forliuio. Et faciunt sibi partes per concursum, & reputantur omnes re coniuncti, quamquam testator sensit de vno, quod est nota. secundùm Bald. ¶ In text. ibi [est.] Nec obstat. s̄. titu. 1. l. qui filiabus. §. 1. & l. hæc autem. §. si duo. ȷ. si cui plusquam per l. Falcid. vt ibi not. & ȷ. de vsufruct. lega. l. qui plures. §. sed si. quia patet so. in text. secundùm Rayn. ¶ In gloss. 1. ibi [casibus loquuntur.] Nam in §. si inter. testator sensit de certo, &c. Adde, ꝙ in l. si Titio. legauit duobus alternatiuè: hic vni de certis, quam hæres elegerit, vnde eo non eligente, omnes simul vocantur, secundùm Bartol.
3 debet autem † eligere hæres, cum primùm potest, & si fuerit negligens, potest morā purgare vsque ad litis contest. factam ab vno, vt. ȷ. eodem. l. cum quidam. & ibi not. Bartol. Et est argumen. iste. §. quòd si quis
4 appellat † alternatiuè, reseruata sibi potestate eligendi, & est in mora eligendi, quod conuertatur electio in aduersarium, scilicet coram quo velit appellatus appellationē prosequi: si autem nō reseruasset electionem dicti articuli, Ioan. Andr. dicit, quòd non teneret appellatio alternatiua, tamen de facto seruatur contrarium, secundùm Bal.

Ex l. Hæredem.

SVMMAE.

1 *Potest mihi legari res mea sub conditione, si mea esse desierit.*

1 L. Hæredem. ¶ Potest † mihi legari res mea sub conditione, si mea esse desierit. h. d.

Ex l. Si is, cui.

SVMMAE.

1 *Per petitionem, vel solutionem vnius de rebus alternatiuè legatis, ius eligendi consumitur, etiam si eam solam quis legatam putauerit.*

2 *Obligatus ad duo alternatiuè ex vltima voluntate, in electione non variat, nec solutum repetit, licèt per errorem aliud opinetur.*

3 *Errans circa electionem nō potest variare, nec habet locum condictio indeb. propter errorem electionis.*

4 *Post factam exequutionem à iure, vel ab homine, non est locus purgationi moræ.*

5 *Error non transfert dominium, si errauit in ipso dominio, secus in causa dominij, quod est verum, quòd error in dominio impedit translationem fiendam ex voluntate hominis, secus ex legis potestate.*

6 *In legato alternatiuo non transfertur dominium, nisi à tempore electionis.*

7 *Ignorantia, vel error circa rem eligendam, impedit electionem in legatis simpliciter, secus in alternatiuis.*

1 L. Si is, cui. ¶ Per † petitionem, vel solutionem vnius de rebus alternatiuè legatis, ius eligendi consumitur, etiam si eam solam quis legatam putauerit. Hoc dicit secundùm
2 Bartol. ¶ Vel sic. Ad duo alternatiuè † obligatus ex vltima voluntate in electione non variat, nec solutum repetit, licèt per errorem aliud opinetur. hoc dicit secundùm Rayn. & est singularis secundùm eundem. ¶ Vel
3 sic. Errans † circa electionem non potest variare, nec habet locum condictio indeb. propter errorem electionis. hoc dicit hæc. l. singularis secundùm Bal. Vide Bald. in l. penulti. C. de condictio. indebi. & in l. si quis seruum. quæ est. l. penulti. hic allegata. & quod ibi ego scripsi. ¶ In text. ibi [Pamphilus] electione à lege, vel à testatore sibi concessa tacitè, vel expresè. ¶ In tex. ibi [dare] electione expresè, vel tacitè à testatore sibi concessa, quod dic, vt not. ȷ. eod. in l. Lutio. ¶ In text. ibi [ignoraret] errore iuris, vel facti secundùm Rayn. ¶ In text. ibi [ius non habet] & ratio est; quia hoc casu facta est exequutio à lege, statim enim quòd legatarius petijt, translatum est in eum dominium. ¶ In sequenti casu facta est exequutio ab homine; quia soluit; vnde per hanc. l. dicit Dy. in l. si seruum. §. sequitur. ȷ. de verbor. obligatio. quòd post
4 factam † exequutionem à iure, vel ab homine, non est locus purgationi moræ, pro hoc. s̄. de condictio. indebi. l. quæ ob rem. dixit Bartol. in l. si insulam. in 4. quæstio. de verbor. obligatio. ¶ In gloss. 3. ibi in l. penul. quæ est contra. Sed non obstat; quia ibi soluit vtrunque: hic alterum secundùm Rayn. de Forli. ¶ In eadem gloss. in fin. ibi [tu dic, vt ibi] scilicet, quòd ibi in legato generis, hic alternatiuo, & ratio diuersitatis ibi not. ¶ Nec obstat,
5 quòd errans † non transferat dominium. l. 3. §. subtilius. s̄. de cōdictio. ob causam. quia hic est error in causa translationis, qui non impedit, vt. ff. de condictio. indebi. per totum: secus si fit in ipso dominio, vt cum credo rem meam esse, & est alterius, secundùm Dyn. hæc so. non placet per l. si ego. s̄. si cert. petat. ¶ Item quia hic errauit et in dominio per not. s̄. de rei vendi. in l. si rem. sm̄ Ray. Quare dic, quod ibi agitur de obligando: hic de liberando, & est speciale fauore liberationis, argumen l. Arrianus. ff. de act. & oblig. sm̄ Rayn. Sed videtur, quod imò hic electionem

set error in dominio: quia si credo Stichum tantùm legatum, credo illum tuum, & sic trado, vt tuum, ergo non debet transferri. d. §. subtiliùs. & l. cum in corpus. ff. de acquiren. rer. domi. Dyn. non solu. Sed dic, quòd error in dominio impedit translationem, quando dominium transfertur ex voluntate tradentis: sed hic transfertur ex legis potestate eo ipso, quòd eligit istum dare, secundùm Bart. Eodem modo responde ad l. si ego. supra si certum petatur. vbi error in causa impedit translationem dominij; quia hic non transfertur ex voluntate tradentis, sed ex dispositione legis. ¶ Nec obstat contrarium hic, quòd in legato alternatiuo non transfertur, nisi à tempore electionis, vt supra eodem. l. statuliberum. §. Stichum. sed
7 hic non fuit electio, quia † error, vel ignorantia circa rem, quæ debet eligi, impedit electionem. l. serui electione. & ibi not. supra titu. primo. quia respon. quòd illud est verum, quando relinquitur optio rerum simpliciter: hic quādo res relinquuntur alternatiuè: quo casu quælibet ab initio est in obligatione, ideo error electionem nō impedit. quod est not. secundùm Bar.

Ex l. Et proculo.

SVMMAE.

1 *In legato proprietatis coniunctio legalis non inducit ius accrescendi.*

2 *Coniunctio legis in proprietate ius accrescendi non inducit, sed bene in vsufructu, & in hæreditate, non autem in legatis.*

1 **L. Et proculo.** ¶ In legato † proprietatis coniunctio legalis non inducit ius accrescendi. Hoc dicit. vide quod scripsi. ȷ. ad l. Falc. in l. Plautius seruo. ¶ In text. ibi [sit in re corporali] ratione proprietatis, & hoc tollit omnia contraria. ¶ In text. ibi [coniunctim] coniunctione ho-
2 minis, sed coniunctione † legis sic, quæ inducit ius accrescendi in vsufructu, non in proprietate. l. 1. §. 1. ff. de vsufruct. accrescen. & hic per Dyn. ¶ In text. ibi [haberent] quasi dicat, non faciunt partes per concursum. Nec obstat. ȷ. de stipulatio. seruor. l. 1. §. communis. quia ibi quò ad acquirendum directò, non quò ad coniungendum, vt hic. ¶ Item non obstat. ȷ. eod. l. Mæuio. in princip. vt ibi dixi. ¶ Item non obstat. s̄. de hæredib. instituen. l. si ita quis hæres. quia ibi coniunctio verbalis: hic nulla. ¶ In gloss. 1. ibi. Tu dic, quòd ibi in vsufructu. hæc vera. Nec obstat, quòd vbi nulla est coniunctio etiam in vsufructu, non est locus iuri accrescendi. l. 1. s̄. de vsufruct. accrescen. quia ibi quando nulla est coniunctio nec legis, nec hominis: hic est saltem legalis, quæ sufficit in vsufructu, non in proprietate, vt hic secundùm Rayn. de Forli. & Bartol. & hoc in legatis: sed in hæreditate sufficit ista coniunctio. l. seruus communis ab extero. s̄. de acquirenda hæreditat. Ratio ibi not. secundùm Bartol. hic.

Ex l. Cum quidam.

SVMMAE.

1 *Falsa demonstratio non vitiat, vbi quantitas est expressa, si verba sunt apta grauamen inducere.*

2 *Verba quando non possunt stare propriè, impropriantur.*

3 *Legatum certæ quantitatis à viro dotis reddendæ nomine vxori relictum, procedit, etiam ipsa restituta.*

4 *Legatum certæ quantitatis pro dote, debetur, licèt dos non debeatur.*

1 **L. Cum quidam.** ¶ Falsa † demōstratio non vitiat, vbi quantitas est expressa: si verba sunt apta grauamen in
2 ducere. ¶ Nota ergo, quòd † vbi verba non possunt sta
3 re propriè, impropriantur. ¶ Vel sic. Legatum † certæ quātitatis à viro dotis reddendæ nomine vxori relictum, procedit, etiam ipsa restituta. hoc dicit, secundùm Ray. ¶ Vel
4 sic. Legatum † certæ quantitatis pro dote, debetur, licèt dos non debeatur. h. d. secundùm Bal. ¶ In tex. ibi [significationem] Non obstat de dote prælega. l. 3. §. fi. vt ibi no. secundùm Ray.

Ex l. Lutius.

SVMMAE.

1 *Si p̄ testatorem viuentē præstatur legatario, quod ei erat relictum, tollitur actio ex testamēto pro illa rata, pro qua erat præstitum.*

2 *Si legatum relictum simpliciter à testatore viuente præstetur in solidum, integrum legatum extinguitur: si verò pro parte, eatenus solùm perimitur, nisi legantis voluntas mutata per hæredem ipsius probaretur.*

3 *Si testator ipse exequitur, vlterius exequutio non petitur.*

4 *Testator non præsumitur velle duplicare legatum.*

5 *Voluntas testatoris præsumitur durare, nisi reuocatio probetur.*

6 *Si pater legauit filiæ ducenta pro ea maritandâ, ea maritata, & centum traditis, filia potest petere residuum, nisi aliter per indicia testatoris appareat. vide plures distin. & nume. sequen.*

7 *Causæ insertio non minuit legatum.*

8 *Si mater dixit, dono filiæ meæ tantum, quantum filio masculo relinquam: institutis pariter in hæreditate, filia non potest agere ad donationem propter præsumptam voluntatem testatoris.*

9 *Et si mater donat filio illam partem, quam daret vni hæredū, institutus in dimidia, alio aūt in dimidia, habebit filius, tāquā creditor hæreditarius alteram partem. nu. 9.*

10 *Donatio causa mortis an debeat haberi ab illo, qui postea hæres est institutus. remissiuè.*

11 *Donatio inter viuos, quæ morte confirmatur, an debeat haberi, si hæres instituatur cum alijs. remissiuè.*

12 *Legata re simpliciter, quia habent se instar bonæ fidei actionis propter difficultatem præstationis, potest peti æstimatio: secus in stricti iuris.*

13 *A forma contractus stricti iuris non est recedendum.*

1 **L. Lutius.** ¶ Si per † testatorem viuentem præstatur legatario, quod ei erat relictum, tollitur actio ex testamento pro illa rata, pro qua erat præstitum, hoc dicit. ¶ Vel sic. Si legatum
2 † relictum simpliciter à testatore viuente præstetur in solidum, integrum legatum extinguitur: si verò pro parte, eatenus solùm perimitur, nisi legantis voluntas mutata per heredem ipsius probaretur. hoc dicit, secun-
3 dùm Rayn. ¶ Vel sic. Si testator † ipse exequitur, vlterius exequutio non petitur, hoc dicit secundùm Bald.

4 Nota, quòd † testator non præsumitur velle duplicare le
5 gatum. Item quòd præsumitur † durare voluntas, nisi reuocatio probetur, facit. ff. de probat.l. cum tacitum. & l.quinquaginta.eod.titu.& de confir. tuto. l. in confirmando. secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [dedit ei] &c. si testator rem legatam tradit, quem titulum habeat interim legatarius, Respon.vt.j.eodem.in l.legatū est. & ibi dicam. Per hoc puto, quòd tale legatum non requirit confirmationem per aditionem hæreditatis, quæ excedit notissimos terminos legati. Ad hoc facit quod nota.j. eod. in.l.cum pater.§.mater.in gloss.i. Falcidiam. secundùm Bald. ¶ Nota, quòd hic in fine videtur casus, quòd
6 si pater † legauit filiæ ducenta pro ea maritanda, & postea eam maritauit, & dedit ei centum in dotem, quòd filia possit residuum petere. Contrarium dicit Dy. quia hic loquitur, quando legatum fuit simplex: sed in quæstione ista fuit ob causam scilicet maritandi, quæ est finita, ergo legatum est finitum.l. libertis.in princip.j. de ali.& cib.leg.& quod nota.in l.quinquaginta. ff. de probatio.secundùm Dy.Sed Oldr.dixit contrarium;quia in-
7 sertio † causæ non minuit legatum certæ quantitatis.j. de ali.lega.l. Lutius.& ff. man.l.creditor.§. si inter. ad idem facit eodem titu.l. quæro. & de vsu,& habi.l.si habitator. §.sed si sic.& C.de iure dot.l. si mulier. & quod ibi nota. per Cin.& j.de donatio.l.donationes. §.species.& quod ibi per Iaco.de Are.& j.ad Trebel.l.Lutius.§.hæredum. vbi etiam ego tetigi. Barto. distinguit. Aut dixit, pro filia maritanda: & tunc quasi finita sit causa, sit finitum legatum, vt j. de adi. lega.l. alumnæ. §.Sæia.& j.de auro.& argen.lega.l.medico.§.fi. & de conditio.& demōstrat.l.Titio centum.§.sed cum ante nuptias. & quod no. ff.de transac.in l.cum hi.§.si vni. Aut dixit pro dote;tunc non minuitur legatum per nuptias; quia etiam constante matrimonio,potest constitui dos, facit quod not. j.de actio.& oblig.in l.obligamur.§.lege. Bal. dicit, quòd si sunt indicia mutatæ voluntatis, vt quia pater post testamentum genuit filios masculos: tunc præsumatur mutata.j.titu.primo.l.si filiæ pater.facit ad hoc quod not.per Iaco.de Are.in l.qui filiabus.§.primo.s.titu.primo.Sed si non apparent talia indicia; tunc præsumetur volūtas durare,vt hic.¶ Non ob. si dicas,quòd causa est finita; quia imò est impleta,vt C.de insti.& substi.l. antepenul. & j. eo.l.si ita sit scriptum.§.si pater. Item non obstat.l.libertis, quos.j.de ali.& cib. legat. quia ibi erant duæ disponendi formæ diuersæ: hic non erat,nisi vna dispositio, ad cuius exequutionem testator pro parte processerat,& sic in hoc teneo dictum Oldra. prout etiam tenet Bald.
8 hic.¶ Item facit ista lex,quòd si mater † dixit, dono filiæ meæ tantum, quantum relinquam filio meo masculo, & postea mater pariter instituit filium,& filiam, quòd nihilominus filia potest agere ex donatione, ad hoc facit.s.titu.primo.l.Lutius.quod non puto verum;quia ratione filij masculi,ne fœmina plus haberet, tacitè videtur comprehendi voluntas matris, quòd reliquerit filiæ, tanquā exequens illam donationem,non tanquàm præferens eā masculo,arg.ad hoc.s.soluto matrimo.l.si cum dotem.§. si pater.& l.fi.C.cōmunia vtriusque iudi.secundùm Bald.
9 ter † donauit filio illam partem,quam daret vni hæredum deinde eum instituit pro dimidia, & alium in alia dimidia, durabit donatio; quia ipse erat creditor hæreditarius.l.hæreditariū.ff.de bo.auc.iudi. poss.& sic non videtur institutus animo compensandi, arg. infra eodem. l. creditorem. & s. titul.primo. l. Lutius. ¶ Nec obstat ista l.quia hic simpliciter ē legatarius: ibi creditor hæreditarius, secundùm Ray.de Forliuio. ¶ In glo.tertia ibi [l.cū pater.§.filia.] adde quod not.in l.si quando. C. de bonis
10 vacan.lib. 10.Item adde,quid in donatione † causa mortis,& dic,vt infra titu.pri. in l. 3. §. sed si habenti. Item
11 quid in donatione † inter viuos, quæ morte confirmatur, dic,vt supra titu.primo.in l.talis scriptura, secūdùm Bal. hic.¶ In gloss.penul.ibi [alias res ipsa] &c.Barto. dixit, etiam quando res est legata simpliciter, potest peti æstimatio,vt supra titu.primo.l.planè. §.quod si rem.Et hoc
12 est verum; quia legata † habent instar bonæ fidei,in quibus propter difficultatem præstationis potest peti æstimatio,arg.s.de act. empti.l.j. in princ. & quod not. Insti.de
13 actio.in §.actionum.secus in stricti iuris,vbi † non est recedendum à forma contractus,vt j.de verbo.obl.l.si seruum.§.effectus.& §. seq. secundùm Bald.

Ex l. Lutio.

SVMMAE.

1 *In alternatiuè legatis in dubio legatarij est electio.*
2 *Proprietate, vel vsufructu eiusdem rei alternatiuè relictis, legatario conceditur ius alterum eligendi.*
3 *Quando legatur totum, & pars alternatiuè, vtrunque est in obligatione, si alternatio est inter res, in quibus cadit affectio: sed in rebus, in quibus non cadit affectio, si electio est creditoris, idem, secus si debitoris.*
Item quando pars, & totum non sunt eiusdem formæ, & naturæ, secus si sint eiusdem formæ, & naturæ. ibidem. & nume. sequen.
4 *Debitor non præsumitur electurus, quod plus est.*
5 *Electio illius est tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, ad quem verba exequutiua sunt directa.*
Et quid in dubio, hæredis, an legatarij.
6 *Verba debent interpretari pro eo, cuius fauore apponuntur.*
7 *In contractibus electio est debitoris in dubio.*
8 *Iudicis in criminalibus.*
9 *Si statutum puniat in centum, aut amputetur ei manus, non est propriè alternatiua, sed subordinata in defectum pecuniariæ.*

1 L. Lutio. ¶ In † alternatiuè legatis, in dubio legatarij est electio. hoc dicit
2 ¶ Vel sic. Proprietate, † vel vsufructu eiusdē rei alternatiuè relictis, legatario conceditur ius alterum eligendi. hoc dicit secundùm Rayn. ¶ In tex. ibi [vsumfructum] non obstat.j.de verborum oblig.l.si ita stipulatus fuero decem cum similibus; quia ibi electio debitoris: hic creditoris, arg.infra eod.l. si ita.in fi.& not. Docto. C. de verborum
3 significa.in l.cum quidam. Nota, quòd vbi † legatur alternatiuè totum, vel pars, vtrunque est in obligatione, & hoc verum, quando alternatio sit inter res, in quibus cadit affectio, vt ff. de verbo.oblig.l. si duo.sed si inter res, in quibus non cadit affectio: tunc, si electio est creditoris, idem, vt hic: si debitoris; tunc solùm est in obligatione
4 quod minus est; quia debitor † nunquam est electurus, quod plus est, vt j. de verborum obliga.l. si ita stipulatus fuero 10. aut 15.& ibi per Dy.& Petr. Potest dici, quòd istud est verum de toto,& parte, quæ est eiusdem formæ, & naturæ: secus si pars non sit eiusdem formæ, & naturæ, vt est vsusfructus formalis; quia tunc cuiuscunque sit electio, vtrunque est in obligatione alternatiuè, vt j. de vsuf. lega.l.si Titio fundus.secundùm Bald. ¶ In fine gl.nec obstat.s.titu.1.l.si qn.§.1.vide ibi,& in §.fin.& l. cum res.§. sed & si Stichus.vt ibi dixi.¶ Item non obst. de reb. dub. l. 1. quia hic in rebus certis legatis: ibi in incertis, & est ratio:

ratio, vt ibi dicam. Conclude ergo attendi, ad quem ver-
5 ba exequutiua † sint directa, vt illius sit electio tam in vl timis voluntatibus, quàm in contractibus. l. si ita distrahatur. & l. si in emptione. §. penul. supra de contrahend. emptio. Ratio est, quia verba † debent interpretari pro
6 eo, cuius fauore apponuntur, vt infra quando di. leg. ced. l. nec semel. §. primo. si ad neutrum sunt directa, tunc in legatis est electio legatarij, vt hic, & l. secunda. C. de cast. & mi. lib. duodecimo. quod imò sit hæredis, videtur casus supra de legat. primo. in l. cum res. §. sed si Stichus.
7 † In contractibus debitoris. l. plerunque. s. de iure do. & ff. de eo, quod cert. loco. l. non vtique. & dic, vt ibi, & de materia habetur per Dyn. in reg. in alternatiuis. de regu. iur. lib. sexto. & Institu. de actio. in §. huic. In pœnis verò
6 † criminalibus electio est iudicis. l. prima. §. expilatores. infra de effractoribus. & C. de seruis fugiti. l. quicunque. & ibi per Iacob. Butrig. vide eum eodem titu. in l.
9 mancipia. ¶ Adde tamen, quòd si statutum † dicit, puniatur in centum, aut amputetur ei manus, quòd ista non est propriè alternatiua: sed est quædam pœna subordinata, scilicet corporalis in defectum pecuniariæ, & hoc propter naturam pœnæ corporalis, vt ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id, quod. & ff. de in ius voc. l. fi.

Ex l. Cum quidam.

SVMMAE.

1 *Quandò electio personarum, non substantia legati confertur in arbitrium, legatum non dicitur captatorium.*

2 *Declaratio est pica, & organum, non autem dispositor actus.*

3 *Quando distributio committitur in liberam voluntatem alicuius, pôt ille eligere indignum, dummodo dolus absit.*

4 *Electio pauperum quando committitur per verbum, volo, priori prædicatorum, potest eligere fratres suos: secus per verbum, quod importat arbitrium boni viri, quia tunc pauperes eligendi sunt illi, qui sunt digni, licèt digniores reperiantur.*

5 *Volo, verbum denotat arbitrium ab omni æquitate abstractum.*

6 *Si quis promittat facere, quicquid aliquis voluerit, sententiæ suæ latæ, siue æquæ, siue iniquæ stare debet: secus si se submittat arbitrio, & ideo reductio ad arbitrium boni viri petitur: secus priùs.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri semper peti potest ratione delicti.*

8 *Si testator mandet bona distribui, non videtur sensisse de personis prohibitis capere, vt spurijs.*

9 *Episcopus si distribuat bona in spurium, fiscus non auocat, sed Episcopus, qui fecit, lege prohibente, & defuncti voluntate non assistente.*

10 *Immeritus dicitur ille, qui offendit testatorem, & ab eo offensus ante testamentum, vel post, non potest eligi.*

11 *Conditio importata per relatiuum, est tacita, & non impedit translationem, quando legatarius est certus: secus si incertus sit.*

12 *Vnus ex pluribus electis si exigat relicta, tenetur alijs conferre, si habent ratum, nec fuerunt negligentes: secus si fuerunt negligentes.*

13 *Iudex potest motu proprio facere quem citari, quem iubeat debere comparere.*

14 *Quando plures petitiones possunt admitti, quidam venientes, & ius cõe omnium persequentes, non sunt audiendi, nisi alijs citatis, & explorata voluntate absentium, ratio.*

15 *Citari si quis debeat personaliter, non inuentus, potest ad domum citari.*

16 *Cautela, si nuncius non reperiat citandum, est, quòd referat, quòd perquisiuit diligenter & eum inuenire non potuit.*

17 *Non reperiri, vel non extare, negatiuæ, probantur, si probatur adhibitam esse diligentiam, vt reperiretur, vel extaret.*

18 *Eligens indignum, statim priuatur iure suo, mora non expectata, & scienter elegisse præsumitur.*

19 *Electio quando committitur alicui, vt bono viro, non repellitur eius electio, si eligat dignum, licèt digniorem eligere potuerit, quãdo electio datur ab homine, secus si à lege, & an sit verum.*

20 *Eligere qui debet pauperes, non tenetur eligere pauperiores.*

21 *Licèt quando exequutio fit à lege, per quam transferatur dominium, mora purgari non possit, hoc tamen non est verum, quando solùm dat lex actionem personalẽ ad petendum.*

22 *Quando exequutores debent exequi intra annum ex constitutione Episcopi, aliàs ad eum deuoluitur, exequutio, si sint relicti à testatore, possunt post annum eligere, non Episcopus, & sic moram purgare. ratio.*

23 *Electio quando est fienda circa personas incertas de certis: tunc post moram omnes admittuntur, tanquam certi: & licet purgare moram: secus de incerto, de in certis; quia post annum tunc declaratio deuoluitur ad Episcopum, & hæc seruatur.*

24 *Consuetudo est optima legum interpres.*

25 *Eligendi potestas data simpliciter hæredi, debet statim eligere: secus si quandocunque voluerit; quia tunc vsque ad mortem eligere poterit, & secus circa res.*

26 *Electionarij, quibus data est potestas eligendi potestatem, debent, cum primùm possunt, eligere: secus circa res, quia durat anno.*

L. Cum quidam. ¶ Primò ponũtur quatuor dicta Marcelli vsque ibi [Scæuola] Ibi est reprehensio, quam facit Scæuola de quarto dicto Marcelli vsque ibi [videtur enim] Ibi ratio reprehensionis, quæ colligitur ex verbis Marcelli vsque ibi [nisi] Ibi limitatio, & modificatio reprehensionis vsque ad fin. in l. sequen. remanet vnum dubium. Casus. si electio personarum committitur in liberã voluntatẽ hæredis, potest hæres eligere indignum: secus si committatur in suũ arbitrium: & cum hæres est in mora eligendi, omnes vocantur, & tunc morientes transmittunt ad hæredes, nisi & ipsi in petendo fuerint negligentes, & præsentibus petentibus, debent absentes citari. hoc dicit, cum l. sequenti. ¶ In text. ibi
1 [quibus voles] nec tale, † legatum est captatorium, quia non substantia legati, sed electio personarum committitur, & sic valet, vt hic, & infra de rebus dub. l.
2 vtrùm. §. primo. nam declaratio † est pica, & organum, non autem dispositor actus, vt infra de manu. vindic. l. pater ex prouincia. secundùm Bald. ¶ Nota, quòd
3 quando committitur † in liberam voluntantem alicuius, potest eligere indignum, intellige, dumtamen dolus absit. l. creditor, supra man. Et facit secundùm Dy. quem vide omnino, supra tit. primo. in l. captatoriæ.
4 quòd si est commissa † electio pauperum priori prædicatorum per verbũ, volet, possit eligere fratres suos: secus si per verbum, quod importat arbitrium boni viri; quia tũc debet eligere, vt bonus vir illos pauperes, q̃ ponũtur in l. nulli. & in l. si quis ad declinandã. C. de episco. & cle. qđ secundum non placet, quia quando relinquitur ꝑ verba, q̃ sapiunt arbitrium boni viri, sufficit, ꝙ non eligatur indi-

gnus:vt est hic conuentus fratrũ: licèt aliquis sit dign ior, vt hic in gloss. secunda.& sic debet tenere electio, secundùm
5 Barto.¶Item patet hic, quòd verbum, † volo, denotat arbitrium ab omni æquitate abstractum. Facit contra
6 eos, qui promittunt facere quicquid † ille voluerit; quia seruanda est eius sententia, siue æqua, siue iniqua, vt hic & l. diem.§.stari.ff.de arb.secus si se submittat arbitrio, qa importat iustum arbitrium, & ideo potest peti reductio, vt in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.& l.fideicom missa.§.quanquam.ĵ.de leg.3.secundùm Iaco.de Raue. & Pet.Cõtra primũ dictũ nota.in l.pen.s̄. de arb.& C. de dot.promis.in l.3.per Dy.& hoc videt̃ verius.¶Nõ obst. ista lex, quia loquitur in voluntate declaratiua, non in potestate dispositiua, vel obligatiua; quia hoc non potest fieri, vt nota.in l.senatus.§.legatum. s̄. titu.primo. Ratione
7 † tamen doli secundùm omnes semper potest peti reductio.l.nõ distinguemus. §. cum quidam.s̄. de arbi. & supra mand.l.creditor.§.Lutius. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [& indignum] idest immeritum, sed non indignum de iure, vt non capacem, argumen.eorum, quæ not.supra titu.primo.in l.Lutius.§.in testamento.vt spurium; quia
8 † testator dixit, mando bona distribui, non videtur sensisse de personis prohibitis.¶Et ideo si Episcopus distri-
9 bueret† in eum, non auocaret fiscus ab eo bona: sed solus Episcopus, qui fecit, lege prohibente, & defuncti voluntate non assistente.Facit quod not. Innocen. extra de offici.de legat.in ca.i literis.de quodam constituto.&cæ.
10 Et dicitur immeritus,†qui offendit testatorẽ.Item & ille, quem testator offendit, vt ĵ. de manu. testamen. l.testamento centurio. & si talis offensa interuenisset post testamentum, talis non posset eligi, argum.supra de confir.tuto.l. vtilitatem. & de adimen. lega. l. tertia. in fine. Vnde quod hic dicitur de demerito, debet intelligi, quando demerita præcesserunt testamentum, vel si postea interuenerint, vt infra eodem.l.Lutius.§.Lutius Titius Damam.secundùm Bald.¶In text.ibi [decesserit] & sic ante moram hæredis, quia tunc non competit petitio hæredibus, secundùm Rayn. Sed videtur, quòd transmit-
11 tant; quia † conditio importata per relatiuum, est tacita, ergo non impedit transmissionem.l.conditiones extrinsecus.infra de conditio. & demonstra. Sed illud est verum, secundùm Dyn.quando legatarius est certus: sed hic est incertus, intellige hic vltimò moriens, vt infra de op.leg.l.si optio. & ideo semper vltimò moriens transmittit, quicquid sit de alijs præmorientibus, secundùm
12 Bald.¶Quæro, si vnus † ex pluribus egit, an teneatur alijs conferre. Dic, quòd sic, si alij habent ratum, & non potest eis imputari negligentia: sed si non habent ratum, vel sunt exclusi per suam negligentiam, non tenetur eis cõmunicare, vt l.si tamen.secundùm Dyn.& And.de Pi.Nõ obstat supra eodem.l. si Titio, aut Seio. quia ibi loquitur in pluribus, quibus debetur insolidum: hic in pluribus, qui faciunt sibi partes per concursum, secundùm Bald.
13 ¶Nota ex l.si tamen.quòd iudex † potest motu proprio facere quem citari, quem iubeat debere comparere, quòd
14 nota.¶Item quando ad idem † possunt admitti plures petitiones, quidam venientes, & ius commune omnium persequentes, non sunt audiendi, nisi alijs citatis, & explorata voluntate absentium: sicut enim fit discussio rerum, ita & personarum, vt hic facit. l. ait Prætor. §. fina. ff. ex quibus caus.maio.secundùm Bartol.& hæc est nota. theorica secundùm eundem Bartol.& hæc est nota.C.ad Trebellian.in l.penul.§.fina.& facit. ff. de aqua plu. arcend. l. in concedendo. secundùm Bald. ¶ Item cum debeat
15 † quis citari ad domum, quando personaliter non inuenitur. l. prima. §. primo. de liberis agno. est constitu-
16 tum, quòd † in relatione nuncius dicat, quòd perquisiuit diligenter, & quia eum inuenire non potuit, ideo eum citauit ad domum, vt hic secundùm Barto. Et nota
17 text.ad probandum † negatiuam, non reperiri, vel nullum extare, &cæ.ita allegatur per Bartol. in l. in illa stipulatione. & in l. hoc iure. de verborum obligatio. ¶In glo.secunda. ibi [si eligat indignos.] Et sic nota hic
18 casum, coniuncta hac glo.quòd eligens † indignum, statim priuatur iure eligendi, alia mora non expectata, secundùm Bartol.hic, & præsumitur in dubio, qui eligit indignum scienter elegisse, vt supra de confirma.tuto.l. si patronus.& ibi per Iacob. de Aret. secundùm Bald.& est expressum in electione religiosorum, extra de electio. in cap.cum Vintoniensis. ¶In eadem gloss.ibi [quod sequitur] hoc cum dixit, quem voles, vt patet ex litera ista secundùm Dyn.& Salyc. ¶ In eadem gloss. ibi. [§.
19 rogo] &cætera. Nota quòd vbi † in aliquem committitur electio, vt bonum virum, non repellitur eius electio, si eligat dignum, licèt potuerit eligere digniorem, secundùm Bar.& facit contra Dy.in quæstio. superiori.Petrus dixit, quòd hoc est verum, quando electio datur ab homine: secus si à lege, vbi dignior præfertur, vt in Auth. de mona.§.ordine.coll.prima.Tu dic digniorem præferri, quãdo sunt plures coelecti: sed si est vnus solus electus, sufficit ei, quòd sit dignus, licèt alij sunt digniores. Et est
20 vtile ad eos, † qui habent eligere pauperes; nam non tenentur eligere pauperiores, quia non tenẽtur sequi formã iuris, quæ disponit de pauperiore, sm̃ Dyn. & Bald. ¶In gloss.scilicet de superstitibus.ibi [quasi purget mo-
21 ram.] Nec obstat, quòd lex faciat statim † exequutionem; quia omnibus competit petitio, supra eodem.l. si qs Titio.§.si hæres.& sic hæres non possit moram purgare, vt supra eodem.l.si is, cui.quia non facit exequutionem, per quam transferatur dominium rei legatæ in istos libertos, sed solùm actio personalis ad petendum. ¶ Et per hoc infert Bartol. quòd si per constitutionem Episcopi
22 † exequutores debent exequi infra annum, aliàs exequutio deuolnatur ad Episcopum, & testator reliquis pauperibus, quos talis elegerit, ille poterit eligere etiam post annum, nõ Episcopus; quia q̃ habet potestatem eligendi circa personas, potest eligere etiam post moram, donec petatur legatũ, scilicet per litis contestationem, de iure ergo cõmuni non est exclusus. ¶Item nec per constitutionem, quia loquitur de exequutore, iste autem non est exequutor, sed declarator, licèt ergo per constitutionem transferatur in Episcopum ius exequendi, non tamen ius eligendi, secundùm Barto.hic, quem vide. sed Bal. aliter dicit, vt sequitur. ¶Item adde, quòd hic loquitur, quan-
23 do electio † est circa personam incertam de certis, vnde propter moram omnes, tanquam certi admittuntur ad petitionem, vt hic, & supra eodem.l.si quis Titio. §. si hæres: secus si de incerta de incertis, vt pauperibus eligendis per exequutores; nam tunc lex dat exequutori annum ad declarandum, & post annum deuoluitur ad Episcopum. l. nulli. C. de episcopis, & clericis, & ita tenet Iacob. de Aret. in materia exequutorum, quicquid hic dicat Bartol. & ita seruat consuetudo, quæ
24 † est optima legum interpres, secundùm Bald. ¶ In eadem gloss. ibi [aufert hæredi electionem, quia de-
25 buit eligere statim] & hoc, quia data fuit † potestas eligendi simpliciter: secus si quandocunque voluerit; quia tũc vsq; ad mortẽ potest eligere, vt d.§.rogo.¶Et est no-
pro

6 pro electionarijs † ad eligendum potestatem, quia tacitè videtur inesse, quòd eligant, cum primùm possunt, secundùm Bal. & hoc, quia electio consistebat circa personas, vt hic: secus si circa res, quia tunc ius eligendi durat anno. l. fin. §. sed & si quis. C. communia de lega. ¶ In ea. gl. in fin. ibi [aufertur electio.] hæc vera, argu. l. cum pater. §. rogo. ȷ̃. eod. & s̃. eodem. l. si quis Titio. §. primo. ¶ Item quia text. dicit, quòd omnes morientes transmittunt, qđ non esset super petitione vnius, cum esset sublatum ius cæteris. ¶ Nec obst. l. seq. quia debet intelligi, quando cæteri essent morosi, secundùm Saly. Bartol. dicit latiùs, vt hic per eum. ¶ In glo. l. si tamen. similem gloss. habes in l. de pupillo. § meminisse. ff. de nou. operis nuncia. & in l. ea quidem. C. si manu. ita fue. ali. secundùm Bald. ¶ In eadem gloss. ibi [non admittentur] vt ȷ̃. de ope. le. l. mancipiorum. & in l. ea quidem. C. qui accu. non poss. & plenè per Innocen. extra qui matr. accusa. poss. in c. cum in tua. secundùm Bald.

Ex l. si cuius.

SVMMAE.

1 *Hæres non potest retinere vsumfructum rei simpliciter legatæ, licèt eius primò esset vsusfructus.*

2 *Seruitutis personalis in re legata competentis hæredi, retentio prohibetur.*

3 *Testator legando rem simpliciter, intelligitur legare non solùm ius proprium, sed etiam ius hæredis confusum per aditionem.*

4 *Seruitus prædialis non est pars rei, sed qualitas.*

1 L. si cuius. ¶ Hæres † nō potest retinere vsūfructum rei simpliciter legatæ, licèt eius primò esset vsufructus, hoc dicit. ¶ Vel sic. Serui
2 tutis † personalis in re legata competentis hæredi, retentio prohibetur. hoc dicit. ¶ Vel sic. Testator legando
3 † rem simpliciter, intelligitur legare non solùm ius proprium, sed etiam ius hæredis. hoc dicit, & hoc quando tale ius confunditur per aditionem hæreditatis: quo casu, aut reputatur esse pars rei legatæ, aut non, &cæ. secūdùm Bald. ¶ In text. ibi [vsufructu.] nec obstat. ȷ̃. de vsufruc. legat. l. si purè, vt ibi dicit Ray ¶ In gloss. ibi [duas res.] idest duas partes eiusdem rei. ¶ In eadem gloss. ibi [in
4 seruitute prædiali] quæ non est † pars rei, sed qualitas, vt ȷ̃. de verborum signi. l. quid aliud. secundùm Petr. ¶ In eadem gloss. ibi. [§. dominus] & dic plenè, vt not. in l. Meuius. §. fundo. infra eodem. secundùm Rayn. de Forliuio.

Ex l. si illud.

SVMMAE.

1 *Legatum alternatiuè relictum, vel sub diuersis conditionibus, est vnum quò ad solutionem, etiam si per diuersos hæredes debeat fieri solutio.*

2 *Illud dicitur vnum, cuius existentia in vna re terminatur, vel quod finaliter est vnum.*

3 *Alternatio, vel repugnantia conditionum circa diuersitatem personarum, vel rerum, pluralitatem non constituit legatorū.*

4 *In legato alternatiuo non transit dominium alternatiuū, quia vna res respectu finis est in obligatione.*

5 *Dominij translatio est quædā exequutio, quæ in re alternatiua obligata fit tantùm in altera earum, licèt petitio admittatur alternatiua.*

1 L. si illud. ¶ Legatum † alternatiuè relictum, vel sub diuersis cōdōnibus, est vnū quò ad solutionem, etiam si per diuersos hæredes debeat
2 fieri solutio. h. d. ¶ Vel sic. Illud † dicitur vnum, cuius existentia in vna re terminatur, vel quod finaliter est vnū. h. d. sm̃ Bal. ¶ Vel sic. Alternatio, † vel repugnantia conditio
3 num circa diuersitatē personarum, vel rerum pluralitatē non constituit legatorum. h. d. ¶ In text. ibi [est vni] vel pluribus ab eodem, vel à diuersis, & hoc sequitur. ¶ In text. ibi [arbitrium] & conditionale. l. huiusmodi. ȷ̃. quādo di. leg. ced. ¶ In tex. ibi [dato] quia certum est alterum tantùm legatū deberi, secundùm Ray. ¶ Ex ista lege
4 colligitur ratio, quare in legato alternatiuo non transit alternatiuum dominium, quia est vnum legatum respectu finis, & ideo non debet transire dominium plurium re-
5 rū. Item translatio † dominij est quædam exequutio, quæ nō debet fieri in vtraque re, sed in altera; licèt enim admittatur petitio alternatiua: tamen necesse est, quòd exequutio fiat in altera re, & vide quod not. ff. de rei vend. in l. si in rem agat aliquis. secundùm Bald.

Ex l. Cum patronus.

SVMMAE.

10 & Bald. ¶Aduerte; quia quidam dixerunt hoc uerum, nisi legatum factum esset mulieri, quæ consueuerat habitare, & habere præeminentiam in domo; quia tunc etiã cum extraneo non habebit, nisi alimenta, quasi uideatur sensisse solùm de illo dominio, præeminentia, & usu, quam prius habebat quasi ex communi usu loquendi ita
11 colligatur, qui in dubio debet attendi. l. cum delanionis. §. asinã. j̃. de fun. instruc. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. j̃. titu. primo. Alij dicunt, quòd indistinctè non ha-
12 bet, nisi ad alimẽta; usufructus †. n. quandoq; nõ pro iure, sed pro commoditate accipitur. l. quod si pendente. §. fi. s̃. de peri. & commo. rei uen. & de usufru. l. si quis binas. Et
13 ex præcedentibus († quia dixit dominam) colligitur intellectus sequentium. l. si seruus plurium. in fi. s̃. titu. 1. l. hæredes palam. §. sed si notam. supra de testamen. Et quia co
14 pula † trahit unum de copulatis ad alterius naturam. l. fi. §. cui dulcia. j̃. de triti. uino, & oleo lega. & l. Seia. §. Gaio. de fundo instruc. Item quia apponitur uerbum, massariã, quod notat ius, & præeminentiam tantùm, quam habebat in uita. & istam partem tenet Saly. in d. Authen. hoc locum. Et distinctio de filio, uel extraneo non probatur iure. Attenditur ergo solùm, an dixerit dominam, massariam, & usufructuariam, & ueniat solùm ad alimenta, an dixit solũ usufructuariam bonorũ suorũ: tũc habeat usum fructũ oĩum, siue cum filijs, siue cũ extraneis sit ĩstituta. p l. uxori. j̃. de usufr. leg. ubi casus: fatetur tñ, q̃ hoc casu filius
15 † detrahet usumfructum suæ legitimæ, in qua non potuit grauari, vt no. in Authen. nouissima. C. de inoffic. testam. in hoc articulo etiam videtur attendi verba, an retulerit se ad ius, dicendo lego vsumfructum omnium bonorum, an ad personas, vt relinquo talem massariam, & vsufru-

ctuariam omnium bonorum, licet enim primo casu pos
16 set saluari opinio Barto. secundo non; quia verba † debẽt intelligi secundùm qualitates personarum, ad quas referuntur, & sic habeat solùm alimenta. l. plenum. §. equitij. s̃. de vsu, & habi. l. ex militari. de mili. test. & ј̃. de leg. 3. l. cum filio. facit quod no. Bal. post Nico. Mat. & Oldr. in l. fi. C. de indic. vidui. vbi facit istam differentiam, an testator se referat ad rem, seu ad ius, an ad personam, & hęc
17 vera, siue vir † testetur in vxorem, siue econtra vxor in virum, per l. finalẽ. C. de indic. vidu. idem puto, si quis non
18 relinquat vxori, sed concubinæ, † vt ј̃. de lega. 3. l. qui cõcubinam. in princ. hic enim non est quæstio de fauore matrimonij, sed de interpretatione vocabuli. Propterea idem
19 credo, si testator relinquat † matri, vel sorori, licet Barto. hic quærat, & non soluat, secundùm Bald. Item licet vxor vocetur solùm ad alimenta, filio viuente: tamen eo mortuo, & extraneo ei succedente pupillariter, vocatur ad plenum vsumfructum; quia incipit deberi à substituto extraneo pro tempore post mortem pupilli, & hoc quando legatum est annuum: quo casu verba non debent impro-
20 priari: sed si non est annuum: tunc quia est vnum † pro toto tempore vitæ, quod patet; quia semel tantùm cederet dies. l. prima. in princ. ff. quando di. vsufr. leg. ced. tunc, quia incepisset semel deberi à pupillo filio testatoris certo modo, scilicet quantùm ad alimenta tanùm, non mutat ex postfacto formam, vel naturam. l. si fundum. §. si pater. s̃. de lega. 1. facit l. insulam. §. biennium ј̃. de verbo.
21 obli. Dicitur autem annuum, † vbi est factum sub commemoratione temporis vitæ, vt donec vixerit, vel toto tempore eius naturalis vitæ. l. legatum. ј̃. de ann. lega. ita vult Bartol. hic, & in consilio, quod incipit. Nicolaus Ser Amati. & cæt. & vide Bald. contra Bart. hic in l. uoluntas. C. de fideicom. ¶ Quando testator legat alicui ad vitam, si primò moritur hæres, quàm legatarius, an hæres transmittat. Barto. dicit, quòd sic; quia censetur uocatus, ut hæres ratione tituli hæreditarij, qui reperitur in hæredibus hæredis, sicut in primo hærede. l. finali. C. de hære. insti. sed cõtra hoc uidetur tex. cum glo. in l. in causæ. §. Pomponius. supra de minor. & contra suam rationem est text. in l. si auiæ. ј̃. ad l. Falc. ubi patet, quòd hæres tunc uenit, ut fideicommissarius. Ego dico, quòd istud non est propriè ex natura transmissionis, sed ex natura temporalitatis inserte primo legato, quod tempore finitur. l. fi. C. de lega. & ideo hæres hæredis præmortui poterit illud uendicare, & nota hunc passum, de quo Bald. dicit se sæpe dubitasse.

Ex l. Legatis.

SVMMAE.

1 *Ea dicuntur ad vsum alicuius præparata, quæ non concernunt communem vsum.*
2 *Quoties vnum de duobus dicitur, de vno per prius, de altero per posterius, si simpliciter profertur, intelligitur per prius.*
3 *Iudex si pronunciat rem meam esse; an valeat sententia, si sit pars rei mea tantùm.*
4 *Verba debent intelligi secundùm proprium significatum.*
5 *Propria verbi significatio causam meram respicit, non mixtã.*
6 *Si Papa eximit castra alicuius nobilis, intelligitur eximere ea, quæ pertinent ad ipsum solùm.*

1 L. Legatis. ¶ Ea dicuntur † ad usum alicuius præparata, quæ non concernunt communem usum. hoc dicit. ¶ Vel sic. Quotiens
2 unum de duobus † dicitur, de uno per prius, de altero per posterius, si simpliciter profertur, intelligitur per prius. hoc dicit secundùm Petr. & Bald. Per hanc. l. Dyn. reprobat gl. quæ est in l. Põponius. §. sed & si is. s̃. de procu. qui
3 dicit, quòd si iudex † pronunciat rem meam esse, non ualet sententia, ut incerta, nisi exprimat totam, cum possit esse mea pro parte: sed non est uerum; quia intelligitur mea in totum, ut hic, & ј̃. titu. 1. l. hoc legatum. & hoc tenet glo. in l. si in rem. s̃. de rei uen. & uidetur casus in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de no. oper. nunc. secundùm Bar.
4 Item allegatur, quòd uerbum, † debet intelligi secundùm suum proprium intellectum. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uecti. & not. ff. de euict. in l. minor. §. si seruus. & de excep. rei iud. in l. si mater. §. eãdem. secundùm Ray. hic.
5 Item allegatur, quòd propria † uerbi significatio causam meram respicit, & non mixtam. Nec obstat quod not. ff. de uerb. oblig. in l. 2. in princ. & de iurisd. omn. iudi. in l. Imperium. ut ibi dixi. Item arg. quòd si Papa † eximit castra
6 alicuius nobilis, intelligitur eximere ea, quæ pertinent ad ipsum solùm, non ea, in quibus iurisdictio est communis; quod bene not. secundùm Bal. Item facit ad not. in l. hoc legatum. hic allegata.

Ex l. Legatum.

SVMMAE.

1 *Legatum respicit causam lucratiuam ex vltima voluntate.*
2 *Legans non obligatur legatario, si non incipiat à traditione, non potest reuocare, quod dedit simpliciter: secus, si dixit, dare ex causa legati; quia tunc reuocatur, ex quo videtur naturam donationis inter viuos assumpsisse. vide plur. num.*
3 *Causa tradendi, ex qua fit traditio, non ipsa traditio attenditur.*
4 *Vltima voluntas dumstat in suis terminis, non assumit naturam contractus inter uiuos: secus si termini varientur.*
5 *Legatarius, cui aliquid solutum esset in vita testatoris causa legati sibi relicti (& si legatum reuocari posset) habet dominium titulo pro suo.*
6 *In legato potest fieri quæcunque substitutio quocunque modo: sed in donatione causa mortis non potest fieri directa, nisi per stipulationem: secus fideicommissaria.*
7 *Donatio causa mortis, vt valeat, requirit traditionem, uel promissionem, & quando incipit à promissione, magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati.*
8 *Verba illa, si non valet iure testamenti, ualeat iure donationis causa mortis, intelliguntur de donatione causa mortis, quæ est merè ultima uoluntas.*
9 *Remuneratio dicitur quarta donatio.*
10 *Datio ob causam est donatio propter nuptias, quæ uocatur hodie sponsalitia largitas.*
11 *Donatio est etiam, ubi alia causa, & coniectura dari non potest, & uocatur præsumpta, & in ista non habet locum l. si quis argentum. C. de donat. ut perficiatur nudo pacto.*
12 *Ex præsumpta donatione de iure communi actio non nascitur.*
13 *Pactum nudum non est obligatorium.*

1 L. Legatum. ¶ Legatum † causam respicit lucratiuam ex ultima uoluntate. h. d. secundùm Ray. de Forli. ¶ In gl. prima
2 ibi [à traditione] ut s̃. eodem. l. Lutius. sed tunc non obligat, † sed spem futuræ obligationis dissoluit, nisi diceres obligari de dolo, si interuenit, quasi per illam traditionem assumat sibi naturam donationis inter viuos, in qua

qua tenet de dolo.l.Aristo.§.fin.ff.de dona.& C. de iure.
3 do.l.prima.secundùm Dy.hoc non placet,quia causa † legati,ex qua fit traditio,non ipsa traditio debet attendi.ff. de donat.l.qui id,quod.& de ac.& oblig.l. obligationum substantia.& de publi.l.quæcunque.§. 1.ergo &c.l.si domus.§.1.s.tit.j.¶ Nec obstat reg. cuius per errorē. ff. de reg.iur.quia ibi non fuit expressa certa quantitas in tradi
4 tione:hic sic.s.causa vltimæ voluntatis,quæ in suis † terminis non transit ad contractum inter viuos:secus si termini varientur,arg.ff.de ver.sig.l.verba, contraxerunt. & de dona.causa mort.l.vbi ita. secundùm Ray.Sed hoc puto verum,si quod legauerat,soluit simpliciter,non exprimendo se soluere ex causa legati.l.fi.ff.de sol.sed si expressit se soluere ex causa legati : tunc promittendo non obligaretur,quin posset reuocare,vt ff.tit. 1.l.cum quis.§.1. nec ēt tradendo,quia non transit in speciem donationis inter viuos,sed remaneret legatū.l.3.ff.de lib.leg. & sic posset reuocari,secundùm Bartol.adde glo.in l.hæredes palam.in fin.ff.de testa.& adde quod not.C. de pac. in l.licèt. inte-
5 rim tamen † dominium esset legatarij titulo pro suo. l. si quis sub conditione.ff.de solu.& l.dotis fructus.§.fi. s. de iure do. secundùm Barto. ¶ In eadem gloss. ibi [aliter
6 substituit] &cæ.quia in legatis † potest fieri quæcunque substitutio:sed in donatione causa mortis non potest fieri directa,nisi per stipulationem.l.si cui.ff.de do.causa mor. & ibi not.sed per fideicommissum sic fine stipulatione, vt ff.eo.l.cum pater. §.eorum. & de dote præl. l Seia. §.fi. & ita not.Dy. in d.l.si cui.& per Cin.C.eo.in l. 1. vide qđ scripsi.ff.eo.i l.vt hæredibus.¶In gl. 2. ibi [à donatione
7 causa mortis] &c.Et ista propriè stans † in sua specie,requirit traditionem,vel promissionem,vt ff.eo. l. cum pater.§.Mæuio.& quando incipit à promisione,magis accedit contractui, q̃ vltimæ voluntati,vt not.in l.2. ff. de do. præle.Rō,q̄a formaliter est contractus,licèt requirat cōfirmationem p̄ mortem.Ex hoc nota,ꝙ illa verba, si non
8 † valet iure testamenti,valeat iure donationis cā mortis, intelliguntur de donatione causa mortis,quæ est merè vltima volūtas,nō quæ continet in se contractō;quia illa nō potest fieri sine pactione,vel traditione,vt ff.de do. causa mor.l.inter mortis.Ita not.Ci. C.qui test. facere possunt. in l.seniū.secundùm Bal.¶In fi. gl.est & 4.donatio , quæ
9 † dicit remuneratio.l.Aquilius.ff.de do.& l.si verò nō re-
10 munerandi.ff.man. Item & alia † ob causam , vt propter nuptias , quæ hodie appellatur sponsalitia largitas , vt in
11 Auth.vt spon.largi.secūdùm Bar.hic.Itē & alia † præsumpta,vbi causa alia nō subest.l.Campanus.ff.de oper.lib.& l.cuius per errorē.ff.de reg.iur.& in ista non hēt locum.l. si quis argentum.C.de don.ꝙ hodie perficiatur nudo pacto;quia illa lex loquitur in donatione vera , non in præsumpta,aliàs inducerentur duæ improprietates,vna ꝙ do
12 natio præsumatur,alia,ꝙ ex præsumpta † donatione contra iura cōia actio detur,contra.l. 1.C.de do.promis. Itē
13 q̄a aliàs hodie † omne pactum nudū esset obligatoriū,q̄a valeret saltē,vt donatio,cōtra no.in l.legē. C. de pac.

Ex l. Qui testamento.

SVMMAE.

1 *Vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Libertas inutilis seruo relicta,legatū eiusdem vtile non vitiat.*
3 *In legato non dicitur quid prius,& quid posterius,cum vno tēpore uires sumat.*

1 L.Qui testamento. ¶Vtile † per inutile non vi
2 tiatur.h.d.¶Vel sic.Libertas † inutilis seruo relicta legatum eiusdem vtile non extinguit.h.d.secundùm Ray.¶In gl.j.ibi.[§.minor.]hoc non videtur bene dictum per l.cū dominus.§.fin.ff.de pecul.leg.Sed dic,vt dicam in l.3. §. minor.ff.de fund.instru.secundùm Ray.Cōtrarium no.s.
3 eo.in l.si idem seruus.& illa verior, q̄a in legato † non potest dici, quid prius, & quid posterius,cum vno tempore sumat vires,secundùm And.de Pi.Ad idē facit quod not. s.titu.1.in l.si seruus.§.si idem seruus.sed cum gloss. tenet alia glo.ff.de fun.instruc.in l.3.§.minor.quam glo. tenet Dyn.& Iacob.de Are. & facit.ff. de legat.tertio.l.si iure. secundùm Bald.

Ex l.Quod seruus.

SVMMAE.

1 *Seruus legatus hæreditati non aditæ solùm quærit.*
2 *Licèt acquisitum per seruum post mortem testatoris ante aditā hæreditatem cedat hæreditati:tamen si esset commodum, qđ cedit loco rei,legatario quæritur.*
3 *Etsi omnia legatario restitui debeant acquisita per seruum purè relictum post mortem testatoris, fallit hoc tamen in fructibus.*
4 *Fructus respicientes dominium,requirunt perfectum:si præsupponunt possessionem,requirunt ciuilem possessionem, & naturalem qualificatam:*

1 L.Quod seruus. ¶Seruus † legatus hæreditati non aditæ solùm quærit.h.d.secundū Ray.¶In tex.ibi [legatus.] s.pu
2 rè.¶In tex.ibi [acquisiuit] de † iure,nisi esset cōmodum, quod cedit loco rei;nam illud legatario quæretur. l. huic scripturæ.s.ad l. Aquil.secūdùm Pet.& Ray.¶In gl.j.ibi
3 [omnia] etiam ante aditam hæreditatem † accedentia, sed istud non est verum in fructibus,vt no.in l.nihil.§.fin. s.eo.tit.& per Cin.in l. fin.C.de vsu.& vsufr.leg.& glo. ff. de vsur.in l.Herēnius.vbi plenè dixi,& not.in d.§. cū seruus.& Rayn. in l.hæredis.in §.fin.ff.quando di.lega. ced.
4 Quia ante aditam hæreditatem dominium † non est legatarij iure perfecto , & acquisitio fructuū præsupponit ius perfectum,vbi venit iure dominij: sed vbi venit iure possessionis,requirit ciuilem possessionem, vel naturalē qualificatā,vt in vsufructuario,no.in l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poss.secundùm Bal.

Ex l. Si areæ.

SVMMAE.

1 *Quod ædificatur in area legata,cedit legato.*
2 *Aedificium constitutum ad soli legatarium pertinebit.*
3 *Aedificium cedit solo.*

1 L.Si areæ. ¶Quod † ædificatur in area legata,cedit legato.h.d. ¶Vel sic.Ae-
2 dificium † constitutum ad soli legatarium pertinebit, se-
3 cundùm Ray.¶Vel sic.Aedificium † cedit solo. h. d. Et adde.ff.tit .j.l.vndecim.§.si quis illicitè.secundùm Bald. ¶In tex.ibi [impositum]à quocunque.¶In tex.ibi [debebitur.] s.legatario.¶In tex.ibi [superficies.]Nec obst. ff.eo.l.peculium.§.j.vt ibi no.secundùm Ray.

Ex l. Si duobus.

SVMMAE.

1 *Si relinquatur duobus seruis, ita habet locum ius accrescendi, sicut si relinqueretur duobus liberis.*
2 *In legato duobus seruis eiusdem, vel diuersorum relicto, ius accrescendi vendicat sibi locum.*
3 *Ex persona seruorum ad inuicem coniunctorum & vnus dominus, & plures metiuntur ius accrescendi.*
4 *Repudiato vno iure, non repudiatur reliquum, quod compatitur se cum repudiatione primi legati.*
5 *Coniunctio legalis non facit locum iuri accrescendi, secus hominis.*

1 L. Si duobus. ¶Si relinquatur† duobus seruis, ita habet locũ ius accrescendi, sicut si relinqueretur duobus liberis. ¶ Vel
2 sic. In legato † duobus seruis eiusdem, vel diuersorum relicto, ius accrescendi vendicat sibi locum. h. d. secundùm
3 Ray. ¶Vel sic. Ex persona† seruorum ad inuicem coniunctorum & vnus dominus, & plures metiũtur ius accrescẽ
4 di. h. d. ¶Vel sic. Rupudiato † vno iure, non repudiatur reliquum, quod compatitur se cum repudiatione primi iuris. h. d. secundùm Bald. ¶In gl. vlt. in fin. vel dic, quòd ibi
5 in coniunctione † legali, quæ non facit locum iuri accrescendi, secundùm Sal. Adde rationem, quam vide super libro in scriptura, & simile de arbore, &c. qđ ponit hic Bal.

Ex l. Mæuio.

SVMMAE.

1 *Si plures legatarij sint tantùm re coniuncti, portio deficiens accrescit cæteris pro rata.*
2 *Portio deficiens accrescit coniuncto verbis tantùm, & cõiuncto re tãtùm, & pariter ambobus.*
3 *Verbis tantùm coniunctus, & re coniunctus veniunt simul per ius accrescendi: secus vnus per ius accrescendi, alius per ius non decrescendi.*
4 *Et, que, vel, & cum, dictiones, inducunt coniunctionem, & soluta oratio, quando ab vno verbo regitur.*
5 *Copula inter diuersas orationes non inducit coniunctionẽ verbalem, sed vnitas sermonis hoc operatur.*
6 *Re coniuncti faciunt sibi partes per concursum.*

1 L. Mæuio. ¶Si plures † legatarij sunt tantùm re coniuncti, portio deficiẽs accrescit cæteris pro rata. h. d. secundùm lect. quam tenet prima glo. in fin. & eam tenet hic Ray. de Forl. & Dyn. & secundùm hanc, quòd dicit dimidiam, scilicet eandem.
2 ¶Vel sic. Portio † deficiens accrescit coniuncto verbis tã tùm, & coniuncto re tantùm, & pariter ambobus, facit de hæred. insti. l. si ita quis. h. d. secundùm lec. quam tenet Bartol. & est prima lec. quam ponit prima glo. ¶ Vel sic
3 secundùm lect. Old. Verbis† tantùm cõiunctus, & re tãtũ coniunctus veniunt simul per ius accrescendi: seu vnus per ius accrescendi, alius per ius nõ decrescendi. h. d. sm̃ eũ. Dicit. n. ꝙ Mæuius, & Seius fuerunt tm̃ verbis coniuncti, & sic diuersæ dimidiæ eis relictę; quia tamen hic fuit in eadem oratione, & sub actu vnius verbi, ẽt sine copula inest verbalis coniunctio; quia sic dixit testator. Mæuio dimidiam, Seio dimidiam lego; ista enim est vna orõ, qa verbũ, lego, est semel tm̃ positũ, vnde licèt testator nõ dixerit
4 per copulam, non est uis; nam cũ sub † eadem coniunctione iungãtur, vno tantùm verbo inserto vtriq; s. lego, meritò sit coniunctio verbalis. ¶Nec obst. ꝙ non apponatur &, que, vel, cum, quia his articulis detractis fit coniunctio. l. triplici. §. videamus. ĵ. de verb. sig. nam soluta ponitur pro coniuncta in eadem orõne verborum. l. sæpe. §. cũ verò dicit. eo. tit. sm̃ Old. & Bal. Pet. aliter dicit, vt dicam super gl. ¶In tex. ibi [decesserit] ante diem legati cedentem. ¶In text. ibi [pro portione] s. rata, quicquid dicat gl. sm̃ Ray. vnde habebit duas partes Titius, Mæuius tertiã, secundùm Dyn. quia duplum plus fuit relictum Titio, ꝙ Mæuio, secundùm Bal. ¶In gl. 1. ibi [& Titio eundem fundum] hæc non vr̃ bona; qa tunc Titius tanq̃ coniunctus re, & verbis, præferretur Mæuio coniuncto re tantùm, nisi dicat, vt dixit Dyn. quia dictio, &, posita in gl. non fuit testtõris, sed gl. quod patet, qa tex. non ponit eã. ¶Sed Bar.
5 dicit, ꝙ hęc ẽ vera lectura, qa copula † inter diuersas orationes non inducit coniũctionẽ verbalẽ. l. sicut in annos. §. 1. s̃. qui mo. vsufr. ami. & probat̃. C. de cad. tol. ĩ l. 1. vbi aũt §. vbi dicit, ꝙ vnitas sermonis inducit cõiũctionẽ verbalẽ. Ideo dum gl. dicit eundem fundum, subaudi lego, & hæc est vera lectura, secũdùm Bar. Adde secundùm Bal. quod no. s̃. de hęred. inst. in l. liber homo. §. Titius. tamen secundùm diuersitatem terminorum omnes opiniones sunt veræ, sm̃ eum. ¶In ea. gl. ibi [alij dicunt] hæc non est bona; quia secundùm eam primi essent coniuncti re, & verbis. Re, quia ad eãdem dimidiam. Verbis, quia eadem oratione; ergo preferuntur Titio, qui est coniunctus re tantùm; Nec põt dici, quòd Titius sit cõiunctus verbis, cum in diuersa orõne sit positus, secũdùm Bar. Pe. dicit, ꝙ Mæuius & Seius nullo mõ fuerunt coniuncti. Re, nõ, quia cuilibet fuit legata diuersa dimidia. Verbis, non, quia nõ fuit copula, nec eadem conceptio verborum, secundùm Pe. De Titio certum est, ꝙ fuit re cõiunctus. Pars ergo Seij venit ad Titium solùm iure cõiunctionis realis, & non ad Mæuium iure alicuius coniunctionis, quæ sit inter Mæuium, & Seium, sed per quoddam indirectum Mæuius est Titio re cõiunctus, & ideo facit partem Titio per concursum. Et in hoc errant alij secundùm Pet. quia cõsiderant ius accrescendi ex coniunctione inter Męuium, & Seium. Sed ista non est consideratio huius legis, sed est consideratio de cõ
6 iunctione inter Mæuium, & Titium, quia † cum sint re coniuncti, faciunt sibi partes per concursum, arg. s̃. de vulg & pupil. l. si ex testamento. in fi. & l. ex facto. §. Iulianus. Et sic non obstant iura, quæ dicunt ius accrescendi non competere disiuncto, quia est verum propter se, sed propter personã alterius disiuncti sic, vt hic, pro hoc in simili optimè facit. ĵ. de assi. liber. l. 1. §. fi. & l. seq. hæc tamen lectura non placet, quia secundùm eam coniunctus in effectu non præferretur disiuncto contra iura; & qa Titius coniunctus in nullo hic fuit oneratus Mæuio disiuncto: præterea est contra casum. s̃. de hæred. inst. in l. itẽ quod Sabinus. & C. de leg. in l. cũ quæstio. & gl. eam impugnat in l. j. §. interdũ. de vsufr. accrescen. tene ergo lec. gl. secundùm Ray. Et idem tenet hic Ci. & dicit, ꝙ Pet. anteq̃ posset intelligere istud principium, legit ipsum bene octo vicibus, qđ etiam refert Bald. hic.

Ex §. A me hærede.

SVMMAE.

1 *Si maritus, vel alius legat mulieri, quicquid dotis nomine ad eũ peruenerit, non deducuntur impensæ: si autem legat dotem: tunc deducuntur impensæ.*
2 *Relatiuũ significat secundùm tempus verbi, ad quod refertur.*
3 *Ad tempus constitutionis dotis legato mulieri collato, non deducuntur expensæ factæ in dotem; secus si post tempus verba legantis tantùm non referantur.*

§. A me

1 §. A me hærede. ¶Si maritus, † vel alius legat mulieri, quicquid dotis nomine ad eum peruenerit, non deducuntur impensæ: si autem legat dotem, tunc deducuntur impensæ necessariæ. h.d. secundùm Barto. & Bald. ¶Vel sic.
2 Relatiuum † significat secundùm tempus verbi, ad quod refertur. h.d. vnde si refertur ad initium contractus, significat quantitatem secundùm tempus initij: si ad finem, secundùm tempus finis. h.d. secundùm Bald. ¶Vel sic. Ad
3 tempus † constitutionis dotis eius legato mulieri collato, non deducuntur expensæ factæ in dotem: secus si post tempus verba legãtis tantùm non referantur. hoc dicit, secundùm Rayn. ¶In text. ibi [peruenerit] nomine dotis. ¶In text. ibi [extranei] legantis illud, quod dotis nomine ad illud peruenerit: secus si legaret dotem simpliciter; quia tunc idem in eo, quod in marito, licèt contrarium not. in l. 3. C. de fal. causa. sed malè, vt ibi not. Ray. ¶In text. ibi [quicquid ad Seium dotis nomine peruenerit] &c. per hæc tamen verba non comprehenduntur fructus, vt l. hæredes mei. in prin. infra ad Trebel. facit. ff. eodem. l. Lutius. secundùm Bartol. ¶In text. ibi [legat] dotem simpliciter. ¶In text. ibi [fuerit] deductis impensis factis in dote, secundùm Ray. ¶In glo. simpliciter. &c. ibi [nõ personas] pro hoc supra de iureiur. l. eum, qui. §. si mulier. & idem tenet Dyn. sed gloss. in l. tertia. C. de fal. causa adiec. lega. vbi vide, videtur tenere contrarium, quia ibi facit differentiam inter virum, & extraneum: sed istam tenet ibi Iaco. Butr. Petr. Cin. & Barto. & est communis, quicquid dicat illa.

Ex l. Cum ei.

SVMMAE.

1 *Qui partem tantùm capit propter se, potest solidum capere propter alium.*
2 *Capacitas non attenditur respectu medij, seu ministri, seu respectu substituti, seu commodum sentientis.*
3 *Statutum licèt prohibeat vendi forensi, vel emere in certo loco: tamen si ille emat ad commodum alterius, valet, & tenet emptio, siue venditio.*

1 L. Cum ei. ¶Qui partem † tantùm capit propter se, potest solidum capere propter alium. hoc dicit. ¶Vel sic. Capacitas † non at-
2 tenditur respectu medij, seu ministri, seu respectu substituti, seu commodum sentientis. hoc dicit, & facit ad no. per Cin. de procur. in l. quod quis. & in Clem. religiosus. eod. titu. ¶In text. ibi [esset] vltra quàm accipere posset, secundùm Dyn. & pone exemplum. C. de secund. nup. in l. hac edictali. & l. prima. eodem. titu. & vide quod ibi not. ¶In text. ibi [alij] idest solidum capienti. ¶In text. ibi [capere] & accipere, & hoc tollit contrarium. ¶In text. ibi [posse.] secus si nihil capere posset, vt plenè not. C. de fideicommis. in l. eam, quam. in gl. magna. vel illud in hærede: aliud in legatario, vt ibi nota. ¶Nec obstat. ff. eodem. l. codicillis. in princi. vt ibi not. ad fin. magnæ glo. secun-
3 dùm Ray. de Forl. Facit ista lex, quòd licèt † per statutum forensi non possit vendi (quod tenet, vt disputando terminauit Oldra. per l. penult. C. de contrahend. emptio. & l. prima. C. non lic. habita. metro. lib. 11. not. Barto. in d. l. penul. & in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & etiam per statutũ potest quisquis prohiberi emere in certo loco, vt. s. de pignor. l. in quorum. cum gl. & no. Bar. de ver. ob. in l. multum) tamen si emat ad commodum alterius teneat.

Ex l. si ita relictum.

SVMMAE.

1 *Indefinita æquipollet vniuersali: secus in oratione particulari, quæ si est dubia, interpretatur in minorem partem.*
2 *Hæredis parte indefinitè legata, portiones omnium comprehenduntur: si verò ad personã vnius sermo dirigitur, minor pars tantùm debetur.*
3 *Relatio facta indefinitè, cõprehẽdit omnes hæredes: secus si fiat cum determinatione numeri.*
4 *Intell. huius l. si dicat, quintus.*
5 *Signum particulare confusum idem operatur, quod oratio indefinita.*
6 *Quoties verbi repugnat natura, tunc aliud operari non potest, quàm sit eius propria significatio.*

1 L. si ita relictum. ¶Indefinita † æquipollet vniuersali: secus in oratione particulari, quæ si est dubia, interpretatur in minorem partem. hoc dicit, secundùm Bartol. de
2 hoc. ff. l. proxima. ¶Vel sic. Hæredis † parte indefinitè legata, portiones omniũ comprehenduntur: si verò ad personam vnius sermo dirigitur, minor pars tantùm debetur. hoc dicit secundùm Ray. Et vt comprehendat omnem literam, pone, quòd paterfamilias instituit quinque hæredes, secundùm eundem Ray. ¶Vel sic. Relatio facta ad
3 † hæredem indefinitè, complectitur omnes hæredes: secus si fiat cum determinatione numeri. h.d. secũdùm Bal. Et iste casus non reperitur alibi, secundùm Dyn. & Bald. ¶In gl. j. in fi. ibi [quantum hæres] & ita communiter habetur, & hæc ẽ vera litera, sunt differẽtiæ verbales, secũdùm Bar. ¶In gl. 2. ibi [quia quilibet potest dici quintus]
4 imò non, sed ille † solus, qui quinto loco nominatus est, incipiendo à primo. l. quotiens. s. de vsufr. & l. cum verò. §. generaliter. ff. de fideicom. liber. Item sicut quilibet nõ potest dici vnus, ita quilibet non potest dici quintus: ideo dic, quòd in litera non debet esse quintus, secundùm Bar. & omnes. Petr. dicit, quòd tantum est dicere quintus, quãtum vnus; nam sicut quilibet põt dici quintus, ita quilibet potest dici vnus, & ideo non est differentia, vtrùm dicat quintus, vel vnus, secundùm Petr. & Cin. Nam hęc dictio, quintus, non est significatiua, nisi vnius de pluribus, secundùm Bartol. & Bald. Dyn. tenet cum gloss. quòd omnes literæ sint veræ, quia non possumus damnare literam tex-
5 tualem, secundùm eum, & secundùm hoc signum † particulare confusum idem operatur, quod oratio indefinita, & hoc in prima parte. l. tamen dictio, vnus, non potest opera-
6 ri collectiuè de pluribus, † quia repugnat natura dictionis, & facit quod not. de fun. instruc. in l. quæsitum. §. fin. & de vino lega. in l. quidam. & facit. s. de hære. instit. l. si qs ita hæredes. secundùm Bald.

Ex §. Pegasus.

SVMMAE.

1 *Relictum in diem, debetur sine fructibus medij temporis, si gratia hæredis dies fuit apposita: secus si gratia legatarij.*
2 *Temporis natura est operari in fauorem eius, in cuius fauorem adijcitur.*
3 *Vbi tempus gratia hæredis adijcitur, fructus medij temporis pertinẽt ad hæredem, sed vbi gratia legatarij, ad leg. ptinẽt*
4 *Dies in dubio videtur adiectus gratia legatarij.*
5 *Terminus qñ assignatur alicui in eius fauorem, potest se expedire in prima die.*

6 *Quando terminus statuitur ad actum momentaneum, puta ad comparendum, in qualibet parte ille potest comparere: sed absente aduersario, debet per iudicem expectari finis termini: sed si statuatur ad actus non momentaneos, vt ad probandum, debet expectari aduersarius, & oportet citari, & moneri, sed in fine temporis potest facere sine citatione.*
7 *Emphyteota non potest soluere pro pluribus annis.*
8 *Qui debet recipere aliquid, quod temporis cursu deteriorari potest, non cogitur recipere ante tempus.*

1 §. Pegasus ¶Relictum† in diem, debetur sine fructibus medij tẽporis, si gratia heredis dies fuit apposita: secus si gratia legatarij. h. d. sm̃
2 Bart. ¶Vel sic. Natura † temporis est operari in fauorem
3 eius, in cuius fauorem adijcitur. h. d. ¶Vel sic. Vbi † tempus gratia hæredis apponitur, fructus medij temporis pertinent ad hæredem: sed vbi gratia legatarij, pertinent ad legatarium. h. d. concordat. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. s. de vsur. & de verbor. obligat. l. qui Romæ. in princ. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [in diem] scilicet cer
4 tum, secundùm Ray. ¶In tex. ibi [hæredis] quod † in dubio præsumitur, vt. j. ad Trebel. l. in fideicommissaria. & de reg. iur. l. cum in tempus. secundùm Ray. & Bald. ¶In tex. ibi [antecedentis]. i. eius, quod antecedebat pubertatem, secundùm Dy. & Bald. Nota argumentum, ꝙ si ali-
5 cui assignatur † terminus octo dierum, potest se expedire in prima die; quia cum hoc sit eius fauore, potest præueni re, &c. In hoc dicit Bart. j. de verb. oblig. in l. qui ante klẽ
6 das. ꝙ vbi terminus† statuitur ad actum momentaneum, puta ad comparendum, vel respondendum, quòd in quali bet parte termini debet quis cõparere, vide ad hoc quod not Ioan. And. in Cle. quamuis. in glo. super verbo. infra dictũ. de appel. tñ si aduersarius abest, nõ dẽt licẽtiari p iudicem, sed expectari finis termini: si aũt assignatur ad id, quod non est momentaneum, vt ad probandum: tunc oportet eum expectare aduersarium: oportet tamen eum citari, & moneri, ꝙ singulis diebus, & horis assistat ad videndum iuramenta testium, & actitanda, secundùm Bart. ibi allegãtẽ Auth. ei, qui. C. de tempor. appell. Ego dico, ꝙ in fine temporis possunt fieri probationes sine alia citatione absentis; quia cum tempus termini sit communis. l. pætendę. C. de temp. in integ. rest. non est opus alia moni
7 tione. quod not. secundùm Bald. In emphyteota,† an pro pluribus annis possit ante soluere, vide hic in libro. & videtur ꝙ sic. l. stipulatio ista. §. inter certam. j. de verb. obl. & videtur casus in l. 3. §. Stichus annua j. de sta. lib. Cõtrarium tenet Guil. in l. plures apocis. C. de fid. instr. & vide ibi Bald. quia dicitur creditoris interesse ex eo, quia probatio iuris sui redditur difficilior per tex. illum not. ¶Et
8 ex hoc collige, † ꝙ qui debet recipere bladum, vel vinum ad tempus, non cogitur recipere ante tempus, nec aliquid aliud, quod temporis cursu deteriorari posset, idem videtur velle Cin. C. de iure emphi. in l. 2. in vlt. q.

Ex §. Si Ita.

SVMMAE.

1 *In alternatiua summarum, vel temporum id, quod minus est, est in obligatione.*
2 *In alternatiua vtrunq; est in obligatione, quando ponitur inter res, in quibus cadere potest, secus vbi non cadit. idem ratione personæ, vel loci.*
3 *Quando electio est creditoris, in alternatiua vtrunque est in obligatione, cum nec minus, nec plus præsumitur eligere creditor: secus debitoris, qui minus semper eligere præsumitur.*

1 §. Si ita ¶In alternatiua † summarum, vel temporum id, quod minus est, est in obligatione. h. dicit. ¶In tex. ibi [dato] & sic verba exequutiua diriguntur ad hæredes, & hoc tollit contraria. ¶In tex. ibi [sit.] Non obstat. s. titu. 1. l. 4. §. fin. vt ibi dixi. ¶In tex. ibi [in eligendo] & sic est verisimile eum eligere minus in quantitate, ac tempore, secundùm Ray. ¶In glo. 1. oppo
2 no pro introitu, quòd in alternatiua † vtrunq; est in obligatione. l. illud. s. de consti. pec. & de verb. obliga. l. si duo rei. ¶In ea. glo. ibi [non sunt indebita, cum eligi possint] cum ista glo. concordat alia. j. de noua. l. si is, cui. secundùm Ray. Sed glo. in l. si ita stipulatus fuero decem, aut quinq; & in l. inter stipulantem. §. 2. j. de verbo. oblig. dicit, quòd minor quantitas sola est in obligatione, & illud verius. Non obst. iste tex. hic in fin. quia respicit verisimile, & iuris veritatem, quæ procedit ab illa fictione, secundũ Ray. de Forli. Nec obst. contrarium, quia verum est, quando alternatiua ponitur inter species, inter quas cadere potest affectio: secus si inter quantitatem, vel summas, vt hic; & ideo si hæres hic solueret 20. illa 10. videtur soluere ex causa donationis, non legati, & ita tenet Cin. in l. cum quidam. C. de verb. signifi. & Bart. hic. Eadem ratione si in quantitatibus caderet affectio, vel ratione personæ, cui debet solui, vel loci, vbi debet solui: tunc etiam in quantitatibus vtrunq; esset in obligatione. l. qui res. §. mihi Romæ. infra de solutio. & infra de noua. l. si is, cui. & in qualibet not. per Bart. ¶In eadem glo. ibi. s. eo. l. planè. §. fin.
3 Dic meliùs, quòd ibi quando † electio erat creditoris, qui nõ semper præsumitur eligere plus, vel minus, ideo vtrunq; est in obligatione: hic quando erat debitoris, in quo est præsumptio, quòd semper eliget, qđ est minus; ideo &c. secundùm Doct. in d. l. cum quidam. & Bart. hic.

Ex l. si pluribus.

SVMMAE.

1 *Si testator damnat hæredem suum indefinitè, omnes videtur damnare.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
3 *Quando sententia lata fuit in solidum contra hæredes, omnes tenentur simul: secus simpliciter, quia quilibet pro parte tenetur, & præsumitur protestatio in solidũ facta in libello, & petitio.*
4 *Omnes, verbum licèt regulariter soleat importare collectionem: sed tamen aliquando accipi potest distributiuè, cum ad vtrunq; adaptari potest.*
5 *Quilibet, nomẽ semper accipitur distributiuè, & attribuit asse cuilibet in solidum.*
6 *Indefinita artis æquipollet vniuersali, ne ars reddatur incerta. Idem est indefinita hominis in materia necessaria. Idem in materia contingenti, si proferatur negatiuè. Idem si affirmatiuè circa res, quando omnium rerum comprehensarũ particulariũ est eadem ratio. secus si sit diuersa ratio. Idẽ si circa personas, si tractetur de eorũ fauore, secus de odio. vide dist. vsque ad finem.*
7 *Dispositio legis loquens de vna persona habet locũ in qualibet, & in quolibet casu simili, vt de homicida.*
8 *Indefinita tunc æquipollet vniuersali distributiuè, si vnicuiq; actum insolidum attribuit: si simpliciter, vel pro parte, collectiuè, si onus est diuisibile.*

1 L.Si pluribus. ¶Si testator † damnat hæredem suum indefinite, omnes videtur damnare, hoc dicit. ¶Vel sic. Indefini-
2 ta † æquipollet vniuersali. h.d. secundùm Bart. ¶In glo.
3 ibi [vt in sententia] hoc verum, † quando sententia fuit lata in solidum: secus si simpliciter; quia tūc quilibet pro parte, vt. j. de re iudi. l. Paulus. & d. l. 1. & not. s. man. in l. mādato. §. Paulus. Et quod dixi in solidum, intellige, quādo precedebat petitio in solidum: aliàs sententia nō est cōformis libello. Et dic, quòd in petitione est protestatio, quod vna solutione, &c. aliàs non procederet secundùm Bart. imò procedit; quia hic tacitè inest ex natura causæ intentatę, & ideo non est opus, quod exprimatur, hoc sentit glo. & Iacob. Butr. in l. 1. C. de fidei. tut. secundū Bal. ¶In eadē
4 glo. ibi [sed magis] &c. hoc tamen nomē, oēs, aliqñ † ēt distributiuè accipitur: sed ideo hic accipitur collectiuè; quia cum hoc verbum, oēs, adaptetur ad vtrunque, interpretamur, quod est minus. s. per collectionē: sed non est ita in ver-
5 bo, quilibet †; quia semper accipitur distributiuè, secundùm And. de Pi. & facit quod not. in l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis caut. secundùm Iacob. de Rau. & Bald. ¶In eadem glo. ibi [solet] arg. l. non distinguemus. §. cū in plures. s. de arbi. ¶In eadem gl. ibi. [Item nota, quòd
6 † indefinita] &c. Circa hoc dic, aut quæritur de indefinita artis, & illa æquipollet vniuersali, ne ars reddatur incerta, vt in prima constitu. C. ad finem. Hinc est, quòd disposi-
7 tio legis † loquens de vna persona, habet locum in qualibet, & in quolibet casu simili. l. non possunt. s. de legi. vnde lex loquens de homicida, habet locum in omni homicida, idem in similibus. Aut de indefinita hominis: tūc si est prolata in materia neccessaria, ęquipollet, vt quilibet homo est animal risibile: si in materia contingenti: tunc si est prolata negatiuè, æquipollet. l. si is, qui ducenta. §. vtrùm. j. de rebus dub. Si affirmatiuè: tunc aut concernit res, aut personas. Si res, tunc aut omnium particularium sub indefinita comprehensorum est eadem ratio, & æquipollet, vt. j. de lega. 3. l. si cui lana. aliàs non. l. quę sitū. §. illud fortasse. j. de lega. 3. Si personas: tūc si tractatur de odio, non æquipollet. l. 2. s. de lib. & posthu. & de ven. in poss. mit. l. 1. §. item quæritur. sed si de fauore: secus. l. si quis ita. §. 1. de test. tu. & s. titul. 1. l. qui filiabus, & hic. nam fauor est, quod ab omnibus debeatur; quia leuius soluetur. ¶In casu autem, quo æquipollet, & an col-
8 lectiuè, vel distributiuè, dic † quòd si actus attribuitur expressè cuilibet in solidum: tunc stat distributiuè, arg. l. qui filiabus. §. 1. s. titul. 1. Si simpliciter, vel pro parte: tunc collectiuę, vt hic, quod est verum, si onus adiunctum potest inter eos diuidi: secus si adijceretur res indiuisibilis. l. 2. in fine. j. de verborum oblig. & l. 4. §. Cato. de verbor. obligat. & facit. j. titul. 1. l. fideicommissa. §. penult. & ibi not.

Ex §. si ita legatum,

SVMMAE.

1 *Si vni à diuersis hæredibus quantitas legatur, in dubio ab vtroque tota debetur.*

2 *Vbi sunt diuersæ orationes, & diuersi hæredes grauati, non intelliguntur grauati de eadem summa: sed quilibet de per se de diuersa summa: secus in eadem oratione.*

3 *Hæres grauatus pluries in eadem voluntate, & quantitate, semel tenetur soluere: secus in diuersa, quando legatur simpliciter, quod non esset si ob causam.*

4 *In diuersis orationibus grauatus hæres pluries à testatore: tunc omnes tenentur ad vtrunque in solidum, si in diuersis conceptionibus verborum grauentur: in eadem verò oratione, si alternatiuè, in solidum tenentur; si copulatiuè, pro parte.*

1 §. si ita legatum. ¶Si vni à † diuersis heredibus quantitas legatur, in dubio ab vtroque tota debetur. h.d. ¶Vel sic.
2 Vbi sunt diuersæ † orationes, & diuersi hæredes grauati, non intelliguntur grauati de eadem summa: sed quilibet de per se de diuersa summa: & sic hoc casu videt testator duplicare legatum, quod est not. secus si essent damnati in eadem oratione verborum, secundùm Dyn. & Bald. ¶In glo. 1. nota gloss. cui adde aliam. s. de probat. in l. quinquaginta. secundùm Bald. ¶In fin. glo. prima est vera, & distingue, vt not. per Dyn. de adi. lega. in l. cum centum. Quia aut testator damnat eundem hæredem, aut diuer-
3 sos. Si † eundē, aut in eadem voluntate, & quantitate, & non debetur, nisi semel, vt. C. de lega. l. cum quæstio. aut in diuersa volūtate, & quantitate, & debetur vtrunque, vt. s. de probat. l. quinquaginta. & j. de adi. lega. d. l. cum cētum. Quod dixi vtrunque deberi in diuersa voluntate, intellige, quando legatur simpliciter: secus si ob causam, vt. j. de ali. lega. l. libertis, quos. & de do. præle. l. 2. §. Mela. Si autem legatur à diuersis: tunc aut in diuersis conceptionibus verborum, & debetur vtrunque in solidum, vt hic.
4 Aut † in eadē cōceptione verborū: tunc si copulatiuè, debetur vtrique pro parte: si alternatiuè, tunc in solidū, vt. s. eod. l. si Titio, aut Seio. & j. tit. 1. l. ille, aut ille. secundùm Dyn. & Bald.

Ex l. Si ita scriptum sit.

SVMMAE.

1 *Masculinum concipit fœmininum, non è contra, quod est verū in casu fauorabili.*

2 *Fœmininum nō comprenditur à masculino in materia indifferēti, vt fideiussore, & tutore.*

3 *In materia indifferenti cōprenditur fœmininus, si terminus prolatus est adiectiuè: si appellatiuè, vt filius, non propriè, sed de mente, si de eius fauore tractatur, secus de odio irrationali: secus rationali.*

4 *Statutum, quòd filij bannitorum expellantur de ciuitate, non extendetur ad fœminas. ratio.*

Item si dicat, quòd viri bannitarum expellantur, non expellētur vxores bannitorum. nu. 5.

Item, quod extante patruo, non succedat auus maternus, existente auia, ipsa succedet. nu. 6.

Item si dicat, si extet auus, & auia, auus beneficio auiæ admittetur. nu. 7.

8 *Inclusum trahit ad se exclusum, non è contra.*

9 *Masculinus prolatus sub nomine proprio, nunquam comprehēdit fœmininum, fallit, si probaretur error.*

10 *Statutum puniens abusionem, comprehendit fœminam.*

Item si punit verum delictum: secus præsumptiuum; quia mitiùs agitur cum fœmina.

L. Si ita scriptum sit. ¶Masculinū
1 † concipit fœmininum, non econtra. h.d. ¶Vel sic. Mascu-
2 linū † prolatum ab homine in casu fauorabili fœmininū continet, non econtra. h.d. secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [contineri] ¶Nec obstat quod not. supra de testa. tutel. in l. si pater. vt ibi dicā. Et facit quod not. C. de rap. virg. l. 1.

l.1.secundùm Ray.¶An masculinum,&c.vide Guiliel.& Iacob.Butr.in l.1.s.de consti.pec. & Cin. C.ad l.Iulian. maie.i l.quisquis.& C.de seruis fug.in l.quicũque.& Dy.
2 & Bart.in l.1.de verb.sig.Sed conclude,ꝙ in materia† differenti non comprehendit fœmininum, exemplum in fideiussore,tutore,&c.& sic etiam potest intelligi.l.sicut.s.
3 de oper.liber.hic allegata. In materia † indifferenti, aut terminus in masculino prolatus, est prolatus adiectiuè: tunc comprehendit propter substantiuum commune,qđ potest adijci,vt l.quicunque.C.de seruis fugi.facit.l. metum.§.animaduertendum.ff. quod me.cau. & quod not. glo.in l.1.de reg.iur. Aut est prolatus appellatiuè, vt filius, pecunia, & similia. tunc de proprio significato non comprehendit:sed an de mente loquentis:si de fauore,cõprehendit,vt.ff.de testa.tutel.l.si quis ita.& de legat.3.l. seruis legatis.§.pecoribus.Si de odio. Aut irrationabili, & non cõprehendit.l.1.§.quæritur,si ita.s.de ven.in poss. mit.& hic in glo.& C.ad l.Iul.maie.l.quisquis.ideo statu
4 tum,ꝙ † filij bannitorum expellantur de ciuitate, non extendetur ad fœminas,quia statutum profertur causatiuè, non demonstratiuè,& ista sunt diuersa,vt not.s.de prob. i l.cũ res.minor enim audacia est in mulieribus.d.l. quisquis. & sic non est præsumenda eadem ratio. ¶Item si di
5 cat,ꝙ viri bannitarum † expellantur,econtra non expellentur vxores bannitorum;quia odium irrationabile nõ dēt extendi,vt.j.de contra tab.l.3. §. si emancipatus. & C.de secun.nup.l.fi.secundùm Bald.¶Item si dicat statu
6 tum,ꝙ † extante patruo, non succedat auus maternus,
7 existente auia,ipsa admittitur. ¶Item si extet † auus, & auia, auus beneficio auiæ admittetur, arg. C. de legi.
8 hære.l.fina.§.1.quia inclusus † trahit ad se exclusum, nõ econtra.quod est not.secundùm Bald.Aut de odio rationabili,tunc comprehendit fœmininum.l.si quis id,quod. s.de iur.om.iudi.& l.qui domũ.in princ.coniuncta.l.seq. §.mulier. Aut terminus masculinus est,platus sub nomine proprio: tunc nunq̃ cõprehendit fœmininũ: error tñ proferentis probatus non noceret,vt.C.de test.l.si in no-
9 mine.sm̃ Doct.Et cõclude,si statutum†punit abusionem, punitur fœmina,sicut masculus;quia in fœmina semp est maior abusio.Idem si punit verum delictum, sed si punit præsumptiuum, mitiùs agitur cum fœmina, vt not.s. de eden.in l.vbi.in gl.2.& in l.si adulteriũ cum incestu.ff.de adult.qđ not.secundùm Bal.¶De ista materia,an masculinum,&c.vide Cin.in l.quicunque.C.de seruis fugi.Dy. & Bar.in l.1.j.de verb.signif.Io.And.de elect.in c.generali.in gl.2.lib.6.& Paul.de Liaza.in Cle.1.de elect.& in Clem.1.de regula.

Ex §.Si sub conditione.

SVMMAE.

1 *Ius futurum repudiari non potest.*
2 *Ante euentum diei, vel conditionis, legatum repudiari non potest.*
3 *Repudiatio mera,& expressa,non tenet in legatis sub die certa ante diem,nec acquisitio:secus in institutione hæredis.*
4 *Hæredis institutio non recipit diem.*
5 *Ex legatis ante diem non nascitur obligatio, licèt secus sit in contractibus,& an sit verum.*
6 *Legatum in diem ad nos non pertinet ratione dominij,sed obligationis personalis.*
7 *Illud,quod potest esse inefficax ope exceptionis,non potest repudiari,sicut nec illud,pro quo solã spẽ de futuro habemus.*

1 §.Si sub conditione. ¶Ius† futurum re-
2 pudiari non potest.h.d. ¶Vel sic. Ante † euentum diei, vel conditionis legatum non potest repudiari.h.d. secundùm Bar.¶In tex.ibi[certo nomine]& euentu secundùm glo.vel certo nomine in certo euentu,secundùm Ray.qui intelligit de die certa.s.an,sed non quando,& bene secundùm Dyn.vt si est legatum alicui,cum morietur.l.hæres meus.in princ. j. de cond.& demonst.nam non põt interim repudiari. Sed iste intellectꝰ nimis restringit tex.qui loquitur simpliciter. Dic ergo, quòd licèt dies sit certa:
3 † tamen ante diem non tenet mera repudiatio,& per consequens nec acquisitio in legatis:secus in institutiõe hære-
4 dis,que†nõ recipit diem.l.hereditas ex die.s. de acq.her. Et ex hoc patet,ꝙ in legatis ante diẽ non nascitur obligatio;nam ex quo legatarius non potest agnoscere legatum interim,licèt secus sit in contractibus.Sed Dyn. tenet,ꝙ
5 † obligatio interim nascatur.l.1.in fin.& ibi gl.s.quando dies vsufr.lega. ced.aliquid etiã in l.1.§.1.C.de cadu.tol. Et hoc pendet ab intellectu istius literæ, de quo per Cin. C.vt ac. ab hære. in l.1. sm̃ Bald. hic.¶In tex.ibi [repudiare] expresse,vel tacitè,vt.j.qui.ad liber. procla.non licet.l.fi. & l. Licinius.j.eod.vt ibi not.¶Nec obstat de hære.inst.l.iam dubitari. in fin. vt ibi not. ¶In tex. ibi [possumus] extra iudicium secundùm Dyn.& gl.vel absente aduersario,secundùm Iac.de Aren.vel simpliciter: secus si in euẽtu cõditionis,vel diei repudiatio cõferatur, secundũ alios.& gloss. de opt.lega.in l.homine.& de cur. bo.dan.in l.1.& de acquiren.hær.l.in plurium.secundùm Rayn. ¶In glos. 2. ibi [non tamen transit in me domi-
6 nium.]Et sic legatum† in diem ad nos non pertinet ratione dominij,sed ratione personalis obligationis sic, vt hic
7 in glo. ex qua not.quòd illud,†quod potest esse inefficax ope exceptionis,non potest repudiari,sicut nec illud, pro quo solam spem de futuro habemus,secundùm Bart.

Ex §.si pater.

SVMMAE.

1 *Conditio nuptiarum intelligitur de futuris,nisi testator præsentes ignorauerit.*
2 *Futurum resoluitur in præteritum.*
3 *Statutum disponens,quòd qui ceperit exbannitum, habeat centum,habet locum in eo,qui iam cepit,& præsentet.*
4 *Conditio pro adimpleta non habetur,cum de iure impleta non fuerit.*
5 *Filia de iure canonico potest nubere sine consensu patris,si est legitimæ ætatis,& pater eam tenetur dotare.*
6 *Consensus patris de honestate,non de necessitate requiritur in nuptijs filiorum.*

1 §.Si pater. ¶Conditio † nuptiarum intelligitur de futuris,nisi testator præ-
2 sentes ignorauerit.h. d. ¶Vel sic.Futurum† resoluitur in præteritum.h.d.concordat.s.tit.1.l.si cui legetur.& de liber.& posthu.l.Titius.§. Lutius. & adde quod dixi.s.eo. in l.Lutius.¶In tex.ibi[sit dignus]aliàs non meretur legatum.l. 3. §. si emancipatus. j.de contra tab.secundùm
3 Bald.Facit in arg.ad statutum† qui ceperit exbannitum, habeat centum, vt si iam ceperit, & præsentet,debeat habere centum;nam ista conditio,non est potestatiua, ideo potest quandocunque impleri,vt C.de insti. & substi. l.si quis hæredem.nisi dicas,quòd in statutis, quæ non recipiunt interpretationem, est aliud, quàm in testamentis, secundùm

secundùm Bald. ¶ In glo. 1. ibi [l. Paulus] & sic conditio
4 † non habetur pro impleta, cum de iure impleta non fuerit, vt. ÿ. de condi. & demon. l. hæc conditio &. ÿ. quando di. leg. ced. l. quod pupillo. secundùm Dyn. Aduerte tamen, quòd de iure canonico filia potest nubere sine consensu patris, si est ætatis legitimæ, not. glo. 32. q. 2. in c. hoc sacramentum. & pater tenetur eam dotare, vt ibi, & 36. q. 1. c. de raptoribus. Et ita intelligo glo. quæ dicit, quod consensus parentum requiritur de honestate, non de necessitate, vt. 27. q. 2. in c. sufficiat.

Ex l. Si ita scripsisset.

S V M M AE.

1 *Verba præsentis temporis non porriguntur ad debita in diem, vel conditionalia, nisi aliud exprimatur.*
2 *Verba præsentis temporis à testatore prolata, referuntur ad tempus testamenti.*
3 *Debitum in diem non dicitur de præsenti debitum.*
4 *Debitor non dicitur, qui non potest exigi, obstante exceptione.*
5 *Si testator mandat restitui vsuras, & malè ablata, & testator post testamentum fœnerauerit, ad hoc non extenditur tale mandatum.*
6 *Cedens omnia iura, non videtur cedere, nisi ea, quorum dies cessit, & venit, non conditionalia, & in diem.*
7 *Clausula, si non valet iure testamenti, &c. nil operatur, si tunc valeat testamentum, et postea irritetur, nisi adijciatur verbum, valebit, vel valeret.*
8 *Præsens tempus confusum præsentis non tenet vsum.*

1 **L. si ita scripsisset.** ¶ Verba † præsentis temporis non porriguntur ad debita in diem, vel conditionalia, nisi aliud exprimatur. hoc dicit, secundùm Bar. Nota, quòd
2 verba † præsentis temporis à testatore prolata, referuntur ad tempus testamenti, sic & in l. si ita. hic allegata. ¶ Item
3 not. quòd debitum in diem † non dicitur de præsenti debitum, quod videtur contra id, quod habetur. s. quando di. vsufruct. legat. ced. in l. 1. in fin. &. ÿ. quando di. leg. ced. in l. si dies & l. cedere diem. ÿ. de verbo. signif. sed hic propter verba [dare facere oportet] quæ intelliguntur cũ
4 effectu, non dicitur † debitor, qui non potest exigi, obstante exceptione. vt. ÿ. de verbor. signifi. l. debitor. Facit,
5 quòd si testator † mandat restitui vsuras, & malè ablata, & testator post testamentum fœnerauerit, quòd ad hoc non extendatur tale mandatum, arg. contra. s. tit. 1. l. talis scriptura. & de testam. tutel. l. tutoribus. secundùm Bald. ¶ Facit, quòd qui cedit omnia sua iura, nõ videtur cedere, nisi ea, quorum dies cessit, & venit, non conditionalia, vel in diem, secundùm Bald. ¶ Facit ad clausulam,
6 † si non valet iure testamẽti &c. vt si tunc valeat testamẽtum, nil operetur, licèt postea irritetur, nisi adijciatur verbum, valebit, secundùm Dyn. de quo plenè per Bart. in l. 1. s. de iure codicill. secus si diceret, si non valeret; quia
7 præsens tempus † confusum præsentis non tenet vsum, secundùm Bald.

Ex l. Sempronius.

S V M M AE.

1 *Si in duabus scripturis principalibus eiusdem testatoris appareant diuersæ quantitates eidem legatæ, minor debetur: secus si vna esset principalior altera.*
2 *Scripturis duabus, quando continent omnino repugnantiam, & incompassibilitatem causæ finalis, non statur.*
3 *Plura instrumenta confecta eodem loco, & tempore de eodem, non probant pluralitatem, sed vnitatem tantùm facti, siue rei: secus si fierent diuersis locis, & temporibus.*
4 *Notarius si reddat pluries instrumentum in publica forma, nõ habetur istud instrumentum, nisi pro vno instrumento.*

1 **L. Sempronius,** ¶ Si in † duabus scripturis principalibus eiusdem testatoris appareant diuersæ quantitates eidem legatæ, minor debetur. h. d. & non est alibi, sm̃ Bald. secus ergo, si vna esset principalior altera, vel vna esset originale, alia assumptum; nã tunc semper staretur principaliori, & originali. l. si quis ex argentarijs. §. penul. & fin. ff. de eden. & Auth. si quis in aliquo. C. de eden. siue in dispositionibus vltimarum voluntatum, siue inter viuos, secundùm Bart. hic. Nec obstat. C. de fid. instrumen. l. scripturæ. quia ibi quando proferuntur ab eodem; hic à diuersis; quia vna ab hærede, alia à legatario secundùm Bart.
2 Dic subtiliùs, quòd hic istæ duæ † scripturæ non continebant repugnantiam totaliter, sed secũdùm quid; quia vna de maiori, alia de minori; vnde quia in numero consonãt, statur minori, arg. l. diem. §. si plures. ff. de arbi. Hoc verum, nisi ex maiori, & minori summa resultaret incompassibilitas causæ finalis; quia tunc neutri staretur, exemplũ in l. si tibi. 10. ÿ. de verborum obligat. vnde in contractibus onerosis non haberet locum dispositio istius. l. Sempronius. quod not. secundùm Bald. ibi. ¶ Nota, quòd
3 plura instrumenta † eodem loco, & tempore facta de eodem, non probant pluralitatem, sed vnitatem tantùm facti, siue rei: secus si fierent diuersis locis, & temporibus, casus est. C. de discussionibus. in l. ne casu. libro. 10. Et
4 ideo si notarius redderet eidem pluries instrumentum in publica forma, non habetur, nisi pro vno instrumento, & vnicam tantùm facit probationem, secundùm Bald. ¶ In glos. vltima ibi [l. quinquaginta] & de hoc supra. eodem in l. si pluribus. §. 1. vbi vide omnino, quod ibi ego scripsi.

Ex l. Licinius.

S V M M AE.

1 *Fructus, & partus, pendente electionis conditione, percepti ad legatarium non spectant.*
2 *Partus percepti ex ancilla legata ante diem cedentem, legatario non debentur.*
3 *Electio non fingit retro.*
4 *Si vir legat vxori simpliciter rem, quam æstimatam recepit in dotem, vxor habebit rem actione ex testamento, æstimationẽ verò actione de dote.*

1 **L. Licinius.** ¶ Fructus, † & partus, pendẽte electionis conditione, percepti ad legatarium non spectant. hoc dicit. ¶ Vel sic. Par
2 tus † percepti ex ancilla legata ante diem cedentem, legatario non debẽtur. hoc dicit, secundùm Rayn. ¶ In tex. ibi [debebuntur.] ¶ Nec obstat. ÿ. eodem. l. cum pater.
3 §. pater filiæ, vt ibi notaui. ¶ Nota, quòd electio † non fingit retro, secundùm Bald. ¶ In glo. magna ibi [quia & æstimationem dotis] facit. C. de rei vxo. ac. l. 1. §. sciendum. ¶ Et ex ista glo. not. quòd † si vir legat vxori simpli
4 citer rem, quam æstimatam recepit in dotem, vxor habebit rem actione ex testamento, æstimationem verò actione de

ne de dote,& hæc veritas.¶Nec obstat.l.2.§.fi.ɉ. de do. præle.vt ibi not.Bart.¶In ead. gl.ibi [de pecul.l.fi.] Sol. ibi percipiendo vsuras,in præsenti voluit augere legatum; quia filij nomine fœnus exercuit, vt ibi patet secundùm Dyn.& Bart.

Ex §.Bonorum.

SVMMAE.

1 *Curator, qui bonorum possessionem pro demente agnouit, ad legata tenetur,cautione tamen recepta.*

2 *Etiam ante bonorum possessionem, quæ licèt ius non tribuat; tamen tribuere speratur, debentur legata cum satisdatione.*

3 *Bonorum possessione per curatorem petita à demente relicta petuntur, de ipsis reddendis cautione præstanda,si hæreditas euincatur.*

1 §.Bonorum. ¶Curator,† qui bonorum possessionem pro demente
agnouit,ad legata tenet̃,cautiõe tamẽ recepta.h.d.¶Vel
2 sic.Etiã ante bonorũ possessionẽ,quę licèt ius nõ tribuat,
tamen tribuere speratur, debentur legata cum satisdatio
ne.hoc dicit,& est peregrinus casus, vbi sine vera aditio-
ne,& sine efficaci agnitione bonorum possessionis deben
tur legata. Sed istud procedit ex dispensatione;sicut enim
lex dispensat circa bonorum possessionem,ita & circa le
3 gata,secundùm Bald.hic.¶Vel sic.Bonorum † possessio
ne per curatorem petita à demente relicta petuntur,de ip
sis reddendis cautione præstanda, si hæreditas euincatur.
hoc dicit.¶In tex.ibi [legata] scilicet à demente relicta. ¶In tex.ibi [debebunt] etiam nulla controuersia de hæreditate mota, secundùm veritatem, licèt Ro. contra. ¶In text.ibi [fuerit] quod contingit,si decedat demens, antequam perueniat ad sanam mentem, & hæreditatem agnoscat.l.final.§.fin autem. C. de cur. furio. secundùm Rayn. ¶Item hoc in extraneo hærede:secus in suo, vbi nunquam euanescit.l.fi.§.1.C.de cur.furio.secundũ Bar. & adde quod not.s̃.de auc.tuto.in l.si à pupillo. secundũ Iacob.de Are.& Bald.hic.¶In glo.defendit.in fin.ibi [l. cum] & l.fin.in princip.de admi.tuto.& dic,vt ibi secundùm Rayn.

Ex l. Mortuo boue.

SVMMAE.

1 *Quod superest ex re mihi debita ante moram perempta, non debetur.*

2 *Quod superest ex re animata perempta ante conditionem,non debetur.*

3 *Extincta forma rei legatæ,extinguitur legatum.*

4 *Promittens dare bouem,non liberatur dando mortuum.*

1 L.Mortuo boue. ¶Quod† superest ex re mihi debita
ante moram perempta,non debetur.h.d.secundùm Bart.
2 ¶Vel sic. Quod † superest ex re animata perempta ante
3 conditionem,non debetur.h.d.¶Vel sic.Extincta† forma
rei legatæ,extinguitur legatum.h.d.secundũ Bal.¶Quæ-
4 ro,vtrùm promittens † bouem,liberetur dando mortuũ,
arg.quòd non.ɉ.de solu.l.qui decem.§.fi.&.ff.si quadrupe.pau.fecis.dicatur.l.1.circa medium.¶In glo.1.ibi[§. si domus] &c.hoc verũ, si fuisset refecta à testatore, alias si non fuit refecta,licèt ante diem legati cedentem dirup ta,nihilominus area debetur legatario, vt.s̃.de lega.1.l.si grege.in fi.¶Non obstat hæc.l.quia loquitur in re inanimata anima sensitiua,secundùm Bart.quem vide.ɉ.eod. in l.peculium.§.1.¶In ea.glo.ibi [§.fi.]&.s̃.titu.1.in l.nõ amplius.§.1.secundũ Iac.de Are.¶In ea.gl.ibi [& in cõditione] &c. quia ibi semper præcedit mora, secundùm Bal.¶In ea.gl.in fi.ibi[§.boue] primam tenet gl.in l.contraria.& eam tenet Petr.C.de contrahen.& commit. stipul.in l.non moriturum.sed tu coniunge primam cum secunda,& solutio erit perfecta,secundùm Rayn. de Forli.

Ex §.Si Titio.

SVMMAE.

1 *Legatum,cuius æstimatio debetur,ad hæredem transmittitur.*

2 *Aestimatio rei legatæ,cuius est commertium in communi, legatario, & eius hæredi debetur, licèt propter qualitatem personæ,vel rei(testatore sciente)sibi commertium denegetur.*

3 *Qualitas transmittentis magis inspicitur,quàm eius, in quem transmittitur.*

1 §.Si Titio. ¶Legatum, † cuius æstimatio debetur, ad hęredem transmittitur.
2 h.d.¶Vel sic. Aestimatio† rei legatæ,cuius est cõmertiũ
in cõi,legatario,& eius hæredi debetur,licèt propter qualitatem personæ,vel rei(testatore sciente)sibi cõmertium denegetur.h.d.cum gl.secundùm Ray.¶In tex.ibi [legatur] &c.inhabili propter corporis vitium cognitum testatori,secundùm Ray. ¶In tex.ibi [legata]& cum transmittit ad hæredem,attenta qualitate transmittentis, non qualitate hæredis,vnde intelligo, ꝙ etiam si hæres legatarij esset Romanus,non peteret texeram,sed æstimationẽ.
3 Et sic nota, ꝙ magis † inspicitur qualitas transmittentis,
quàm eius,in quem transmittitur,secundùm Bald.

Ex §.Labeo.

SVMMAE.

1 *Si rei legatæ commertium non habet legatarius propter eius delictum, æstimatio non debetur:secus è contra,si legatarius habeat commertium,sed non hæres.*

1 §.Labeo. ¶Si rei legatę† cõmertium non habet legatarius,propter eius delictũ æstimatio non debetur:secus ecõtra,si legatarius habeat cõmertium,sed non hæres.h.d. ¶In tex.ibi[non habes] propter suum delictum:secus si propter vitium personæ, vt.s̃.§.proximo.¶In tex.ibi æstimationem,nec obstat.ɉ. pro legato.l.nemo.vt ibi not.

Ex §.Si testator.

SVMMAE.

1 *Portio hæreditaria deficiens accrescit cohæredi cum onere pro rata.*

1 §.Si testator. ¶Portio† hæreditaria deficiens accrescit cohæredi cũ onere pro rata.h.d.sm̃ Bar.¶In gl.1.ibi[§.penul.]vel intellige,ꝙ hæredes non erant iussi facere opus, sed præstare impensam operis,vnde erant grauati in dando,& sic recipit diminutionem,secundùm Bald.

Ex l.

Ex l. Vt hæredibus.

SVMMAE.

1 *Hæredibus, & legatarijs, & donatarijs causa mortis potest substitui directò, & per fideicommissum.*
2 *Donatio prohibita inter virum, & vxorem non confirmatur morte, nisi interueniat traditio.*
Substitutio in testamento, & codicillis fieri potest sine stipulatione, sed in donatione solùm per stipulationem.
3 *Donatio quando incipit à prolatione verborum obligatoria, obligat, sed non efficaciter, & statim oritur actio: secus non obligatoria.*
4 *Obligatio licèt non consistat in voluntate obligandi circa obligationis natiuitatem: consistit tamen circa resolutionem.*

1 L. Vt hæredibus. ¶ Hæredibus, † & legatarijs, & donatarijs causa mortis potest substitui.h.d.secundùm Bar.directò, & per fideicōmissum secundùm Dy. Nota, quòd in legatis fit substitutio per viam contractus, secundùm Bal. Non obstat.s̄.de dona.inter vi.& vxo.l.Papinia
2 nus.vbi donatio,† quæ debet morte confirmari, non confirmatur, nisi interuenerit traditio; quia ibi in donationibus prohibitis: hic permissis. Ita sol.Cin.in l.1. C. de dona.ante nup.secūdùm Bal.hic.¶In gl.1.ibi[l.si cui]aliàs. l.ei,cui.& vide ibi Dy.& quod dixi.s̄.eo. in l. legatum. & Ci.omnino.in l.1.ȷ̄.de don.causa mor.vbi declarat.l. istā. ¶In ea.glo.ibi.[& l.1.] sed tunc substitutus non capit directò, sed per fideicommissum: si verò per stipulationem: tunc iure directo, secundùm Dy.in d.l.si cui. Vel dic secundùm Mar.Syll.quòd in testamento, & codicillis potest fieri sine stipulatione, vt.ȷ̄.eo.l.cum pater.§. eorum. in ipsa donatione solùm per stipulationem, vt hic, & d.l. si cui. & hoc tenet Pet.in d.l.1.secūdùm Ray.¶In ea.glo.ibi [obligatur donans] &c.hoc verum, si donatio incipiat à stipulatione, aliàs secus, vt.ȷ̄.de dona.causa mor.l.1.vbi de hoc, & probatur.eo. tit. in l. mortis causa donatio. secundùm Ray.Dy.dicit, quòd si incipit à prolatione † verborū obligatoria, obligat, sed non efficaciter; quia non redditur in inuitū donantem, siue ergo per pactum, siue per stipulationem fiat, statim oritur actio, vt. ȷ̄. eo. l. cum pater. §. Mæuio. sed si non obligatoria, vt dono causa mortis talē fundum (nam istud est dictum non permissum.l.sciendum. §.dictum.ȷ̄.titu.1.) tūc donans nō obligatur, quod patet; quia & alia donatione oritur vtilis ex testamento.l.1.C. de dona.causa mor.secundùm Dy.ibi, & hic.¶Nō obstat,
4 si dicatur, quòd in voluntate † obligandi non potest consistere obligatio; quia verum est in voluntate, quæ concernit natiuitatem obligationis: secus in ea, quæ concernit resolutionem, vt no.in l.2.s̄.de in diem adiect. Ad hoc facit. ȷ̄.titu.1.l.vndecim.§.si fideicommissum secundùm Bal.

Ex l. Si Titius.

SVMMAE.

1 *Si legetur vna ex alternatiuè debitis, euentus solutionis declarabit, an legatum valeat.*
2 *In alternatiua obligatione alterius tantummodo rei, legatum per solutionem alterius vitiatur: vtraque verò diuersis separatim relicta à testatore, soluta solūmodo confirmatur.*

1 L. Si Titius. ¶Si legetur † vna ex rebus alternatiuè debitis, euentus solutionis declarabit, an legatum valeat.h.d.¶Vel sic.In
2 alternatiua † obligatione alterius tantummodo rei, legatum per solutionē alterius vitiatˀ: vtraque verò diuersis separatim relicta à testatore soluta solummodo confirmatˀ.h.d. secundùm Ray. ¶In tex.ibi [valet] idest, quod legatum ipsorum valuit, per solutionem declaratur, secundùm Iaco.de Are.secundùm veram lecturam Ray.¶In glo.magna in fi.Doctores dicunt, quòd quantùm ad legatum alternatiuum non est fienda ista distinctio, an exegerit, vel sponte receperit: sed in legato vnico sic, vt tunc distinguatur, vt.l.fideicommissa.§.si rem.ȷ̄.tit.1. quod not.

Ex §. Cum ita.

SVMMAE.

1 *Relatiuum quantitatis iunctum verbo futuri temporis, non facit conditionem: secus in relatiuo substantiæ.*
2 *Relatiuum vbi profertur respectu iuris de præsenti, quamquā habeat verba exequutiua de futuro, tunc non facit conditionem: secus de futuro.*

1 §. Cum ita. ¶Relatiuum † quantitatis iūctum verbo futuri temporis, non facit conditionem.h.d.secundùm Bar. secus in relatiuo substantiæ, vt.s̄.tit.1.l.Stichum, qui meus.& ȷ̄.tit.1.l. nuper.facit.l.hæc venditio.§.pen.s̄.de cōtrahen.empt.sm̄ Bar.& ibi fit ista differentia inter hæc relatiua, & in l.1.C. de senten.quæ pro eo.secundùm Bal.¶Vel dic, quòd vbi
2 relatiuū † profertur respectu iuris de præsenti, quamquā habeat verba exequutiua de futuro: tunc non facit conditionem, vt hic: sed si apponitur super iure de futuro: tunc facit conditionem.d.l.Stichum.& de leg.3.l. nuper.secundùm Bal.¶In gl.1.ibi.[l.in omnibus] nec obstat.ȷ̄.quando dies leg.ced.l.cum illud.§.fi.quia ibi conditio pendet ex potestate, & facto debitoris: hic hæredis creditoris: & sic statim hic agitur, ne sit in eius potestate, an legatū extinguatur, facit quod no.in prin.huius.l.& s̄.de lega.1. l.si sic.§.fi.& l.seq.

Ex l. Si ita quis.

SVMMAE.

1 *Verbum, potest, est extensiuum, & extenditur ad futurum.*
2 *Clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni modo, quo meliùs valere potest, quomodo procedat.*

1 L. Si ita quis. ¶Verbum, † potest, est extensiuum, & ideo licèt sit præsentis temporis, extenditur ad futurum.h. d. Vide, quod de isto verbo, potest, scripsi.in l.Gallus.in prin.super principium tertiæ glo.ff.de liber.& posth.& not.etiam.s̄. tit.1.in l.nemo potest. ¶In tex.ibi [poterit] vsq; ad tempus mortis, non vltra, nisi aliud testator expresserit.l.fi.ȷ̄. de opt.leg.secundùm Ray.¶In glo.1.ibi [quandocūque] adde, vt in libro. Et facit ad quæstionem, si dicatur in testa
2 mento, † si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni modo, quo melius valere potest, de qua dixit Bar.ȷ̄.de aur.& ar.lega.in l.si ita.& aliquid.s̄.eo.in l.si ita scripsisset.

Ex §. Is, cui in tempus.

SVMMAE.

1 *Ciuilis filius conditionem non implet.*

2 *Ad implementum conditionis non sufficit ciuiliter factũ, quãdo dispositio relata est ad eum, qui potest habere filios naturales, secus aliter.*
3 *Substitutio facta instituto, si decesserit sine liberis, expirat per adoptiuos, si alios habere non poterat, & per spurios, si non poterat alios habere.*
Et quid dixit, sine filijs ex suo corpore natis. nu. 6.
Et quomodo debeat dicere.
4 *Si alicui est relictum in tempus filiorum legitimorum, non sufficiunt legitimati.*
5 *Verba simpliciter prolata fauore religionis intelliguntur secũdùm fictionem.*

§. Si is, cui in tempus.

¶Ciuilis
1 † filius conditionem nõ implet. h.d. Vel aliter. Ad imple-
2 mentum † conditionis non sufficit ciuiliter factum. h. d.
Hoc videtur verum, quando dispositio est relata ad illum,
qui potest habere filios naturales, secus si non possit; quia
tunc videtur verificari etiam in filio ciuili, vt dispositio teneat, ita videtur sentire gl. ad l. istã. in l. si quis posthumos.
in princ. š. de liber. & posth. ¶Ex qua nota, quòd substitu
3 tio † facta instituto, si decesserit sine liberis, expirat per
adoptiuos, si alios habere non poterat. Item per spurios,
si non poterat alios habere, vt quia clericus. Nec obstat,
quòd per hoc videatur institutus inuitari ad fornicationẽ,
quod est contra bonos mores; quia dic, quòd non inuitat,
sed casus contingentiam ponit, secundùm Angel. ibi vide
omnino Bar. & quod ibi scripsi in l. hæredibus. §. 1. ȷ̃. ad
4 Trebel. ¶Facit ista lex, ꝙ si est † alicui relictum in tempus legitimorum filiorum, nõ sufficiant legitimati. ad hoc
facit, quod not. extra de elec. in c. innotuit. de quo in l. ex
facto. §. si quis rogatus. ȷ̃. ad Trebel. latiùs vide in quæstione, quam disputaui hic, anno scilicet. 1405. quæ incipit.
Baro quidam, &c. Fallit autem regula istius. §. in monaste
5 rio, vbi verba simpliciter prolata eius fauore intelliguntur
secũdùm fictionem, vt in Auth. de sanctis. episcopis. §. sed
hoc præsenti. & in Auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & extra
6 de probat. c. in præsentia. Si tamen † dixit testator, si decesserit sine liberis ex suo corpore natis, quidam dicunt,
quòd tunc secus, vt illa verba aliquid operẽtur, hoc tenet
Mar. Syl. in dicta Auth. nisi. & Io. And. in d. c. in pręsentia.
in nouella. Dy. dicit, quòd idem; quia illa verba inerant tacitè. ȷ̃. de condi. & demon. l. cum vir. & si vir ergo expressio, &c. l. hæc verba. de vulga. & pupil. idem tenet Ray. idẽ
Cin. in d. Auth. nisi rogati. idem etiam hic Barto. qui post
Ricar. Malumb. ita consuluit, & incipit illud consiliũ. Par
mensis quidam, &c. Dicat ergo testator, si decesserit sine filijs ex suo corpore natis uerè, non per fictionem, vel interpretationem, vel per ingressum monasterij; hoc enim casu
monasterium non excludet substitutum, licèt Ricar. dixerit etiã hoc casu remitti hoc onus, ne impediatur vita contemplatiua, sed istud est contra communem opinionem,
& contra communem obseruantiam, secundùm Bal. hic.

Ex l. Non oportet.

SVMMAE.

1 *Non debet de habilitate personæ disputari separatim ab alia lite, quãdo qualitas personæ est talis, quę concernit merita causæ, & habilitet personas: secus si non habilitet.*

1 **L. Non oportet.** ¶Non † debet de habilitate personæ disputari separatim ab alia lite. h. d. vide, quod de hoc in simili habetur in l. si quæramus. ff. de testamẽtis. Et hoc quando qualitas habilitatis est talis, quæ concernit merita, & habilitat personam ad iudicium, vt hic, licèt enim non esset capax, non per hoc est inhabilis ad iudicium, sed deficit iustitia sua: secus si sit talis, quæ inhabilitet ad iudiciũ, puta ætatis; nam de illa, & similibus posset quæri separatè ab omni alia causa, vt. l. de ætate. š. de minor. & de fer. l. 2. ibi [ętates probẽtur] &c. & C. de adul. l. quoniam. & l. cum te. C. de probat. secundùm Bar. Facit ad prædicta, quod not. de excep. in c. pia. lib. 6. ¶In glo. i. ibi [decessit] & conditio extitit, sed si penderet, non est interim quærendum de capacitate personæ, not. in l. cætera. §. 1. š. tit. 1. secundùm Bal. ¶In ea. glo. ibi [l. si alienum. §. 1.] melius dic, vt ibi, & de. reb⁹ dub. l. si cognatis. ȷ̃. & de regu. Cato. l. 1. Et hoc verũ est quò ad hæredẽ, nõ quò ad legatarium, in quo tempus mortis inspicitur, vt. ȷ̃. de iure fisci. l. non intelligitur. §. quando autem. & l. in mortis. de do. cau. mor. secundùm Dy. & Bar.

Ex l. Cum ab vno.

SVMMAE.

1 *Si legatum ab vno hærede relictum animo compensandi cũ dote deficiat, ille hæres illius debiti onus sustinet in totum, & illud computat in ære alieno quantùm ad detractionem Falcidiæ.*
2 *Actio de dote potest proponi cõtra vnum ex hæredibus, quem solùm testator grauare voluit in ratione dotis, & ratione Falcidiæ tota dos computatur in ære alieno, vnde nõ detrahitur Falcidia de dote, sed de residuo.*
3 *Onus tacitè repetitum videtur in substituto mulieri instituto animo compensandi.*
4 *Actio hæreditaria personalis ẽt ad quantitatem datur contra vnum ex hæredibus in solidum.*

1 **L. Cum ab vno.** ¶Si legatũ † ab vno hærede, relictum animo compensandi cum dote deficiat, ille hæres illius debiti onus sustinet in totum, & illud computat in ære
alieno quantùm ad detractionẽ Falcidiæ. h. d. & est. l. sing.
2 secundùm Doct. ¶Vel aliter. Actio † de dote potest proponi contra vnum ex hęredibus, quem solùm testator grauare voluit in ratione dotis, & in ratione Falcidiæ tota dos computatur in ære alieno, vnde non detrahitur Falcidia de dote, sed de residuo. h. d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [quantitatem legati] etiam si excedat hæreditariam portionem, secũdùm Dy. ¶In tex. ibi [instituta] ex parte animo compẽsandi cum dote, & alius ei vulgariter substitutus in eadem parte, secundùm Dy. ¶In tex. ibi [legata] extraneis relicta à se. ¶In tex. ibi [debeat.] Falcidia non detracta. ¶In tex. ibi [præstarent] quo casu cessaret Falcidia. ¶In tex. ibi [computare] ad suum commodum, & præiudicium legatariorum, vt sic deducat Falcidiã, secundùm Ray. ¶In tex. ibi [actio detur] repudiante vxore, & adeunte substituto vulgari secundùm Dy. & Bal. Et est ra
3 tio; quia cum † ipsa fuerit instituta animo compensandi
cum dote, hoc onus in persona substituti intelligitur tacitè repetitum, vt. š. titu. 1. l. licèt, cum simil. ¶In tex. ibi [habere videtur] scilicet vt dotẽ totam computet in ære alieno, & detrahiẽ hæc Falcidia de legatis relictis extraneo, secundùm Dy. ¶In fi. tex. ibi [videtur] quò ad mulierẽ, nõ quò ad cohæredẽ, arg. š. fam. er. l. si filia. §. Papinianus. & quod ibi not. secundùm Dy. sic intelligas glo. hic posi-

tas,

5 tas,quæ ponunt casum.¶Nota,ꝙ actio †hæreditaria personalis etiam ad quantitatem datur contra vnum ex hæredibus in solidum , quod est singulare,secũdùm Bar.vel dic aliter,vt statim dicam.¶In gl.ex stipulatu.ibi [respõdeo speciale in dote] hæc communis,& vide quod scripsi in l.eum,qui ita.§.te,& Titium.Non tamen videtur habere bonam rationem specialitatis;quia lege cauetur, ꝙ pacto debitorum,&c.l.pacto successorũ.C.de pact. ergo nec voluntate testantis,arg.s̃.tit. 1.l.nemo.secundũ Ci.in l.pro hæreditarijs.C.de here.act.Præterea tex.hic non videtur ponderare prærogatiuam dotis sm̃ iudicium defuncti,secundùm Bal.hic.¶In ea.gl.ibi [l.dñs] arg.s̃.sol.matri.l.1.secundũ Ray.¶In ea.gl.ibi [alij dicunt] &c.hanc tenet Guil.in l.auus.s̃.de pact. Sed contra istum tex. vbi patet,ꝙ totam dotem soluit,vt æs alienum , non vt legatum,& eodem morbo laborat solutio sequens, tene ergo primam,sm̃ Bar.Præterea hic loquitur in actione de dote expresſè:non in iudicio familiæ ercìscundæ , patet ibi [dotis actio datur.] Item est contra in eo , quod dicit de falcidia;nam à conuentione cohæredum detraheret hæres falcidiã,vt.s̃.fami.erc.l.si filia.§. Papinianus.cuius cõtrarium dicitur hic,secundũ Bal.¶In ea.gl.ibi [vel dicas actione ex testamento] &c.hæc falsa;quia mulier hic repudiauit legatum,secundùm Ray. & Bal.Sed hanc tenet Petr.non ꝙ detur mulieri,si legatum non agnouit,sed dabitur cohæredibus , quorum contemplatione videtur legasse mulieri,arg.de leg.1.l.si cui.§.si Titio.& seq.Sed hoc videtur destruere istum tex.qui loquitur in actione ex stipulatu,secundùm gl.s̃.quod etiam tenuit Dyn.& Ci.Pet.dicit,ꝙ contraria loquuntur in contractibus stricti iuris: hic in actione de dote,quæ est bonæ fidei, & est ratio secundùm Dyn. quia legando ab isto animo compensandi cum dote,testator videtur designare eum solum possidere dotem, & sic ipse solus tanquam possessor conuenitur in solidum actione de dote,arg.s̃.cõmoda.l.3.§.hæres.& pro solu.l.verum.§.si communis pecunia. & istam tenet Ange.vt audiui.Sed huic opi.obstat.§. si testator.cui sine diuinatione non potest responderi,sm̃ Bald.Hæc lec. non placet , primò quia testator non dixit expresſè eum solũ possidere dotẽ,arg.C.de cadu.tol.l.1.§.finaũt ad deficiẽtis.Item tollitur ratio sua per l.cum ita.§.species.s̃. eod. Item quia leges contrariæ non distinguunt contractum bonæ fidei à stricti iuris,sed indistinctè loquuntur,cũ eadẽ sit ratio in vtroque.s.ne pacto debitorum , &c. d.l.pacto successorum.C. de pac. Itẽ quia hic lex considerat solum onus impositum à testatore, non autem possessionis designatæ;est ergo hæc solu.cõtra mentẽ huius.l.vnde tene primã,quæ est cõmunis omniũ.Nec ob.de verb.obl.l.eũ,qui ita.§.1.vt ibi dixit Ray.Tu dic aliter,ꝙ sicut inter viuos possum delegare vnum ex promissorum creditori , ita & in vltima voluntate possum delegare vnũ debitorẽ consentientem creditori meo consentienti;cum ergo hæres intelligatur consentire delegationi defuncti,& creditor acceptat,nimirum si ex ista delegatione solus obligetur,vt idem operetur consensus vltimę voluntati accedẽs, quod operatur accedens contractui ; & ideo hic consensus creditoris ad vnũ inducit liberationem quò ad alios, & iste est nouus intellectus hic . ¶In glo. ibi [§.vni.] qui est contra , sed ibi erat grauatus respectu certi prouentus,qui non peruenit;ideo non conuenitur,secundùm Bald. ¶In glo. penul. [ibi de quatuor] relictis extraneis . ¶In eadem glo. ibi [retinet falcidiam] item de illis quatuor , quæ soluit vxori pro dote nomine cohæredis , retinet falcidiam cohæredi , & non mulieri , & est expressum in dicta l. si filia. §. Papinianus. &.§. pen. secundùm Rayn. &.ĩ.ad leg.falc,l.æris.secundùm Dyn. & Bald.

Ex l. Si cui fundus.

SVMMAE.

1 *Valet legatum rei vendendæ pro iusta æstimatione.*

1 L.Si cui fundus. ¶Valet † legatũ rei vendendæ pro iusta æstimatione.hoc dicit. ¶In gl. 1.vt ibi in fine.nam inspecto communi pretio,legatum est inutile;& ideo non potest onere fideicommissi grauari , vt ibi : sed inspecto singulari interesse valet legatum , secundùm Dyn. Et sic nota singulariter,ꝙ consideratũ,& non consideratur diuersis respectibus;consideratur enim quantùm ad commodum eius,cuius interest,sed non quantùm ad incommodum,secundùm Bald.

Ex l.Si Titio.

SVMMAE.

1 *Ex persona defuncti potest pars repudiari, & ex propria persona agnoscere .*

2 *Video,verbum ponitur pro visione intellectuali.*

Item pro omni sensu corporis , & propriè ponitur pro sensu specifico ab alijs sensibus differente.

3 *Scientia testis debet causari à sensu; scientia verò partis à sensu,& intellectu.exempla.*

1 L. Si Titio . ¶Ex persona † defuncti potest pars repudiari,& ex propria persona agnosci. hoc dicit . ¶In tex.ibi [defecisse] prima fronte , secundùm Ray. ideoque accrescere secundùm Bald. ¶In tex.ibi [video] hic ponitur pro visione
2 † intellectuali,simile.ĩ.de iniur.l. item apud Labeonem. §.si quis sic.&.s̃.depositi.l.1.§.idem Pomponius quærit. Quandocunque ponitur pro omni sensu corporis, glo.est nota.3.q.9.in c.testes.& not.Iacob.de Are.C.de testi. in l.testium . Propriè tamen ponitur pro sensu specifico ab alijs sensibus differẽte, vt.s̃.de testam.mili.in l.Diuus.secundùm Bal. Adde tamen, quòd differentia est inter sciẽtiam,quæ cadit in parte, & illam , quæ cadit in teste .
3 Nam scientia † testis debet esse causata à sensu,vt.s̃ de testament.l. qui testamento.§.fin. sed scientia partis potest causari à sensu, & ab intellectu, vt ecce scimus christum crucifixum : tamen hoc non vidimus. item scimus Cæsarem , & Alexandrum regnasse:tamen nullus nostrũ vidit.Ita dicit Inn.extra de iuramento calum.in c.cũ causam.secundùm Bald.

Ex §.si eo hærede.

SVMMAE.

1 *Hæreditas repræsentat personam defuncti,non hæredis.*

2 *Ex persona defuncti,non autem hæredis capax seruus hæreditarius videatur.*

3 *Hæreditas capit,vt hæreditas , & non vt persona defuncti , vel hæredis.*

1 §. Si eo hærede. ¶Hæreditas † repręsentat personã defun-
2 cti, non hæredis. hoc dicit. ¶Vel sic. Ex persona † defuncti, non autem hæredis capax seruus hæreditarius iudicatur. hoc dicit, secundùm Rayn. ¶Vel aliter. Hæreditas
3 capit, † vt hæreditas, & non vt persona defuncti, vel hæredis, & ideo licèt hæres sit non capax: tamen quæritur hæreditati, quod est not. secundùm Bald. ¶In glo. 5. ibi [solu. vt ibi] &cæt. quia hic hæreditate iacente, ibi ea adita.

Ex l. Quod principi.

SVMMAE.

1 *Relictum sub nomine dignitatis transit ad successorem in dignitate, quam quis habet per se: secus si per consequentiam alterius.*
2 *Dignitas non moritur.*
3 *Legatum Principi quasi caducum transmittitur ad hæredem, licèt in augusta contrarium statuatur.*
4 *Dignitas imperij semper est.*
5 *Augusta coruscit radijs mariti, & concessum aliquid sibi, nõ transit in successorem.*
6 *Si relinquitur Episcopo, debetur successori eius, eo moriente, secus si relinquatur Vicario.*
7 *Commissio facta Vicario, non transit ad successorem in vicariatu.*
8 *Si relinquitur immortali, non potest effici caducum, vel quasi.*
9 *Pauperibus relictum legatum perire non potest, cum genus perire non potest.*

1 L. Quod principi. ¶Relictum † sub nomine dignitatis, transit ad successorem in dignitate, quam quis habet per se, secus si per consequentiam alterius. h. dicit cũ l. sequen. secundùm intellectum Petr. qui est no-
2 tabilis, & est ratio, secundùm Bald. quia † dignitas non
3 moritur. ¶Vel aliter secundùm glo. Legatum † Principi quasi caducum transmittitur ad hæredem, licèt in augusta contrarium statuatur. hoc dicit cũ l. sequen. secundũ glo. ¶In text. ibi [cedat] glo. legit duobus modis, Dyn. alio modo, alij aliter. ¶In tex. ibi [successori in dignitate] secundùm Petr. vel in bonis, secundùm glo. & Dyn. ¶In tex. ibi [debetur] quantùm ad petitionem, secundùm vnum casum, vel quantùm ad transmisionem, secundùm alios, & secundùm hoc signatur contrarium in glo. secundùm Rayn. ¶In l. si augustæ, ibi [desierit] post testamentum viuo testatore, s͠m veram lecturam glo. Alij aliter, vt statim dicã super glo. ¶In glo. 1. in fi. vel dic secundùm Dy. quòd hic decessit augusta, testatore viuo: in præcedẽti verò post mortẽ, & ante aditam hæreditatẽ, & sic ante diem cedentem quantùm ad petitionem, sed cesserat quantùm ad transmissionem. ¶Vel dic, secundũ Iacob. de Rau. quòd hic fuit relictum Augustæ sub nomine proprio: in præcedenti sub appellatiuo, vnde ibi transmittitur ad successorẽ in dignitate: hic non, arg. eius, quod not. ff. de iurisd. omniũ iudic. in l. & quia. & ff. de pact. in l. tale pactum. §. fi. Vel dic secũdùm Pet. in l. cum hæredes, hic in gl. all. ꝙ aliud ĩ Imperatore, aliud ĩ augusta. Rõ est; quia Imperator habet dignitatem per se, & quæ transit in successorem in dignitate; quia dignitas † imperij sem-
4 per est, vt in Authen. quomodo oportet episcopos. §. fin.
5 Augusta † verò non habet dignitatem per se, sed per modum cuiusdam dependentię, & accessionis; nam coruscat radijs mariti, vt in Authen. de consulibus. §. si verò. Et sic non potest dici, quòd transeat in eius successorem in dignitate; quia nullũ ius hẽt in illa, imò eius morte finitur, & cũ noua Augusta noua dignitas creatur. Eadem ratione idem in vxore Comitis, quæ appellatur Comitissa, secundùm Rayn. ¶Ex hoc infert Bar. quòd si relinquitur
6 † Episcopo, & Episcopus moritur, viuo testatore, debetur successori eius: secus si relinquat vicario, & vicarius moritur, viuo testatore; quia vicarius de nouo creatus non habebit istud legatum, s͠m Bart. ¶Item per hoc ego dixi,
7 quòd † commissio facta vicario Episcopi sub nomine vicariatus, non transit in successorem eius in vicariatu, qđ est not. ad not. in Clemen. & si principalis. de rescrip. &c. scripsi in l. si societatem. in §. arbitrorum. ff. pro soc.
8 ¶Item nota, quòd † illud, quod relinquitur immortali, non potest effici caducum, vel quasi. Et sic quando relin-
9 quitur pauperibus, † legatum nõ potest perire, quia genus perire non potest, ita Bald. hic.

Ex l. Si cui res.

SVMMAE.

1 *Legatarius non potest pro parte repudiare legatum.*
2 *Per agnitionem partis legatarius totum quærit.*

1 L. Si cui res. ¶Legatarius † non potest pro parte repudiare lega-
2 tum. hoc dicit. ¶Vel sic. Per agnitionem † partis legatarius totum quærit. h. d. s͠m Rayn. ¶In text. ibi [acquirit] etiam si partem repudiauit, arg. de acquir. hære. l. 1. & 2. & quod ibi not. Rayn.

Ex l. Si mihi purè.

SVMMAE.

1 *Ex persona propria potest quis repudiare, & ex persona serui agnoscere, & idem in personis duorum seruorum.*
2 *Eiusdem rei parte per se, alia verò, vel vtraque delata per alium, vna potest repudiari, altera amplecti, licèt repudiata iure accrescendi per aliam acquiratur.*

1 L. Si mihi purè. ¶Ex persona † ppria potest quis repudiare, & ex persona serui agnoscere, & idem in personis duo-
2 rum seruorũ. h. d. ¶Vel aliter. Eiusdẽ † rei ꝑ parte se, alia verò, vel vtraque delata per alium, vna potest repudiari, altera amplecti, licèt repudiata iure accrescendi per aliã acquiratur. h. d. secundùm Ray. ¶In tex. ibi [equius esse] vt pars repudiata per me accrescat parti seruo relictæ. ¶In tex. ibi [videtur.] ¶Nec obstat. s. titu. 1. l. planè. §. si coniunctim, vt ibi not. ¶In tex. ibi [legetur] quia licèt repudiem ex persona vnius, nihilominus potero venire ex persona alterius, vt s. eo. l. si duobus. secundùm Rayn.

Ex l. Iulianus ait.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum à legatario relictum ex post facto deficiens penes legatarium remanet, non penes hæredem.*

L. Iulianus

1 L.Iulianus ait. ¶Fideicommissum à legatario relictum ex postfacto deficiens penes legatarium remanet,non penes hæredem.h.d.¶In tex.ibi[deficiens] ex postfacto, & sic non obstat.ÿ.eo.l.codicillis.in prin.vt ibi no. ¶In tex.ibi [quia] in fideicommissis deficientibus ex postfacto, secundùm Ray.

Ex l.Si Titio,

SVMMAE.

1 *Si portio grauata accrescat grauatæ,augentur legata, non tamen fit contributio propter portionem suam non grauatam.*

1 L.Si Titio. ¶Si† portio non grauata accrescat grauatæ,augentur legata. h.d.¶In tex.ibi[adierit] & sic portio non grauata accrescit grauatæ.¶In glo.1.ibi[respon.idem] vel dic, & meliùs,vt no.ÿ.ad l.Fal.i l.1.§.si cohæredis. & l. in singulis. §.fin.& l.quòd si alteruter.secundùm Dy. & Iac.de Are. & Bald.Dic idem scilicet, quòd teneatur ad illa legata, non tamen fit contributio,vt augeatur propter portionem suam non grauatam,dicto.§.si cohæredis.secundùm Bar.

Ex §.Iulianus quidem.

SVMMAE.

1 *Portio hæreditatis legitimi defecta accrescit alij legitimo cohæredi in eodem gradu existenti.*
2 *Portio deficiens accrescit cum onere etiam in succedentibus ab intestato.*
3 *Portio ab intestato,uel ex testamento accrescens, accrescit cum onere,& ille,qui venit per ius accrescendi,videtur venire iure cuiusdam tacitæ substitutionis uulgaris.*
4 *A substituto sicut tacitè uidentur repetita, quæ relinquuntur ab instituto, ita,& ab eo,qui uenit per ius accrescendi.*
5 *Ab intestato ille dicitur uenire ex tacita uoluntate defuncti, qui est proximior tempore mortis, non ille, qui est ulterior in gradu.*

1 §. Iulianus quidem. ¶ Portio †hæreditatis legitimi defecta accrescit alij legitimo cohæredi in eo-
2 dem gradu existenti.h.d. ¶Vel sic.Portio † deficiens accrescit cum onere, etiam in succedentibus ab intestato.
3 h.d.secundùm Barto.¶Vel aliter. Portio † ab intestato, vel ex testamento accrescens accrescit cum onere: & ille,qui venit per ius accrescendi, uidetur uenire iure cuiusdam tacitæ substitutionis uulgaris.h.d.secundùm Bald. ¶In tex.ibi[ex legitimis]in eodem gradu existētibus,testatore sciente,secundùm Azo.& benè,licèt gloss.hoc reprobet, & malè,secundùm Ray. ¶In tex.ibi[portionē.] ¶Non obstat.C.ad Trebell.l. non iustum.vt ibi no.Ray.
4 ¶Nota, quòd †sicut à substituto uidētur tacitè repetita, quæ relinquuntur ab instituto, ita & ab eo, qui uenit per ius accrescendi, quod est not. dignum,secundùm Bald. ¶In gl.magna ibi[& ex tacita uoluntate defuncti] idem not.ÿ.ad Treb.in l. apud Iulianum. §.idem Iulianus. secundùm Bald.¶In eadem gloss.ibi [ex suo iure] ex edicto successorio,& ex prouisione legis,nō ex tacita volūta-
5 te. ¶Et not.ex ista glo. quòd ab † intestato ille demum videtur uenire ex tacita uoluntate defuncti, qui est proximior tempore mortis, non ille, qui est tunc vlterior in gradu. Adde tamen,quod not.ÿ.de colla.bonorum in l.j. ¶In eadem glo.ibi[vnde prima placet] imò prima non bona; quia est cōtra istū tex.ideo tene secūdam.Nec ob. l.si quis.& l.pe.hic in gl.al l.&c.vt no.Dy.ÿ. eo. in l.cum pater.§.cum æstimaret.quia ibi testator grauauit simpliciter venientes ab intestato: hic nominatim,scilicet relinquēdo ab vno de pluribus in eodem gradu existentibus. sed in l.prima.§.finali. reliquit nominatim ab vno tantùm de succedentibus.¶Item in d.l. penul. succedit quis post spem defuncti; quia de eo non cogitauerat: hic secus.Vel secundùm Bart. coniunge eas simul. Dic secundùm Bald.si peruenit ad alium iuxta uoluntatem,cum onere accrescit, vt s̄.titu.primo.l.licèt.& ÿ. eodem.l. cum pater.§.ab instituto.& sic lex ista intelligitur,vt innuit ibi, & hic quasi substitutus &c.Si contra voluntatem: tunc sine onere tenetur, vide hic.l.sed cum patrono. in princ. si præter voluntatem:tunc sine onere.d. l. si quis in graui.& d.l. penult. & ÿ. titul. 1.l.1. in fin. & l. cum pater.§. cum æstimaret.secundùm Petr. quod est verum, si onus fuit nominatim iniunctum: secus si generaliter cuilibet successori insertum,probatur.ÿ.titu.1.in l.si fuerit.§.fin.cum.l. seq.& ÿ.de cond.& demon.in l.quæ conditio.

Ex l.Si alienus.

SVMMAE.

1 *Si per seruum institutum domino non quæratur hæreditas, dominus non tenetur ad fideicommissum ab eo relictum:sed seruus manumissus,ad quem peruenit emolumentum.*
2 *Onus impositum domino per vtilem actionem ex testamento petitur à seruo manumisso adeunte hæreditatem arbitrio suo.*
3 *Dominus solus tanquam commodum sentiens obligatur, non seruus.*
4 *Vtilis obligatio naturalis,& vtilis ciuilis reperitur, ex quibus vtiles oriuntur actiones, sed non est verum in naturali.*

1 L. Si alienus. ¶Si per † seruum institutum domino non quæratur hæreditas, dominus non tenetur ad fideicommissum ab eo relictum: sed seruus manumissus,ad quem peruenit emolumentum. hoc dicit, ex æquitate vtiliter tenetur ad illud, etiam non rogatus. hoc dicit,casus singula-
2 ris,secundùm Rayn.¶Vel sic. Onus † impositum domino, per vtilem actionem ex testamento petitur à seruo manumisso adeunte hæreditatē suo arbitrio.hoc dicit secundùm Bald. ¶In tex. ibi [factus sit hæres] vt quia seruus adiuit eo iubente. ¶ Nec obstat supra titulo primo.l.legatum.§.alienus. vt ibi not. ¶In gloss. subaudi. ibi [vnde patet] &cæ. hoc falsum, cum seruus non sit grauatus, sed dominus, vnde adeundo in seruitute,ser-
3 uus nullo modo obligatur;solus † enim dominus est ille, qui tanquam commodum sentiens, obligatur. l. cum filiofam. supra titulo primo. vnde oppo.glo.non procedit. ¶In eadem gloss. ibi [ciuiliter] argumen. supra de his, qui not.infam.l.seruus.secundùm Bald. In fin. gloss. Nota, quòd est reperire vtilem obligationem naturalem, & vtilem obligationem ciuilem, ex quibus vtilis actio oritur, secundùm Azo. Sed potest dici, quòd non sit reperiri vtilem obligationem naturalem;quia naturalis obligatio

gatio non consistit in fictione, in qua consistit ius vtile; nã naturales obligationes sunt de iure gentium: fictiones verò omnes sunt de iure ciuili, secundùm Bald. Et hanc secundam partem, quòd naturalis non distinguatur in vtilem, & directam, tenet gl. in l. si eius. in prin. ℣. ad Trebell. vbi uide de hoc.

Ex l. Si hæres rem.

SVMMAE.

1 *Si per hæredem res legata sine dolo consumitur, per actionem in factum consulitur legatario.*

2 *Ignorantia hæredis rem legatam in alium vsum conuertens, excusat ipsum à dolo, sed non liberat à præstatione æstimationis.*

1 L. Si hæres rem ¶Si per hæredẽ† res legata sine dolo consumitur, legatario per actionem in factum consulitur. h. d.

2 ¶Vel sic. Ignorantia † hæredis rẽ legatam in alium vsum conuertens, excusat ipsum à dolo: sed non liberat à præstatione æstimationis. h. d. secundùm Bald. & facit ℣. eo. l. fi. §. fi. & s. titu. 1. l. siue sciuit. secundũ Bald. ¶In tex. ibi [infimus] testatoris. ¶In text. ibi [consumpsit] bona fide, non habens alterius facultatem. ¶In tex. ibi [consulitur.] Non obstat ℣. eod. l. Mæuius. §. in fundo. vt ibi not. ¶In tex. ibi [præstetur] circa æstimationem rei legatæ, secundùm Ray.

Ex l. Cum proponebatur.

SVMMAE.

1 *Substitutio fideicommissaria non solùm probatur per scripturam, sed etiam per testes legitimi numeri.*

2 *Substitutio fideicommissaria probatur per coniecturas.*

3 *Vltima uoluntas potest probari per legitimas coniecturas.*

4 *Error probatur per coniecturas, & non præsumitur, nisi probetur, & quatenus reperitur scriptum, præsumitur dictum.*

5 *Illud dicitur manifestum, quod ex coniecturis colligitur.*

6 *Vsurarius manifestus dicitur, qui probatur per coniecturas.*

7 *Omisio testatoris licèt soleat actum vitiare, quando omittitur in prolatione uerborum, uel quando omittitur in prolatione uerborum, & scriptura dispositiua, & enunciatiua: secus in scriptura tantùm, uel in verborum prolatione, & scriptura dispositiuè, non enunciatiuè.*

8 *Coniectura debet fieri secundùm dispositionem actus, & per tot testes, quot requiruntur ad actus solẽmnitatem.*

9 *Indicium debet plenè probari per tot testes, quot requiruntur ad actus solemnitatem.*

10 *Licèt per unum testem soleat indicium fieri, fallit hoc tamen, quando in illo actu pro solemnitate requiritur numerus testium, & vbi testis deponit de ueritate.*

11 *Credi debet testatori, qui dicit se errasse in suo testamento, & contrahentibus, si dicunt ambo se errasse, nec opus est alia probatione erroris.*

12 *Error testamenti licèt non posit probari per testes non rogatos, quando induceretur actus dispositiuus, uel error consisteret in actu enunciatiuo: hoc tamen fallit, ubi meram priuationem, uel aliquod negotium includeret. & num. seq.*

13 *Error probari non potest, nisi probetur veritatem aliter se habere.*

14 *Testamenti ueritas requirit testes rogatos.*

15 *De non ente testes rogari non possunt.*

16 *Error adhibitus circa solemnitatem actus, & circa uoluntatem nulla apparente coniectura, vitiat actum, & non creditur: secus circa solemnitatem scripturæ, vel circa uoluntatem, in qua appareat coniectura, uel circa declarationem voluntatis.*

17 *Error testatoris, uel contrahentium potest per eos emendari, non per tabellionem.*

18 *Tabellio tunc potest emendare suum errorem, vbi error non mutat facti substantiam, & neminem lædat emendatio: secus si lædat.*

Item si mutaretur effectus, sed nondum redegit scripturam in actis, nec publicauit, nec deuiat ab originali. nu. 19.

Item si reddiderit, uel compleuit, sed de errore constet, vt si instrumentum est sine die. nu. 22.

Idem de indictione, & annis.

Item si error est latens, vt uno die pro altero, cum præcepto iudicis cum causæ cognitione potest, citandis citatis. numero 24.

20 *Notario creditur in his, quæ pertinent ad suum officium.*

21 *Vbi de errore dubitatur, ad originale recurritur.*

23 *Diuersitas quando apparet inter originale, & exemplum ad auctoritatem scripturæ recurritur.*

25 *Præceptum emanans sine causæ cognitione non valet.*

26 *Iudicis auctoritas, & fides ueritatis facit abesse falsum.*

27 *Notarius licèt confiteatur coram iudice se errasse, non per hoc probatur error in præiudicium partis.*

28 *Duo instrumenta originalia discrepantia in literarum figura, non in substantia, non nocent, nec in substantia, si vnum ad aliud trahi potest: secus si repugnent; quia tunc non valent.*

L. Cum proponebatur.

1 ¶Substitutio † fideicommissaria non solùm probatur per scripturam, sed etiam per testes legitimi numeri. hoc dicit.

2 ¶Vel sic. Substitutio † fideicommissaria probatur per coniecturas. hoc dicit secundùm Bald. & non est alibi, secundùm Ray. Habet duas lecturas, vnam Azo. & Rayn. aliam Io. & Hug. Tene lecturam Azo. secundùm Ray. & Dy. tenet lecturam Io. vt ℣. ego dicam. Petr. verò legit tertio modo, vt dicam super gloss. ¶In tex. ibi [quæretur] de qua non constat. ¶In tex. ibi [coniectura] idest probatio per legitimum numerum septem testium in testamento, quinque in codicillis, secũdùm Azo. ¶In fine tex. ibi [admitti] ad eius probationem, secundùm Rayn.

3 Nota, quòd † vltima voluntas potest probari per legitimas coniecturas, quod alibi non reperietur, secundùm

4 Ray. de Forli. ¶Item nota, quòd error † probatur per coniecturas, & sic non præsumitur error, nisi probetur, & quatenus reperitur scriptum, eatenus præsumitur dictũ,

5 & non plus, secundùm Bald. Item nota, quòd illud † dicitur manifestum, quod ex coniecturis colligitur, sic & s.

6 titu. j. l. licèt. & est arg. quòd dicatur manifestus † vsurarius, qui probatur per coniecturas, sm̃ Bal. ¶ In gl. no. in

7 scriptura. oppo. ꝙ omissio † testatoris uitiet. C. de testamentis. l. ambiguitatem. & arg. ℣. de usufr. lega. l. si alij. sol. vt uoluit ista gl. hic omittitur in scriptura, sed non in prolatione verborum, & ideo non vitiat, ut hic. sm̃ intellectum Ray. & Azo. Sed si omittitur in vtroque. s. in scriptura, & in prolatione uerborum; tunc, aut omittitur in prolatione verborum dispositiua, & enunciatiua, & habetur pro omisso, vt in cõtrario: aut in dispositiua, sed non in enunciatiua; tunc secus, vt hic, secundũ Io. & sic iunge ambas opi. simul distinguendo, secundùm Bald. ¶Item oppono,

8 quòd non sufficiat † coniectura, si requiratur solemnis numerus

nerus testium,vt.C.de fideicom.l.fin.sol.concedo,q̃ requiritur solemnis numerus testium ad probandum directè,vel indirectè per coniecturas,& sic intelligitur istud, secundùm Bald. ¶In gloss. coniectura. ibi [septem te-
9 stium.] Nota ex ista gl.quòd indicium † debet plenè probari,secundũ Oldr.& Cin.i.in contractibus,& maleficijs p duos testes.In testamẽtis inter liberos,similiter p duos testes.l.fi.C.fam. erc.& ibi gl.& in c.sicut.de simo.p Inn. In testamẽtis inter extraneos per septem. In codicillis p quinque. Idẽ ergo numerus testium requiritur in probãdis indicijs, qui requiritur in directa probatione verita-
10 tis,quod nota.Et si dicatur,† vnus testis facit indicium.l. Theopõpus.j.de dot. præleg.&.ff.de quæstionib'.l.maritus.Respon.illud esse verũ, vbi certus numerus testiũ nõ requiritur de necessitate ad actus solennitatem, vt. C.de testamẽtis.l.si vnus.& vbi testis deponit sup veritate:sed si deponit super indicio, vnus testis non facit indiciũ. Ita dicunt Doct.secundùm Bal.hic.¶In ea.glo.ibi [secundũ Io.]hæc vera secundùm Dyn.& Bal. ¶In ea.glo.ibi [vel obliuionem] facit.j.de fun.instruc.l.Seiæ.Et nota ex ista
11 gl.quòd debet credi † testatori,qui dicit se errasse in suo testamento:similiter debet credi contrahentibus,si ambo asserunt se errasse, nec est opus alia probatione erroris, hoc ponit Bart.in l.si librarius.ff.de reg.iur. sed non allegat istam glo.secundùm Bald.¶Extra,glo.penulti. legit tertio modo,quòd testator in tabulis pupillaribus posuit verba enunciatiua dicens, quòd eos substituit in primis tabulis,quod tamen verum non erat.Certè per hęc verba enunciatiua inducitur coniectura,per quam probatur dicta substitutio,vt.j.de dona.l.ex hac.& facit quod no.s. eo.ĩ l.Titia.in prin.Hæc verba idem important,quod prima,vt.j.titul.i.l.Pamphilo.§.1.vnde videtur eadem positio cum prima,secundùm Rayn.Hæc lectura nõ placet, quia est contra mentem,& verba huius.l.ibi dum dicit[p errorem] &c. & dum dicit [expressit] secundùm Rayn.
12 ¶Extra an error † testamenti possit probari per testes nõ rogatos,dic, aut probatio erroris includit aliquid dispositiuum,& non potest probari,nisi per testes rogatos;
13 non enim potest † probari error,nisi probetur veritatem
14 aliter se habere:sed veritas † testamenti requirit testes rogatos,vt Insti.de testamẽtis.§. testes.ergo &c.Aut nõ includit aliquid dispositiuum; sed meram priuationem,seu aliquod negotium: & tunc non puto, quòd exigãtur ad hoc probandum testes rogati; nam de non ente non possunt rogari testes,facit.l.1.in fi.s.quemad.test aper.& Insti.de inutili.stip.§.item verborum.Aut probatio erroris non consistit in actu dispositiuo,sed in enunciatiuo: tunc adhuc non poterit probari per testes non rogatos; quia verba enunciatiua includunt eundem effectum cum verbis dispositiuis,secundùm Bald. ¶Item an error vitiet, dic,aut ratione erroris omittitur aliquid circa solemnitatem,aut circa voluntatem, aut circa declarationem vo-
16 luntatis.Primo casu† aut circa solemnitatem actus omittitur,& vitiat actum, & etiam scripturæ non creditur,vt. C.de testamen. l. si vnus. aut omittitur circa solemnitatem scripturæ,& non actus:tunc scriptura vitiatur,sed nõ actus,vt hic.Secundo casu,quando circa voluntatem, aut nulla apparet coniectura,& vitiat: aut apparet coniectura legitimè probata, & non vitiat,vt hic. Tertio casu non vitiat omissio.l.hæredes.§. sed si notam.s. de testamen.
17 secundùm Bald. ¶Item quæro,an error possit † emendari,dic,si est error testatoris,vel contrahentis,potest emendari per ipsum,vt hic,non per tabellionem, vt. C. de testamen.l.ambiguitatem. Ratio, quia tabellionis est scribere verba testatoris,vel partis, non mutare; ad eũ enim non pertinet,nisi quod sensu,& visu percipit,non id,quod in iudicio rationis consistit. Facit quod not. de hæredib. instituen.in l. illa institutio.& de probatio.c.quoniam cõtra. per Innocen. Sed si est error ipsius tabellionis, quem
18 † ipse tabellio vult corrigere, vel emendare: tunc si talis error non mutat facti substantiam, & sic eius emendatio neminem lædit,vt in falsa latinitate, hoc potest mutare, vt.ff.de re iudi.l.actorum verba.& de appellatio.l.ab exequutore.& quod nota.de arbi.in l. qualẽ. in fi.& in l.seq.
19 sed si † mutaretur effectus ratione mutationis,vel emendationis: tunc si tabellio nondum redegit scripturam in mundum,nec publicauit,potest addere,& mutare; quia
20 † ratione officij creditur ei,vt.C.de fals.l.si quis decurio.
21 duntamen non deuiet ab originali; quia † ad originale debet recurri,vbi tractatur de errore,vt in Authen.de tabellio.§.fi.& dixi.s.eodem.in l.Sempronius.Sed si com-
22 pleuit, & publicauit † scripturam, & forte restituit eam parti:tunc,aut constat de errore, vt quia instrumentum est sine die,tunc potest eam addere; quia non dicitur instrumentum restituisse, cum careat forma substantiali, imò illa potius dicitur priuata scriptura, vt.s. de eodem.l.
23 veluti.2.respõ.Idẽ† si apparet diuersitas inter indictione, & annos domini; nam cum liqueat de errore, meritò ad auctorem dictæ scripturæ recurritur.d.l.si quis decurio.
24 Aut error est † latens, vt cum deberet scribere die secundo,scripsit tertio:tunc si vult corrigere propria auctoritate,non potest; quia ista variatio reddit eum suspectum, sicut in teste,vt.s.de testi.l.qui falsa. sed si de præcepto iu-
25 dicis, tunc si tale præceptum † emanat sine causæ cognitione,non potest;quia non valet præceptum,arg.s.tit.1.l. filiusfam. §. Diui. & C. cominat. vel epistolas.l.interloquutio. Sed si cum causæ cognitione, citatis citandis, & probato errore:tunc potest, nec committit falsum; quia
26 iudicis † auctoritas,& fides veritatis eum excusat,hoc tenet Guiel.& Cin.in l.Imperator.ff.de sta. hom. & idem tenet Specul.vt ipsi allegant. idem etiam tenet Bartol.ff. de regul. iur.in l.si librarius. vbi vide. ¶ Nota tamen,
27 quòd si notarius † coram iudice confitetur se errasse, nõ per hoc probatur error in præiudicium partis, sed debet probari per testes,& indicia; nam talis forma probandi hic statuitur,secundùm Bald.¶ Item † si duo instrumen-
28 ta originalia appareant discrepantia, dic,si discrepant in literarũ figura, non in substantia: tunc talis dissonantia nil operatur,casus est not.extra de conuer. coniuga. in c. dudum.si in facti substantia: tunc si vnum instrumentum potest trahi ad aliud, loquitur. l. Sempronius.s. eodem. si non potest, propter repugnantiam, & contrarietatem neutrum valet, vt. C. de fide instrumento.l. scripturæ. Et adde quod not. s. titul. 1. in l. qui quartam. & in l. si quis in fundi vocabulo. secundùm Bald. ¶ Vltimò pro complemento huius. l. vide quod scripsi post Bald. in l. sancimus. C. de testamen. ab extra circa quæstionem, quam Bartol. ponit in l. si iure. de legat. 3. quam alias hic recitaui.

Ex l. Peculium.

S V M M AE.

1 *Vniuersitatis augmentum, & diminutio spectat ad legatarium.*

2 *Legatum vniuersale quandocunque potest augeri, & minui, nec propterea vitiatur.*

3 *Legatum vniuersale est, quando vniuersitas designatur per nomen collectiuum, vt familia, peculium, hæreditas: generale verò, quando per nomen vniuersale, & indefinitum, vt omnes seruos, vel seruos meos.*

1 **L. Peculium.** ¶Vniuersitatis† augmentum, & diminutio spectat
2 ad legatarium. hoc dicit. ¶Vel sic. Legatum † vniuersale
quandocunque potest augeri, & minui, nec propterea vitiatur. hoc dicit, secundùm Rayn. De hoc habetur. C. de
serui. in l. non modus. & in l. final. C. quæ res pign. oblig.
possunt. & ibi per Petr. & Cin. & dic, vt ibi. Et vide quod
not. ff. de peti. hæred. in l. item veniunt. §. fructus. secundùm Bald. hic. ¶In text. ibi [definant.] ¶Nec obstat. §.
sequens. vt ibi not. secundùm Rayn. ¶Non obstat de au.
& argen. lega. l. si ita. quia ibi non est legatum vniuersale,
3 sed generale; est enim † vniuersale, quando vniuersitas designatur sub nomine collectiuo, vt familia, peculium, hæreditas: generale verò, quando apponitur signum vniuersale, vt omnes seruos, vel indefinitum, vt seruos meos,
secundùm Bald.

Ex §. Quadrigæ.

SVMMAE.

1 *Si legatur res ex pluribus corporibus consistens, & extinguatur quod in eo est principale, extinguitur legatum.*

2 *Legatũ quadrigæ perit, perempto principali equo quadrigæ, nisi testator alium subrogauerit.*

3 *Collegium etsi non videatur excommunicatum per excommunicationem vnius: fallit tamen, si ille sit primus collegij, & talis persona, quæ ipsi collegio præstet auctoritatem.*

4 *Deficiente forma rei, & vbi deficit definitio, deficit legatum: secus vbi remanet definitio, nec deficit forma.*

1 **§. Quadrigæ.** ¶Si legatur † res ex pluribus corporibus consistens,
& extinguatur quod in eo est principale, extinguitur le-
2 gatum. h. d. ¶Vel sic. Legatum † quadrigæ perit, perempto principali equo quadrigæ, nisi testator alium subrogauerit. hoc dicit secundùm Bald. ¶In tex. ibi [suppleãtur] ad hoc. ȷ. de conditio. & demonstr. l. filiæ. §. Titia. &
l. si donatæ. §. si sponsus. s. de don. inter vir. & vxo. ¶In gl.
3 quia erat magister arti. nota, quòd† licèt non videatur excommunicatũ collegiũ per excommunicationem vnius,
hoc tamen est verum, nisi ille vnus sit primus collegij, &
talis persona, quæ ipsi collegio præstat auctoritatem, nã
tunc vitiatur, quicquid sit, tali existente excommunicato,
vt extra de procur. c. consulti. & de re iudicat. c. ad probandum. secundùm Bald. ¶In eadem glo. ibi [vno mor-
4 tuo] hæc vera; quia quilibet equus † quadrigæ dat formam quadrigæ, & ideo quolibet mortuo, perit forma,
quod patet, quia perit definitio, ergo perit legatum, secũdùm Bald. ¶In eadem glo. ibi [definit] sed familia non
definit, nec area, imò est ita area nunc, sicut & tunc, & in
eadem definitione, secundùm Bald.

Ex §. Titio.

SVMMAE.

1 *Seruo legato potest libertas dari post mortem legatarij, & nõ priùs libertatem consequitur, quàm ille moriatur.*

2 *Libertas fideicommissaria in morte legatarij ab eo seruo relicta, legatum præsens ipsius non extinguitur, & demũ eo mortuo, est præstanda.*

3 *Legatum serui, & legatum libertatis, si non concurrunt in idẽ tempus, se inuicem non impediunt.*

4 *Vbi est distinctio temporum, ibi nulla est repugnantia.*

5 *Fideicommisso iniuncto hæredi post mortem, si rupto testamento, veniant venientes ab intestato, non tenentur ad fideicommissum, nisi post mortem ipsius instituti.*

1 **§. Titio.** ¶Seruo legato † potest libertas dari post mortẽ legatarij, & non priùs libertatem consequitur, quàm ille moriatur. h. dicit. vide. ff. de
actio. emptio. l. fundum. & quod ibi not. Bart. ¶Vel ali-
2 ter. Libertas† fideicõmissaria in morte legatarij ab eo seruo relicta, legatum præsens ipsius non extinguit, & demũ
eo mortuo, est præstanda. hoc dicit secundùm Ray. ¶Vel
3 sic. Legatum † serui, & legatum libertatis si non concurrunt in idem tempus, se inuicem non impediunt. hoc di-
4 cit. ¶Vel sic. Vbi est † distinctio temporum, ibi nulla est
repugnantia. h. d. facit. C. de furtis. l. apud antiquos. secũdùm Bald. ¶In tex. ibi [moriente] hoc casu consequitur
libertatẽ vltimo vitæ momento. l. fi. ȷ. de cond. inst. secundùm Bald. Et allegatur pro casu, quòd cum vniuersale fideicommissum conseruetur per Authen. ex causa. C. de
lib. prӕt. l. ita tamen. §. quotiens. ȷ. ad Trebell. & l. si seruum. §. 1. ff. si quis omissa causa test. si fideicommissum
5 † est iniunctum hæredi post mortem, & rupto testamento, veniant venientes ab intestato, quod nõ teneantur ad
fideicommissum, nisi post mortem ipsius instituti. facit. l.
4. ȷ. de nouat. & ȷ. eodem. l. cum pater. §. ab instituto secundùm Bart.

Ex l. Mæuius.

SVMMAE.

1 *Si debitor partis rei creditori rem ipsam legat sub eadem conditione, sub qua partem debebat, creditur aliam partem legasse.*

2 *Dispositio hæredis sequens ampliat dispositionem testatoris præcedentem.*

3 *Legatum hæredis simpliciter alteri ex legatarijs in eadem re à testatore coniunctis, ad alteram duntaxat partem refertur, quæ ex priori testamẽto ipsi non debetur, nisi expressè ab hærede contrarium caueatur.*

4 *Legatum tunc non multiplicatur, quando legatur domino, vel à filio, & patre, qui habentur vna, atque eadem persona, licèt sciens fuerit rem alienam esse.*

5 *Socius si vendidit, vel legauit socio rem communem suam tantùm partem legasse videtur.*

6 *Quæstio facti iuris præsumptione dirimitur, & quando non potest dirimi, dicitur interrogatio facti.*

7 *Debitum in quantitate legatum valet, si continet aliquam cõmoditatem, aliàs secus.*

8 *Species debita ex promissione, si relinquatũ in testõ creditori, valet legatum: secus si debebatur ex testõ, & an sit verum.*

9 *Principale si non tenet, nec accessorium.*

10 *Plus dicitur septẽ modis, idest re, loco, tempore, causa, actionis genere, dominij translatione, & hypothecæ accessione.*

1 **L. Mæuius.** ¶Si debitor † partis rei creditori rem ipsam legat sub eadẽ conditione,

conditione, sub qua partem debebat, creditur aliam par-
2 tem legasse. h. d. ¶ Vel sic. Dispositio † hæredis sequens ampliat dispositionem testatoris præcedentem. h. dicit.
3 ¶ Vel aliter. Legatum † hæredis simpliciter alteri ex legatarijs in eadem re à testatore coniunctis, ad alteram duntaxat partem refertur, quæ ex priori testaméto ipsi non debetur, nisi expressè ab hærede contrarium caueatur. h. d. secundùm Ray. Et diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur thema, & quæstio ibi [voluntatis] eius terminatio. Tertiò ibi [sanè] quædam obiectio, & ipsius remotio. Quartò ibi [debitor] alia obiectio, quæ similiter remouetur secundùm Dyn. Sed alij dicunt, quòd non remouetur, nisi vna obiectio, ibi [sanè] & secundùm hoc istud principium habet tres partes tantùm secundùm Ci. eodem modo etiam alij diuidunt, secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [eundem] fundum, idem si partem simpliciter legasset; quia intelligeretur de alia, vt si legatum valeret, nisi expressè diceret partem debitam ex testamento; quia tunc non valeret, vt hic, & j. §. proximo. secundùm Barto. hic. ¶ In text. ibi [cogitasse.] Nec obstat supra eodem. l. statuliberum. in princ. quia ibi legatum hæredis non potest afferre emolumentum, hic sic. Nec ob. quòd hic lega-
4 uit † sciens rem alienam, vt C. de lega. l. cum alienam. qa illud, quando legatur non domino: hic autem domino, arg. s. tit. 1. l. cætera. in princ. vel hic legauit defunctus, & hr̃s, qui vident̃ vna atq; eadẽ p̃sona, & sic nõ dẽt multiplicari legatum eiusdem partis, arg. j. eadem l. §. eum. Nec obstat de verbo. oblig. l. stiplõ ista. §. eum, qui. vt ibi dixit Ray. ¶ In tex. ibi [legati.] Nec obstat. j. tit. 1. l. si mulier. §. si rem. vt ibi no. Et per hoc patet, quòd malè dicit glo. in l. 3. §. ex plurimis. ad fin. glo. magnæ. j. de acquiren. possessione. ¶ In tex. ibi [est.] quasi dicat nullum, &c. vt in libro. argu. supra eodem. l. Titia cum testamento. §. 1. Et hic casus non est alibi, vt hic secundùm Ray. ¶ Facit ista
5 lex, quòd si socius † vendidit, vel legauit socio rem communem, quòd non videatur sentire de tota, sed solùm de parte sua, & ita respondit Rayn. per istam legem in sua priuata causa in l. nemo ex socijs. s. pro socio. & illam habuit in punctis. & l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. rest. ¶ In contrarium tamen facit supra de contrahen. emptio. l. sed & si commmunis. & de in diem adiec. l. quod si vno. in fine. sed dic, vt ibi secundùm Rayn. ¶ In glo. 3. ibi
6 [præsumatur] quæstio † facti iuris præsumptione dirimitur: sed interdum non potest dirimi iuris pręsumptione, & tunc illa quæstio, idest dubitabilis, interrogatio dicitur facti, & non iuris, vt supra de statu homi. l. Arethusa. cum l. sequen. secundùm Bald. ¶ In eadem gl. ibi [l. qui his] vt ibi, nam multa possibilia, quę sunt incredibilia, vt supra si pars hæredi. pe. l. antiqui. secundùm Bald. Dic meliùs, quòd hic est alia res in secundo legato, quàm in primo. Ibi eadem in vtraque promissione. Conclude tamen latiùs. Aut legat quis quantitatem, quam debet, aut
7 speciem. Si quantitatem, † dic, aut legatum continet aliquam commoditatem, & valet, aut non, & non valet, vt s.
8 titu. 1. l. si creditori. Si speciem, † tunc aut erat mihi debita ex contractu, & valet propter commodum, quod ponitur in l. 3. §. si rem. j. tit. j. Aut erat mihi debita ab eo, qui legabat ex alio testamento: tunc si legat illud idem, quod debebatur, non valet. l. huiusmodi. §. j. s. tit. j. Secus si legat aliud verè, vel præsumptiuè; quia tunc valet, vt hic, quia videtur aliam partem legare, secundùm Barto. hic. Alibi dicit Dyn. quòd semper valet legatum speciei debitæ non propter emolumentum circa rem legatam, sed propter tacitam hypothecam, quam priùs non habebat, & nunc habet, vt not. Dyn. s. tit. j. in l. si cui legetur. §. fina. quod forte
9 non est verum; quia si non tenet † principale, non tenet accessorium, scilicet hypotheca, arg. j. de lib. leg. l. petitor, secundùm Bal. ¶ In glo. qđ quatuor modis, &c. Nota singu-
10 larem glo. quòd plus † dicitur quinque modis, re, loco, tempore, causa, & actionis genere. Item & sexto modo dicitur plus dominij translatione. l. si mulier. §. si rem. Item hypotecæ accessione, secundùm Dyn. Item accessione sumptuũ, vt dicto. §. si rem. secundùm vnum intellectum. Item accessione cautelæ. l. 2. in prin. ff. sol. matrimo. Et sic septem modis dicitur plus secundùm Bal. hic.

Ex §. Duobus.

SVMMAE.

1 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem persona, & in eadem specie, re, quæ possit ad oculum demonstrari, non possunt concurrere eodem tempore quò ad effectum solidæ exactionis, & quando. nu. 2.*

3 *Duæ causæ lucratiuæ ab initio non concurrunt in eadem persona, re, vel parte indiuisa certificata per demonstrationem certæ personæ: secus si ratione dominij, & personæ penitus sit incerta.*

4 *Duæ causæ lucratiuæ etiam quò ad effectum solidæ exactionis possunt concurrere in diuersis rebus.*

Item diuerso tempore. ibid.

Item ab initio in diuersis personis. nu. seq.

Item quando ex vna causa peruenit reuocabiliter. nu. 6.

5 *Debitum ex stipulatione in dubio præsumitur ex causa lucratiua.*

7 *Stante consuetudine, q̃ moriente vno ex canonicis, alter lucretur fructus primi anni, si bis in anno vacauit, vnius anni tantùm fructus habere debet.*

8 *Statuto si caueatur, quòd si quis extraxerit bladum, perdat animal, & condemnetur in decem, si extraxerit de nocte, non tenetur ad duos mulos ex forma alterius statuti punientis dupliciter maleficia de nocte commissa.*

9 *Statutum pœnale vendicat sibi locum in quantitate, non in specie, vel corpore.*

10 *Fiscus in pœnis habet causam lucratiuam.*

11 *Causæ lucratiuæ, & quasi lucratiuæ an concurrant.*

12 *Obligatus mulieri ex causa lucratiua ad rem, si illa res, soluto matrimonio, ad eam peruenerit, erit liberatus.*

13 *Dos quò ad mulierem dicitur causa lucratiua.*

14 *Si pater dotauit filiam spuriam, & soluto matrimonio, dos reuertatur ad eam, videtur donatio, & sic reuocabitur de iure ciuili, secus canonico.*

15 *Spurij de iure canonico sunt alendi.*

16 *Quis non potest renunciare exceptioni, quæ oritur ex ista regula, quòd duę causæ lucratiuæ. &c.*

17 *Causæ lucratiuæ &c. introducta ista regula fuit propter rigorem iuris, cum id, quod nostrum est, amplius fieri nostrum non potest.*

18 *Potest, verbum, cui adiungitur negatiua, importat necessitatem.*

§. Duobus. ¶ Iste §. diuiditur in quatuor partes. Primò, quando certa pars fundi legat̃; qa cũ certa demõstratione vsq; ibi [Sed si pars.] Secundò, quando incerta; quia simpliciter sine vlla demonstratione vsque ibi [non idem.] Tertiò dubium remouet in homine legato à duobus in genere vsque ibi [eademque ratio.] Quartò extendit illud ad casum, quo homo in genere à duobus debetur ex stipulatu, vel princi-

principaliter in duas partes. Primò loquitur de legato
partis indiuisæ. Secundò de legato generis ibi. [non idē]
&c. Prima subdiuiditur in quatuor; quia primò loquit, qn̄
legatur pars indiuisa designata. Secūdò ibi [nec postea]
&cę. ponit quandam ampliationem circa idem. Tertiò
ibi [sed si pars] quando legatur pars indiuisa non desi-
gnata. Quartò ibi [neque enim] ponit rationem differen
tiæ inter designatam, & non designatam, vel potest dici,
quòd ibi respondet cuidam obiectioni. Item secunda
pars principalis subdiuiditur in quatuor; quia primò
ponit dictum in legato generis, secundò extendit se ad
stipulationem. Tertiò probat per vnam rationem. Quar-
tò per quandam comparationem, seu per argumentum à
1 simili, secundùm Bald. Casus. Duæ causæ † lucratiuæ in ea
dem persona, & in eadem specie verè, quæ possit ad ocu-
lum demonstrari, non possunt concurrere eodē tempore
quò ad effectum solidæ exactionis, hoc dicit, & cessant
omnia contraria secundùm Bartol. ¶ Vel secundum Dy.
2 Si duę † causæ lucratiuæ in eadem re ad intellectum desi-
gnatæ cōcurrāt, solutio facta ex vna re extinguit obliga-
tionem in totum etiam ex alia, nec postea resuscitatur:
secus si intelligibiliter non sint designatæ; quia tunc ex so
lutione facta ex vna re, obligatio in totū non extinguitur.
homine autem in genere legato, vel promisso non possunt
duæ causæ lucratiuæ in eadem specie vllo modo concur-
rere, & ideo facta solutione ex vna, non potest fieri solu-
tio ex alia. hoc dicit. Sed Rayn. dicit, quòd iste intellectus
non est verus; quia in prima parte, sicut in secunda loqui-
tur de parte indiuisa, quę nunquam potest ad oculum de-
3 monstrari, ideo summa sic, secundùm eum. Duæ † causæ
lucratiuę ab initio non concurrunt in eadem persona, re,
vel parte indiuisa certificata per demonstrationem cer-
tæ personæ: secus si ratione dominij, & personæ penitus
sit incerta. hoc dicit secūdùm Ray. de Forliu. ¶ Circa istū
articulum de duobus causis lucratiuis cōclude, ꝙ duę cāę
4 † lucratiuæ etiam quò ad effectum solidæ exactionis pos
sunt concurrere diuerso tempore. l. existimo. ff. de verbo.
obligat. non eodem, vt hic. Nec obstat, quòd imò eodem
tempore. l. si is, qui Stichum. j̃. de actio. & obliga. quia ibi
est vna lucratiua, alia onerosa, sed diuinat. Præterea debi-
5 tum † ex stipulatione in dubio præsumitur ex causa lu-
cratiua. l. Campanus. ff. de oper. liber. Dic ergo, quòd re-
gula est vera, quando concurrunt in eadem persona ab
initio: sed ibi in diuersis, & hanc tenet Pet. Cin. & Bartol.
6 ¶ Itē regula est vera, quando † ex vna causa peruenit irre-
uocabiliter, & perfectè, aliàs secus, vt s̄. titu. primo. l. non
quocunque. in princip. & §. primo. Et hoc facit ad consue-
7 tudinem, † quòd si vnus ex canonicis moriatur, alius lu-
cretur fructus primi anni, si bis in anno vacauit, habeat
fructus vnius anni tm̄, ne duæ causæ lucratiuæ eiusdē fru-
ctus concurrerent, & ita fuit terminatum, secundùm Pet.
8 & hoc tenet And. de Pi. & Bart. ¶ Item facit ad † statutū,
si quis extraxerit bladum, perdat animal, & condemne-
tur in x. alio statuto cauetur, quòd in omnibus malefi-
cijs commissis de nocte, pœnæ duplicentur: modò pone,
quidam super mulo extraxit frumentum de nocte, vtrùm
teneatur ad duos mulos, certè non per hanc regulam, nec
distinguitur, an primò soluat rem, vel æstimationem, cum
hoc sit debitum ab eadem persona, vt supra tit. j. l. huius-
9 modi. §. j. Pro hoc facit; quia statutum † in pœnis dupli
candis, habet locum in pœnis existentibus in quantitate,
non in specie, vel corpore, casus est j̃. eodem. in l. Lutius.
§. impuberem. de quo hic latiùs per Barto. qui subdit, ꝙ
10 fiscus † in pœnis habet causam lucratiuam, vt C. de mo-
do mulc. l. multarum. & in Auth. de nuptijs. §. si verò alte-
11 ra. ¶ Quæro, vtrùm † causa lucratiua, & quasi lucratiua
concurrant, vt est noxalis, & aliæ similes, vt j̃. de doli ex-
cept. l. apud Celsum. §. si quis autem. versi. cæterùm. & ibi
not. Barto. hic arguit pro, & contra, & concludit, quòd
12 concurrunt. ¶ Item quæro, si † sit aliquis obligatus mulie
ri ex causa lucratiua ad rem, & postea res illa, soluto ma-
trimonio, ad mulierem perueniat ex causa dotis datæ à
verò domino rei: quæritur, vtrùm sit liberatus. Barto con
13 cludit, quòd sic; quia quò ad mulierem † dos ē titulus lu-
cratiuus. l. fina. §. si à socero. infra de his, quæ in fraud. cre
14 di. ¶ Et secundùm hoc si pater † dotauit filiam spuriam,
& soluto matrimonio, dos reuertatur ad eam, videtur do-
natio, & sic proximiores defuncti eam reuocabunt; quia
fieri non potuit, vt in Authen. ex complexu. C. de incest.
15 nupt. secus tamen fortè de iure canonico, quo spurij sunt
alendi. c. cum haberet. extra de eo, qui duxit in matri-
moni. eam, quam pol. per adult. ergo eadem ratione do-
tandi, ita parificat Cin. C. de admi. tut. ĩ l. nō omni. & hoc
16 tenet hic Barto. ¶ Item dicit hic, quòd quis † non potest
renunciare exceptioni, quæ oritur ex ista regula, quòd duę
17 † causæ lucratiuæ, &cę. quia ista regula non est introdu-
cta fauore rei, sed propter iuris rigorem, vt Instit. eodem.
in §. si res. qui est, vt quod meum est, amplius non possit
fieri meum. l. qui hominem. ff. de solu. ei ergo non potest
renunciari. l. tam & si. ff. ad Macedo. Præterea in §. si res.
dicitur duas causas lucratiuas non posse, & cætera. sed
18 verbum, potest, † cum verbo negatiuo importat necessita-
tem, vt ff. de fur. l. non potest. ergo non potest renunciare;
quia tunc esset voluntatis, non necessitatis, pro hoc. s̄. ti-
tu. primo. l. quid ergo. §. si quis duos. pro hoc etiam facit
gl. supra titu. primo. in l. huiusmodi. in §. primo. ¶ In glo.
antepel. puta, si sim stipulatus, &cæ. in fine primam tenet
Dyn. & And. de Pi. sed Bar. coniungit vtrunque.

Ex §. In fundo.

SVMMAE.

1 *Si res legata traditur, sed non perfectè, actio ex testamento datur ad ipsam rem.*
2 *Quando minus soluitur, quàm debeatur, id, quod deest, petitur.*
3 *Plus valet pars in toto, quàm pars separata à toto.*
4 *Religiosum locum facere est alienare.*
5 *Interitus rei idem operatur, quod exemptio à commertio.*
6 *Hæres contumax ignorans tenetur in factum: sciens tenetur ex testamento.*

1 §. In fundo. ¶ Si res † legata traditur, sed
non perfectè, actio ex testa-
mento datur ad ipsam rem. h. d. ¶ Vel sic. Quando mi-
2 nus soluitur, quàm debeatur, id, quod deest, petitur. hoc
dicit secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [ad totum pretium]
3 not. tex. quia † plus valet pars in toto, quàm pars sepa-
rata à toto. ¶ In text. ibi [alienatum] &cęte. Nota face-
4 re † locū religiosum est alienare, facit. l. fi. de litigio. l. fi. in-
fra, vt in poss. lega. secundùm Bald. ¶ In glo. imò, ibi [in-
ferri] hoc nō est verū, quia tunc non esset factus locus reli
giosus. l. si locus. supra de religio. & sump. fune. Dic er-
go, quòd ibi res legata consumpta fuit in funus, quia
fortè funerauit cum vestimentis legatis: hic autem extat
res, licèt deterior, secundùm Iaco. de Aret. Sed certè idē
5 † operatur interitus rei, qđ eximere eam à commertio,
vt in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio.
6 ¶ Dic ergo, quòd † si hæres consumpsit ignorās, tenetur in
factum,

factum, vt ibi. si sciens, tenetur ex testamento, vt hic, & facit. ꝟ. eo. l. fi. §. fi. secundùm Bal.

Ex §. Eum, qui.

SVMMAE.

1 *Dispositio generalis sequens derogat speciali præcedenti, quando cedit inter grauatos.*
2 *Multiplicationem legati eiusdem speciei, plurium voluntatum eiusdem, etiam compassibilium diuersitas non inducit.*
3 *Legatum ab vno hærede, deinde ab omnibus relictũ, vnica præstatione consumitur.*
4 *Negatiua postposita signo vniuersali affirmatiuo, facit æquipollere suo contrario.*
5 *Hæres est eadem persona cum defuncto.*
6 *Si testator reliquit ab vno hæredum rem non hæreditariã, tunc ille tenetur rem in solidum præstare, & solus.*
Idem si in quantitate rem hæreditariam. ibid.
Item si reliquit certam rem, vel speciem, si non potest præstare pro parte, secus si potest præstare.
7 *Ille hæres solùm tenetur, qui specialiter est grauatus.*
8 *Prouisioni generali præcedẽti sequens specialis derogat.*
Item in specie legata non hæreditaria: secus in quantitate, & in specie hæreditaria legata. ibid.

1 §. Eum, qui. ¶Dispositio † generalis sequens derogat speciali præcedenti, quando cadit inter grauatos. h. d. secundùm
2 Bar. ¶Vel aliter. Multiplicationem † legati eiusdem speciei, plurium volũtatum eiusdem, etiam compassibilium, diuersitas non inducit. h. d. secũdũ Ray. de Forliuio. ¶Vel
3 sic. Legatum † ab vno hærede: deinde ab omnibus relictũ vnica præstatione consumitur. h. d. secũdùm Bal. ¶In tex. ibi [solus] &c. & in solidũ hic expressè à testatore. & tunc iste. §. procedit sine scrupulo. Et est sensus, quòd si grauatus in testamento soluit integraliter ęstimationem rei, omnes sunt liberati. Sed glo. ponit exemplum, quòd fuit oneratus solùm non in solidum, sed simpliciter: quo casu non videtur grauatus, nisi in hæreditaria parte; & ideo eius solutio liberat eum, sed non liberat cohæredes. Est ergo sensus literæ, quòd de iure nõ conuenientur oẽs, sed tantummodo nõ soluentes, & ita intelligit glo. Bal. hic. ¶In gl. nunc respondet nõ quæri. in fine. Vel dic meliùs, quòd hic contra alios agere non potest, vt hic in tex. dum dicit ab omnibus hæredibus dominium non quærere; ergo à nullo
4 hærede quærit; quia negatiua † postposita signo vniuersali affirmatiuo, facit æquipollere cõtrario. l. legitimos. ꝟ. de legiti. tuto. secundũ Dy. & est in se vera sm̃ Bar. ¶In terminis gloss. contrariũ dicit meliùs; quia cũ pro partibus aliorum solutio æstimationis fuit indebita, non liberat alios, vt. ꝟ. de solut. l. qui hominem. §. fin. secundùm Bal. ¶Posset tamẽ dici, quòd licèt ex ordine literæ sit postposita: tamẽ ex mente habeatur, vt prepposita, quasi velit tex. dicere, ꝙ non quæritur ab omnibus hæredibus; ergo à quibusdam, scilicet ab illis, qui non soluerunt. Et ad contrarium aliter responde, scilicet quòd ibi fuit legata res aliena; ideo litis æstimatio sufficit: hic propria testatoris, ideo ab alijs hæredibus, qui non soluerunt, peti potest, non ab eo, qui soluit. ¶In glo. prima in fine. ibi. [§. si libertus] & cæt. quidam contra quò ad intellectum istius. §. & dicunt, quòd imò in solidum præstabit, & oportet, quòd partes aliorũ redimat, per l. cũ quasi. §. si plures. ꝟ. de fideicommiss. liber. Sed istud non verũ est vnde tene cum glo. primò quia vbi testator reliquit partem, quam habet, ius, quod in ea habet, videtur legare, ergo si cohæredem grauat in eo iure, quod hęres habet, videtur grauare; quia est eadẽ persona cum defuncto, arg. ꝟ. tit. 1. l. serui electione. §. 1. & l. si domus. §. fi. iuncto. §. 1. in Auth. de iureiuran. à mor. præst. Secundò per d. §. si libertus. ¶Non obstat contrariũ; quia
5 aut † testator reliquit ab vno hæredum rem non hæreditariam, & tũc tenetur insolidum eam præstare, & solus; quia æquè potest habere, sicut partem, aliàs ad æstimationem tenetur, & ita intelligitur. l. si tibi homo. §. 1. ꝟ. tit. 1. Aut hę
6 reditariam: & tũc † aut in quantitate, & tenetur in totum, eadem ratione. l. deducta. §. nũmis. ꝟ. ad Trebell. & ꝟ. eod. l. si pecuniam. Aut certam rem, vel speciem: tunc si potest pro parte præstare, tenetur solùm pro parte, vt hic, & in §. si libertus. & ꝟ. eo. l. cum pater. §. donationis. si non potest pro parte, vt est libertas. ff. de liber. causa. l. duobus. tunc tenetur in totum redimere, sic intelligo. §. si plures. argu. ꝟ. de iure codic. l. qui graui. & l. quidam referunt. & l. pen. eod. titu. secundùm Bald. ¶In glo. vltima. in fine. & hanc solutionem nota. Vel dic, quòd licèt ibi ad omnes fuerint scripti codicilli: non tamen fuerunt omnes grauati: sed vi-
7 detur, † quòd solus teneatur, qui specialiter est grauatus, vt. ꝟ. eo. l. Titia. §. Lutius. Quare dic, ꝙ quãdo prouisio specialis, & generalis præcedit circa personas grauatas, aut
8 præcedit † generalis, & sequitur specialis, & per illam receditur à generali, & tenetur solùm specialiter grauatus, & d. §. Lutius. Aut econtra præcedit specialis, & sequitur generalis: tunc si legatur quantitas, vna nõ derogat alteri, vt. ꝟ. eod. l. si pluribus. §. 1. & l. seruo alieno. §. si quis à pri. ꝟ. titu. 1. & hic nota. Si species: tunc aut hæreditaria, & speciali per generalem non derogatur; quia vbi primus tenebatur pro portione hæreditaria tantùm, per clausulam generalem alij tenebuntur pro portionibus suis, vt hic secundùm primam lecturam. Aut non hæreditaria, tunc generali dispositioni per specialem derogatur, non vt minus debeatur; quia tota res debetur, sed alio modo; nam primus simpliciter grauatus non tenebatur, nisi pro parte sua hæreditaria: tamen nisi esset generalis clausula, tenetur insolidum, vt hic secundùm secundam lecturam, & l. si tibi homo. §. 1. ꝟ. tit. 1. Fallit, si verba generalia possent restringi ad specialia, vt si plures essent simpliciter grauati. l. legatorum. §. 1. ꝟ. eo. & hoc in glo. secundùm Bar. hic in fine.

Ex §. Fundo.

SVMMAE.

1 *Si hæres tradat fundum fructuarium, vel ab eo pignoratũ, vel ab alio possessum, non liberatur: secus si alteri fundus seruiat: & legatum rei meæ non valet, licèt alteri seruitus debeatur.*
2 *Iure possessionis, vel pignoris, vel personalis seruitutis in re legata extraneo competente, etiam post traditionem legatario actio competit contra hæredem: secus in seruitute reali: legatũ autem rei propriæ domino non valebit, quæcunque illarum seruitutum competat testatori.*
3 *Vsusfructus licèt verè non sit pars rei: tamen quò ad iuris intellectum est pas rei quantùm ad emolumentum, nec dicitur plenè habere fundum.*
4 *Hæres tenetur facere legatarium possessorem.*
5 *Nuda proprietate soluta, vsusfructus peti potest, & super eo formari libellus.*
6 *Legatum rei propriæ non valet, etiam si sit legatum ius extra rem.*
7 *Fundus petitur, vt vsusfructus habeatur, & tradito fundo sine*

ne vsufructu, in nullo contingit liberatio ipso iure, tamen illud, quod deficit, tantùm peti potest.

8 *Licèt vsusfructus non sit quota pars, idest tertia, &c. est tamē integralis, ex quo ex proprietate nuda, & vsufructu plenum consistit dominium.*

9 *Vsufructus est in obligatione, ideo peti potest.*

10 *Tradens rem, quæ debet alteri seruitutem, videtur tradere possessionem vacuam.*

11 *Testator licèt videatur tantū ius, quod habet, legare: hoc tamē fallit, si nullum ius habet testator.*
Item si testator proprietatem, & hæres vsumfructum habet.
Item si testator habet vtrunque.
Item si testator nullum ius, & hæres plenum ius habeat.
Item quando testator habet nudam proprietatem, & tertius vsumfructum.

11 *Venditor per constitutum non liberatur à traditione facti.*

12 *Ius rei, idest dominij legatario relinqui potest.*

13 *Hypothecæ ius, cum contineat emolumentum possessionis, proprietario legari potest, & tenet legatum:*

14 *Legatum iuris ad rem, idest actionis personalis, valet, cum sit proximum habenti ius in re.*

15 *Ius extra rem legatum, quod continet commoditatem, vt vsufructus, si finitur morte testatoris, non valet: secus si nō finiatur morte, & correspondeat rei emolumentum, vel possessio naturalis, non è contra.*

16 *Legatum seruitutum prædialium, quæ ius extra rem, & extra commoditatem dicuntur, non valet, vbi esset conceptum super ipsa, secus si contineret liberationem.*

17 *Seruitutes extra rem dicuntur, cum in re dominante, & persona dominante alterum tantùm sit extremum.*

18 *Seruitutes personales habēt duo extrema, reale scilicet, & personale, cū à re personæ debeatur, sed reales duo etiam, sed ambo realia, cum res rei seruiat.*

19 *Personales obligationes habent actiuum, & passiuum extremum personale.*

1 §. Fundo. ¶Si hæres † tradat fundum fru-
ctuarium, vel ab eo pignoratum,
vel ab alio possessum, non liberatur: secus si alteri fundus
seruiat: & legatum rei meæ non valet, licèt alteri seruitus
2 debeatur. h.d. ¶Vel sic. Iure † possessionis, vel pignoris,
vel personalis seruitutis in re legata extraneo competen-
te, etiam post traditionem legatario actio competit, con-
tra hæredem: secus in seruitute reali: legatum autem rei
propriæ domino non tenebit, quæcunque illarum seruitu
tum competat testatori. Hoc dicit secundùm Ray. ¶In
text. ibi [vsusfructus] scilicet formalis. ¶In text. ibi
[non in parte] subiectiua, sed integrali sic, vt not. j̃. de
verb. significatio. in l. rectè. & hic tollitur primum contra-
rium, licèt aliter dicat glo. ¶In tex. ibi [emolumentum]
&cæt. hic tollitur contrarium de l. si domus. §. fin. s̃. titu.
1. & l. senatus. §. fina. s̃. titu. 1. licèt aliter soluat Petr.
¶In text. ibi [datus] &cæt. quod dic, vt s̃. titu. primo.
in l. si res obligata. ¶In text. ibi [non valebit] nec
obstat. j̃. titu. primo. l. 3. §. fina. vt ibi not. Rayn. ¶In
3 text. ibi [non in partem consistit] &c. & licèt verè † nō sit
pars rei iuris: tamen intellectus quantùm ad emolumen-
tum pars rei est, & hoc est, quod subijcit [emolumen-
tum] &cæt. & hæc est quædam ratio remotiua tollens
obiectum, quo videbatur ad vsumfructum non agi; sed
ad ipsam rem, quasi res non sit integrè soluta, vt s̃. ea-
dem l. §. in fundo. Vel dic, quòd respondet tacitæ obie-
ctioni, si diceret quis, nonne legatarius habet totū fun-
dum. l. rectè. j̃. de verbor. significatio. ergo denuo non
potest agere. Respondeo, quòd vsufructus continet emo-
lumentū: sed non dicitur plenè habere fundum, vt. j̃. de
verbor. obligatio. l. qui vsumfructum. ideò merito se-
quitur hic in tex. secundùm Iaco. de Are. & Bald. ¶In
4 text. ibi [vel aliena possessio] &c. Nota, quòd hæres † te-
netur legatarium facere possessorem, secundùm Iaco. de
5 Are. & Bal. Nota, quòd † si soluatur nuda † proprietas si-
ne vsufructu, cū vterque debeatur, vsusfructus poterit pe-
ti, & super eo formari libellus. Ratio est; quia vsufructus
venit principaliter, & ideo potest peti principaliter secun-
6 dùm Bal. ¶Item nota, quòd † legatum rei propriæ legata-
rij non valet propter ius aliquod extra rem, secundū Bal.
¶In glo. 1. in fi. ibi [vsusfructus æstimationē] Nota. glo. &
idem sentit gl. proxima in verbo, continet scilicet, &c. quæ
dicit, quòd ī primo casu petetur vsusfructus, in secūdo fun-
dus, & hoc verū, & pro hoc casus est hic. Gl. tamen tenet
contrarium in l. eum, qui ita. §. pen. j̃. de verb. oblig. vbi di-
7 cit, quòd fundus † petetur, vt habeatur vsusfructus, pro illa
videt̄ casus in l. si ita stipulatus. §. Titius. j̃. de verb. oblig.
vbi tex. dicit, quòd soluto fundo sine vsufructu, in nullo
contingit liberatio. hanc tenet Dy. in d. §. pen. illa repro-
bata per rationē hic positam. Nec obstat §. Titius. quia
licèt non contingat liberatio in aliquo: tamen illud tantū,
quod deficit, debet peti. l. si non sortē. §. si decem. ff. de cō-
8 di. inde. ¶Nec obstat tex. hic, qui dicit, quod † vsufructus nō
cōsistit in parte; quia verum est scilicet quota; nō enim po-
test dici vsusfructus tertia, vel quarta pars fundi, sed con-
sistit in parte integrali; quia ex proprietate nuda, & vsufru-
ctu constituitur plenū dominiū. l. rectè dicimus. & ibi no-
9 ta. j̃. de verb. sign. ¶Itē nec obstat, quòd vsufructus † non
sit in obligatione. l. & per iusiurandum. §. illud. j̃. de ac-
cep. ergo nec ī petitione; quia imò est ī obligatione, vt l. si
à reo. j̃. de fideiuss. ¶Nō obstat §. illud. vt ibi no. glo. ergo
hic posita est vera, pro qua facit. s̃. titu. 1. l. huiusmodi. §.
ędes. & d. l. eum, qui ita. §. pe. & ibi dixit Bar. ¶Nota tex.
10 hic, quod † tradēs rē, quæ debet alteri seruitutem, uidetur tra-
dere possessionem uacuam: quia tunc dicitur, qn̄ ex re non
possunt emolumēta percipi; quia ciuilis, & naturalis pos-
sessio est uacua, sed seruitus non concernit naturalem, vel
ciuilem, secūdùm Bar. Nam primò dicit, quod hæres tenetur
tradere uacuam, postea dicit, quòd non tenetur, si tradat
rem seruā, pro hoc est tex. s̃. de euictio. in l. quod ad serui-
tutem. coniuncta l. 2. §. 1. & l. 3. de actio. empti. secun-
dùm Barto. vide secundùm Bal. in l. fina. C. unde ui. Nō
tamen tradit liberam; quia per seruitutem aufertur de
iure rei. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de uerbor. obligatio.
¶Oppono ad primam partē; quia licèt usufructus sit alie-
nus, non tamen potest conueniri hæres; quia testator vide-
11 tur legare † solùm ius, quod habebat. l. si domus. §. fi. s̃. tit.
primo. Dic quatuor casus, secundùm Bar. Si testator nul-
lum ius habet, nec ejus hæres intelligitur legare rem, vt ea-
det pleno iure, casus est hic, prout intelligitur in re aliena
legata. Sed idem est, si hæres hēt plenū ius, testator nulliū,
ut. j̃. in §. si rem. Si testator habet ius proprietatis; hæres
uerò usumfructum, idem in l. cū filius. §. dominus. j̃. eo-
dem. sic etiam potest hic intelligi. Idem si testator habet
utrunque ius, sic etiam potest hic intelligi. Est & quintus,
quando testator habet nudam proprietatem, & quidam
tertius usumfructū, isto casu nō uenit usufructus; quia te-
stator uidetur legare solùm ius, quod habet: & sic isto ca-
su non loquitur hic, nisi testator expresserit, quòd uult rē
præstari pleno iure, & isto casu pōt ēt habere locū iste §.
secundùm Bald. Vel dic, quòd etiam isto casu uidetur le-
gare rē pleno iure, & hoc; quia legare rē, cuius omnis cō-
moditas spectat ad alium (ut est quando alius habet vsū
fructum. l. usufructu legato. s̃. de usufructu, & ubicunque
hoc

hoc contingit) videtur legare totū, & hoc indicat not. iste tex. ita alias respondi. cogita. ¶ In gloss. agetur ad ipsum fundum. facit ad no. per Bald. in l. ab emptione. s. de pac.
11 scilicet, quòd venditor † per constitutum non sit liberatus à traditione facti, ibi vide. ¶ In glo. magna ibi [l. qui tabernas.] sed certè ibi habebat dominium vtile) vel ibi vēdidit extraneo, hic legauit domino, secūdùm Ray. ¶ Vel ibi erat ius in re, non extra rem, secundùm And. de Pi. & Bald. ¶ In eadem gloss. ibi [l. si res.] quæ est contra ad medium huius §. Sed intelligas l. qui tabernas. secundùm l. illam, vt dixi super litera. Et facit quod nota. de præb. in c. eum, qui. lib. 6. secundùm Ray. ¶ Collige ex omnibus, quòd quoddam est ius rei, vt ius dominij. Quoddam est ius in re, vt ius hypothecæ. Quoddam est ius ad rē, vt actio personalis ad rē. Quoddā est ius extra rē, qđ cōtinet cōmoditatē rei, & censet pars dominij, vt ius vsusfructus. Quoddā est, ius ex ē & nō cōtinet commoditatem rei, vt sunt seruitutes prædiales. ¶ Quò ad primum
12 † dic, quòd illud potest legari proprietario. l. si domus. §. fina. & l. si tibi homo. in fine. supra titu. primo. ¶ Idem si
13 † habet ius in re, vt ius hypothecæ, similiter tenet legatū; quia continet emolumentum possessionis, vt non auocetur per hypothecam. Ita loquitur. l. contraria. ¶ Itē si ha-
14 bet † ius ad rem; quia habens ius ad rem, proximus est habenti ius in re, vt s. titu. 1. l. apud Iulianum. §. si Titius.
15 ¶ Sed si est † ius extra rem, aut finitur morte testantis, & non tenet legatum, vt hic secundùm vnum intellectum, & l. vxor patrui. Aut non finitur morte legantis: tunc, aut huic iuri correspondet rei emolumentum, vel possessio naturalis, vt quia habeo proprietatem fundi: tu vsumfructū. Modò Mæuius legat mihi illum vsumfructum, certè tenet legatum per rationem, quia censetur mihi legata pars
16 dominij. Si non correspondet possessio naturalis, nec intrinsecum emolumentum rei, vt in seruitutibus prædialibus: tunc legatum non tenet, si est conceptum super ipsa re. Ita loquitur hic: secus si esset conceptum super liberatione ab ipsa seruitute; nam tunc cum afferat emolumentum, valet legatum. Ratio differentiæ est; quia quando legatum formatur super re ipsa, est inutile respectu rei legatæ; vnde nil potest in consequentiam venire: sed quando formatur super ipsa liberatione, est vtile legatum principale; quia est vtiliter formatum, & super re possibili de iu-
17 re, secundū Bald. Sed quare † dicatur seruitus ius extra rē. Iac. de Aret. dicit, quod seruitutes sunt ius in re, vt s. de noxa. l. in noxalibus. & ff. de dam. infe. l. eorū. & no. in l. in prouinciali. in §. si ego. ff. de no. ope. nunc. Et ideo reprehendit glo. & dicit, quod seruitutes sunt ius in re, tñ non continetur emolumentum rei: sed vsufructus continet emolumentum rei, & in hoc discrepat vsusfructus ab alijs seruitutibus, secundùm Iaco. de Are. Credo gloss. bene dicere per l. 1. j. de vsufruc. lega. Et ad intelligentiam aduerte; quia
18 seruitutes † personales habent duo extrema, vnum reale, alterum personale, quia debetur à re personæ: sed seruitutes reales habent duo extrema, quodlibet reale. Sunt
19 etiam † personales obligationes, quæ non habent aliquod extremum reale, sed vtrunque extremū, scilicet actiuum, & passiuum est personale, idest non rei cohærens, vt hic probatur, & de seruitu. rustico. prædio. l. pecoris. & de serui. vrba. prædio. l. pomum. & de ali. lega. l. Mela. §. quidā. Cum ergo in re dominante, vel in persona dominante nō resideat, nisi alterum extremorum, & reliquum sit extra, meritò ista iura appellantur extra rem, & iste est subtilis intellectus verborum istius gl. secundùm Bal. hic.

Ex §. A municipibus.

S V M M AE.

1 *Municipibus potest vsusfructus reseruari, quia potest extingui.*
2 *A municipibus hæredibus institutis proprietas potest legari.*
3 *Vsufructu municipibus relicto, proprietatis legatum alij vtile adiudicatur.*

1 §. A municipibus. ¶ Municipibus † potest vsusfructus reseruari, quia potest extingui. h. d. secundùm Barto.
2 ¶ Vel sic. A municipibus † hæredibus institutis proprietas potest legari. h. d. ¶ Vel aliter. Municipibus vsufructu
3 † relicto, proprietatis legatum alij vtile adiudicatur. h. d. secundùm Ray. de Forliuio. ¶ In text. ibi [vtendo] x. vel xx. annis. ¶ In tex. ibi [amittere] & sic proprietas penes legatum non semper erit inutilis, argu. s. de vsufruc. l. 3. §. ne tamen. secundùm Ray. ¶ In gl. j. ibi [item centum annis] &c. etiam vtentes, secundùm Ray.

Ex l. Vnum ex familia.

S V M M AE.

1 *Hæres iussus restituere vni de familia, cum morietur, potest vnum eligere, & vsque ad mortem variare, & frustra id, quod est restituendum, legat electo.*
2 *Pauperibus electis per commissarios secundùm formam testamenti nullum ius quæritur ex electione, sed ex testamento tantùm.*
3 *Legatarij primi testamenti quò ad hæredem dicuntur creditores.*
4 *Electio collata in tempus mortis, potest fieri in articulo mortis, & ante, & valet, nisi reuocetur.*
5 *Electio potest reuocari.*
6 *Legatum nullum à principio per electionem, non conualescit, reuocata electione.*
7 *Ille, cui est commissa electio, cogitur eligere officio iudicis.*
8 *Moriens cogitur eligere, dummodo sit sanæ mentis.*
9 *Episcopus potest cogere vsurarium laborantem in extremis ad faciendam restitutionem.*
10 *Licèt electio statim fieri debeat, fallit tamen, nisi aliud appareat de mente testatoris.*
11 *Voluntas est ambulatoria vsque ad mortem.*
12 *Legatum continens tantùm commodum repræsentationis, valet.*
13 *Electo ab hærede licèt possit legari res relicta à testatore in arbitriū ipsius hæredis: non tamen competit actio ex testamento hæredis, sed primi testantis.*
14 *Legatum ab hærede de eadem re, in qua personæ habebat electionem, licèt sit superfluum quò ad vim legati: valet tamen quò ad vim electionis.*
15 *Electio per commissarios fit, si dicant tantùm, eligo, nec ex electione soluitur gabella, cum nullum ius ex electione quæratur electo.*

1 L. Vnum ex familia. ¶ Hæres † iussus restituere vni de familia, cum morietur, potest vnum eligere, & vsque ad mortē variare, & frustra id, quod est restituendū, legat electo. h. d. ¶ Hāc l. diuidit hic Ray. in quinque partes vsque ad §. rogo. quem vide. ¶ In tex. ibi [hæres] &c. in actu moriendi existens, non ante, & sic nō obstat

ſtat.ỹ.§.rogo.& l.cum pater.§. à filia. ¶Item non obſtat
s̃.de hæred.inſtitu.l.3.§.penul. vt ibi dixit Ray. ¶In tex.
2 ibi [ex alio teſtamento] &c. Nota ergo, quòd † pauperi-
bus electis per commiſſarios ſecundùm formam teſta-
menti, nullum ius quæritur ex electione, ſed ex teſtamen-
to tantùm, ſecundùm Bart. quod nota pro modo agendi.
3 ¶Item nota, quòd legatarij primi teſtamenti, quantùm
ad hæredem dicuntur creditores.l.1.ỹ.de bo.auc.iud.poſ
4 ſid. ¶Item nota in princip. quòd † electio collata in tem
pus mortis, poteſt fieri in articulo mortis, & etiam ante,
5 & valet, ſi perſeueretur in ea. ¶Item not. quòd † electio
6 poteſt reuocari. ¶Item nota, quòd legatum, † quod per
electionem erat nullum, non cõualeſcit, reuocata electio
ne, quia non valuit à principio, ſecundùm Dyn. ¶Item
7 nota in verbo, debet, quòd ille, † cui eſt commmiſſa ele-
ctio, cogitur ad eligendum officio iudicis, ſecundùm Dy.
argu. C. de iudi.l.apertiſsimi.& quod not. in l.fi.§.j.C.de
8 bo.quæ liber. ſecundùm Ray. Ex hoc nota morientẽ † co
gi, dummodo ſit ſanæ mentis. Et eſt argumentum, quòd
9 Epiſcopus † poſsit cogere vſurarium laborantem in ex-
tremis ad faciendam inſtitutionem, ſecundùm Bald. hic.
10 ¶In text. ibi [debet.] Nõ obſtat, quòd imò ſtatim † elige
re debeat, non in mortem differre, vt s̃.eodem.l.cum qui-
dam. quia ibi fuit grauatus ſtatim, hic collatum graua-
men in tempus mortis, ſecundùm Bald. ¶In tex. ibi [cõ-
petit.] ex primo non, quia non videtur electus, cuius ele
ctio non durauit, imò ſic, vt ỹ.eadem.l.§.rogo.verſ. itaq;.
ſed hic mutauit electionem, & alium elegit, vt ỹ. §. pro-
ximo. verſic. nam poſtquam. ibi non mutauit, & neminẽ
elegit, ſecundùm Bald. Ex ſecundo non, quia non potuit
legare, vt s̃.& legatum, quod ab initio non valuit, &c. vt
11 ỹ.de reg. Ca.l.j. Et quia eius † voluntas eſt ambulatoria
vſque ad mortem.l.3.§.fina. ỹ.de adi.lega.& l.4. ſecun-
dùm Ray. ¶In tex. ibi [fruſtra legat] &c. Nec obſtat. s̃.
eodem.l.ſtatuliberum. in princip.& ad l. falcid. l. fundo.
12 quia ibi legatum † hæredis affert commodum repræſen-
tationis: hic nullum, arg. s̃.l.proxi. in princ.& d. l. ſtatuli-
berum. in tertio reſpon. & ſupra titu.j. l. huiuſmodi.§.ſi
Sempronius. ſecundùm Ray. ¶Item nec obſtat, quòd imò
13 † poſsit legare electo, vt ỹ.eadem.l.§.ſed ſi fundum. quia
legando videtur eum eligere, per quam electionem com
petit petitio ex teſtamento primi teſtantis, vt ibi, & in §.
ſed ſi vno.& §.ſi duos. non ex teſtamento hæredis, vt hic,
14 & in §.fi. Inſt. de Falcidia. ¶In gl. 3. ibi [& ſic dr̃ † ſuper-
uacuum] ſcilicet quantùm ad hoc, vt habeat vim legati,
ſed non quò ad hoc, vt habeat vim electionis, vt infra ea-
15 dem.l.§.ſed & ſi fundum. Et ſic nota, quòd ſufficit † com
miſſarios, quibus committitur electio, & diſtributio, dice
re eligo, nec eſt neceſſe, quòd dicatur, concedo, cum ex
ipſa electione nullum ius quæratur, vt dixi: & ſic de tali
inſtrumento electionis non debet ſolui gabella, ſecundũ
Bartol. ¶In glo.& alium, &c. in fine. ibi [rei legatæ.] Hæc
falſa, & ad hoc extra de electionibus. cap. publicato. Dic
ergo, quòd hic electio erat in pendenti, & in ſuſpenſo vſ-
que ad tempus mortis: in contrario non, & ideo non po-
teſt mutari, ſupra titulo primo, l. ſerui electione. ſecun-
dùm Bald.

Ex §.Si de Falcidia.

SVMMAE.

1 *Electus non capit ex teſtamento eligentis, ſed eius, qui iuſsit*
reſtitui, & ideo ſecundùm illud de falcidia quæritur, & vno
electo, cæteri excluduntur.
2 *Electus non dicitur acquirere ius ex electione, ſed ex teſtame[n]*
to, ex quo procedit electio, & ideo in ratione Falcidiæ no[n]
inſpiciuntur uires patrimonij eligentis, ſed teſtantis.
3 *Nominatus ab eligente videtur nominatus à conferente ele-*
ctionem.
4 *Officiales nominati per deputatos per adunantiam generalem*
videntur nominati in ipſa adunantia generali.
5 *Epiſcopus licèt ex conſuetudine ſoleat habere quartam ex le-*
gatis ad pias cauſas, niſi in certum locum ſint collata: non h[a]-
bet tamen ex relictis diſtribuendis in pios vſus, prout commiſ-
ſarij elegerint, ſi talem elegerint locum.
6 *Actio naſcitur non ex laudo, ſed ex compromiſſo.*
7 *Officium dicere, vel quid meritorium facere eſt laudabilius à*
non profeſſo, quàm profeſſo, & an ſit verum.
8 *Beneficium non præſtat, qui implet debitum.*
9 *Epiſcopus non dicitur donare beneficium, quod habet de neceſ-*
ſitate conferre.
10 *Electio poteſt fieri in teſtamento relinquendo.*
11 *Exequutores teſtamentorum poſſunt eligere abſentes, & igno-*
rantes.
12 *Satis eſt vnum eligere, & vnius electio eſt aliorum excluſio.*
13 *Plures poſſunt eligi.*
14 *Deputatus ad electionem pauperum poteſt eligere vnum ho-*
ſpitale, & plura.

1 §.Si de Falcidia. ¶Electus † non ca-
pit ex teſtamẽto eli-
gentis, ſed eius, qui iuſsit reſtitui, & ideo ſecundùm illud
de Falcidia quæritur, & vno electo, cæteri excluduntur.
2 h.d. ¶Vel ſic. Electus † nõ dicitur acquirere ius ex electio
ne, ſed ex teſtamento, ex quo procedit electio, & ideo in ra
tione Falcidiæ non inſpiciuntur vires patrimonij eligen
tis ſed teſtantis. h d. ſm̃ Bald. Facit ad nota. de hr̃dita. in
ſtit. in l.ſi ſeruo. in fine tit vbi vide. ¶In tex. ibi [nomina-
3 tim] &c. Nominatus † ergo ab eligente, videtur nomina-
tus à conferente electionem. Ita allegat gloſſ. in l. apertiſ-
4 ſimi. C. de iud. Et ſic eſt argumentum, quòd ſi per † adu-
nantiam generalem ſint aliqui deputati ad nominandos
aliquos officiales, quòd nominati videntur nominati in
ipſa adunantia generali. Facit l. item eorum. §. decurio-
nes. ff. quod cuiuſque vniuer. no.& ff. de exercito.l. prima.
§.magiſtrum. Facit ſecundùm Dyn. quòd cum de conſue-
5 tudine Epiſcopi † debeant habere quartam de relictis ad
pias cauſas, niſi ſint collata in certum, & determinatum
vſum, vt in fabricã eccleſiæ, vt in c.fi. extra de teſtamen. ſi
teſtator reliquit centum diſtribuenda in pios vſus, prout
commiſſarij elegerint, & commiſſarij elegerint fabricam
eccleſiæ, Epiſcopus nihil habebit, ſicut ſi illa cauſa fuiſ-
ſet à teſtatore expreſſa. facit ſupra de conditio. inſti.l. in-
ſtitutio talis. & l. ſanctio legum. ỹ. de pœnis, ſecundùm
6 Rayn. Bartol.& Bald. ¶Item eſt arg. quòd non † oriatur
actio ex laudo, ſed ex compromiſſo. facit l. 1.s̃.eodem. &
7 ſic videtur, quòd dicere † officium, vel facere aliud meri-
torium, ſit laudabilius in alio, non profeſſo, quàm in vo-
uente, vel profeſſo, quaſi iſti ex neceſsitate teneantur, pri-
mus ex voluntate, pro quo facit. ỹ.de precar.l.quæſitum.
§.eum quoque. Cõtrarium tamen tenẽt theologi, de quo
omnino vide tu Io. And. in Clem. ſi dominum, poſt princ.
de reliq.& vene. ſanct. in gl. no. pro forma, &c. ¶Item no
8 ta, quòd non præſtat † beneficium, qui implet debitum, ſic
de hæredi. inſti.l.ſi ſeruo.& ff. de ritu nup. l. proximè. Et
9 ſic eſt arg. quòd Epiſcopus † non dicitur donare benefi-
cium, quod habet de neceſsitate conferre, ſecundùm Bal.
10 ¶Item nota, quòd electio † poteſt fieri in teſtamento re-
linquendo, ſic ỹ.ea.l.§.ſed ſi fundum. ergo ſequitur, quòd
non

non sit necessaria præsentia electi; & ideo exequutores
11 † testamentorum possunt eligere absentes, & ignorantes, quod bene nota secundùm Bal. ¶ In vers. [itaque] nota,
12 quòd satis † est vnum eligere, & quòd vnius electio est
13 aliorum exclusio. & innuit, ꝙ plures † possent eligi, & est argu. quòd deputatus ad electionem pauperum possit eligere vnũ hospitale, & plura. Facit, quod not. 16. q. 1. in c. ecclesiæ antiquitus. secundùm Bald. ¶ In glo. necesse. ibi [proximiores] imò videtur, ꝙ omnes, vt. s. eodem. l. cum quidam. & j. ead. l. in §. rogo. nisi intelligas secundùm hanc gloss. Vel clarius dic, quòd ibi voluit restitui libertati, inter quos non est disparitas graduum: hic familiæ; ibi secus; ideo ibi omnes, hic proximiores secundùm Rayn.

Ex §. Sed si vno.

SVMMAE.

1 *Si vnus ex eligendis instituatur hæres: fundus autem restituendus extraneo legetur, ab eo uendicabitur, deducta portione hæredis.*

2 *Testator sicut potest legare rem hæredis, ita rem à se debitam ipsi hæredi.*

3 *Non dicitur eligere de familia, qui, vno de familia fundum instituto, legat extraneo; & ideo omnes de familia admittuntur ad petendum, scilicet virilem totius fundi.*

4 *Intellectus huius § in verbo. compensationem.*

5 *Hæres licèt ueniat contra factum defuncti: tamen hoc nihil nocet alijs, qui possunt uenire contra.*

6 *Nunquam accrescit exclusus, licèt merè non priuetur.*

7 *Ius excipiendi datur singulari successori.*

8 *Institutio hæredis ita habet vim electionis, sicut legatum, quã do instituitur vnus de familia, & rogatur, vt restituat vni de familia: secus si instituto vno ex familia, extraneo directò fundus legatur. ratio. & an sit uerum.*

9 *Dominium post mortem eligere debentis transit rectà via in legatarium: secus post moram, quæ post purgari.*

1 §. Sed si vno. ¶ Si vnus † ex eligendis instituatur hæres, fundus autem restituendus extraneo legetur, ab eo vendicabitur, deducta portione hæredis. h. d. secundùm Bart. Et sic sicut
2 testator † potest legare rem hæredis, vt. j. ead. l. §. si rem. sic & rem à se debitam ipsi hæredi, secundùm Bartol.
3 hic. ¶ Vel sic summatur. Non dicitur † eligere de familia, qui, vno de familia instituto, fundũ legat extraneo, & ideo omnes de familia admittuntur ad petendum, scilicet virilem totius fundi. Nec obstat, quòd imò virilem partem tantùm, vt. j. §. proximo. quia hic in extraneum contulit totum fundum: ibi partem secundùm Rayn. Eis tamen institutus facit partem uirilem, & ideo à petitione istius partis virilis instituti cæteri excluduntur per exceptionẽ
4 doli. h. d. ¶ In tex. ibi [compensationem] † idest connumerationem; quia connumeratur persona instituti cum cæteris de familia; & ideo facit eis partem, simile. C. de sacrosan. eccles. in Authen. si qua mulier. vel compensationem, idest quandam confusionem; nam instituendo vnum de familia in solidum, videtur instituisse animo cõpensandi, idest confundendi cum institutione, arg. de solutio. l. Stichum. §. aliquando. ista ergo compensatio respicit hæredem primum, & secundum inter se ipsos; non autem agentem, & conuentos, inter quos non est nimia obligatio, nec est tractandum de compensatione, secun-
5 dũ Bal. ¶ Nota, quòd licèt † hæres veniat contra factum defuncti: tamen hoc nihil alij nocet, qui possunt venire
6 contra. ¶ Item nota, quòd † qualitercunque excludatur, etiam non per meram priuationem, nunquam accrescit.
7 ¶ Item nota, quòd ius † excipiendi datur singulari successori, & cæt. secundùm Bald. vt hic in glo. ¶ In glo. hoc videtur falsum. & cæt. Oppono, quòd illi de familia non ad
8 mittũtur ad petendum; quia institutio † hæredis habet vim electionis, sicut legatum, vt. j. §. sequen. cum ergo ꝑ institutionem vnus de familia sit electus, cæteri conditione deficiunt, vt. s. ead. l. in versic. itaque. Et licèt hæres sit de restituendo grauatus, hoc tamen onus potuit ei imponi; quia loco oneris habebat vniuersam hæreditatem rogantis. d. §. sed si fundum. i. respon. Glo. respondet, quòd si vnus de familia instituitur, & fundus extraneo directò legatur; tunc non videtur institutus electus in fundo, cuius dominium transit in legatarium rectà via, ita ꝙ nunquam fuit hæredis: sed si legat fundum vni de familia, & rogat eum restituere: tunc illi de familia acquiritur dominium, & aliquo momento stat penes eũ, vt not. C. cõmunia de lega. in l. 2. in glo. sic ergo meritò tunc legatum habet vim electionis; quia transfert dominiũ saltem momentaneum. Ita voluit ista glo. sic declarata per Dyn. & Andr. de Pis. Sed non puto dominium transire rectà via in legatarium; quia quò ad virilem partem instituti, qui est vnus de familia, est legatum rei hæredis, quò ad alias, rei prorsus alienæ; ergo non transit dominium, vt. s. titul. 1. l. si hæredi seruus. nam mortuo Titio hærede, immediatè transit dominium in familiam ex testamento Sempronij, & datur rei vendicatio; ergo non potest ex legato Titij dominium familiæ in alium transferri: ideo ista ratio est falsa, vt patet hic in gl. 1. incip. petetur. Vera ergo est solutio, quòd hic legando elegit extraneum, quod non potuit, hæredem enim non elegit; quia species derogat generi, sed in §. sed si fundum. elegit vnum de familia. quod potuit, & sic non obstat. Ex his nota vnam conclusionem contra Bart. qui dixit. s. eo. in l. cum quidam. quòd post
9 tempus eligendi † non transit dominium rectà via in legatarios; quia hic est tex. & glo. in contrarium, nisi sustinendo dicas, quòd aliud est per mortem, vt hic, aliud per moram, quæ potest purgari, vt in l. contraria. Item ex his patet, quòd falsum est qđ not. Bar. hic, ꝙ hic non fuit legata res hæredis, sed ibi debita; quia imò est res hæredis ꝑ sua virili, secundùm Bald.

Ex §. Si duos.

SVMMAE.

1 *Si plures de eligendis instituãtur hæredes, & pars fundi restituendi relinquatur extraneo, illa vendicatur, excepta parte, quæ competeret institutis.*

2 *Eligere eatenus quis videtur, quatenus rem in familia relinquit: quatenus verò legat extraneo, non videtur eligere, & ideo institutis exceptis eatenus pro rata, idest virili cæteri vendicabunt.*

3 *Iussus restituere rem vni ex certis, potest ex illis plures eligere.*

4 *Diuidi res vbi potest, tenet in parte electio, licèt in alia vitietur.*

5 *Distributio particularis solemniter facta tenet, licèt illi, qui debent omnia distribuere inter pauperes, non distribuissent, secus est in laudo.*

6 *Qui habet distribuere inter pauperes, instituendo hæredem pauperem, vt pauperem, videtur eligere, aliàs secus.*
7 *Electio potest fieri in vltima voluntate, & non vitiat testamentum.*
8 *Patroni ecclesiæ possunt eligere rectorem in vltima voluntate.*

1 §. Si duos. ¶Si plures † de eligendis instituantur hæredes, & pars fundi
restituendi relinquatur extraneo, illa vendicabitur, excepta parte, quæ cõpeteret institutis. h.d. Nec obstat, quòd
imò tota, vt. s̃. §. proximo. vt ibi dixit Ray. ¶Vel sic summatur.
2 Quatenus † quis rẽ in familia reliquit, eatenus vi
detur eligere; quatenus verò legat extraneo, non videtur
eligere, & ideo institutis exceptis, eatenus pro rata idest vi
rili cæteri vẽdicabunt. h.d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [hæ
reditario] idest legatario ex primo testamento, & hæc ex-
positio toleratur: quia legatarius in re legata, &c. l. id tẽ-
pus. §. 1. j. de vsucap. secundùm Bald. Nota, quòd iussus
3 †restituere rem vni ex certis, potest ex illis plures eligere,
quod no. cum testator dixerit vni restitui, vt patet in prin
cip. l. in versi. vnum. & in glo. ibi hoc exponet. s̃. §. proxi-
mo, secundùm Barto. ¶Item nota, quòd quando potest
4 diuidi res, & si in parte eligat, in parte negligat, valet ni-
hilominus electio, quod patet; quia hæredes hic videntur
electi ꝓ parte; ꝓ parte verò legata extraneo vr̃ neglectũ.
5 Et sic not. ꝙ qui † pñt bona distribuere inter pauperes,
possunt particulares distributiones facere, & propter res
non distributas non vitiatur distributio solemniter facta,
secundũ Barto. In arbitris est contra, vt. s̃. de arbi. l. quid
6 tamen. Item not. quòd qui habet distribuere inter pau-
peres, hæredem instituendo, videtur eligere, quod est ve-
rum, si instituit pauperem, vt pauperem, aliàs secus se-
7 cundùm Bartol. Et sic nota, quòd electio potest fieri in
vltima voluntate, & non vitiat testamentum. & sic facit
ad nota. in l. hæredes palam. in fin. s̃. de testam. ¶Item
8 nota argumen. quòd patroni † ecclesiæ possunt eligere
rectorem in vltima voluntate, secundùm Bald. ¶In
gloss. 2. ibi. [§. soluto.] vbi plus operatur specialis collatio, quàm generalis, sed hoc regulare, illud speciale, argu. eius, quod notatur in l. si quis mihi bona. §. iussum. s̃. de acquiren. hæred. & in l. si seruitus. s̃. de serui. vrba. prædi. Vel dic, quòd ibi directò confertur in personam prohibitam: hic in permissam, vt no. j. §. si fundum. in gl. magna. Nec obstat. §. sed si vno. & §. sed si fundum. quia ibi per obliquum confertur in personam prohibitam; in contrarijs directò, secundùm Rayn.

Ex §. Sed & si fundum.

SVMMAE.

1 *Eligens testatoris iussu, non potest electum grauare, vt alteri restituat, nisi & tantundem relinquatur, & etiam tunc poterit ab extraneo vendicari, si dictum fuit, ne exeat de familia.*
2 *Fideicommissum illi de familia præstandum, quem hæres in tempore mortis elegerit, specialiter sibi collatum extraneo per fideicõmissum, ita sibi debetur, si vltra illud vsque ad eius prædium electus de familia honoretur.*
3 *Exequutores, qui eligunt pauperes, non possunt eis apponere onus, vt dent tali centum; nisi esset de numero pauperum.*
4 *Exequutores possunt eligere successiuè, vt eligo talem vsque ad decem annos, & sic in re.*
5 *Exequutio particularis sicut in re fieri potest, ita & in tempore.*
6 *Rogatus restituere pauperibus, potest eligere vnum pauperem quò ad bona omnia.*
7 *Relinquens directò extraneo, non videtur eligere: secus si per obliquum.*

1 §. Sed & si fundum. ¶Eligẽs † testato
ris iussu, non potest electum grauare, ut alteri restituat, ni
si ei tantundem relinquatur, & etiam tunc poterit ab ex-
traneo vendicari, si dictum fuit, ne exeat de familia. h.d.
vide quod scripsi. s̃. de mili. test. in l. dotalem. super glos.
2 ¶Vel sic. Fideicommissum † illi de familia præstandum,
quem hæres in tempore mortis elegerit, specialiter sibi
collatum extraneo per fideicommissum, ita demum sibi
debetur, si vltra illud usque ad eius prædium electus de
familia honoretur. hoc dicit secundùm Ray. Et est arg. ꝙ
3 exequutores, † qui eligunt pauperes, non possint eis appo
nere onus, puta, vt dent tali centum, quod est uerum, si il-
le, cui debet dari, non esset de numero pauperum, aliàs te
netur, secundùm Barto. Dicit etiam hic, quòd exequuto-
4 res † possunt eligere successiuè, vt eligo talem vsque ad
decem annos, sic & in re, supra prox. §. vbi uide postea ta
5 lem. Nam sicut † possunt facere particularem exequutio-
nem in re, vt s̃. §. prox. ita & in tempore, quod est not. se-
6 cundùm Bald. ¶Item dicit hic, quòd rogatus † restituere
pauperibus, potest eligere unum pauperem, quò ad oĩa
bona, vt in uersi. [aut q̃bus uoles] &c. sic ẽ disiũctio legis,
secundùm Bald, ¶In tex. ibi [reliquerit] &c. specialiter, &
per hoc eum elegisse videtur, & dominium in eum trans-
fertur. ¶In tex. ibi [forte] quia extraneus ille habebit rem
cum effectu, nec poterit unquam per aliquem reuocari,
simile uerbum supra de don. inter uir. & vxo. in l. cum hic
status. §. si ambo. secundùm Rayn. ¶In glo. 3. ibi [§. si cẽ
tum. versi hoc ita si quantitas.] quia ibi legatum agnoue
rat, vel ibi in in re cuilibet legabili: hic in re non legabili
extraneo, secundùm Ray. ¶In gl. magna. ibi [sol. hic spe-
cialiter] &c. hæc prima est uera, quam declara per ea, quæ
not. C. communia de lega. in l. 2. in gl. sic ergo, &c. ¶In ea
dem glo. ibi [§. si duos.] & ratio diuersitatis not. in dicta
gloss. sic ergo, &c. secundùm Ray. de Forliuio. Est ergo cõ
7 clusio, quòd quando † relinquitur directò extraneo, ita ꝙ
relictum incipit ab extraneo; tunc non uidetur eligere, vt
in §. sed si vno. s̃. ea. l. sed quando per obliquum, vt quia
priùs legat vni de familia, & eum per fideicõmissum gra-
uat extraneo; tunc bene videtur eligere, & hoc uoluit illa
glo. & Dyn. hic, & est vera conclusio totius huius glo. se-
cundùm Bald. hic.

Ex §. Quòd si talia,

SVMMAE.

1 *Si res, quæ debet in familia retineri, legetur vni de familia cum onere fideicommissi in persona extranei, mortuo legatario, reliqua familia admittitur ad petendum, & fideicommissario debetur æstimatio, & si fundus, qui non potest alienari, in vnũ de familia conferatur, ille cauere tenetur.*
2 *Licèt hæres non teneatur ad æstimationem post mortem rogati, legata specie illa perempta, uel euicta: hoc tamẽ non est uerum, si legatur à sciente.*
3 *Ius tantum, quod habet testator, videtur legare, qñ legatũ confertur in tp̃s, quo testator habet aliqđ ius: secus si eo tp̃e, quo nullum*

nullum ius habuit, contulit legatum, vel honorauit in eo legatarium, quo grauauit.

1 §. Quòd si talia. ¶Si res, † quæ debet in familia retineri, legetur vni de familia cum onere fideicommissi in persona extranei, mortuo legatario, reliqua familia admittitur ad petendum, & fideicommissario debetur æstimatio. h. d. primò. & si fundus, qui non potest alienari, in vnum de familia conferatur, ille cauere tenetur. h. d. cum versi. [& ideo] secũdùm Bald. ¶Vel aliter. Re certa extra familiam transferri à testatore, phibita, & ab aliquo de familia electo iure legati extraneo iure fideicommissi præstanda cæteris de familia, primo viuente petitio denegatur, post mortem ipsius conceditur, ac onere fideicommissi, extraneo cessante, cautio præstabitur de re ipsa post mortem electi de familia sibi restituenda, si extra ipsam reperitur. hoc dicit secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [fideicõmissum] à legatario de familia præstandum. ¶In tex. ibi [est] &cæt. de familia ex causa legati, & ideo quia in præmissis verbis voluit testator ad extraneum deuenire. ¶In tex. ibi [post mortem] & hoc, quia ex necessitate sibi iniuncta à testatore restituit: aliàs si ex voluntate, tũc eo uiuente, fieret reuocatio. l. cum pater. §. libertis. infra eodem. secundùm Dyn. ¶In tex. ibi [vno] scilicet de familia secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [erit] idest fundus restituendus sibi relictus. Sed uidetur, quòd fundo euicto post mortem † rogati, hæres ipsius non teneatur ad
2 æstimationem; cum fuerit legatum in specie, vt supra titulo primo. l. si à substituto. §. finali. & l. sequen. So. ibi testator ignorans: hic sciens, vt hic in gloss. & nota. in l. cum alienam. C. de lega. & plenè supra titulo pri. in l. si
3 domus. ¶Item ad idem facit; quia † videtur legasse solum ius, quod habebat in fundo, & sic morte ipsius extinguitur, vt supra titu. primo. l. quod in rerum. §. primo. & de vsufruct. lega. l. Sticho. Sed dic, quòd hic contulit legatum in illud tempus, quo testator nullum ius erat habiturus in fundo, sed solùm hæres, vel legatarius electus; vel hic ignorauerat illum, ad quem tale ius redire debuit, quod potuit; quia in tantundem ipsum honorauit: ibi secus secundùm Rayn. Vel dic, quòd hic non poterat alienari propter prohibitionem, & sic debetur æstimatio, arg. supra titulo primo. l. cætera. §. si duobus. ibi verò non poterat alienari propter ipsius rei naturam; quia erat vsufructus, qui finiebatur morte, secundùm Bald. ¶Item videtur, quòd viuente rogato, legatarius extraneus possit conueniri ab alijs de familia rei vendicatione, vt infra eodem. l. cum pater. §. libertis. Sol. hic fuit necessitas rogato imposita per hæredem: ibi nulla alienanti necessitas iminnebat, secundùm Rayn. Et ratio differentiæ inter verba huius. §. & præcedentis in fine est, quia ibi sufficit hæredem fundum relinquere in familia tempore mortis, & si postea desinat: at hic perpetuò voluit testator hunc fundum in familia permanere, secundùm Raynerium.

Ex §. Rogo.

SVMMAE.

1 *Iussus eligere, cum morietur, potest eligere etiam in uita, et remanet electio, nisi sit reuocata, & ante mortem grauati nullus admittitur, sed eo negligente eligere, omnes vocantur.*

2 *Hæredis est eligere, cui de familia restituat, & interim nullus admittitur ad petendum: sed si hæres moritur, antequam eligat, non transmittit ius eligendi, sed omnes de familia admittuntur ad legatum.*

3 *Ius distribuere aliquis inter pauperes vnius hospitalis, vel uiciniæ, si moriatur, antequam distribuat, omnes admittentur: secus si inter pauperes simpliciter; quia tunc Episcopus succedet.*

4 *Secundus expectans non admittitur, quamdiu primus potest admitti.*

1 §. Rogo. ¶Iussus † eligere, cùm moriretur, põt eligere etiã in vita, & remanet electio, nisi sit reuocata, & ante mortem grauati nullus admittitur; sed eo negligente eligere, omnes uocantur. h. d. ¶Vel
2 sic. Hæredis est eligere, † cui de familia restituat, & interim nullus admittitur ad petendum: sed si hæres moritur, antequam eligat, non transmittit ius eligendi, sed omnes de familia admittuntur ad legatum. h. d. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [electio] de iure valida. ¶In tex. ibi [omnes] non vnus tantùm, & hoc sequitur. ¶In tex. ibi [sed omnes
3 possunt] &c. Et sic si aliquis † est iussus distribuere inter pauperes vnius hospitalis, vel viciniæ, & moriatur, antequam distribuat, omnes illi admittentur, arg. hic: secus si inter pauperes simpliciter; quia tunc Episcopus succedet, vt l. nulli. C. de Episco. & cleri. & in Authen. de ecclesia. titu. §. si autem qui hoc facere. secundùm Bart. Nota
4 arg. ꝙ secundus † expectans nõ admittitur, quamdiu primus potest admitti, ar. s̃. de inof. test. l. pater filium. & ratio est s̃. ead. l. §. 1. versi. [nam postquam] &c. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [omnes] non obstat, ꝙ imò proximiores tantùm, vt s̃. eo. l. cum ita. §. in fideicommisso. & ĩ. eo. l. peto. §. fina. quia ibi fuit relictum familiæ, hic libertis: vnde ibi est disparitas inter gradus, hic non, vt dixi in §. si de Falcidia. ¶In tex. ibi [superfuerit] &c. imò videtur, ꝙ hæredes etiam mortuorum admittantur post mortem rogati, vt s̃. eodem. l. cum quidam ita. versi. Scæuola. Sed ibi fideicommissum fuit relictum purè, & hæredi collata electio de præsenti: hic post mortem: vnde hic non transmittitur ad hæredem, vt ĩ. eodem. l. cum pater. §. hæreditatẽ. & §. à filia. ¶Item non obstat. l. si Titio, aut Seio. s̃. eodẽ. quia solue, vt dixi. s̃. eodem. in l. si quis Titio. §. final. quod hic repetit Dyn. secundùm Rayn. ¶In gloss. idest dari potuit. ibi [probandum.] Et sic non obstat, quòd si iam datum esset, facta esset electio, & ex quo non esset reuocata, nullus plus admitteretur. Vel dic secundò, quòd potest stare propriè; quia iam erat datum vni, sed ille decessit, antequàm decederet grauatus eligere, & ita stat propriè.

Ex §. Si rem.

SVMMAE.

1 *Testator potest legare rem hæredis, vt suam, & ideo si suam esse putauerit, nihilominus debetur.*

2 *In re hæredis, vt propria ab ignorante legatum conceditur, sed in re aliena penitus vitiatur: idem si legat rem cum hærede communem, quia tota debetur.*

Idem si leget rem, quam debet hæredi: secus si debeat partem extraneo, partim hæredi; quia pro parte, &c.

1 §. Si rem. ¶Testator † potest legare rem hæredis, vt suam, & ideo si suam esse putauerit, nihilominus debetur. h. d. ¶Vel sic. In re hæredis, vt propria ab ignorante legatum conceditur: sed in alie-

nam penitus vitiatur. hoc dicit secundùm Ray. Idem si legat rem cum hærede communẽ; quia totaldebetur, vt ĩ. eodem.l.cum filius.§.dominus. Idem si leget rem, quam deberet hæredi, vt sup.eadem l.§.sed si viro. secus si debeat eã pro parte hæredi,& pro parte extraneo; quia tunc debetur solùm pro parte hæredis,non extranei, vt s̃. eadẽ l.§.si duos.secundùm Barto.& dixi in l.Mæuius.§.fundo. s̃.eodem. De hoc etiam plenè habetur in l. si vnus.§.primo.s̃.titu.primo.¶In tex.ibi[sunt enim] &c. nota,&cæ. & vide hic,quod not.C.de rei vendi.in l. cum a matre.secundùm Bald.¶In tex.ibi[hæredem.] Nec obstat de fideicom.liber.l.fideicommissaria.§.secundo. vt ibi dixi. ¶Item non obstat de manu.testamento.l.si seruo. quia aliud in libertate,vt ibi,& patet.ff.de manumissio.in l.Stichus.2.respon.¶In tex.ibi[rebus suis] idest rebus hæredum,quæ videntur testatorum inspecta facultate legandi, non effectu legati,vt dicam.ĩ.ad l.Falc.l.hæreditatum.§.fina.licèt gloss.sentiat contrarium, & malè in l. secunda. C.communia de lega.

Ex §. Si omissa.

SVMMAE.

1 *Licèt verba fideicommissi non sint scripta : tamen fideicommissum debetur in vltima uoluntate, si ex mente colligitur.*

2 *Omissio uerborum in ultima uoluntate non obest, si dictum, & omissum coniungatur sensui testatoris.*

3 *Imperfecta scriptura dummodo possit recipere sanum intellectum,non vitiatur.*

4 *Si in instrumento antiquo ratione antiquitatis non apparet indictio;quia deleta est litera,sed apparent anni domini, perinde est,ac si esset ibi indictio; quia cætera, quæ leguntur,supplent, & repræsentant intellectum.*

1 §. Si omissa. ¶Licèt † verba fideicommissi non sint scripta : tamen fideicommissum debetur,si ex mente colligitur.h.d.¶Vel
2 sic. Omissio † verborum in vltima voluntate non obest,si dictum,& omissum coniungatur sensui testatoris.hoc di-
3 cit secundùm Ray.¶Vel sic.Imperfecta † scriptura dum modo possit recipere sanum intellectum, non viciat̃. h.d. facit ĩ. eo.l.cum pater.§.cum imperfecta.secundũ Bald.
4 Et est argumentum,quòd † si in instrumento antiquo ratione antiquitatis non apparet indictio;quia deleta est litera,sed apparent anni Domini,quòd perinde est, ac si esset ibi indictio;quia cætera,quæ leguntur,supplent,& repræsentant intellectum,arg.huius §.& §.cum imperfecta. secundùm Bald.

Ex §.Item Marchus.

SVMMAE.

1 *Verba deprecatiua ad grauatum directa, fideicommissum inducunt.*

2 *Verba enunciatiua futuri euentus ad grauatum directa,fideicommissum inducunt.*

3 *Verba enunciatiua propter se principaliter prolata dispositionem inducunt.*

4 *Viri honorant vxores.*

5 *Fideicommissum esse, & haberi pro fideicommisso diuersa sunt.*

1 §.Item Marchus. ¶Verba † deprecatiua ad grauatũ directa,fideicommissum inducũt.h.d.secundũ Dy. ¶Vel
2 sic. Verba † enunciatiua futuri euentus ad grauatum directa fideicommissum inducunt.h.d.s̃m Bart. ¶Vel aliter.
3 Verba † enunciatiua propter se principaliter prolata dispositionem inducunt.h.d.secundùm Bal. ¶Nota, quòd
4 † viri honorant vxores,facit.ĩ.tit.1.l. item legat.secundũ
5 Bal.hic.Itẽ nota,q̃ † Iurisconsultus ponit inter diuersa esse fideicommissum,& haberi pro fideicommisso, s̃m Bal.

Ex l. Sequens quæstio.

SVMMAE.

1 *Ea,quæ quis caperet,alio hærede existente,non ex vltima uoluntate,non ueniunt in fideicommissum generale: sed in fideicommissum speciale licitè deducuntur.*

2 *In restitutione uniuersalis fideicommissi non ueniunt donata inter coniuges,sed in speciali grauamine ueniunt.*

3 *Donatio causa mortis non dependet à testamento, nec ab aditione hæreditatis,unde est separata à natura fideicommissi, nec requirit aditionem hæreditatis,quò ad onus confirmationis sed quantùm ad agendum.*

4 *Donationes inter viuos, quæ morte confirmantur, possunt in fideicommissum deduci.*

1 L. Sequens quæstio. ¶Ea, † quæ quis caperet alio hærede existente,non ex vltima voluntate, non veniunt in fideicommissum generale. hoc dicit. sed in fideicommissum speciale licitè deducuntur, secundùm Rayn.
2 ¶Vel sic. In restitutione † vnuersalis fideicommissi non veniunt donata inter coniuges, sed in speciali grauamine veniunt.hoc dicit.ista.l.notabilissima, secundùm Bal. hic.¶In tex.ibi[debere] idest sunt separata ab alia substantia mariti eius destinatione,& intentione,& hic tollitur contrariũ.¶In tex.ibi[existente.]Hæc nõ capit ex vltima voluntate, sed ex donatione inter viuos, quæ assumit effectum post mortem,arg.infra ad Trebell. l. debitor.in principio.& §.finali.secundùm Dyn. Et sic non obstat materia de prælegatis,de qua in l.cum uirum. cum simil. C. de fideicom.vt ibi per Cyn. ¶In tex. ibi [nominatim.] & specialiter, & in isto versi.est casus contra glo.infra tit. primo.i l.si mulier.in principio. Nota ergo,quòd donatio
3 † causa mortis non dependet à testamento, nec ab aditione hæreditatis;vnde est separata à natura fideicommissi,& per hoc arguit Dyn.contra Azo.in l.filium,quem habentem.C. familiæ ercisciscundæ.super quo vide ibi Cin. & hic Dyn. & Barto.Et sic videtur hic casus, quòd non requirat aditionem hæreditatis, quod est verum, quò ad onus confirmationis,sed quantùm ad agendum sic, secundùm Bal.C.de fideicom.in l. cum virum. circa princ.
4 ¶Item nota,quòd donationes † inter viuos, quæ morte confirmantur, possunt in fideicommissum deduci.¶In gl. ibi[cum virum] de hoc infra ad l.Falc.in l. Titia.& ĩ.ad Trebell.l.Marcellus.in §.quidam.

Ex l. Peto.

SVMMAE.

1 *Verba dispositiua, siue præceptiua ad oneratum, uel grauatum directa, fideicommissi petitionem inducunt.*

verba

2 *Verba precatiua, & taxatiua habent uim fideicommissi, et porrigunt effectum suum etiam ad subauditam personam.*

3 *Verba dispositiua licèt in eis non sit expressa persona grauati: tamen fideicommissum inducunt, & videtur grauatus hæres.*

4 *Verba quando sunt defectiua respectu personæ, cui debet dari, intelligitur prouidere hæredi, & si non est hæres ex testamento, cui potest intelligi esse prouisum, intelligitur de hærede ab intestato.*

5 *Institutus in solidum si iussus esset esse contentus certa re, vel quantitate, tacitè videtur rogatus de residuo restituendo uenientibus ab intestato.*

6 *Statutum mandans filias esse contentas dote, non facto testamento, tacitè videtur prouidere alijs uenientibus ab intestato.*

7 *Donatio facta filio in præmium emancipationis, non computatur in legitimam: secus si dicat, dono filio pro parte sua.*

1 L. Peto. ¶Verba † dispositiua, siue præcepti ua ad oneratum, vel grauatum directò fideicommissi petitionem inducunt. h. d. secundùm

2 Ray. & Barto. ¶Vel sic. Verba † precatiua, & taxatiua habent vim fideicommissi, & porrigunt effectum suum etiā ad subauditam personam. hoc dicit secundùm Bald.

3 ¶Nota ergo, quòd uerba † dispositiua licèt in eis non sit expressa persona grauati: tamen fideicommissum inducunt, & videtur grauatus hæres. simile supra titu. primo. in l. si seruus. §. qui margaritam. ¶Item nota, quòd si

4 † uerba sint defectiua respectu personæ, cui debet dari, intelligitur prouidere hæredi, sic j. de statu. lib. l. qui pecuniam. in principio. Et si non est hæres ex testamento, cui potest intelligi esse prouisum, intelligitur de hærede ab

5 intestato, vt hic, secundùm Barto. ¶Item nota, quòd † si institutus in solidum iussus est esse contentus certa re, vel quantitate, quòd tacitè videtur rogatus de residuo restituendo uenientibus ab intestato: & per hoc dico, quòd si

6 statutum † mandat filias esse contentas dote, non facto testamento, quòd tacitè videtur prouidere alijs venientibus ab intestato, quod not. secundùm Bald. ¶In gloss. magna in fine. hæc ratio non videtur bona; quia cum hæres habeat restituere, non potest decedere pro parte intestat⁹, siue restituat, siue nō. Dic ergo, ꝙ in §. Diui. all. in gl. fuerunt verba, quæ continent fauorem eius, ad quem diriguntur, & sic non possunt intelligi prolata fauore eius, & consimilium, scilicet ne alienent; vnde in dubio gratia eius dictum videtur, non alterius: sed hæc uerba sunt, quæ continent grauamen eius, ad quem diriguntur, & sic non possunt intelligi prolata eius gratia, sed alterius, scilicet, vel cohæredis, vel venientis ab intestato, facit j. eodem. l. cum pater. §. mando. secundùm Barto. ¶Allega

7 tur in secundo respon. quòd cum donatio † facta filio in præmium emancipationis, nō computetur ei in legitimā, nisi dicatur, vt in l. si quando. §. primo. C. de inoff. testam. & in l. etiā. infra de bo. liber. & no. j. ad l. Falc. in l. in quartā. Sed si pater donat filio pro parte sua, videtur velle, ꝙ sibi imputet in legitimam. facit. j. de bo. liber. l. etiam. §. pe. & j. ad l. Falci. l. in quartam. secundùm Barto. Facit secundùm Bal. s. de pecul. l. cum quo.

Ex §. Prædium.

SVMMAE.

1 *Res prohibita alienari, non potest alienari ex causa necessitatis.*

2 *Prohibitio alienationis à testatore cum causa propter æs alienum, alienationem non impedit eo viuo, sed post mortem ipsius reuocatur, si persona prohibita fuerit instituta.*

3 *Necessaria alienatio durat, quamdiu duraret ius alienationis, si non alienasset, unde tempore, quo finiretur ius auctoris, finitur ius successionis.*

4 *Prohibiti alienare, possunt alienare, si conueniantur à creditoribus.*

5 *Propter debitum hæredis possunt uendi bona testatoris, licè post mortem hæredis subiaceant restitutioni.*

6 *Ius tertij conditionale non impedit secundum decretum.*

1 §. Prædium. ¶Res † prohibita non potest alienari ex causa necessitatis. hoc dicit secundùm Barto. ¶Vel sic. Prohibitio alie-

2 nationis † à testatore cum causa propter æs alienum, alienationem non impedit eo viuo, sed post mortem ipsius reuocatur, si persona prohibita fuerit instituta. h. d.

3 secundùm Ray. ¶Vel aliter. Necessaria † alienatio durat, quamdiu duraret ius alienationis, si non alienasset; vnde tempore, quo finiretur ius auctoris, finitur ius successionis. hoc dicit. facit. s. de pignor. l. lex vectigali. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [familia] idest non alienandum extra familiam ab hærede instituto, qui est de familia. ¶In tex. ibi [exterus] institutus ab illo de familia primo hærede extra illam alienare prohibito, secundùm primam, & tertiam lecturam, vel institutus à primo testatore extra familiam alienare prohibitus, secundùm secundam lecturam: tertia tamen communior est secundùm Ray. de Forli. Et per istum. §. sumitur fraus, quòd isti, qui non possunt

4 † alienare, sæpe fingunt se cōueniri à creditoribus, & hoc modo iura in eos transferunt. ¶Nota, quòd propter debi

5 tū † hæredis possunt vendi bona testatoris: licèt post mortem hæredis subiaceant restitutioni. Ex quo nota, quòd

6 † ius tertij conditionale non impedit secundum decretū, secundùm Bal. hic. ¶In glo. vlti. ibi [vel dic tertiò] hanc tenet Dy. & Bart.

Ex §. Mater.

SVMMAE.

1 *Relicta à tutore uidentur relicta à pupillo, & valent, licèt tutoris datio non sortiatur effectum, & à tutore, qui nil accepit, pupillo relinqui non potest.*

2 *Fideicommissum à tutore, vel curatore inutiliter dato relictum extraneo ab eius parentibus, à minore debetur, & ideo sibi inutiliter relinquetur.*

3 *Etiam minus legitimus tutor, vel curator repræsentat pupillum, uel adultum, vt ipsi per eos uideantur grauati: secus in iudicijs.*

4 *Papa scribens alicui tanquam prælato, obligat ecclesiam per illud mandatum, & prælatum ecclesiæ, licet non sit prælatus.*

5 *Si actus mediatus est certus, de immediato non curatur.*

6 *Pubere iurante super banca in contractu, valet iuramentum.*

7 *Si legatur ab aliquo sub nomine appellatiuo, videtur relictum ab illo, qui repræsentatur per illum.*

8 *Legatus si citat partes, si impeditus uenire mittat subdelegatum, citatus tenetur coram subdelegato comparere.*

1 §. Mater. Relicta † à tutore vident̄ relicta à pupillo, & valet, licèt tutoris datio non sortia-

sortiat effectũ, & à tutore, qui nil accepit, pupillo relinqui
2 non potest. h. d. ¶ Vel sic. Fideicommisso † à tutore, vel curatore inutiliter dato, relictum extraneo ab eius parentibus à minore debetur, & ideo sibi ab eo inutiliter relin-
3 qtur. hoc dicit, secundùm Ray. ¶ Vel sic. Etiam minus † legitimus tutor, vel curator repræsentat pupillum, vel adultum, vt ipsi per eos uideantur grauati. hoc dicit secundùm Bal. Hoc tamen non haberet locum in iudicijs; quia si citatur minus legitimus tutor, non officeret pupillo, vt C. in quibus cau. in integr. restitu. non est nec. l. si tutor. secundũ Bald. hic. ¶ In tex. ibi [testamento] quò ad dationem tutoris, sed quò ad alia erat iuris factum, & hic tollitur contrarium. ¶ In text. ibi [ratione] quia relictũ ab eo videtur relictum à pupillo, secundùm Ray. ¶ Nota
4 arg. hic, quòd si † Papa scribit alicui tanquam prælato, & ille non est uerus prælatus, quòd nihilominus istud mãdatum obligat ecclesiam, & verum prælatum ipsius, se-
5 cundùm Bald. hic. Nota, quòd † si actus mediatus est certus, de immediato non curatur. Et est arg. quòd si pubes
6 † iurat super bancha in contractu, quòd valet iuramentum, de quo dixit Ray. in Authen. sacramenta puberum.
7 C. si aduer. vendi. & vide gloss. ¶ Item nota, quòd si legatur ab aliquo sub nomine appellatiuo, videtur relictum
8 ab illo, qui repræsentatur per illum. Et facit, quòd si legatus † citat partes, & impeditus venire mittit subdelegatum, quòd citatus teneatur comparere coram subdelegato; quia repræsentat personam delegãtis, qui citauit sub nomine appellatiuo, secundùm Pet. & Ray.

Ex §. Fratre.

SVMMAE.

1 *Alienata extra familiam contra prohibitionem testatoris reuocantur per omnes de familia ordine successiuo: sed primus tenetur cauere de restituendo sequentibus: & si cautio omittitur, non propterea res condicitur: sed casu eueniente vendicatur, & sufficit uendicantem fuisse de familia tempore testamenti.*

2 *Inuitati ad commodum sub nomine collectiuo, uidentur uocati sub ordine successiuo.*

3 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine, quando homo minister est legis, secus si non esset.*

4 *Dispositio legis, & testatoris æquiparantur.*

5 *Institutio hæredis an, & quando habeatur pro alienatione, et liceat fieri, si prohibita est alienatio. vide dist.*

1 §. Fratre. ¶ Alienata † extra familiam contra prohibitionem testatoris, reuocantur per omnes de familia ordine successiuo: sed primus tenetur cauere de restituendo sequentibus, & si cautio omittitur, non propterea res condicitur, sed casu eueniente vendicatur, & sufficit vendicantem de familia fuisse tempore testamenti. hoc dicit. ¶ In tex. ibi [vt in familia] de propria in dubio loquitur, arg. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. secundùm Petr. Dy. & omnes, & Bar. & Ray. de Forliuio. ¶ In tex. ibi [alienauit] titulo singulari voluntariè inter viuos in extraneum; nam in familia posset. l. qui Romæ. §. cohæredes. ỹ. de verborum obl. secundùm Dyn. & Ray. ¶ In tex. ibi [fuerint] tempore testamenti, & pares in gradu. Nec obstat supra eodem. l. cum ita. §. in fideicommisso. vt ibi dixi. Nec etiam obstat l. vnum ex familia. §. quod si talia. s. eo vt ẽt ibi dixi, secundùm Rayn. ¶ In tex. ibi [petent] per rei vendicationem, vt infra eodem. l. cum pater. §. libertis Nec obstat l. q solidum. §. pen. ỹ. tit. 1. vt ibi dicam. ¶ In text. ibi [ideo] quòd proximior præferatur. ¶ In tex. ibi [desiderata] idest nec petita, nec præstita. ¶ In tex. ibi [conditio] post traditionem. ¶ In tex. ibi [petitio] per rei vendicationem, vt dixi. ¶ In text. ibi [desiderari] ante traditionem, & sic non obstat uersi. præcedens. ¶ In text. ibi [superstit] tamen speratur, & hic tollitur contrarium. ¶ In tex. ibi [postea] idest post testamentum. ¶ In tex. ibi [petant] alienatione facta extraneo, secundùm Rayn. ¶ No-
2 ta in versi. [quid ergo] & cæt. quòd † quando plures inuitantur ad commodum aliquod sub nomine collectiuo, vt est hoc nomen familiæ, videntur inuitati ordine successiuo: & sic inter eos seruatur ordo, casus est hic, & facit ad nota. in l. Gallus. §. quidam rectè. supra de liber. & posthu. vbi plenè vide. ¶ In gloss. magna ibi [ab intestato] & cæt. hanc impugnat Petr. ibi; quia succedens ab intestato, succedit saltem ex tacita. l. cõficiuntur. & l. si quis cum nullum. s. de iure codicil. ideo gloss. ibi sol. quòd ibi alienatio prohibetur à lege: hic ab homine. Ratio diuer-
3 sitatis est; quia mitiùs, & cæt. l. Celsus. ff. de arbi. Hæc ratio non est bona; quia ibi in homine ministro legis: hic in non ministro, cum quo mitiùs debet agi, & cum lege duriùs. l. si libertus minorem. infra de iure patro. Propterea
4 dispositio † legis, & testatoris æquiparantur, vt in §. dispo nat. in Authen. de nupt. ideo Dyn. dicit, quòd ibi simpliciter prohibetur alienatio: hic ultra proceditur; quia præcipit in familia relinq. So. ergo, ꝙ ibi posita posset defendi; quia prohibitio testatoris semper habet fieri cum causa, vel contemplatione certæ personæ. l. filiusfamilias. §. Diui. supra titulo primo. & sic in prohibitione testatoris semper subesset hæc ratio. Sed hoc non uidetur bene dictũ per l. si quis prioris. §. si certum. C. de secun. nupt. nam ibi prohibetur alienatio in certam personam idest extraneum, sicut hic. Dic ergo, quòd in l. quædã. ỹ. de acqui. rer. dom. alienatio simpliciter prohibetur: hic in certam personam, idest extraneum, & d. §. certum. & ideo ille cõcordat cum isto. cum ibi, & hic dispositio legis offenderetur, vel testatoris: in l. quædam. secus secundùm Ray. ¶ In eadem glo. ibi [§. fundum] & c. idem Dyn. & idem not. in d. §. eadem lege. Petr. hic contra per dicta l. cõficiuntur. & l. si quis cum nullum. hic in gl. all. Dic, si iste legitimus est nominatim prohibitus, non transit ad eum dominium, vt infra eodem. l. codicillis. §. penult. & no. in d. §. decimo quinto. si non, tunc si est de familia testatoris: tunc transit; ita est opinio Dyn. infra eodem. in l. cum pater. §. cum inter. & quod not. in dicto §. Iulianus. Si est extraneus testatori, aut iste prohibitus potuit testari in personam non prohibitam, & uoluit, ita quòd ad legitimum prohibitum peruenit; tunc non transeat. Ita posset intelligi opinio Petr. Aut non potuit; tunc transeat, arg. C. de inofficio. testamen. l. tertia. secundùm Rayn. ¶ In fine gloss. ma-
5 gnæ. Conclude ergo, an hæredis institutio † habeatur pro alienatione hic, aut lex, vel testator alienationem permittit, aut prohibet, si permittit, instituendo videtur alienare in casu permisso, vt C. de secun. nup. l. si quis prioris. §. certum. & supra eodem. l. vnum ex familia. §. sed si duos. Si prohibet; tunc si prohibitio est facta simpliciter, non intelligitur prohibita transmissio ad hæredem testamentarium, uel legitimum. l. prima. de fun. do. & d. l. quædam. ratio est; quia quis non potest facere, quin moriatur, & cum hærede: hoc tamen membrum non conuenit ultimæ uoluntati, in qua simplex prohibitio non ualet, vt in §. Diui. & l. pater. §. Iul. Agrippa. de lega. tertio. sed bene conuenit prohibitioni legis, vel contrahẽtis. Sed si prohi-

si prohibitio est facta limitatè: tunc, aut limitatio est facta circa modum, vt quia prohibitus est alienare dolosè, vel in fraudem, & non videtur prohibita transmissio ad hæredē; quia in eo cessat dolus. d. §. sed hæredē. alle. in glo. Aut est facta circa tēpus, vt quia prohibitus ē alienare in vita, & non prohibetur post mortem. l. pater. §. fundum. ȷ. titu. 1. Aut circa personas, in quas debet fieri alienatio: tūc videtur prohibita trāsmissio iure hæreditario in illas personas, vt. ȷ. eo. l. codicillis. §. matre. & l. si ita quis. §. ea lege. & ibi dixi. ȷ. de verb. oblig. Aut est limitata respectu personarum, in quas potest alienari, & vltra eas est facta prohibitio generalis, vt est hic: tunc aut transmissio fit ad hæredem extraneum ex testamento, & videtur alienatio ista prohibita, vt hic. Aut ad legitimum, & nō videtur prohibita. ȷ. eo. l. cum pater. §. cum inter. & hoc tenet hic gloss. in sol. ad §. 15. Idē tenet in d. l. pater. §. fundū. Idem Dyn. & Iaco. de Are. secundùm Bart. hic, qui ita distinguit.

Ex l. Imperator.

S V M M A E.

1 *Legatarius liberatur cedendo actiones fideicommissario pro rata fideicommissi, nisi rem receperit; quia illam cogitur præstare.*

2 *Vasallus renuncians feudo, liberatur à domino.*

1 **L. Imperator.** ¶Legatarius † liberatur cedendo actiones fideicommissario pro rata fideicommissi, nisi rē receperit; quia illam cogitur prestare. h. d. vide ad huius declarationem quod scripsi in l. 2. C. de his, quæ sub modo. Facit, ꝙ
2 si vasallus † renunciet feudo, quòd liberetur à dño, de quo dic, vt. in 10. coll. in tit. de vas. qui contra const. Lotha. feu. alie. c. vno. & de capitaneo, qui curiam vendi. c. in generali. & ibi pleniùs, de hoc per Dy. ȷ. de damno infecto. in l. Prætor. §. hoc edictum. & dixit Ray. de vsufru. in l. si absēte. ¶In tex. ibi [legatarium] onere fideicommissi grauatum. ¶In tex. ibi [soluere] eidem, vt plenè nota. C. de his, quæ sub modo. in l. fi. ¶In tex. ibi [amplius] re, vel tempore, vt. ȷ. de bo. liber. l. si patronum. in princi. ¶In text. ibi [percepit] nec obstat. s̄. titu. 1. l. planè. §. si cui. & ff. de transac. l. cum hi. §. si in regula. & ff. de cond. insti. l. is, cui. & ff. vt in poss. legat. l. is, cui. §. fi. vt in eis not. ¶In glo. 1. in fin. Contrarium ibi not. dic, vt dixi in princ. l. huius. & in l. fideicommissum. s̄. tit. 1.

Ex §. Si centum legatis.

S V M M AE.

1 *Honoratus in quantitate non potest grauari vltra, quàm sit illa quantitas, & eius vsuræ, si onus sit in quantitate: secus si in specie propria.*

1 **§. Si centum legatis.** ¶Honoratus † in quantitate non potest grauari vltra, quàm sit illa quātitas, & eius vsuræ, si onus sit in quātitate, secus si in specie propria. h. d. ¶Vel sic. Honoratus in quantitate, seu hæreditate vsque ad eius æstimationem, duntaxat in accessiones intrinsecas iudicio testatoris perceptas de iure potest onerare fideicommissi grauari, emolumento extrinseco non attento: in specie verò propria quātitatem sibi relictā agnoscens, vltra ipsam licitè oneratur. h. d. secundùm Rayn. de For. cum sequenti. ¶In tex. ibi [vsurarum duntaxat additamentum] hodie autem cum vsuræ sint prohibitæ, habetur ratio lucri, quod honestè posset percipi, secundū c. per tuas. extra de dona. inter vi. & vxo. secundùm Bar. ¶In tex. ibi [offerat.] Non obstat. s̄. mand. l. si hæreditatem. & s̄. tit. 1. l. ciuitatibus. §. fin. & ȷ. eodem. l. cum pater. §. qui dotale. & de manu. vindic. l. si rogatus. in prin. & ad Treb. l. ita tamen. §. fi. vt ibi dixit Ray. de For.

1 **§. Cum quidam.** ¶Honoratus † in quota, nō potest grauari in alia quota vltra vires relicti. h. d.

Ex §. Cum autem.

S V M M AE.

1 *Pretium, & res comparata ex pretio, succedit loco rei in vniuersalibus.*

2 *Venditio rei hæreditariæ alterius redēptione sequuta, seu proprijs hæredis creditoribus de hærede facta solutio, vniuersale fideicommissum non minuit continens bonorum superfluum post mortem.*

1 **§. Cum autem.** ¶Pretium, † & res comparata ex pretio, succedit loco rei in vniuersalibus. h. d. ¶Vel aliter. Vē
2 ditio † rei hæreditariæ alterius redemptione sequuta, seu proprijs hęredis creditoribus de hæreditate facta solutio, vniuersale fideicommissum non minuit continens bonorum superfluum post mortem. h. d. secundùm Rayn. de For. ¶In tex. ibi [sed quòd inde comparatum est] &c. præsumetur autem in dubio de illa pecunia comparatū, per l. fi. C. de pigno. quod not. secūdùm Bar. hic. ¶In tex. ibi [restituetur] &c. ¶Facit ad quęstionem not. per Guil. s̄. de nego. gest. in l. fi. ¶In tex. ibi [erit] quòd non diminuat fideicōmissum. ¶In tex. ibi [retinetur] &c. nam tantùm retinere videtur in patrimonio, cū tantò minus plus dicebatur in bonis habere, quo erat creditoribus obligatus, arg. de nego. gest. l. si quis mandato. secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [prædijs.] Sol. vt in libris. Item non obstat. ȷ. eo. l. codicillis. §. insulam. quia ibi fideicōmissarius consensit alienationi, hic non, secundùm Ray.

Ex l. Si quod ex Pamphila.

S V M M AE.

1 *Titulus, qui habetur in matre, habetur in partu.*

2 *Licèt in dubio non sit probata rei æstimatio: iudex tamē ex officio suo debet æstimare.*

L. Si quod ex Pamphila. ¶Titu-
1 lus, † qui habetur in matre, habetur in partu. h. d. Nota
2 hic in fine, quòd † licèt in dubio non sit probata rei æstimatio: iudex tamen ex officio suo debet æstimare, facit l. semper. §. officio. ȷ. quod vi, aut clam, & quod no. Doc. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo. &c. secundùm Bar. hic.

Ex l. Titio.

S V M M AE.

1 *Prolongatio legatorum simpliciter refertur etiam ad ea, quæ diem habent.*

2 *Ad legatum præsenti die relictum porrigitur eius specialis prorogatio legatorum.*

1 L. Titio. ¶ Prolongatio † legatorum simpliciter facta refertur etiã ad ea, quæ
2 diem habent. h. d. ¶ Vel sic. Ad legatum † præsenti die relictum porrigitur eius specialis prorogatio legatorum. h. d. secundùm Ray. de For.

Ex l. Miles.

SVMMAE.

1 *Verba dispositiua quando proferuntur, non refert, cum quo quis loquatur.*
2 *Non refert, cum quo quis loquatur, sed in quem volũtatis suæ intentio.*
3 *Verba dispositiua ad honoratum absentem directa fideicommissi petitionem inducunt.*

1 L. Miles. ¶ Non refert, † cum quo quis loquatur, quando verba dispositiua proferuntur. h. d. quod dic, vt. s. eo. l. peto. in princ. secun-
2 dùm Bart. ¶ Vel sic. Non refert, † cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis suæ intentio dirigatur. h. d. ¶ Vel
3 sic. Verba † dispositiua ad honoratum absentem directa fideicommissi petitionem inducunt. h. d. de hac materia habetur. C. de do. cau. mor. in l. 1. & in l. inter. de do. causa. mor.

Ex §. Pro parte.

SVMMAE.

1 *Prælegata non veniunt in substitutionem vulgarem.*
2 *Substitutio vulgaris, instituto ante aditionem defuncto, omnia comprehendit, quæ iure hæreditario capiuntur, non autem prælegata pro partibus cohæredum.*
3 *Substitutus vulgaris est substitutus in tota hæreditaria portione.*

1 §. Pro parte. ¶ Prælegata † non veniũt in substitutionem vulgarem. h. d. & cõcordat. l. Sextilia. ÿ. tit. 1. ¶ Vel aliter. Sub-
2 stitutio † vulgaris, instituto ante aditionẽ defuncto, omnia comprehendit, quæ iure hæreditario capiuntur: non autẽ prælegata pro partibus cohæredum. h. d. secundùm Ray. ¶ In tex. ibi [placuit] & sic prælegata pro parte defuncti sunt hæreditaria: pro partib⁹ verò cohæredũ nõ, & hoc sequitur Rayn. ¶ In tex. ibi [constiterunt] purè sine aliqua conditione secundùm Rayn. ¶ In gloss. ibi [si hæres non erit] &c. hoc est falsum; quia tunc si moriatur ante quàm adeat, impletur conditio per mortem, & transmittetur ad hæredem, vt. s. tit. 1. l. ab omnibus. §. fi. & ÿ. quando. di. leg. ced. l. fi. Quare sol. vt not. gl. s. titu. 1. l. l. filio. Nec obstat ñ li sol. l. conditiones extrinsecus. cum similibus. ÿ. de con di. & demon. quia hic conditio defecit per mortem, ibi non, arg. s. tit. 1. l. si ita. §. illi. secundùm Pet. & Ray. de For liuio. Sed nonne conditio, si hæres nõ erit, idem operatur, quod cõditio, si repudiauerit; vtrobique enim potest legatum integraliter consistere; quia in nulla parte relinquitur sibi à se ipso, sed ab alio; ergo hic debet transmittere totũ prælegatũ. Respõdeo, & dico aliter, quàm Dy. quòd ideo prælegatum sic non transmittitur pro portione hæreditaria; quia non videtur pro ista portione repetitum à substituto vulgari. ¶ Non obstat. l. qui filiabus. §. fi. cum seq. s. tit. 1. vbi dicitur, quòd totum prælegatũ peti potest; quia ibi non petitur vi repetionis à substituto, sed petitur ex vi legati expressi à primis hæredibus. Et est ratio; quia sub-
3 stitutus † vulgaris est substitutus in tota hæreditaria portione; igitur & in istis prælegatis, quatenus includũtur pro hæreditaria portione, & hoc videtur sensisse gl. posita hic. secundùm Bal.

Ex l. Cum filius.

SVMMAE.

1 *Rupto testamento per querelam pro parte, legata, & prælegata diuidua pro parte tantùm debentur, libertates verò præstantur in totum: seruitutes etiam debentur in solidum, sed eis pro parte obstat exceptio, nisi partis offeratur æstimatio.*
2 *Electio legatarij est, an velit partem æstimationis, vel seruitutẽ integram, quando testamentum rumpitur pro parte minori. Item si sit ruptũ pro æquali: secus si pro maiori parte: quia tunc est electio hæredis.*

1 L. Cum filius. ¶ Rupto † testamento per querelam pro parte, legata, & prælegata diuidua pro parte tantùm debentur, libertates verò præstantur in totum: seruitutes etiam debentur in solidum: sed in eis pro parte obstat exceptio, nisi partis offeratur æstimatio. h. d. ¶ In tex. ibi [præstabitur] per heredem legatario, si filius, qui obtinuit, nolit pro parte sua præstare, & tunc habet locum, quod sequit, secũdùm Dy. ¶ In tex. ibi [cum filius] à matre præteritus. ¶ In tex. ibi [actionem] idest querelam secundùm Dy. hoc dicit, ꝑpter ea, quæ not. s. de inoffi. test. in l. Papinianus. §. si quis posthum⁹. ¶ In tex. ibi [præceptiones] diuiduas, quod expone, vt no. s. de ædi. edic. in l. Labeo constitit. §. fin. quæ est contra, sed dic, quòd ibi testamentum fuit ruptum in totum, hic pro parte. ¶ In tex. ibi [quod] vide super gl. quod hic ponit Ray. ¶ In gloss. quòd scilicet, quod dixi in legatis &c. Sed secundùm verba huius glo. oportet intelligi seruitutẽ constitutã in solidũ ante ruptionẽ testamenti. Vel dic, vt no. in l. vt pomũ. s. de seruit. valet, quòd etiã post constitutam seruitutem duret actio personalis. Petr.
2 tamen distinguit, si † testamentum ruptum pro parte minori, sit electio legatarij, an velit habere seruitutem integram, an partem æstimationis. Si pro maiori, tũc sit electio hæredis coniuncti, arg. C. de dona. l. scimus. §. ne autem. Si pro æquali: tunc fauore vltimæ voluntatis sit electio legatarij, vt hic arg. de regu. iur. l. in testamentis. ¶ In ea. gl. ibi [de iure codicil. l. penul.] Nec obstat. l. qui graui. s. de iur. codicil. quia ibi loquitur in eo, qui succedit præter spẽ testatoris: hic in eo, qui succedit ex voluntate, vt ibi dixi. ¶ Item non obstat. l. penul. de iniust. test. per ea, quæ ibi no. item aliud in contra tab. quàm in querela. l. non putauit. §. fin. de contra tab. & ratio diuersitatis ibi no. per Dy. & Ray. de For. ¶ In gloss. idest pars æstimationis. Nota, ꝗ licet principale sit indiuiduum: tamen eius æstimatio est diuidua.

Ex l. Lutio.

SVMMAE.

1 *Legatarius hæreditatis debet sustinere commoda, & incommoda.*
2 *Legatum vniuersitatis transit cum onere, & emolumento suo.*

Lega-

3 *Legatarius hæreditatis delatæ legãti tenetur omnia debita hæreditatis soluere, & credita potest, cessis actionibus, petere.*
4 *Actiones, & cautiones præstantur per legatarium vniuersitatis hæredi, quòd subibit onera hæreditatis, & q̃ hæres præstabit ipsi, quicquid ad eum peruenerit præter fructus.*
5 *Fructus percepti per hæredem, & debita exacta à testatore, vniuersali legatario restitui non debent, si testator effectus non fuisset locupletior: secus si in patrimonium suum conuertisset.*
6 *Aes alienum solutum à defuncto deduci non potest à legatario vniuersitatis, quatenus põt cum perceptione fructuum compẽsare, secus si non possit compensare.*

1 §. Lutio. ¶Legatarius † hæreditatis debet sustinere commoda, & incommoda.
2 h.d.¶Vel sic. Legatum † vniuersitatis transit cum onere, & emolumento suo. Hoc dicit. ¶Vel aliter. Legatarius
3 † hæreditatis delatæ leganti tenetur omnia debita hæreditatis soluere, & credita, põt, cessis actionib', petere. h.d. sm̃ Bald. ¶In tex. ibi [omnem hæreditatem] &c. hoc est fideicommissum vniuersale, si de hæreditate ipsius testantis loquitur. l. mulier. §. fi. ĩ. ad Trebell. secus si de hæreditate, quam habuit ab alio, quam legat, vt suam. l. cogi. §. sed & si miles. vers. & quamuis. ad Trebe. Ratio; quia adit, & sic confunditur cum suo patrimonio. l. sed si plures. §. filio. s̃. de vulg. & pupill. ergo animodo nõ est hæreditas illius primi propriè, vnde non habet locum Trebellianum,
4 vt ibi. ¶In tex. ibi [præstabuntur] actiones, † & cautiones hinc inde, scilicet per legatarium istum, quòd subibit onera hæreditatis, vt. ĩ. l. proxi. §. mensæ. & l. qui concubinam. §. cum ita. ĩ. titu. 1. & per hæredem legatario de dando sibi quicquid ad eum peruenerit ex dicta hæreditate. l. 2. in princ. & §. peruenisse. s̃. de hære. vel ac. vendi. Fructus
5 † tamen medij temporis huic legatario non debentur, vt. ĩ. l. proxi. §. filia. Nec etiã debita per testatorem exacta, arg. tex. ibi [quæ ei præstari potuerunt] quod est verum, si ex eis non est effectus testator locupletior; secus si in suum patrimonium conuertisset, vt. s̃. eo. l. Imperator. §. fi. cum. l. sequen. & ĩ. tit. 1. l. qui concubinam. §. 1. Et si defunctus soluit debita hæreditaria, nõ potest fieri deductio ab isto legatario, quatenus potest perceptionẽ cum fructibus compensari. l. Lutius. §. quæ marito. ĩ. eo. secus si non posset compensari cum fructibus. l. quibus diebus. §. 1. & ibi not. ff. de condi. & demon. Et ita intellige tex. hic, qui dicit ad legatarium onera non transire, quæ non perseuerauerunt vsque ad mortem, scilicet si sint extincta de fructibus, vel aliàs naturaliter: secus si de proprio testatoris. l. qui concubinam. §. cum. ita. ĩ. titu. 1. secundùm Bar. hic. ¶In glo. ibi [ex legato.] Hoc non est verum: quia ibi legauit singulariter actiones: hic vniuersitatem hæreditatis, arg. ĩ. ad Trebell. l. restituta. & l. facta. in princ. eo. titu. secundùm Ray. & Pet. Sed certè in illis. ll. vniuersitas deferebatur vniuersali titulo, vbi habet locum restitutio ex Trebelliano; & ideo tene gl. secundùm Bal. hic.

Ex §. Dominus.

S V M M AE.

1 *Si proprietarius legat simpliciter fundum, cuius hæres est fructuarius, debet hæres tradere ipsum plenum: secus in cæteris seruitutibus.*
2 *Testator simpliciter legando non solùm videtur legare ius suum, sed etiã ius hæredis sui.*

1 §. Dominus. ¶Si proprietarius † legat simpliciter fundum, cuius hæres est fructuarius, debet hæres tradere ipsum plenum, secus in cæteris seruitutibus. Hoc dicit. ¶Vel sic. Testator
2 † simpliciter legando non solùm videtur legare ius suum, sed etiam ius hæredis sui. Hoc dicit secundùm Bald. Hunc. §. declara, vt ego dixi. s̃. eod. in l. Mæuius. in §. fundo.

Ex §. Hæres meus.

S V M M AE.

1 *Non videtur esse falsum, quod iuuatur primordio veritatis, licèt ab illo principio in aliud principiatum sit facta digresio.*
2 *Legatum debiti ex certa causa in stipulationẽ nouationis iure translata, validum iudicatur.*
3 *Ex, dictio licèt significet causam proximam: tamen hic significat remotam, & primam.*
4 *Vasallus si commisit feloniam, propter quam amisit partem suam feudi, si feudum est antiquum, accrescit fratri, aliàs nõ.*

1 §. Hæres meus. ¶Non † videtur esse falsum, quod iuuatur primordio veritatis. h. d. licèt ab illo principio in aliud principiatũ sit facta digresio, secundùm Bal. ¶Vel sic. Le
2 gatum debiti † ex certa causa in stipulationẽ nouationis iure translata, validum iudicatur. h. d. ¶In tex. ibi [ex testa-
3 mento] hæc dictio, † ex, faciebat dubium: nam cum denotet causam proximam, vt. s̃. de pecul. l. eo tempore. in fin. non videbatur posse referri ad debitum ex stipulatione, cuius testamentũ non est cã proxima, sed remota: sed tamen potest poni pro dictione contraria causa vitandæ contrarietatis, vel absoni intellectus. l. 1. C. si seruus exter. ideo dicitur hic, quòd non est omnino falsum; quia dictio, ex, põt intelligi, vt denotet causam primã, & remotam, secũdũ Bar. ¶In tex. ibi [obesse.] Nec obstat. ĩ. de fund. instru. l. Sæiæ. §. prædia. & de do. præleg. l. 1. §. de eo. & s̃. eo. l. Mæuio. §. 2. vt ibi dixi. ¶In glo. vlt. ibi. [§. siue.] So. istud est propter voluntatem defuncti seruandam ibi, vt soluens damnum euitet secundùm Rayn. Vel ibi causa obligationis deuenit ad non causam, hic de vna ad aliam secundũ Bar. ¶In ea. gl. ibi. [§. codicilli] ille concordat per ea, quæ ibi not. Ray. Vel ibi nõ inspicitur tempus, quo codicilli facti sunt; quia propriè illud nõ dicitur tempus originis codicillorum, sed inspicitur tẽpus testamenti, à quo codicilli cõfirmant, vt ibi. ¶In ea. gl. ibi [l. 1.] &c. So. ibi nõ adest principium veritatis, hic sic. Et hic est argumentũ ad quæ-
4 stionem, si vasallus † commisit feloniam, propter quam amisit partem suam feudi, quòd si feudum est antiquum, accrescat fratri, aliàs non, secundùm Dy. ne factum fratris ei noceat. Facit, quod not. ĩ. de inter. & rel. l. 2. secundùm Bal. & est casus in 10. coll. in titu. de. duobus fra. de no. be fi. inuest. i c. 1. facit quod no. in tit. si vas. feud. priua. cui de feratur. c. 1. & in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. §. denique. secundùm Ray. de For.

Ex §. seruus.

S V M M A E.

1 *Si aliquo casu libertas impeditur tẽpore, quo cedit dies legati, vitiatur legatum.*
2 *Impedimentum libertatis est impedimentum legati.*
3 *Legatum seruo cum libertate relictum penitus vitiatur, si adita hæreditatis tempore à iure ipsius libertas differatur.*

§. Seruus.

1 §. Seruus. ¶Si aliquo † casu libertas impedit, tpe, quo cedit dies legati, vitia-
2 tur legatum. h. d. ¶Vel sic. Impedimentum † libertatis est impedimentum legati, secundùm Bal. ¶Vel sic. Legatum
3 † seruo cum libertate relictum penitus vitiatur, si aditæ hæreditatis tempore à iure ipsius libertas differatur. h. d. ¶In tex. ibi [potest] etiam innocentia demonstrata, secũ dùm glo. & bene. ¶In tex. ibi [cedit] ab initio, & ideo impedimento cessante, eorum confirmatio impeditur per regulam Catonianam, vt. ȷ̃. de regul. Cato. l. 1. & Instit. de lega. §. an seruo. secundùm Ray.

Ex §. Pater.

SVMMAE.

1 *Qui legat vni ex certis plus, videtur omnibus viriles ex necessitate legare, & excessum illius in arbitrio hæredis ponere.*
2 *Comparatiuum includit etiam positiuum.*
3 *Testator si dicat alicui plus dandum, videtur se referre ad arbitrium boni viri in actu dispositiuo, non probatorio.*
4 *Probatio debet esse certa de se.*
5 *De modico non curatur, vbi agitur de iure ordinario, secus extraordinario.*
6 *In contractu à persona non receditur: secus in vltima voluntate.*

1 §. Pater. ¶Qui † legat vni ex certis plus, videtur omnib⁹ viriles ex necessitate legare, & excessũ illius in arbitrio hæredis ponere. h. d. ¶Vel
2 sic. Comparatiuum † includit etiam positiuum secundùm
3 Bal. Et sic si testator dicit alicui † plus dandum, nec adijcit verba, quæ sapiant liberam voluntatem, vel arbitrium videtur se referre ad arbitrium boni viri, secundùm Bart.
4 Hoc est verũ in actu dispositiuo, secus in probatario; quia † dẽt esse certa de se, vnde dictio, & plus, in teste nil operatur, vt not. in l. & si post tres. & ibi per Guil. s̃. si quis caut. facit l. cum furti. s̃. de in lit. iur. & hoc tenet Barto. hic, & Bal. ¶In glo. vlti. ibi [triticum] hanc secundam quidam te-
5 nẽt; quia de modico † nõ curatur. l. scio. ff. de in integ. rest. Tene primam per l. vlti. §. 1. C. de legat. Nec obstat d. l. scio. quia ibi agitur iure extraordinario; hic ordinario, & sic curatur de modico, vt infra de coniungen. cum eman. liber. l. 1. §. illud. Nec obstat l. cum quidã. quia ibi omnino incertum: hic certum, cui plus volebat
6 dari. Item non obstat l. triticum: quia loquitur † in cõtractu, vbi non receditur à persona. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. hic in vltima voluntate, in qua secus, vt. s̃. eo. l. 1. & quod ibi not. & ad hoc. s̃. de impen. l. pen. & si. quod not. eo. titu. in l. omnino. & quia istud parum, potest dici magnum respectu partiũ maiorum, vt not. Bernardus extra de locato. in c. vlti. secundùm Ray.

§. Non iure. ¶Ille, † per quem non stat, quo min⁹ tutelam assumat, admittitur ad legatum. h. d.

1 §. Qui Mutianam. ¶Qui † venit contra cautionem Mutianam, tenetur rem restituere cum fructibus. hoc dicit.

Ex §. Varijs.

SVMMAE.

1 *Quando plures sunt actiones, quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio.*
2 *Plures actiones eiusdem legati nomine conceduntur, duntamen altera per legatarium duntaxat electa in iudicium proponatur.*
3 *Hypothecaria dabatur legatario de iure Dig.*

1 §. Varijs. ¶Quando † sunt plures actiones, quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio. h. d. secundùm Barto. ¶Vel sic. Plures
2 † actiones eiusdem legati nomine conceduntur, dumtamen altera per legatarium duntaxat electa in iudicium proponatur. h. d. secundũ Ray. ¶In text. ibi [non potest] &c. ad idem legatum secundùm Ray. petendo partem per vnam actionem, partem per aliam, & ad hoc tendit prima ratio, vel petendo totum per vtramque actionem, & ad hoc tẽdit secunda ratio ibi [non enim] secũdùm Bar. ¶In tex. ibi [actionibus] principalibus, vt ex testamento, & rei vendicatione: aut vna principali, & alia accessoria, puta hypotacaria, bene posset, vt in Auth. de fideiusso. §. sed neque. secundùm Dy. in c. nullus pluribus. de regu. iur. in 6. Quidam tamen contra; quia secundùm hoc iura hypotecaria
3 non dabantur legatario, quod est falsum, vt. ȷ̃. de separat. bo. l. creditoribus. secundùm Ray.

Ex §. Repetendorum.

SVMMAE.

1 *Legatorum repetitio datur fisco, quãdo propter crimen damnatur memoria defuncti.*
2 *Sententia in repetitione legatorum fisco confiscandorum propter memoriam defuncti, quomodo formetur.*
3 *Mortuo reo ante sententiã, hæredes possunt procedere pro purgatione famæ defuncti, si volunt.*

1 §. Repetendorum. ¶Legatorũ † repetitio datur fisco, quando propter crimen damnatur memoria
2 defuncti. h. d. Qualiter formetur † sententia, dic, vt no. glo. Inst. de hred. ab intesta. ĩ §. per cõtrariũ. secũdũ Dy. Ray. & Bar. Nec obstat, quòd non repetantur, imò si non sunt soluta, fiscus ad ea tenetur, vt. s̃. ad Syll. l. cum fisco. quia ibi quando propter delictum hæredis: hic defuncti. ¶In
3 glo. 1. in fin. Adde tu, quòd si mortuo † reo ante sententiã, hæredes volunt procedere ad sentẽtiam pro purganda fama defuncti, quòd possũt, casus est fin. in l. filio. §. Seya. ȷ̃. de adi. leg.

Ex l. Cum pater.

SVMMAE.

1 *Si debet retineri species, & pecunia, species de tota hæreditate deducitur, pecunia de portione restituentis.*
2 *Institutus ex parte de restituendo grauatus speciem hæreditariam, eam retinet de communi: pecuniam verò solùm de propria portione.*

1 L. Cum pater. ¶Si debet † retineri species, & pecunia, species

species de tota hæreditare deducitur, pecunia de portio-
2 ne restituentis.h.d. ¶ Vel sic. Institutus † ex parte de resti tuendo grauatus speciem hereditariam, eam retinet de cõ muni: pecuniam verò solùm de propria portione.h. d. secundùm Ray. ¶ In text. ibi [habituram] & sic pro parte sua iure hæreditario: pro partibus verò cohæredũ iure præ legati. ¶ In tex.ibi [pecuniam autẽ] integram centum aureorum. ¶ In tex.ibi [retenturam] &c.& sic totam iure hereditario,& facit ad materiam. l. filium, quem habentem. C.fam.erc. secundùm Ray.& l.in quartã. ͞j.ad Trebellia. vbi per Bar.

Ex §. Eorum, quibus.

SVMMAE.

1 *Donationi causa mortis potest fideicommissum imponi, & ex ea detrahetur Falcidia, qua detracta, minuetur fideicommissum, non extrinsecum.*

1 **§. Eorum, quibus.** ¶ Donationi † causa mortis potest fideicommissum imponi, & ex ea detrahetur Falcidia, qua detracta minuetur in fideicõmissum intrinsecum, non extrinsecum.h.d. ¶ In tex.ibi [quod fideicommissũ] &c.idest quam donationem, quæ cadit in fideicõmissum; nam de ipso fideicõmisso habetur. ͞j. in vers. [si pars] &c. ¶ In tex.ibi [donationis] per Falcidiam minutæ. ¶ In tex. ibi [fideicommisso teneatur] &c.idest ista pars rei donatæ, q̃ est per fideicõmissum restituenda. ¶ In tex. ibi [quoque] &c. præstandum à donatario causa mortis. ¶ In tex. ibi [fingetur] ex præsumpta voluntate defuncti, non iure Falcidiæ,& hic tollitur contrarium. ¶ In tex.ibi [alimẽta] idem in quolibet alio onere extrinseco, quod non sit pars rei donatæ. ¶ In tex.ibi [esse] si sufficit ad integra alimẽta, aliàs secus, vt. ͞j. de ann.lega.l.liberto.§. 1.& ad l.Fal.l.maritum.§.à liberto. ¶ In tex. ibi [voluntate] à iure præsumpta. ¶ In tex. ibi [integra] scilicet alimenta non obstante Falcidia de ipsa donatione ab hærede detracta, secundùm Ray. ¶ In gloss. 2. prima vera quando donatio tenuit de iure: secunda non, qñ non tenuit secundùm Ray. ¶ In gl. 4.ibi. [l. hæreditatum] &c. quasi dicat, quòd ibi fuerint relicta à successore vniuersali: hic à singulari, arg.l.Diuus. eo.tit. secundùm Ray.

Ex §. Mater filijs.

SVMMAE.

1 *Vbi legatario non possidenti datur actio, eidem possidenti datur retentio.*

2 *Filius dotem matris causa mortis, ea consentiente sibi restitui, stipulatus de illa viro reddẽda, licitè oneratur Falcidia hæredibus relinquenda.*

3 *Qui stipulatur se aliquid facturum in hæreditate, in commutabiliter agnouisse videtur, nisi sub conditione promisisset. Stipulatio in alterius voluntatem conferri potest.*

1 **§. Mater filius.** ¶ Vbi † legatario nõ possidẽti datur actio, eidem possidenti datur retentio.h.d. ¶ Vel sic. Filius dotẽ matris causa mortis, ea cõsentiente sibi restitui, stipulatus de illa viro reddenda, licitè oneratur Falcidia hæredibus relinquenda.h.d. secundùm Ray. ¶ In tex.ibi [interuenisset] in hæreditate matris. ¶ In tex.ibi [dotis] scilicet integræ. ¶ In tex. ibi [petijsset] glo. exponit petijsse videtur tacitè; non expresè, aliàs filij nullo modo agere possent contra maritum, quod faciunt in fi.§. secundum Pet. ¶ In tex.ibi [in factum] &c. forte generalem ex æquitate, vt.ff. de præs.verb.l.quotiens. secundùm Ray. ¶ In glo. vlti. ibi
2 [incommutabiliter † agnouisse videntur] &c.idem no.in l.ei, cui. ͞j. de do. cau. mor. Quod est verum, nisi ab initio
3 fuisset stipulatus sub conditione, si volet: potest † enim stipulatio conferri in voluntatem stipulantis, vt. s̃. tit. 1. l.senatus.§ legatum.& not.de verb.oblig.in l.à Titio.in fi. secundùm Barto.

Ex §. Surdo.

SVMMAE.

1 *Ignorantes tenentur ad onera emolumenti, quod eis ignorãtibus quæritur.*

2 *Legatum quæritur ignoranti, & onus fideicommissi, quod ligat etiam ignorantem*

1 **§. Surdo.** ¶ Ignorantes † tenentur ad onera emolumenti, quod eis ignoranti-
2 bus quærit.h.d. ¶ Vel sic. Legatum † quæritur ignorãti,& onus fideicommissi, quod ligat etiam ignorantem. Hoc dicit secundùm Ray. de Forliuio. ¶ In tex.ibi [quæritur] &c. Nec obstat. ͞j. de rebus dub.l.quædam. vt ibi no.

Ex §. Hæreditatem.

SVMMAE.

1 *Mors ciuilis non æquiualet naturali.*

2 *Mutatione status non perditur ius eligendi, & mors ciuilis non facit conditionem existere, sed naturalis.*

3 *Electio fideicõmissarij tpe mortis cõmissa hæredi, per mortem ciuilẽ nõ perit: nec ẽt tũc petitio fideicõmissi defertur: electione verò omnino cessante, post mortem naturalẽ, fideicommissũ superstitibus debebitur, non hæredibus defunctorum.*

4 *Licèt deportatus perdat quæ sunt iuris ciuilis, potest tamen personas eligere.*

5 *Excommunicatus, qui deportato æquiparatur, potest esse arbitrator.*

6 *Fratres minores licèt non possint esse exequutores vltimarum voluntatum, possunt tamen eligere personas pauperum.*

7 *Religionem licèt quis intret, non propterea cedit dies fideicommissi ei iniũcti, cum morietur, sed debet expectari mors, quod procedit in fratribus, qui habent saltem in communi: secus in alijs.*

1 **§. Hæreditatem.** ¶ Mors † ciuilis nõ æquiualet naturali.
2 h.d. secundùm Dy. ¶ Vel sic. Mutatione † status non perditur ius eligendi, & mors ciuilis non facit conditionem existere, sed naturalis sic. Hoc dicit. ¶ Vel aliter. Electio
3 † fideicommissarij tempore mortis commissa hæredi, per mortem ciuilem non perit: nec etiam tunc petitio fideicõmissi defertur: electione verò omnino cessante, post mortem naturalem fideicommissum superstitibus debebitur, non hæredibus defunctorum.h.d. ¶ In tex.ibi [filij] etiam deportati. ¶ In tex.ibi [vixerint.] q.d. non inter hæredes, vel filios mortuorum secundùm Ray. Facit in argu. quòd
4 licèt deportatus † perdiderit quæ sunt iuris ciuilis: potest tamen personas eligere. Et sic est argumentum, quòd po-
5 test † excommunicatus, qui deportato æquiparatur, esse arbi-

arbitrator, de quo in l. ex facto. §. si q.s rogat[*]. ȷ. ad Treb.
6 secundùm Barto. Sic & fratres † minores, licèt nō possint esse exequutores vltimarum voluntatum: possunt tamen esse in eligendo personas pauperū, vt hic. Item facit, quòd
7 † licèt quis ingrediatur religionem, non propterea cedit dies fideicommissi ei iniuncti, cū morietur: sed dēt expectari mors naturalis, facit. ȷ. ad Trebellia. l. ex facto. §. si quis rogatus. quod est verum in illis religiosis, qui possunt habere proprium saltem in communi: secus ergo in minoribus, qui nec in communi possunt, vnde quātū ad hoc habent pro mortuis, de quo dixit plenè Bar. in quarto libro minoricarum. ¶In glo. super verbo. existere. ibi [l. vnum] &c. hoc est falsum, ideo meliùs dic, vt ibi. & ȷ. ead. l. §. à filia. ¶In glo. vt quia. ibi. [§. fui autem] hæc est vera, de quo plenè in d. l. 1. contrarium tamen not. ȷ. de actio. & obligatio. in l. is, cui. sed malè, vt ibi not. secundùm Rayn. ¶ Item non obstat. C. de legit. hære. Authen. cessante. quia ibi in successione ab intestato: hic ex facto sub conditione, secundùm Ray.

Ex §. Qui dotale.

SVMMAE.

1 *Qui legat pretium rei, videtur relinquere animo compensandi cum re.*

2 *Alienatio fundi dotalis à iure prohibita, per agnitionem legati à marito vxori relicti compensandi animo confirmatur, duntamen secundùm voluntatem defuncti sibi ab emptore iustum pretium suppleatur, ad quod iure fideicommissi à marito sibi impositi non arctatur.*

1 §. Qui dotale. ¶Qui † legat pretium rei, videtur relinquere animo compensandi cum re. Hoc dicit, & legitur dupliciter. Vno modo, quòd pretium erat solutum, alio, quòd nō
2 erat solutū totum. ¶ Vel aliter summatur. Alienatio † fundi dotalis à iure prohibita per agnitionem legati à marito vxori relicti compensandi animo confirmatur, duntamen secundùm voluntatem defuncti sibi ab emptore iustum pretium suppleatur, ad quod iure fideicommissi à marito sibi impositi non arctatur. Hoc dicit secundùm Rayne. de Forliuio. ¶In tex. ibi [prædium] & sic inæstimatū, vt. C. de rei vx. act. l. 1. §. cū lex. ¶In tex. ibi [vēdidit] minori pretio, non tamen fuit læsio vltra dimidiam. ¶In tex. ibi [dedit] scilicet animo compensandi cum dote secundùm Rayne. ¶In tex. ibi [vt amplius ei] &c. per hoc videtur relinquere animo compensandi: secus si simpliciter reliquisset; quia tunc mulier haberet vtrūque. l. 1. §. sciendum. C. de rei. vx. act. secundùm Bar. ¶In text. ibi [restituat] hic tollitur contrarium de l. Imperator. §. 1. vers. enim verò. s. eo. ¶In tex. ibi [constat] quia pretium conuentum soluitur marito, & sic eius debitor esse desierat, & hic tollitur contrarium secundùm veritatem. ¶In tex. ibi [pretio] &c. idest iusto pretio ab emptore suppleto, secundùm verum intellectum secundùm Rayn. hic. ¶ In gloss. imò, &c. ibi [tertij dicunt] &c. hanc tenent Doctor. Vel fortè potest dici, quòd ideo iste emptor non tenetur; quia non valuit venditio, meritò non potuit grauari: sed si velit ratam esse venditionem; tunc oblato pretio poterit, &c. vt sequitur in text. ¶ In eadem gloss. ibi. [l. dotale. §. fi.] &c. imò est contra. Sed dic, vt ibi not. Rayn.

Ex §. Mæuio.

SVMMAE.

1 *Qui soluit scienter contemplatione mandati reuocati, donare videtur: secus si ignoranter.*

2 *Simplex mandatum, cuius effectus confertur post mortem, reuocatur morte, si legatarius sciuerit: secus si ignorauerit.*

3 *Mandatum creditoris debitori de soluēdo alij causa mortis, quò ad onus Falcidiæ, ac liberationis, et donationis effectum reuocatur per scientiam mortis mandantis: ipsa verò ignota, mandatum quò ad omnia validum iudicatur.*

4 *Licèt mandatum de donando finiatur morte, non tamen donatio reuocatur perfecta, sed confirmatur.*

5 *Accessorio reuocato, nō videtur semper reuocatum principale.*

6 *Mandatum de certo non reuocatur propter mortem.*

7 *Soluens creditori liberatur, quando soluit gerendo eius negocium, secus aliàs.*

8 *Hæres potest ratam habere solutionem factam à procuratore reuocato.*

9 *Soluens scienter falso procuratori, non liberatur, & potest repetere.*

10 *Malignitas cuicunque prodesse non potest.*

11 *Soluens sciens ius, & factum videtur donare, nec videtur posse repetere: secus ius tantùm, nec supinè.*

12 *Donatio sicut perficitur nudo pacto, ita & donatio causa mortis.*

1 §. Mæuio. ¶ Qui soluit † scienter contemplatione mandati reuocati, donare videtur: secus si ignoranter. h. d. ¶ Vel sic. Simplex
2 † mandatum, cuius effectus confertur post mortem, reuocatur morte, si legatarius sciuerit, secus si ignorauerit. h.
3 d. sm̄ Bar. ¶ Vel aliter. Mandatum † creditoris debitori de soluēdo alij causa mortis, quò ad onus Falcidiæ, ac liberationis, & donationis effectū reuocatur per scientiā mortis mandantis: ipsa verò ignota, mādatum quò ad omnia validum iudicatur. h. d. secundùm Ray. ¶ Præmitte, quòd legit quatuor modis. sed Bar. tribus modis in gl. quarto legit extra glo. nam potest quis donare alteri causa mortis tribus modis. Primò si donans cum donatario nil agit: sed solùm mandat debitori suo, quòd donatario soluat. Secundò, quando donans promittit donatario per stipulationē, vel nudo pacto causa mortis: postea mandat debitori, vt donatario soluat. Tertiò, quando donans non contrahit cum donatario, sed mandat debitori, vt promittat illi donatario: differt hæc tertia à prima; quia hic mandat, vt promittat: ibi mandat, vt soluat. Itē differt à secunda: quia hic debitor se obligat, ibi non. primæ duæ tanguntur in prima glo. tertia ponitur in vltima glo. secundùm Bartol. hic. ¶In glo. prima. ibi [& per consequens donatio] hoc non
4 est verum, cum donatio † causa mortis non reuocatur morte: sed potiùs confirmatur. l. 1. & l. in mortis. ff. de donat. causa mor. & l. non omnis. ff. si cer. pet. & licèt reuocetur mandatum, non per hoc reuocatur donatio iā perfecta per promissionem factam à donante donatario; vn-
5 de isto accessorio † reuocato, non sequitur, quòd sit reuocatum principale. l. si cui legetur. §. fi. & l. sequenti. s. titu. 1. ideo fortè legitur tertio, vt. ȷ. in vltima gloss. sed non est vera; quia si promissio fuit facta, ille mandatarius ha-
6 bet actionem; mandatum † ergo de certo non reuocatur morte. l. fin. in princip. ȷ. de solutio. ideo Bart. legit extra glo. quarto modo, si creditor donauit Titio centum promittendo causa mortis, deinde iussit Mæuio debitori, vt ipsi

ipsi ticio solueret: demum mortuus est creditor donans, certè donatio est confirmata, & hæc differt ab alijs lecturis Bart. sed mandatum est reuocatum; si ergo Meuius debitor soluit, an sit liberatus, vel possit repeti, distingue, vt hic in tex. secundũ Bar. ¶Nec obstat, ꝙ qui soluit
7 † creditoris creditori liberet. l. solutũ. §. solutã. de pig. act. de nego. gest. l. si liber homo. & ff. de doli. except. l. si opera. quia illud est verum, quando soluit gerendo negotium sui creditoris: hic autem soluit contemplatione mandati, quod sciebat reuocatum; ideo videtur donare, nec libera-
8 tur, secundùm Bar. ¶Item hanc † solutionem factam à procuratore reuocato posset hęres habere ratam. l. si procurator. §. 1. s. de cõd. indeb. & hoc quantũ ad exceptionẽ, vt si ille donatarius vellet iterũ agere, non posset, non quò ad actionem, quòd hæres possit repetere, vt hic 2. resp. & ff. de solu. l. dispensatorem. Nec obstat. C. si cert. pet. l. si absentis. quia hic debitor non soluit animo gerendi negotium hæredis, secundùm Barto. ¶In eadem glo. ibi [hic ergo inter viuos] &cæt. sic etiam respondetur ad l. mortis causa. §. Titia. ȷ̃. de dona. causa mor. secundùm Rayn. de For. ¶In glo. hæredibus rei. &cæt. ibi [ad l. Falcid. l. 3.] hæc est vera, si ille soluit sciens nomine suo: si autem nomine mandantis, distinguitur, aut hæres habet ratum, & non repetit, aut non: & tunc sic, arg. C. si cert. pet. l. si absentis. secundùm Petr. & Ray. Et ista glo. allegatur ad il-
9 lam quæstionem, an soluens † scienter falso procuratori, liberetur, vel saltem possit repetere, in quo gloss. variant. Glo. dicit ꝙ nõ, in l. si procuratori falso s. de procu. quia videtur donare. Sed in l. dispensatorem. ȷ̃. de solu. tenet quòd repetat, & illam tenet Iaco. de Are. ne maligni-
10 tas † procuratoris ei prosit, contra. l. quæcunque. in fin. C. de seruis fugi. communem opinionem tenet gloss. in d. l. si procuratori falso. sed glo. in l. dispensatorem. potest saluari, ꝙ ibi ignorauit ius, nec supinè: secus si sciuit ius, & factum; quia tunc non repetit, arg. huius glo. per quam ita illæ concordari possunt secundùm Barto. de Saly. in rep. l. falsus. C. de furt. de quo tamen vide ibi pleniùs per cum. ¶In glo. per hæredes. ibi [item nota ibi l. si quis ar-
11 gentum] Nota singulariter, quòd sicut donatio inter viuos hodie perficitur nudo pacto, ita & donatio causa mortis. Ita allegatur per Bart. in l. 1. infra de donatio causa mortis.

Ex §. Cum pater.

SVMMAE.

1 *Portio hæreditatis defecta cohæredibus etiam substitutis defertur cum onere.*
2 *Relicta ab instituto, debentur à quolibet substituto.*

1 **§. Cum pater.** Portio † hæreditatis defecta cohæredibus etiã sub-
2 stitutis defertur cum onere. h. d. ¶ Vel sic. Relicta † ab instituto, debentur à quolibet substituto. h. d. secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [alium] &c. quàm cohæredes, qui supra substituti fuerunt, secundùm Rayn. de Forliuio. ¶In gl. vlt. ibi [Auth. res, q.] &c. quod est falsum; quia hic nõ dicitur, ꝙ ista prædia debeantur filio exhæredato, inuita filia, sed ꝙ hæres cogatur redimere ipsa prædia, & dare filio exheredato, non, ꝙ filia cogatur dare, vt patet ex tex. valet ergo, vt quodlibet legatum rei alienæ tẽpore testamenti, vel futuræ alienæ post mortẽ testatoris, vt l. vnũ ex familia. §. sed si fundum. supra eo. secundũ Dy. & Bart.

Ex §. Euictis.

SVMMAE.

1 *In prælegato uni non debetur euictio: secus si pluribus prælegetur.*
2 *Euicta re uni tantùm prælegata, non debetur euictio, sed diuiduè facta inter filios iure retentionis debetur euictio.*
3 *Filius non potest priuari legitima.*
4 *Diuisio testatoris habet uim prælegati in specie, in quo non agitur de euictione, secus in facta à iudice, & parte, quæ habet vim permutationis, in qua agitur de euictione.*

1 **§. Euictis.** ¶In † prælegato vni non debetur euictio: secus si pluribus prælegetur. h. d. secundùm Barto. & est singularis casus, secundũ eum: sed post euictionem contra cæteros exceptio conceditur, si omnibus prælegatur. h. d. secundùm Rayn. ¶Vel
2 sic. Euicta † re vni tantùm prælegata, non debetur euictio, sed diuiduè facta inter filios iure retentionis debetur euictio. h. d. ¶In tex. ibi [crediderat] erat ergo ignorans. ¶In tex. ibi [filio] soli, aliàs exceptio tantùm sibi daretur, vt sequitur, & idem in quolibet extraneo eadẽ ratione, secundùm Petr. licèt gl. contra, & malè. ¶In text. ibi [erit] &c. Non obst. ȷ̃. eo. l. qui solidum. §. 1. & ȷ̃. ad Trebel. l. hæres percepto. vt ibi no. ¶In tex. ibi [fecit] & sic omnibus prælegauit. ¶In gloss. 1. ibi [ne crescat inuidia] sed certè non est differentia inter fratres, & alios cohæredes coniunctos; vnde dic, quòd hic loquitur, quando is, cui relinquebatur, erat legatarius, & hæres: ibi legatarius tantũ, & ratio est; quia licèt hic euincatur legatum: remanet tamen hæreditas: ibi secus secundùm Ci. & Vltramon. ibi. Item hic videtur loqui solùm, quando legatur res aliena à testatore possessa, quam credebat suam: secus si legatur res aliena ab extraneo possessa; tunc enim debet redimi de communi, vt d. l. cum alienam. C. de leg. & vide ibi, quę in hoc non reperitur limitata, secundùm Bar. ¶In ea. glo.
3 ibi [l. scimus.] so. vt ibi; quia ibi in legato, qđ succedit † loco legitimæ, in qua filius non est priuandus. ¶In gl. sequẽ.
4 ibi [quod est uerius] & est ratio; quia diuisio † testatoris habet uim prælegati in specie, in quo non agitur de euictione: sed facta à partibus, uel à iudice, habet uim permutationis, in qua agitur de euictione, vt ȷ̃. ea. l. §. hæreditatem. secundùm Rayne. quod est not. secundùm Bart. & de ista materia habetur plenè. C. fami. ercíscundæ. in l. si familiæ.

Ex §. Pater certam.

SVMMAE.

1 *Si testator iubet hæredem dotem filiæ relictam stipulari, intelligitur promisisse, ea in matrimonio moriente, nõ ea superuiuente.*
2 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima uice tantũ.*
3 *Legatum dotis nomine filiæ relictum, non põt à fratre instituto diminui: sed sibi dotem stipulanti ex voluntate paterna actio quæsita, finitis primis nuptijs, debet cedi sorori, nec ad secundas nuptias cautio porrigetur.*

1 **§. Pater certã.** ¶Si testator † iubet hr̃dem dotem filiæ relictam stipulari, intelligitur promisisse, ea in matrimonio moriente, non
2 ea superuiuente: & sermo † simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice tantùm. h. d. ¶Vel sic. Legatum dotis nomine filiæ ex hæreditate relictum, non potest à fratre instituto diminui, sed sibi dotem stipulanti ex volun-

tate paterna actio quæsita finitis primis nuptiis debet ee. di sorori, nec ad secundas nuptias cautio porrigetur. h. d. secundùm Ray. ¶In text. ibi[constabat] nec obstat not. §.eod.in l. Lutius.& ỹ.eod.i l.fi.§.filiæ. vt ibi dixi,& facit quod not.ff.de admi.tuto.in l.cum plures.in §.penul.¶In tex.ibi[non oportere]&c.Nec obstat.ỹ.de verb.oblig.l.si sic.quia ibi sunt uerba negatiuè concepta, quæ extenduntur ad omne tempus; hic affirmatiuè, secundùm Oldr.de quo ibi per Bart.

Ex §. A filia.

S V M M AE.

1 *Is, cui personæ electio committitur, cum morietur, nō potest ante tempus incommutabiliter eligere.*

2 *Electio fideicommissarij de certis mortis tempore hæredi commissa, eo uiuente, effectum irreuocabile non sortitur.*

1 §. A filia. ¶Is,†cui personæ electio committitur, cū morietur, non potest ante tēpus incōmutabiliter eligere.h. d. ¶Vel sic.Electio fidei-
2 commissarij†de certis mortis tempore hæredi commissa, eo viuente, effectū irreuocabile nō sortitur.h.d. secundùm Ray.de Forliuio.& uide quod scripsi in l.stipulatio ista.§. inter certam.ff.de uerb.obl.& uide Bart.in l.filiusfa.§.Diui.§.titu.1.& hic.

1 §. Fidei hæredum. ¶ Manumissi †ex causa fideicommissi continentur appellatione libertorum testatoris.hoc dicit.

Ex §. Fidei tuæ.

S V M M AE.

1 *In fideicommisso relicto per uerba generalia ueniunt etiam postea legata.*

2 *Prælegata sequentia comprehenduntur in fideicommisso uniuersali præcedenti, nisi nomine dotis, tanquam æs alienum à testatore debitum capiantur.*

1 §. Fidei tuæ. ¶In fideicommisso † relicto per verba generalia veniūt ēt
2 postea legata.h.d.¶Vel aliter.In fideicōmissum† vniuersale præcedens per verba futuri temporis prelegata sequētia comprehenduntur, nisi nomine dotis tanquam æs alienum à testatore debitum capiantur.h. d. secundùm Ray. ¶In tex.ibi [vxor] ꝓ parte instituta.¶In text.ibi [peruenerit] in futurum, secundùm verum intellectum. ¶ In tex.ibi[dedit] extra dotem.¶In tex.ibi[continebuntur] nec obstat.ỹ.ad Treb.l.Lutius.§.pluribus.vt ibi not.& ỹ. ad l.Falcid.l.Titia.per ea, quæ nota. C.de fideicom. in l. cum virum.

Ex § Volo.

S V M M AE.

1 *Filius naturalis in seruitute conceptus excludit substitutum, si erat notum testatori.*

1 §. Volo. ¶Filius † naturalis in seruitute conceptus excludit substitutum.h. d.de quo per Barto.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ỹ. ad Treb. ¶In tex.ibi [filium] scilicet naturalem in seruitute conceptū. ¶In tex.ibi[ex uoluntate].s.testatoris à iure præsumpta, secundùm Ray.¶In gl.j.ibi[generaliter dic, vt ibi] &c.s. quia hic iste naturalis erat conceptus in seruitute, & hoc erat notum testatori, ideo excludit substitutum, ibi non.

Ex §. Curatoris.

S V M M AE.

1 *Si fideicommissum est inutile, dilatio data ad fideicommissum soluendum est inutilis: & vbi dilatio est apposita fauore fideicommissarij, potest ante tempus agi.*

2 *Frustra legatur debitum creditori à debitore, & dilatio collata in tempus perfectæ ætatis creditoris fauore præsumitur apposita.*

3 *Dilatio adiecta fideicommisso inutili remouetur, ac hæredis fauore apposita per ipsum licitè remittetur.*

4 *Adultus, cui datus est curator generalis, non prohibetur testari.*

5 *Iudex si dat dilationem ad aliquid, quod esset nullum, illa dilatio non impedit processum.*

1 §. Curatoris. ¶Si fideicōmissum† est inutile, dilatio data ad fideicōmissum soluendum est inutilis: & vbi dilatio est apposita fauore fideicommissarij, potest ante tempus agi. h. d.
2 ¶Vel aliter. Frustra†legatur debitum creditori à debitore, & dilatio collata in tempus perfectæ ætatis, creditoris fauore præsumitur apposita h.d. secundùm Barto. sed alij à debitore benè potest legari, vt §.titu.1.l.si pecuniam.
3 in fi.secundùm Bar.hic.¶Vel sic. Dilatio † adiecta fideicommisso inutili remouetur, ac fauore hæredis apposita per ipsum licitè remittetur.h.d.¶In tex.ibi [videbatur] adultus in testamento. ¶In tex. ibi [hæredi].s.ipsius adulti.¶In tex.ibi[soluentur] debitum ab illo curatore, ¶In tex.ibi[fratrem] eumdéque alterius hæredem. ¶In tex. ibi [placuit] ante tempus à testatore limitatū. ¶In tex.ibi[verbis].s.dilatorijs.¶In tex.ibi[dilata]fauore cu-
4 ratoris, secundùm Ray.No.ꝙ adultus,† cui est datus curator generalis, nō prohibetur testari, vt l.Aurelio. §. Gaius.ỹ.de liber.leg.¶In gl.2.ibi[dilatio nulla.]Ex hoc col-
5 lige, ꝙ si iudex†dat dilationem ad aliquid, quod esset nullum, illa dilatio non impedit processum, secūdùm Bart.

Ex §. Ab instituto.

S V M M AE.

1 *Relicta ab instituto uidentur repetita à substituto per legem sub eadem conditione.*

2 *Legatum conditionale ab instituto relictum, sub eadem conditione à substituto intelligitur tacite repetitum.*

3 *Conditio apposita in institutione non uidetur apposita in substitutione: secus in legato, & fideicommisso.*

4 *Conditio non uidetur repetita in repetitione, quæ fit per testatorem: secus in ea, quæ fit per legem.*

1 §. Ab instituto ¶Relicta† ab instituto videntur repetita à substituto per legem sub eadem conditione.h.d. sm̄ Bart.
2 ¶Vel sic.Legatū†cōditionale ab instituto relictū, sub eadē conditione à substituto intelligitur tacitè repetitum.h. d.¶In tex.ibi[moriretur] &c.ipse institutus. ¶In tex.ibi [alienaretur]& institutus repudiauit,& substitutus adijt, vnde quæritur de duobus,ad quæ rñdet, vt sequitur. ¶In tex.ibi[capienda]in casu dubij.¶In tex.ib [est] &c.& sic sub eadē conditione; quia talis conditio non vitiat, aliàs secus, vt §.titu.1.l.si quis à filio.§.1.ꝙ videtur contra, sm̄ Ray.

Rayn.¶In glo.ibi[vel dic]propriè hæc vera per tex.hic non violando,& per l.peculium.in fin.s.eo.Et facit ad q. quam ibi posuit Bart.¶In ea.gl.ibi [vt.s.titul. I.l.licèt]
3 vbi pleniùs dixi.q. d. quòd conditio,† quæ respicit institutionem, non videtur repetita in substitutione, vt ibi: secus in conditione apposita legato, vel fideicommisso, vt hic. ¶In ea.glo.ibi[sed hic non repetijt testator] &c.
4 q.d.quòd in repetitione,† quæ fit per testatorem,non videtur repetita conditio,vt ibi:secus in repetitione,quę fit per legem,vt hic.

Ex §.Mensę.

SVMMAE.

1 *Legatum vniuersitatis iure valet, etiam si incommodum contineat.*
2 *Legatum vniuersitatis,ac eius nomine cautio hæredi præstita, vitiatur, licèt plus oneris,quàm emolumenti in ipso comprehendatur.*
3 *Mens testatoris inspicitur,quoties vtitur nomine, quod potest intelligi de loco,& mercantia,secus de nomine, quod significat tantùm locum.& hæc est differentia.*
Fallit,vbi tractatur de modico præiudicio.ibid.
4 *Testator legans apothecam pannorum,non videtur legata ipsa mercantia.*
Item si legat apothecam suam pannorum cum omnibus, quæ ibi sunt,non videtur legata mercātia sub nomine vniuersitatis,vt debita,& credita debeantur legatario, sed videntur relictæ res corporales,quæ ibi sunt,ideo debet dicere cum debitis,& creditis,vel lego mercantiam.nu.5.

1 §.Mensæ. ¶Legatum † vniuersitatis iure valet, etiam si incommodum contineat.h.d. simile habetur.s.eo.in l.cum filius.§. Lutio. & j.tit.1.l.qui filium.secundùm Bar.hic.¶Vel sic. Legatū
2 † vniuersitatis,ac eius nomine cautio hæredi præstita,nō vitiatur,licèt plus oneris,quàm emolumenti in ipso comprehendatur.h.d.secundùm Rayn.¶In tex.ibi[videtur] quæ non rescinditur per deceptionem re ipsa, & ad hoc facit.C.de pact.conuen.l.fin.¶In tex.ibi[in quæstu] qa damnum est fideicommissarij,non hæredum.Nec obstat. j.tit.1.l.nomen.§.penult.vt ibi per Dy.& Ray. ¶In fi. glo.ibi[non fuit legata]Facit.j.tit.1.l.liberorum.§.cartis.vbi si legatur bibliotheca librorum,ita quòd testator senserit de libris,non cedit armarium.Et ille est.§. vtilis
3 ad istam materiam, quando † testator vtitur nomine,qđ potest intelligi de loco, & de mercantia, vt inspiciatur mens testantis,secundùm Bart.hic.Nec obstat.ff.de contrahen.emp.l. qui tabernas. vbi videtur potiùs intelligi de loco, quàm de vniuersitate debitorum; quia taberna est nomen loci,mensa est nomen vniuersitatis iure,vt hic: & hæc differentia inter nomen significatiuū loci, vel mercantiæ probatur in l.tabernæ.j.de fund.instruc. Fallit tamen in casu.ff.de pigno.l.cum tabernam. vbi appellatione tabernę cōtinētur mercātiæ;quia ibi de iure pignoris, & sic de modico præiudicio,tractat;quia p hoc non tenet plus,vel minus:secus in vēditiōe,vel legato. Vel quia ibi nullum ius prætendebat in loco, vt ibi patet, meritò in-
4 telligitur de negociatione.Et ideo si testator † legat apothecam suam pannorum,non videtur legata mercantia, sed illa verba, pannorum, videntur magis adiecta causa demonstrationis loci,vt d.l.qui tabernas.secundùm Bar.
5 Item si legat apothecam† pannorum cum omnibus,quæ ibi sunt, non videtur legata ipsa mercantia sub nomine vniuersitatis,vt debita,& credita debeantur legatario,sed videntur relictæ res corporales, quæ ibi sunt l.prædijs.§. pater.j.tit.1.debet ergo dicere, cum debitis,& creditis, vel vti verbis vniuersalibus,vt lego mercantiam,& similibus secundùm Bart.

Ex §.Pater filiæ.

SVMMAE.

1 *Si pater leget filiæ res,quas dedit in dotem filiæ,debetur ipsarum æstimatio,& partus, qui ex his nati sunt,si sunt dotales,idem si res donatæ legentur vxori.*
2 *Partus ancillæ dotali eius legatum sequitur, etiam dispositionis tempore interemptæ, idem si prçcedat donatio matris inualida morte donantis postea confirmanda.*
3 *Fictio requirit duo extrema habilia,& maximè in donatione, vt trahatur retro.*

1 §.Pater filiæ. ¶Si pater † leget filiæ res, quas dedit in dotem filiæ, debetur ipsarum æstimatio,& partus,qui ex his nati sunt, si sunt dotales,idem si res donatæ legentur vxori.h.d.se-
2 cundùm glo.¶Vel sic.Partus† ancillæ dotalis eius legatum sequitur,etiam dispositionis tempore interemptæ: idem si præcedat donatio matris inualida morte donantis postea confirmanda.h.d.¶In tex.ibi [dedit] nomine dotis secundùm gl.vel donauit simpliciter inter viuos,secundùm Dyn.prima placet. ¶In tex.ibi[respondidi.] Non obstat.ff.de aur.& arg.lega.l. si ita.vt ibi not.Ray. de Forliuio.Item non obstat.s.eo.l.Licinius. quia ibi viuebat mater,in qua potest valere legatum, hic non. Vel hic fuit legata ancilla dotalis,ibi alia.Facit quod hic no. in glo.sed Dyn. aliter legit,scilicet, quòd mancipia non fuerunt data in dotem,sed pater filiæ donauit,quando eā maritauit,& sic bene procedit similitudo de rebus donatis vxori ad res donatas filiæ, cum vtroque casu donatio confirmetur,& trahatur retro quantùm ad fructus, vnde partus debentur,& hoc not.hic in gl. penult. Sed hoc nō
3 videtur verum; quia illa fictio † requirit duo extrema, sed hic deficit vnum, cum mater erat mortua tempore testamenti,argum.s.ad l.Aquil.l. huic scripturæ. Præterea hic non agitur ex donatione,sed ex iure fideicommissi,facit.s.titul.1.l. si quando.cum similibus.¶In glos.2. ibi [l.Paulus.§.1.] vel veriùs ibi legauit sub conditione, & viuebat mater tempore testamenti: hic mortua, vnde valet legatum saltem in partu,ne annulletur, argumen.s. eodem.l. Titia. §. 1. secundùm Petr. vel dic secundùm eum, & Dyn. quòd hic pater donauit inter viuos, &cæt. vt supra.

Ex §. Hæreditatem.

SVMMAE.

1 *Per simplicem diuisionem non tollitur ius fideicommissi,nec tenetur quis de periculo rerum, vltra quàm teneretur primò.*
2 *Vniuersali fideicommisso grauati corporalium, seu incorporalium rerum periculum,& post diuisionem præstare fideicommissario non coguntur.*
3 *Fideicommissum non remittitur propter diuisionē relictum extraneo.*
4 *Diuisio est similis permutationi.*

1 §. Hæreditatem. ¶Per simplicem† diuisionem nō tollitur ius fideicommissi, nec tenetur quis de periculo rerum, vltra quàm teneretur primo.h.d. secundùm Bart. ¶Vel
2 sic. Vniuersali † fideicommisso grauati corporalium, seu in corporalium rerum periculum,& post diuisionem pręstare fideicōmissario nō coguntur.h.d. secundùm Rayn. de For.¶In tex.ibi [rogati] &c.inuicem vnus alteri,& se
3 cundùm hoc videtur, quòd per † diuisionem non remittatur fideicommissum futurum,secundùm Rayn.¶Nec obstat.§.duo fratres l.qui Romæ.ĵ.de verbor.obligat.quia hic simplex diuisio;ibi fuit dictum se nil facturum contra diuisionem. Vel secundùm alios ibi fuit malè iudicatum,de quo ibi plenè,vel dic aliter,& sic diuisio nō tollit fideicommissum relictum extraneo,& nil obstat ille.§.
4 ¶In tex.ibi [permutatio]&c.idest diuisio,†quæ est similis permutationi,vt plenè not.in d.§.duo fratres.& C.cōmunia vtriusque iudi.in l.1.secundùm Rayn.

Ex §. Filia mea.

S V M M AE.

1 *Qui legat hæreditatem, quam habet, non videtur legare fructus, quos ipse consumpsit.*
2 *Redditus post testamentum ex re legata à testatore percepti, & in separato repositi debebuntur, secus si in vsum alium cōuertantur.*

1 §. Filia mea. ¶Qui † legat hæreditatem, quam habuit, non videtur legare fructus, quos ipse consumpsit. hoc dicit. ¶Vel sic.
2 Redditus † post testamentum ex re legata à testatore percepti,& in separato repositi,legatario debebuntur: secus si in vsum alium conuertātur. hoc dicit sm̄ Ray.¶In glo. pen.sol.vt ibi.& scripsi.s̄.eod.in l.Licinius.in princip.

Ex §. Dulcissimis.

S V M M AE.

1 *Ratio adiecta legato, restringit legatum generaliter factum.*
2 *Fideicommissum vniuersale bonorum socio relictum causa sedandæ discordiæ cum filijs testatoris, ad bona communia duntaxat restringitur: diuisa verò inter ipsos non comprehendit.*
3 *Qui habet filios ex diuersis vxoribus, à quarum qualibet dotes receperat, si iubet in testamento æqualiter diuidere, non diuident, quod erit proprium cuiuscunque, sed dos consistens in pecunia, non deducetur præcipua, & si vult hoc fieri, exprimat.*

1 §. Dulcissimis. ¶ Ratio † adiecta legato, restringit legatū generaliter factum.hoc dicit. ¶ Vel sic. Fideicommissum
2 † vniuersale bonorum socio relictum causa sedandæ discordiæ cum filijs testatoris,ad bona communia dūtaxat restringitur:diuisa verò inter ipsos non comprehendit.h. dicit.¶ In tex.ibi [præstabuntur.]Non obstat.ĵ.tit.1.l.pater.§.fundum.vt ibi not.secundùm Ray. Facit sm̄ Bart.ꝙ
3 si habens † filios ex diuersis vxoribus,à quarum qualibet dotes receperat, iubet in testamento filios æqualiter diuidere,quòd illa verba,æqualiter,non porriguntur ad ꝓdium, quod erat inter eorū proprium.Facit etiam.l.magis puto.§.fi.cum l.sequen.s̄.de rebus eorum. sed operantur,quòd dos consistens in pecunia,nōn deducatur, vt ꝓcipua, secundùm l.si filia.§.2.s̄.fami.ercis.si ergo vult, ꝙ omnia communicent,debet hoc exprimere,vt.ĵ.eodem. l.fin.§.Lutius.& ad Trebellia.l. Lutius,in princip. secundùm Bart.

Ex §. Pater pluribus.

S V M M AE.

1 *Traditio clauium, & assignatio rerum in dubio præsumitur causa custodiæ, si titulus habilis non præcedat ad dominij translationem.*
2 *Traditio clauium, & assignatio rerum alicui facta causa custodiæ, ipsius causam præcipuam non inducit.*
3 *Idem actus numero secundùm diuersam intentionem agentis operatur diuersos effectus.*
4 *Dominium transferre contrahentes præsumuntur, quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij, aliàs secus.*

1 §. Pater pluribus. ¶Traditio†clauiū, & assignatio rerum in dubio præsumitur causa custodiæ, si titulus habilis nō præcedat ad dominij translationem.h.d.¶Vel sic.Tradi-
2 tio † clauium, & assignatio rerum alicui facta causa custodiæ ipsius causam præcipuam non inducit.h.d. secundùm Rayn.¶In tex.ibi [claues] fortè horrei,vel armarij. ¶In tex.ibi[negociū]ratione custodiæ filiæ commissum. ¶In tex.ibi[fore]in rebus in dicto horreo,seu armario se
3 cundùm Rayn.Nota,quòd idem † actus numero secundùm diuersam intentionē agentis operatur diuersos effectus;quia si intendit transferre dominium,transfert,aliàs
4 secus secundùm Oldr.¶In glo.2.ibi[quod semper† præsumitur] quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij,aliàs secus,vt l.dotis fructus.§. fin. cum l.sequen.s̄.de iure doti.Sic etiam responde ad l.clauibus. s̄. de contrahen. empt. nam & ibi loquitur in obligato. argum.C.de acquiren.possessio.l.2.& quod ibi not.

Ex §.Cum imperfecta.

S V M M AE.

1 *Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti, vel sequenti, si cōgruè fieri potest.*
2 *Verbalis omissio, & impropria loquutio in vltima voluntate non obest, si dispositioni testantis penitus non repugnat.*

1 §.Cum imperfecta. ¶Oratio†imperfecta perficitur ex præcedenti,vel sequēti,si congruè fieri pōt.h.d.
2 ¶Vel sic.Verbalis omissio,†& impropria loquutio in vltima voluntate non obest,si dispositioni testantis penitus non repugnat.h.d.secūdùm vtranque lecturam.¶In tex. ibi[imperfecta] idest semiplena secundùm primam lecturam,vel impropria secundùm aliam.¶In tex.ibi [scriptura]legati,vel fideicommissi,secundùm Ray.

Ex §.Filius matrem.

S V M M AE.

1 *Iuramentum testatoris, vel hæredis habet vim repetitionis ab intestato.*

Vigore

2 *Vigore testamenti à testatore præstiti, uel ab hærede præstandi, relicta in testamento inutili ab intestato uidentur tacitè repetita.*
3 *Iuramentum actum, super quo interponitur, facit ualere omni meliori modo, quo ualere potest.*

1 §. Filius matrem. ¶Iuramentũ † testatoris, uel hæredis habet uim repetitionis ab intestato.h.d. ¶Vel sic. Vi-
2 gore † testamenti à testatore præstiti, vel ab hærede præstandi, relicta in testamento inutili ab intestato uidẽtur tacitè repetita.h.d. secundùm vtranque lecturam, & quæli-
3 bet est bona, secundùm Rayn. Et sic iuramentum † habet in se istã clausulam, ꝙ id, super quo interponitur, ualeat omni modo, quo meliùs ualere potest, vide in l. eam, quã. C. de fideicom. & in l. si quis maior. C. de transac. ad intellectum istius.

Ex §. Mando.

SVMMAE.

1 *Verba prolata in modum consilij, non important necessitatem.*
2 *Fideicommissi petitio testatoris consilium non inducit.*

1 §. Mando. ¶Verba † prolata in modum cõsilij, non important necessitatẽ.
2 h.d. ¶Vel sic. Fideicommissi † petitio testatoris consiliũ non inducit.h.d. ¶In tex. ibi [meæ] &c. institutæ cum sorore pro parte, vt infra patet. ¶In tex. ibi [tollant] idest ponat, simile habetur supra de pac. dot. in l. si liberis. ¶In tex. ibi [periculo] &c. ex hoc apparet, quòd est consilium secundùm Dyn. ¶In tex. ibi [consilij] quod filia non tenetur sequi, vt s. man. l. 2. §. fi. ¶In tex. ibi [voluit] non obst. ĩ. eo. l. codicillis. §. penult. ut ibi dicam.

Ex §. Rogo.

SVMMAE.

1 *Electione benemeriti commissa in distribuendo hæredis arbitrio, benemerentes etiam dispariter æqualiter admittuntur: electi autem ita demum, si soli interuenerunt, cæteris præferuntur: electione uerò cessante, offendentibus duntaxat exclusis, cæteris petitio concedetur.*
2 *Quilibet præsumitur dignus, qui non probetur indignus.*
3 *Dictio, quandocunque, importat, cum primum potest.*

1 §. Rogo. ¶Electione † benemeriti commissa in distribuendo hæredis arbitrio, benemerentes etiam dispariter æqualiter admittuntur, electi autem ita demum si soli interuenerunt, cæteris præferuntur: electione verò cessante, offendentibus duntaxat exclusis, cæteris petitio concedetur.h. d. secundùm Ray.
2 ¶Nota, quòd quilibet præsumitur † dignus, qui non probetur indignus, vt dixi supra eo. in l. cum quidã. ita loqui-
3 tur Dyn. & Rayn. ¶In tex ibi [quandocunque] hoc † videtur importare, idest cum primum potest, vt infra quando di. leg. ced. l. rogo. casus est not. ibi.

Ex §. Donationis.

SVMMAE.

1 *Verba dispositiua ad quemcunque directa, fideicommissi petitionem inducunt.*

1 §. Donationis. ¶Verba † dispositiua ad quẽcunq; directa, fideicõmissi petitionẽ inducunt.h.d. ¶In tex. ibi [donationis] .i. cã mortis, cũ infra fiat mẽtio mortis. ¶In tex. ibi [epistolã] forte scriptã manu ipsius matris, & sine aliquo teste, s̃m quosdã, qđ nõ placet, vt no. s̃. eo. ĩ l. miles. in prin. & dicã ĩ. ti. 1. ĩ l. his. verbis. §. vlt. ¶In tex. ibi [loquatur] disponẽdo de bonis suis in vltima voluntate, secundùm Ray.

Ex §. Libertis.

SVMMAE.

1 *Qui uenit contra uoluntatem defuncti in eo, quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur.*
2 *Impugnans testamentum, perdit ea, quæ ex testamento quærun tur, non quæ aliunde, vt donata causa mortis.*
3 *Alienans perdit ea, quæ sibi debentur ex alienatione, non ea, quæ ei debentur, fratre moriente.*
4 *Emphyteota, si non soluit petitionem, & dominus uult eum repellere, & ipse uelit soluere pœnam, & rem retinere ex illa clausula, rato manente, non auditur.*
5 *Clausula, rato manente pacto, operatur in eo, qui seruat promissa.*
6 *Pax à duobus facta, si se simul offenderunt, nec appareat, quis primò offenderit, se accusare de pace non possunt, secus si appareat.*
7 *Filius etsi sine consensu partis agere in iudicio non possit, fallit tamen, si simul agere incipiunt.*

1 §. Libertis. ¶Qui † venit contra voluntatẽ defuncti in eo, quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur. h.d. ¶Vel sic. Libertus rem sibi relictã extra se alienare prohibitus testatoris voluntatem obseruans, cæterorum partes simul alienatas solus in solidum reuocabit: alienatione verò facta ab omnibus, pariter ipsi repelluntur: dispariter verò præcedentes alienationes à posterioribus reuocãtur, priores à sequentibus excluduntur: nullo verò de illis superstite, fideicommissi petitio denegatur.h.d. secũdùm Ray. ¶Et primò ponit, quando omnes alienarũt, vno excepto vsque ibi. [alioquin] Secundò, quando omnes nullo excepto vsque ibi. [cæterùm] Tertiò, quando primus, & secundus: sed vnus post aliũ vsq; ibi. [at si nemo.] Quartò quando nullus, sed decessit vltimus, relicto extraneo. ¶In tex. ibi [retinerent] hæc fuit ratio prohibitionis, quæ facit eam valere, secundùm Dy. ¶In tex. ibi [vendiderint] simul, licèt glo. aliter dicat, & malè. ¶In tex. ibi [petet] per rei vẽdicationem, vt no. s̃. eo. in l. peto. §. fratre. Nec obst. s̃. eo. l. vnum ex familia. §. quòd si talia. per ea, quæ ibi notaui. ¶In tex. ibi [alioquin] legitur duobus modis, secunda est vera. ¶In tex. ibi alioquin] idest si simul alienauerunt, seu aliorum alienationi simul consenserunt, secundũ Azo. & bene. ¶In tex. ibi [scilicet, quòd omnes repellantur à reuocando. ¶In tex. ibi [alienauerint] separatim. ¶In tex. ibi [posteriores] idest qui postea alienauerunt partes suas. ¶In tex. ibi [vendiderit post alios. ¶In tex. ibi [decesserit] & sic reliquit hæredem extraneum. ¶In tex. ibi [non supererit] quia non superest aliquis de familia, qui possit reuocare, aliàs fieret reuocatio, vt. s̃. eo. l. peto. §. fratre. s̃m Ray. in gl. 1. ibi [contra voluntatẽ.] No.
2 pro hoc in simili, † quia impugnans testamentum, perdit ea, quæ ex testamento quærũtur, nõ quæ aliunde, vt donata causa mortis, vt. ff. de inoffi. test. l. etiam. & ĩ. de his,
3 quib. vt indig. l. pe. Ita. & hic, † qui alienat perdet ea, quæ

sibi debentur ex alienatione, non ea, quæ ei debentur, fratre moriente, secundùm Bart. ¶ In eadem glo. ibi [nullo modo tenet alienatio] glo. in hoc sunt contrariæ, quas vide allegatas. s. tit. 1. in l. seruo legato. §. 1. tangitur etiam. ℣. ad Trebel. in l. Marcellus. §. res, quæ. ¶ In glo. sequenti ibi [§. insulam] hæc pars vera. ¶ Nec obstat. l. si fundum. vt ibi plenè not. per Ray, de Forli. ¶ In glo. 4. ibi [peccauit] arg. C. de excus. tut. l. voluntariè. & l. fi. C. ne vxo. pro
4 mari. allegatur per Dy. ꝙ si emphyteota † non soluit pensionem, & dominus vult eum repellere, & ipse velit soluere pœnam, & rem retinere ex illa clausula, rato manente pacto, quòd non audiatur; nam illa clausula operatur ei, qui seruat promissa, arg. hic, & not. in l. qui fidem. ff. de
5 transact. ¶ Item quòd † si duos fecerunt simul pacem, postea se inuicem offenderint, nec apparet, quis primò, & quis postea, quòd non possit alter alterum accusare de pace rupta; quia simul inuicem ruperunt: sed si vnus primò, alius secundò; tunc secundus potest accusare primũ, non primus secundũ, vt hac in l. vers. [ceterùm] arg. ℣. de reg. iur. l. cum par. §. illi. & videtur casus in 10. collat. in tit. de pace iur. fir. & l. hac edictali. §. qui pacē. C. de nupt. facit quod not. ℣. de verb. oblig. in l. quidam cum filium.
6 secundùm Rayn. ¶ Item quòd † cum filius non possit agere sine consensu patris. l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ liber. & simul agant, quòd videatur alter alteri consentire, arg. hic, facit. l. Titius. in princ. s. qui mo. pig. vel hypo. sol. secundùm Bart.

Ex §. Cum inter.

SVMMAE.

1 *Filius libertæ connumeratur in familia libertorum.*
2 *Qui decedit, aliquo ex familia succedente ab intestato, non videtur alienare.*
3 *Prohibitio alienationis à testatore facta cum causa, institutionem hæredis legitimi non excludit.*

1 **§. Cum inter.** ¶ Filius † libertæ cōnumeratur in familia libero
2 rum. h. d. secundùm Bart. ¶ Vel sic. Qui † decedit, aliquo instituto ex familia succedente ab intestato, non videtur
3 alienare, secundùm Bart. ¶ Vel sic. Prohibitio † alienationis à testatore facta cum causa, institutionem hæredis legitimi non excludit. h. d. & habet duas lecturas, tene primam secũdùm Ro. & illa apparet verior per ea, quæ scripsi in §. fratre. ¶ In tex. ibi [hæredem] ex testamēto, vel ab intestato. ¶ In glo. fortè, &c. ibi [potest reuocari in seruitutem] &c. secundùm hoc lex ista nullum haberet dubium; dic ergo, quòd hic filius libertæ est extraneus quò ad testatorem: tamen quia est hæres legitimus libertæ ab intestato, non videtur fieri contra voluntatem, si ad eum transit fundus. ¶ Non obstat. s. eod. l. peto. quia ibi extraneum instituit: hic extraneus ab intestato successit, secundùm Bart. ideo summatur, vt. s. dixi.

Ex §. Cum æstimaret.

SVMMAE.

1 *Grauatus præter spem testatoris, secum eiusdem gradus ab intestato alio succedente, ad relicta diuidua solùm pro parte tenetur: libertates verò in solidum præstantur.*

1 **§. Cum æstimaret.** ¶ Grauatus † præter spem testatoris, secum eiusdem gradus ab intestato alio succedente, ad relicta diuidua solùm pro parte tenetur: libertates verò in solidum præstabuntur. h. d. ¶ In tex. ibi [peruentura] ab intestato. ¶ In tex. ibi [pro dimidia parte] &c. legatorum, quæ recipiunt diminutionem. ¶ In tex. ibi [præstandas] in solidum.

Ex §. Pater, qui filio.

SVMMAE.

1 *Si fideicommissum inuicem datum tantundem continet in quātitate, & quotitate, non valet.*

1 **§. Pater, qui filio.** ¶ Si fideicommissum † inuicem datum tantundem continet in quantitate, & quotitate, non valet. h. d. secundùm Bar. ¶ In tex. ibi [fecisse] facit quod not. Guil. de Cun. s. de pecul. in l. si quis seruum. in princ. secundùm Rayn.

Ex §. Titio.

SVMMAE.

1 *Si testator grauat hæredem in eo, quod sibi debet, & debitum cum fructibus compensat, fraudem facere non videtur: secus si debitum cum Falcidia compensaret.*
2 *Creditor à debitore institutus, potest etiam in sibi debito onerari, quatenus commodum principale, & accessorium sibi relictum, ac Falcidiā bonorum patitur testatoris: quo tamen casu hæreditatem ex testamento repudiatam ab intestato licitè retinebit.*
3 *Dictio, ne, inducit modum contrarium, & quandoque conditionem.*
4 *In modo non habet locum cautio Mutiana.*

1 **§. Titio.** ¶ Si testator † grauat hæredem in eo, quod sibi debet, & debitum cum fructibus compensat, fraudem facere non videtur: secus si debitum cum Falcidia compensaret. hoc dicit. ¶ Vel sic.
2 Creditor † à debitore institutus, potest etiam in sibi debito onerari, quatenus cōmodum principale, & accessoriũ sibi relictum, ac Falcidiā bonorum patitur testatoris: quo tamen casu hæreditatem ex testamento repudiatam ab intestato licitè retinebit. h. d. & in prima fuit facta institutio simpliciter, in secunda animo compēsandi secundùm Rayn. Et primò ponit, quando testator vult debitum à se compensari cum fructibus. Secunda ibi [planè] quando vult compensari cum Falcidia. ¶ In tex. ibi [semper restituere] & vult Titius hæreditatem Sei, vt æs alienum deducere, & etiam quartam Trebellianicam de hæreditate Mæuij, & quæritur, an possit, & respondetur cum ex fructibus, &cæt, vt sequitur. ¶ In tex. ibi [perceptis] iudicio testatoris, & sic debet computari in Falcidia hæreditatis Mæuianæ, argum. ℣. ad Trebellia. l. in fideicommissaria. & l. mulier. §. si hæres. residuũ verò fideicommissi retineat, de alia parte hæreditatis, & sic habet vtrunque isto casu: in sequenti secus. ¶ In tex. ibi [compensationis] quæ fit de fructibus Mæuianæ ad hæreditatem Seianam. ¶ In tex. ibi [videbatur] & nihilominus habet quartam de Mæuianis, & sic habet totum, quod habere debent. Nec ob. de fideicō. liber. l. generaliter. §. si cui. vt ibi dixi.

¶ In

¶In tex.ibi [sufficere] scilicet posse, si tantum est in quarta Mæuianæ hæreditatis, quantum est in hæreditate Seiana, secundùm Dyn.& glo.licèt Rayne.contra, & malè, & sic alterum tantùm habet isto casu, in superiori vtrunque. ¶In tex. ibi [occurrere] inspecta dispositione iuris communis: non autem inspecta dispositione testantis, & hic tollitur contrarium. ¶ In text. ibi [excluserit] facit quod nota.in Specu.de arbitro.§.sequitur.versi. notabiliter.secundùm Ray.de Forliuio. ¶In gl.4.ibi [l.Imperator] sol.vt in libro. Nec obstat huic solutioni. ꝟ. ad Trebel.l.ita tamen.§. Trebellianum. ibi [ac si fundum] &c. quia ibi onus concurrit cum emolumento: hic excedit secundùm Ray. ¶In glo.quo casu.in fin. Nota, quòd per di
3 ctionem, ne, † inducitur modus contrariũ, vt not. in l. qui absenti.§.1.ꝟ.de acq.poss.& per Dy.sed dic, quòd quandoque inducit modum, vt hic, quandoque conditionem, vt l. cũ tale.§.Titius.ꝟ.de cõdi. & demo. de quo plenè not.eo. tit.l.quibus diebus.§.Termilius. secundùm Bart. ¶Item
4 nota, quòd in modo † nõ habet locum cautio Mutiana. Ita allegat Bar.ibi.

Ex §. A te Peto.

SVMMAE.

1 *Disiunctiua posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam, & ordo scripturæ attenditur.*

2 *In odiosis alternatiua inter personas ponitur pro coniuncta.*

1 **§. A te peto.** Disiuncto † posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam. h. d. & ordo scripturæ in ipsis obseruatur. h. d. secundùm Ray. Adde,
2 quòd † in odiosis alternatiua inter personas ponitur pro coniuncta, probatur in l.si ita facta.s̄. de iniust.irri.testamen.vbi vide hic not.super. 3.glo.& vide ꝟ.ad Treb. l.hæredes.§.si.

Ex §. Vicos.

SVMMAE.

1 *Valet legatum, licèt qualitas non sit adiecta, quam testator se adiecturum dixerit.*

2 *De confinibus non curatur, si per demonstrationem loci res certa redditur.*

3 *Venditio tenet, si fundus est certus, licèt fines à notario omittantur.*

4 *Iudex aditus in communi diuidundo iudicio, tota re vni adiudicata, alteri verò super æstimatione præstanda, in se arbitrio reseruato, si moriatur, talis sententia non valet.*

1 **§. Vicos.** ¶Valet † legatum, licèt qualitas nõ sit adiecta, quam testator se adiecturum dixerat.h.d.& istum tex.allegat Imperator in l. pe-
2 nult.C.de institu.& substitu.Nota, quòd † de confinibus non curatur, si per demonstrationem loci res certa reddi-
3 tur; & ideo licèt fines omittantur à notario, tenet † venditio, si fundus est certus.l.demõstratio.ꝟ.de cõdit.& dem. & l.cum seruo.§.fi.s̄.de contrahen.emptio.secundũ Bart.
4 Facit, quòd † si iudex aditus in iudicio communi diuidundo totam rem adiudicat vni, & arbitrium super æstimatione præstãda alteri sibi reseruauit, & morte præuentus æstimationem non declarauit, quòd valeat nihilominus sentẽtia super re, alij cõtra ꝑ d.l.qui plures.& l.quotiens. §.tãtundẽ.all.in gl.& hoc videt verũ ꝑ l.triticũ.& l.ita stipulatus.s̄.de verb.obl.& qđ not.s̄.fam.erci.ĩ l.idẽ Labeo. §.1.& quod ibi not. ¶Non ob. iste.§.quia ibi deficit substantia: hic sola qualitas, secundùm Ray.de Forliuio.

Ex l. Qui solidum.

SVMMAE.

1 *Iusta causa in parte non tollit moram in alia parte.*

2 *Hærede post interpellationem legatarij partem debitã soluere recusante, mora inducitur contra illum, & quãdo excusetur super toto circa partem indebitam, vide.*

3 *Falcidia potest subuertere totum legatum.*

4 *Mora non committitur à reo, obiecta exceptione pro parte, quãdo agens non dicit se paratum partem accipere: secus si non est paratus.*

5 *Partem testamenti non præsumitur quis velle accipere, ideo debet exprimere.*

6 *Causa iusta est litigandi super toto, petitione facta de plus debito, nisi actor paratus sit recipere partem.*

1 **L. Qui solidum.** ¶Iusta † causa in parte non tollit mo
2 ram in alia parte.h.d. ¶Vel sic. Hærede † post interpellationem lagatarij partem debitam soluere recusante, mora inducitur contra illam. hoc dicit secundùm Rayn. Sed ꝙ ratione partis indebitæ quis excusetur à mora super toto, facit.l.in fideicõmissis. in princip.supra de vsur. sed hic hæres confitebatur partem debiti: ibi non, sed oppone
3 bat † falcidiam, quæ potest subuertere totum legatum. l. prima.§.hæc verba.infra si cui plusquam per l.Falci. Vel
4 dic, quòd si obijciatur † exceptio pro parte, debet agẽs dicere se paratum recipere aliam partem: aliàs reus non est in mora, vt ibi, secus si nõ sit paratus recipere aliam partem, quæ non est in controuersia, vt hic. Ratio est, quia
5 si petis † testamentum, non teneor partem offerre; quia non est verisimile, quòd eam velis recipere.l.tutor.§. Lutiius.de vsuris.ideo est necesse, quòd exprimas. Et hæc fa-
6 ciunt, quòd si † petatur plus debito, sit iusta causa litigandi super toto, nisi actor sit paratus capere partem, quæ nõ sit in controuersia, & sic non condemnabitur reus in expensis, quod est not. secundùm Barto. sed contra istam doctrinam Barto. videtur casus.s̄. de cond.fur.in l. si seruus.§.boue.vbi vide.

Ex §. Cum post.

SVMMAE.

1 *Si res legata euincatur de iure speciali, & pretium redeat ad hæredem, hæres pro rata pretij tenetur legatario.*

2 *Euictione rei legatæ iure speciali per in integrum restitutionẽ sequuta, ab hærede pretium recuperante, indemnitas legatario est præstanda.*

1 **§. Cum post.** ¶Si † res legata euincatur de iure speciali, & pretium redeat ad hæredem, hæres pro rata pretij tenetur legata-
2 rio.hoc dicit, secundùm Barto. ¶Vel sic. † Euictione rei legatæ iure speciali per in integrum restitutionem sequuta, ab hærede pretium recuperante, indemnitas legatario est præstanda.hoc dicit. ¶ In text. ibi [Reipublicæ] cuiusdam ciuitatis per nota. C.quibus ex causa maio. l.respublica. licèt Vltramonta. ibi contra, & malè.

¶In tex.ibi [restitutio quod fieri debuit,vt.s̄.de minor.l. quod si minor.§.restitutio.& l.pater.§.1.secundùm Ray. ¶In glo.quæ subtiliter,&c.in fi.præterea hic hæres habet pretium, quod succedit loco rei:ibi non,secundũ Petr.& secundùm Ray.¶In glo.sequenti.ibi [vtili fortè actione] hæc vera per istum tex.in coniectura voluntatis,&c.secundùm Ray.de For.

Ex §. Etiam.

SVMMAE.

1 *Respublica tenetur ex mora ad usuras,& sumptus litis,nisi iusta causa fuerit litigandi:sed administratores tenentur ei dãnum resarcire,& idem in tutoribus.*

2 *Pupillus, & Resp.ex testamento obligati propter moram administratorum ad vsuras tenentur, sed ab eis à litis sumptibus eorum indemnes seruare coguntur,nisi iustam causam habuerint litigandi.*

3 *Victus victori an, & quando in expensis condemnari debeat.*

4 *Sacramentum calumniæ excusat ab expensis, quando latũ est propter calumniam,sed non propter temeritatem, vel ignauiam.*

5 *Expensæ veniunt propter temeritatẽ,etiam quòd cesset calumnia,vel dolus,nec excusat iuramentum.*

6 *Tutore malè litigante,condemnatur pupillus,& exequutio cõtra eum fit,licèt habeat regressum contra administratorem. Et potest ipse tutor condemnari.ibid.*

7 *Pupillus,quando fit exequutio contra se:quia malè tutor litigauit,liberatur cedendo actionem contra tutorem.*

8 *Procurator,& temerè litigans an,& quando teneantur reficere clientulis, & eis,cuius causas expensas gesserunt.*

1 §. Etiam. ¶Respublica † tenetur ex mora ad vsuras, & sumptus litis,nisi iusta causa fuerit litigandi: sed administratores tenentur ei damnum resarcire,& idem in tutoribus.h.d.¶Vel sic.
2 Pupillus, & Respublica † ex testamento obligati propter moram administratorum ad vsuras tenentur, sed ab eis à litis sumptibus eorum indemnes seruare coguntur,nisi iustam causam habuerint litigandi.h.d. ¶In tex.ibi [sumptibus]factis à victore,secundũ quosdam,vel ab administratoribus Reipublicæ.¶In tex.ibi [non fuerit] facit ad quæstionem nota.per Guil.s̄.quod metus causa.in l. si cũ exceptione.§.quod diximus.¶In tex. ibi [probatur] scilicet quòd teneantur pupillis ad vsuras, & damna propter morã eis illata.Facit,quod nota.s̄.de vsur.in l.mora.circa principium magnæ glo.secundùm Ray.¶In gl. super verbo,sumptibus.ibi.[§.finautem]hoc non est bene dictum;
3 quia secundùm hæc iura regulariter victus † victori non condemnabatur in expensis,nisi in casibus specialibus,vt s̄.de iudi.l.eum,quem temerè.in princip.& C. de episcopis,& clericis.l.omnes,qui vbique.§. fi. nam hic loquitur de expensis factis ab administratoribus Reipublicæ, non à victore:sed dic,vt d.l.properandum. §. finautem. C. de iudic.& in Auth.de iudic.§.oportet.coll.6. secundũ Ray.
4 ¶Et facit iste tex. ad quæstionem, an sacramentum † calumniæ excuset ab expensis,de quo per gl.in dicto §.oportet.& Doctores in dicto.§.finautem.& in Auth.generaliter.C.de episc.& cler.& per Guil.in l.secũda.§.1.s̄.de iureiur.& per Bar.in l.1.§.1.ff.ad Turpill.Et dic,quòd excusat à calumnia, non à temeritate,seu ignauia.l.1.in princ. si mul.vent.nomine.& d.l.2.§.1.s̄.de iureiur.Sed expensæ
5 † litis veniunt propter temeritatem,etiam si cesset calumnia,vel dolus,vt hic,& l.eum,quem temerè.de iudic. ergo iuramentum non excuset ab expensis. & hoc tenet hic Bar.¶Item quia hic dicitur,quòd tenetur Respublica,&
6 pupillus, videtur probari, quòd si tutor † malè litigauit, quòd condemnetur pupillus,& in eum fiat exequutio, licèt habeat regressum cõtra administratorẽ,& hoc verum. Potest etiam & ipse tutor condemnari.l.non est ambigẽdum.C.de administ.tuto.secundùm Bar.Dicit tamen,ꝙ
7 eo casu,quo fit † exequutio contra pupillum,vel rempublicam, quòd liberetur cedendo actiones.l.fi.s̄.de administ. tuto. idẽ tenet in l.1. §.si procurator. s̄. si quis iusdic.
8 non obtemper. vbi prosequitur † de procuratore calumniosè, vel temerè litigante, an ipsi condemnentur in expensis.

Ex §. Prædium.

SVMMAE.

1 *Vltimus de familia decedens sine liberis,potest extraneum instituere, qui ius habebit reuocandi alienata per alios de familia.*

2 *Extra familiam alienare prohibitus, ea deficiente,extraneum legitimè hæredem instituit,iure reuocandi partes cæterorum illicitè alienatas ipsi competente,si nõ consensit alienantibus, vel si alienauit,hoc fecit post omnes.*

3 *Reuocatio quando fit iure actionis, ius reuocandi poterit alteri cedi:secus iure priuilegij.*

1 §. Prædium. ¶Vltimus † de familia decedens sine liberis, potest extraneum instituere, qui ius habebit reuocandi alienata per alios de familia. h. d. ¶ Vel sic. Extra familiam
2 † alienare prohibitus,ea deficiente, extraneum legitimè hæredem instituit,iure reuocandi partes cæterorum illicitè alienatas ipsi competente.h.d.¶In tex.ibi [liberis]hic tollitur contrarium de l.peto.§.fratre. quia ibi supererat alius de familia : hic non,arg.s̄.eo.l.cum pater.§.libertis. in fi.secundùm Ray.¶In tex.ibi[potuit]quia partem suã non alienauit,nec alienantibus consensit,si alienauit, hoc fecit post omnes alios,vt.s̄.l.proxima.§.libertis.in fi.secũdùm Dy.& Ray.¶In tex.ibi [actionem] idest rei vendicationem,vt nota.in d.§. fratre. secundùm Ray. Et sic cum
3 ista † reuocatio fiat iure actionis, hoc ius reuocandi poterit alteri cedi.l.fi.C.de hære.vel act. vend. facit l. quòd si minor.in prin.& quod ibi no.s̄.de minor.Nec obstat.s̄.de admini.tuto.l.ex pluribus. quia loquitur in priuilegio merè personali, vt not.Dyn. in regu. priuilegium. de regul. iur.lib.6.& vide Guil.de inoff.dona.in l.1.in fi.& communi diuid. in l.3.

Ex §.Si creditor.

SVMMAE.

1 *Si creditor vendit rem sibi per defunctum pignoratam,legatario contra emptorem nulla datur actio.*

2 *Alienatio rei legatæ à debitore per creditorem testatoris facta legitimè perimit ius legati.*

3 *Imputatur hæredi cur non soluit, vel non luat, quoties res est obligata pro debito defuncti,& facto suo dicitur priuare legatarium.*

1 §. Si creditor, ¶Si creditor † vendit rẽ sibi per defunctum pignoratam,

gnoratam, legatario contra emptorem nulla datur actio.
2 h.d.¶Vel sic. Alienatio † rei legatæ à debitore per creditorem testatoris facta legitimè perimit ius legati. h. d. ¶In text. ibi [fecit] ante obligationem, vel postea. ¶In tex. ibi [vendidit] & emptori tradidit. ¶In text. ibi [fideicommissi causa] &c. de dicta domo à debitore relicti. ¶In tex. ibi [non ignorauerit] scilicet emptor. ¶In
3 glo. vltima in fin. Sed Bar. dicit, quòd vbicunque † est obligata pro debito defuncti, potest imputari hæredi, cur non soluit; quia facto suo priuat legatarium re, argu. ſ. eod. l. q duos. pro hoc facit l. apud Iulianum. §. hæres. ſ. titu. 1. & hoc vult ista gl. secundùm eum, de quo pleniùs in l. si res obligata. ſ. tit. 1.

Ex l. Quæ fideicõmissum.

SVMMAE.

1 *Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re sibi debita, non cadit à debito.*
2 *Iuris error non tollit verum debitũ ex vltima voluntate, secus si esset debitum ex dispositione legis.*

L. Quæ fideicommissum.

1 Qui per ignorantiam † iuris patitur alium vti re sibi debita, non cadit à debito. h. d. secundùm Bar. ¶Vel sic. Iuris error non tollit verum debitum ex vltima voluntate. h. d. secundùm Ray. ¶In gl. 3. ibi [l. fin.] ratio, quia illud debetur solùm ex necessaria dispositione legis; istud autem ex dispositione hominis, argu. de fideicommiss. lib. 1. si filius. §. erit. & quod ibi not. & ff. de fals. l. si quis legatum. §. penul. secundùm Ray. de Forliuio.

Ex l. Legatum.

SVMMAE.

1 *Dominium rei legatæ recta via transit in legatarium, sicut ad hæredem adeuntem, nec vllo tempore est hæredis.*
2 *Quod operatur aditio quò ad hæredem, operatur agnitio quò ad legatarium, & translatum est dominium post mortem testatoris reuocabiliter, post agnitionem irreuocabiliter.*
3 *Dominium rei legatæ transit fictè à morte testatoris vsque ad aditam hæreditatem, postea verè: sed priùs reuocabiliter, postea irreuocabiliter.*

1 **L. Legatum.** Dominium † rei legatæ recta via trãsit in legatarium, sicut ad hæredem adeuntem. h. d. nec vllo tempore est hæredis, secundùm Rayn. ¶Vel aliter. Quod operatur adi-
2 tio † quò ad hæredem, operatur legati agnitio quò ad legatarium. h. d. ¶In text. ibi [voluntate] reuocabiliter tamen, donec agnoscat, postea irreuocabiliter, vt nota. in l. si quis ita. hic allegata. ¶In text. ibi [hæreditatis] non
3 aditæ. ¶In text. ibi [transeat] ipso † iure fictè à morte, verè ab adita hæreditate, & hoc tollit multa contraria. ¶In glo. 2. ibi [l. cum hæredes] ratio diuersitatis colligitur ex l. si hæreditatem. ſ. man. secundùm Ray.

Ex l. Si quis testamẽto.

SVMMAE.

1 *Testamento facto irrito per capitis diminutionem testatoris, legatá ab hærede non debentur, nisi ab intestato fuerint repetita.*
2 *Testamẽto rupto, relicta à filijs institutis, hisdẽque legitimis nõ debentur, nisi ab intestato fuerint ab repetita.*

L. Si quis testamento.

¶Testamẽ-
1 to † facto irrito per capitis diminutionem testatoris, legata ab hærede non debentur, nisi ab intestato fuerint re-
2 petita. h. d. ¶Vel sic. Testamento † rupto, relicta à filijs institutis, hisdemque legitimis non debẽtur, nisi ab intestato fuerint repetita. h. d. ¶In tex. ibi [hæredibus] quod est præsumendum in dubio, quando eos instituit, secundùm Dyn. vt patet in l. eam, quam. C. de fideicommiss. ¶In tex. ibi [fit] per capitis diminutionem testantis, & hic tolluntur omnia contraria. ¶In tex. ibi [non possunt] Non obstat l. vlt. ſ. de reb. eorum. quia hic in onere hæredis ibi in promissione, vel dic, vt ibi dixit Ray. de Forliuio. ¶Itẽ nõ obstat. ʒ. de bo. poss. secun. tabu. l. qui ex libe §. testamento. quia ibi cessauit causa impediens, & superuenit confirmans. Facit quod not. Dyn. in c. non firmatur. de reg. iur. in 6. ¶In gloss. secunda. Nota, quòd Authen. ex causa. locum habet etiam in præteritione posthumi, de quo ibi, & in l. filio præterito. supra de inoffic. testamen.

Ex l. Debitor.

SVMMAE.

1 *Debitum in diem à debitore purè legatum, mortuo testatore statim ex testamento peti potest, & totum, non autem interusurium medij temporis tantùm.*
2 *Quando superueuit causa tendens ad eũdem effectum, licèt ea existente, ab initio dispositio non valuisset, dispositio tamẽ non vitiatur.*
3 *Licèt res superueniens ad casum, à quo incipere non potest, non conualescat: hoc tamen fallit, quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum dispositione.*

1 **L. Debitor.** ¶Debitum † in diem à debitore purè legatũ, mortuo testatore, statim ex testõ peti potest, & totum, non autem inter usurium medij temporis tantùm. h. d. ¶Vel sic. Quando
2 superuenit † causa tendens ad eundem effectum, licèt ea existente ab initio dispositio nõ valuisset, dispositio tñ nõ
3 vitiatur. h. d. Et sic non obstat, ꝙ vbi res † deuenit ad casum, &c. l. pluribus. §. & si placeat. ʒ. de verbo. oblig. quia illa regula locum non habet, quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum dispositione, vt hic, de quo ibi, & habetur per Dy. in c actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. secundùm Bar. ¶In tex. ibi [peti posse] &c. pendẽte dilatione, non interusurium medij temporis tantùm, licèt contrarium no. ʒ. de dona. præle. in l. 3. & ʒ. de acqui. poss. in l. 3. §. ex plurimis. ad fin. gl. magnæ, & malè, vt ibi dixi. ¶In tex. ibi [peti] non per actionem ex testamento iure legati totus fundus petetur, ne legatum reddatur inutile, secundùm Rayn. ¶In gloss. 3. prima est vera, secunda

secunda falsa; quia idem de iure veteri, vt infra ad l.Fal.l. verbis. gloss. tamen tenet contrarium in §. ex contrarijs. sed malè, &cæ.

Ex §. Si primo, & secundo.

S V M M AE.

1 *Si plures sunt substituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab instituto, in cuius locum succedunt.*

2 *Relicta ab institutis in defectum quorūdam, à substitutis videntur tacitè repetita.*

§. Si primo, & secundo.

1 ¶Si plures † sunt substituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab instituto, in cuius locū succedunt. h.d. ¶vel sic. Re

2 cta † ab institutis in defectum quorundam, à substitutis videntur tacitè repetita. h.d. ¶ In text. ibi [ab vtroque] i. à substituto vtriusque. ¶¶ In text. ibi [debentur] singulis legatarijs, & est responsum ad secundam quæstionem, secundùm Ray.

Ex §. Seruo alieno.

S V M M AE.

1 *Si legatum relinquatur seruo, cuius legati dñs non sit capax, specialis capacitas non consideratur, sed naturalis.*

2 *Legatum valet in persona serui, non obstante cauillosa annotatione in qualitate legati.*

3 *Domino aliàs incapace ratione dominij, vel alterius iuris legari prohibiti, eius seruo legari permittitur, duntamē sibi libero licitè relinquatur.*

4 *Legatum relictum seruo, ad hoc vt valeat, requiritur, quòd dominus sit capax in genere, non in specie seruo legata.*

1 §. Seruo alieno. ¶Si legatum † relinquatur seruo, cuius legati dominus non sit capax, specialis capacitas non con-

2 sideratur, sed naturalis. ¶Vel sic. Legatum valet ĩ p̄sona serui, nō obstante cauillosa annotatione in qualitate lega

3 ti. h.d. ¶ Vel sic. Domino aliàs ĩcapace† ratione dominij, vel alterius iuris legari prohibiti, eius seruo legari permittitur, duntamen sibi libero licitè relinquatur. hoc dicit. secundùm Rayn. vide Bartol. supra. de acquiren. hæred. in l. si seruus eius, qui capere. vbi facit differentiam, vtrùm seruus sit institutus contemplatione sua, vel domini, secundùm quod fortè pōt hic §. intelligi. Primò ponitur decisio duorum casuum, ex qua forma regulam. Secundò ibi [calumniosa] respondet duabus tacitis oppositionibus contra regulam. Tertiò ibi [ex illo] infert ex illa, & concludit dictos duos casus in principio §. positos rectè decisos. ¶In tex. ibi [legari] &c. ab extraneo, non à domino, qui sic non obstat. C. de lega. l. seruis. ¶In tex. ibi [cum enim] ratio determinationis præcedentium casuum. ¶In tex. ibi [inspicitur] vt valeat dictum legatum. ¶In tex. ibi [factio] s. in genere, sed non in specie. s. quò ad rem seruo legatam, & hic sequitur. Nec obstat. s̄. eod. l. si Titio, & mihi. §. fi. vt ibi not. ¶In text. ibi [legatum] s. in dicta re etiam domino non legabili. ¶In tex. ibi [annotatio] i. argumentatio, quæ fit contra versiculum præcedentem in fine, hoc modo, qui sequitur posse, &c. ¶In text. ibi [seruiat] cum libero non posset hoc modo legari. ¶In text. ibi [accipit] habito respectu ad rem, quæ legatur. ¶In tex. ibi [alioquin] i. si diceremus non posse legari seruo, quandiu seruiat, ergo nec seruis, de quibus sequitur, vt & ipsi sint perpetuò seruituri, quod tamen est falsum. ¶In text. ibi [in testamentis] quantùm ad rem eis legatam. ¶In tex. ibi [posse] licèt interim careat domino, vt l. 1. s̄. de re. diui. ¶In tex. ibi [ita] s. quia

4 vt valeat legatum † relictum seruo, requiritur, quòd dominus sit capax in genere, non in specie seruo legata. ¶In tex. ibi [debetur] purè. ¶In tex. ibi [legari.] Nec obst. ff. de inoffi. testa. l. nihil. in princ. & s̄. si quis ali. test. prohi. l. 1. §. pe. vt ibi dixit Ray. ¶In gl. constet. ibi [de reg. Cato. l. 1.] sol. vt ibi. imò hic legatum ab initio vtile, ibi inutile, secundùm Ray. ¶In glo. id est mala, &c. De his fallacijs vide in Specu. de dispu. & allega. in §. post hæc. versi. in summa nota, & s̄. de rei vend. in l. vendicatio. & in l. quæ tota. §. incertæ. eo. tit. secundùm Ray.

Ex l. Latinus.

S V M M AE.

1 *Conditio libertatis adiecta in fideicommisso seruo relicto, intelligitur repetita in substitutione eiusdem serui, ipsius fideicommissi repetitione tacitè repetita.*

2 *Conditio adiecta fideicommisso, intelligitur repetita in substitutione facta circa idem de eadem persona.*

3 *Fideicommissum legatum à se ipso non debetur.*

1 L. Latinus. ¶ Conditio † libertatis adiecta in fideicommisso seruo relicto, intelligitur repetita in substitutione eiusdem serui. h. d. ipsius fideicommissi repetitione tacitè repetita, secun-

2 dùm Ray. ¶Vel sic. Conditio† adiecta fideicommisso, intelligitur repetita in substitutione facta circa idem de eadem persona. h.d. secundùm Bar. ¶In tex. ibi [substituit] vulgariter, & directò. ¶In tex. ibi [hæreditatem ex substitutione vulgari; quia aditio de iure non tenuit, & petebat in fi. legis; quia hæreditas ex substitutione nondum erat delata, secundùm Rayn. ¶In tex. ibi [hæreditatem] ante libertatem, & sic inutiliter. ¶In tex. ibi [petere] & ĩ. determinatur, quòd non, sed succedent directò ex substitutione vulgari, vt in fi. l. ¶In tex. ibi [repetitum] scilicet in substitutione. ¶In tex. ibi [hæreditatem] ex substitutione vulgari directa. ¶In tex. ibi [substitutionem] vulgarem directam. ¶In tex. ibi [eas] manumissas. ¶In tex. ibi [vocari] ad suum commodum, & non domini. ¶In tex. ibi [substituatur] directò vulgariter. ¶In text.

3 ibi [meruit] & ideo† fideicommissum non debetur; quia deberetur sibi à se ipsis, contra. l. cum filio. versic. ipsi verò. s̄. de leg. 1. secundùm Ray.

Ex l. Si quis seruo.

S V M M AE.

1 *Propter libertatem fideicommissariam suspenditur dies legati eidem seruo relicti: & si mora fiat libertati, dicitur fieri fideicommisso.*

2 *Relictum pecuniarium à domino licitè, comitatur fideicommissariam libertatē eidem seruo relictam, ac eius mora quò ad accessiones intrinsecas, & extrinsecas ad se trahit.*

3 *Mora commissa in vno de connexis, trahitur ad aliud.*

L. Si qui

1 L. Si quis seruo. ¶Propter libertatem † fideicommissariam suspenditur dies legati eidem seruo relicti: & si mora fiat libertati, dicitur etiam fieri fideicommisso.
2 h. d. ¶Vel sic. Relictum † pecuniarium à domino licitè comitatur fideicommissariam libertatem eidem seruo relictam, ac eius mora quò ad accessiones intrinsecas, &
3 extrinsecas ipsum ad se trahit. h. d. Nota, quòd mora † cō missa in vno de connexis trahitur ad aliud. ¶In text. ibi [accedere]. Non obstat. j̃. quando di. leg. ced. l. filium. §. fi. ¶In tex. ibi [tempore] post moram hæredis, & ante præstationem libertatis. ¶In tex. ibi [domino] idest hæredi. ¶In tex. ibi [eidem] postea manumisso. ¶In tex. ibi [oportere] per condictionem sine causa, secundùm Dyn. Non obstat. C. de vsur. & fruct. le. l. 1. vt ibi not. secundùm Rayn.

Ex l. Creditorem.

SVMMAE.

1 *Si debitor creditori simpliciter aliquid legat, in dubio non videtur habere animum compensandi.*
2 *A debitore pignoris legatum creditori etiam post agnitionem legati petitionem non excludit.*

1 L. Creditorem. ¶Si debitor † creditori simpliciter aliquid legat, in dubio non videtur habere animum compen-
2 sandi. h. d. ¶Vel sic. A debitore † pignoris legatum creditori etiā post agnitionem legati petitionem in dubio non excludit. h. d. Non obstat. s̃. sol. mat. l. si cum dote. §. si pater. quia dic, vt ibi plenè not. ¶In gl. nō. ibi [non est opus quærere] scilicet quando voluit compensare, vt in §. si certum. hic allegato. Nec obstat, quòd imò sit opus quęrere, vt. s̃. titu. 1. l. ciuitatibus. § fi. quia ibi quando est grauatus alteri restituere: hic autem secum compensare, ad hoc. j̃. ad l. Fal. l. si seruus. & l. sed & si non seruus. 1. & 2. respō. secundùm Dy. & Ray. Hic videtur glo. contra Bar. in §. si centum. hic allega. in quæstione, quando legauit rem, vt præstet quantitatem, ibi vide.

Ex l. Caius.

SVMMAE.

1 *In legato generali non continentur nomina debitorum.*
2 *Qui excipit domum cum omnibus, quæ sunt in domo, ea tantū, quæ ibi sunt gratia perpetui vsus, videtur excipere.*
3 *Generalis exceptio ea, quæ sunt in loco generali ad vsum perpetuum, solùm continet, non ad tempus.*

1 L. Caius. ¶In legato † generali non continentur nomina debitorum. h. d. se-
2 cundùm Bar. ¶Vel sic. Qui † excipit domum cum omnibus, quæ sunt in domo, ea tantùm, quæ ibi sunt gratia per-
3 petui vsus, videt̃ excipere. h. d. ¶Vel sic. Generalis † exceptio ea, quæ sunt in loco generali ad vsum perpetuum, solùm continet, non ad tempus. h. d. secūdùm Ray. ¶In tex. ibi [non pertinere] ita ꝙ in eis nullam habeas partem. ¶In tex. ibi [nō cōtineri] in illa exceptione gñrali. ¶In tex. ibi [esse cohæredis] ēt pronepotis. ¶In gl. 1. ibi [qui filium] quæ est contra, sed ibi legatum vniuersale, hic generale, vt ibi dicā. Et vide quod no. Pe. C. locati. in l. certi. in quinta quæstione. Nec obstat. s̃. sol. mat. l. Mæuia. in prin. vt ibi dixit Ray.

Ex §. Titius.

SVMMAE.

1 *Diuisio vnius prædij à testatore facta gratia vberioris culturæ, pluralitatem non constituit prædiorum, & ideo totum legatum est præstandum.*

1 §. Titius. ¶Diuisio † vnius prædij à testatore facta gratia vberioris culturæ pluralitatem non constituit prædiorum, & ideo totum legatum est præstandum. h. d. ¶In tex. ibi [oportere] quoniam illa diuisio non constituit duo prædia, sed remansit vnum, & integrum. Nec obstat. s̃. tit. 1. l. quod in rerum. §. si quis. vt ibi no. Ray.

Ex l. Titia Sæio.

SVMMAE.

1 *Qui mandat aliquid alteri comparari, videtur ei pretium legare.*
2 *In legato quantitatis non habet locum regula de duabus causis lucratiuis.*
3 *Hærede ad emendam certam speciem à testatore damnato, non perimitur legatum, licèt speciem illam ex causa lucratiua, testatore viuente, legatarius consequatur.*

1 §. Titia Sæio. ¶Qui mandat † aliquid alteri comparari, videtur ei pretium legare. h. d. secundùm vnam lecturam. ¶Vel
2 sic. In legato † quantitatis non habet locum regula de duabus causis lucratiuis. h. d. secundū aliam lecturam, scilicet quòd sit legata texera frumentaria, idest frumentum, & huic lecturæ cōcord. j̃. de solu. l. si quis duos. §. 1. ¶Vel
3 sic. Hærede † ad emēdam certam speciem à testatore dānato, non perimitur legatum, licèt speciem illam ex causa lucratiua, testatore viuente, legatarius cōsequatur. h. d. secundùm Ray. secundam lecturam tenet Guil. in d. l. sed & si susceperit. ff. de iudi. §. 1. nisi aliud præsumatur ex cōditione legatarij secundùm Pet. & Ray. vt hic super gl. in libro. ¶In tex. ibi [cōparari voluit] & sic hæredes dānauit ad factū, in dubio de pecunia hæredis, vt hic, & j̃. tit. 1. l. his verbis. in fi. & l. Stichus. & d. l. sed & si susceperit. §. 1. de iud. & ibi hoc no. Guil. & Bar. hic. ¶In tex. ibi [quantitate] idest interesse corpore certæ speciei. ¶In tex. ibi [pretium] non obstat. s̃. tit. 1. l. si domus. §. cum alicui. cum simil. quia ibi hæres fuit damnatus ad certam speciem, hic ad factum. ¶ Item non obstat. j̃. de nouatio. l. fundum Cornelianum. & supra titu. primo. l. si fundum per fideicommissum. in prin. quia ibi hæres fuit damnatus ad certam speciem: hic ad factum. ¶Item non obstat. l. si mihi, & tibi. in prin. s̃. tit. 1. quia sol. per l. Męuius. §. duobus. s̃. eo. secundùm Ray.

Ex §. Vsuras.

SVMMAE.

1 *Finita causa priuilegij, finitur priuilegium, & ad moram sufficit vna interpellatio.*
2 *Mora specialis in relictis in testamento ad effectū vsurarum minori cōmittitur: sed adueniēte maiori ętate, ipso iure purgat̃.*
3 *Semel interpellatio sufficit ad hoc, vt mora committatur.*
4 *Interpellatio, siue protestatio facta cum hoc verbo, peremptoria est peremptoria.*

Idem

Idem dilatio ad probandum.nu.5.

6 *Iudicem semel sufficit interpellari,vt dicatur stare per eum priuilegio.*

7 *Instantia si ex forma statuti perire præsumatur,si per actorem non steterit,ad hoc vt pereat,sufficit semel peremptoriè protestari.*

8 *Vxores bannitorum si ex forma statuti intelliguntur bannitæ, desinunt esse bannitæ propter mortem mariti.*

1 §. Vsuras, ¶Finita † causa priuilegij, finitur priuilegium,& ad moram sufficit vna interpellatio. Hoc dicit secundùm Bartol. ¶Vel sic.
2 Mora† specialis in relictis in testamento ad effectum vsurarũ ipso iure committitur: sed adueniente maiori ætate ipso iure purgatur.h.d.secundùm Rayn.de For. ¶In tex. ibi [præstentur] in legatis,& fideicommissis,cessante mora communi perpetuò,& tunc purgatur de iure communi secundùm not.in l.mora.in prin.s̃.de vsur. Non obstat tex.in Auth.cõstitutio,quę de digni.§.illud.quia ibi in priuilegio sine alterius læsione,vel ibi durat causa priuilegij, hic est finita, facit, quod not.Dy.in c.decet.de regul. iur. lib.6. vbi etiam not. quid iuris in pœna. facit quod not.C.in q̃bus cau.in integ.rest.in l.2.& ff.de his,quib. vt indig.in l.minoribus.secundùm Ray. ¶In tex. ibi [semel]
3 Nota,quòd † sufficit semel interpellare,& ita not.glo. in l.mora.in princi. ff. de vsuris.& in l.prohibere.§.illud. j̃. quod vi aut clam.fallit.s̃.de pigno.act. in l. si conuenerit.
4 Et sic patet, quòd in dubio quælibet † interpellatio, seu protestatio est peremptoria, sed istud verbum,peremptori-
5 è, est necesse exprimi. Simile dicitur in dilatione † ad probandum, vt de dila. l. in pecuniarijs. ¶Item pa-
6 tet, quòd sufficit † semel iudicem interpellari per actorem, vt dicatur stare per eum priuilegio. quod est vtile
7 ad statutum, quòd † instantia pereat, nisi per actorem non steterit, &c. secundùm Bartol. Facit secundùm Ia-
8 co. de Are. ad statutum, quod vxores † bannitorum intelligantur bannitæ, quòd finito banno per mortem mariti,ipsa desinat esse bannita,arg.j̃.de verb.oblig. l. continuus.§.illud.& s̃.de cond. ob caus. l. quod seruus. & de postul.l. cui. §. affinitates. Et quia statutum loquitur de vxore in appellatiuo,ergo &c.arg.j̃.de condi. & demon. l. filio. & C. de iure delibe. l. cũ aliquis. & j̃. de annuis leg. l. annua.§.1.& de stip.seruo.l. si communis seruus. & s̃. pro soc. l. 1. & quod ibi not. facit quod not. Petr. in l. properandum. §.sin autem reus.in 11.quæst.C.de iud. secundùm Ray.

Ex §. Seia libertis.

SVMMAE.

1 *Substitutio fideicommissaria in extraneum collata ex pluribus vltimo morienti substituto, hypothecam tacitè continet inter eos.*

2 *Fideicommissum relictum ab vno ex hæredibus,qui vltimus decesserit,facit videri inuicem substitutos.*

3 *Substitutio directa potest fieri filio, etiam nihil habenti de bonis patris: secus fideicommissaria, quæ rei, non personæ fit.*

1 §. Seia libertis. ¶Substitutio † fideicõmissaria in extraneum collata,ex pluribus vltimo morienti substitutus, hypothecam tacitè continet inter eos. h.d. secundùm veritatem,licèt glo.aliter dicat. ¶Vel ad idem. Fideicommis-
2 sum † relictum ab vno ex hæredibus, qui vltimus decesserit,facit videri hæredes inuicem substitutos.h.d.secundũ. d.Bar. ¶In tex. ibi [substituit] expresse per verba. ¶In text. ibi [alterum] collegatarium superstitem duobus primis libertis. ¶In tex.ibi [restitueret] sed quantum,dicam. j̃.tit. 1.in l.pater. §. 15. ¶In gloss. ex hoc patet.ibi [substitui] argumen. s̃. eod. l. cum pater. §. libertis. & not. gloss. j̃. eo. in l. codicillis. §. instituto. in gloss. 2. ¶In eadem gloss. in fin. hæc sol. non videtur bona, per l. si seruus legatus. §. qui Margaritam. s̃. titu. 1. secundùm Rayne. Item quia secundùm Dyn. ista substitutio colligitur ex mente illorum verborum [qui vltimus] &c. patet. j̃. ¶In tex. ibi [in secunda tamen adierit] &c. secundùm Barto. Item quia ista littera quærit, an per illa verba [qui vltimus decesserit] &c. videatur facta substitutio, igitur ad illam quæstionem videatur esse responsum, argumen. s̃. eod. l. cum ab vno. & j̃. de libe. leg. l. Aurelius. §. Sticho. Dic ergo, quòd in contrario substitutio directa,hic fideicommissaria, vt ibi nõ. Et est
3 ratio; quia substitutio † directa potest fieri filio etiam nihil habenti de bonis patris. l. 1. §. substituere. ff. de vulga. & pupilla. secus in fideicommissaria; quia fit rei, & non personæ, vt eod. titu. l. cohæredi. §. cum filiæ. facit, quod not. Doctor. C. de inoffi. testam.in l. ex tribus. secundùm Rayn.

Ex §. Imperator.

SVMMAE.

1 *Donatio inofficiosa re,& consilio collata in aliquem liberorũ, pro parte alios tangente,in solidum reuocatur.*

2 *Donatio inofficiosa collata in filium,vel nepotem,vsque ad legitimam reuocatur.& nu.seq.cum plurib. dist.*

3 *Filius,vel nepos plus iuris habent in bonis patris,quàm patronus in bonis liberti.*

4 *Donatio facta liberto à patrono de facili reuocatur,cum sibi sit multùm subiectus.*

5 *Donationis reuocatio ex præsumpta voluntate propter liberos superuenientes,fit in totũ,quando donatio est collata in libertum,vel extraneum.*
Si in filium, vsque ad debitum bonorum subsidium.ibid.
Idem si in monasterium; quia per superuenientiam filiorum legitima tãtùm reuocatur.ibid.

6 *Inofficiosa donatio reuocanda ex tit.C. de inoff.donat.si est collata in vnum ex liberis,reuocatur vsque ad debitum bonorũ subsidium,etiam si fuit inofficiosa re,& consilio.*
Item si est collata in extraneum,et filio,qui vult reuocare, fuit aliquid relictum, vsque ad legitimam reuocatur: secus si nil fuit relictum,& re,& consilio sit in officiosa. secus si re tantùm.ibidem.

7 *Donatio inofficiosa cum infirmatur fauore filiorum, potest filius agere querela,licèt pater, vel mater iurasset non venire contra.*

8 *Iuramentum non firmat contractum in alterius dispendium.*

9 *Filius licèt institutus fuerit,& adiuerit:potest tamen agere ista querela ad supplementum legitimæ.*

10 *Reuocatio, quæ fit ex præsumpta voluntate donantis, fit ipso iure,& ab eis potest vendicari,& perpetuò condici, sed illa, quæ fit per titulum de inofficiosis donationibus, non fit,nisi proposita querela.*

1 §. Imperator, ¶Donatio † inofficiosa re, & consilio collata in aliquem liberorum pro parte alios tangente insolidũ reuo-

2 uocatur.h.d.secundùm Ray. ¶Vel sic. Donatio † inofficiosa collata in filium, vel nepotem, vsque ad legitimam reuocatur.h.d.secundùm Bart. ¶In tex.ibi [querelæ] quæ reuocat solùm partem bonorum, quæ testator habebat solùm tempore testamenti, vt C.de inoffi.testa.l. parentibus.& l.cum quæritur.& Auth. nouissima. ¶In tex. ibi [donationibus] inter viuos. ¶In tex.ibi [nepotem] alterum de duobus. ¶In tex. ibi [reuocari] per alterum nepotem secundùm Ray. ¶In glo. 1. ibi [sed dic] secundùm
3 Bar.Petr.reprobat istam; quia plus iuris † habet filius, vel nepos in bonis patris, vel aui, quàm patronus in bonis liberti.l.si quis legatum.& ibi not.ff.de fal.sed patronus reuocat in totum.l.siue patronus.§.penult.ff.de iure patro. ergo &c.ideo alij, &c. ¶In eadem glo. ibi [re tantùm] hæc distinctio non videtur vera: quia etiam quando est inofficiosa re tantùm, reuocatur in totum. l. si vnquam. de reuoca.donat. ideo Dyn. distinguit, si est inofficiosa re, & consilio: tunc siue sit collata in filium, siue in extraneum, reuocatur in totum, vt hic, & d. l. si vnquam.& l. si liqueat.si re tantùm: tunc si est collata in filium, reuocatur vsque ad debitum bonorum subsidium tantùm: si in extraneum, tunc in totum.d.l.si vnquam. Nec obst. Authen.vnde si parens.C.de inoffi. testamen. quia illa reducitur ad hanc distinctionem, vt ibi not.& in l.1.C.de inoffi.do.secundùm Dyn.Sed certè primum membrum Dyn. videtur contra casum l.si totas. & l. si liqueat. C. de inof. donat. & l. cum donationibus. & l. si mater. eodem titu. Dic ergo, & veriùs, quòd non reuocatur indistinctè, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium. Nec obstat d.l.si
4 vnquam.quia ibi donatio † fuit collata liberto à patrono, qui multùm est sibi subiectus, & ideo de facili reuocatur in totum, argu. de condit. & demonstr. l. Titio.§.Titio. & C. de inoffic. testam.l. fratres. in fin. secundùm Guil. & vltra in distinctione sua in l. 1. C. de inoffic. donatio. Bartol.dicit, aut quæritur de reuocatione, quæ fit ex præsumpta voluntate donationis propter liberos superuenientes, aut de illa, quæ fit ex titulo de inofficiosis donationibus, & per rescriptum Principis, de quo hic. Primo
5 casu, si donatio † fuit collata in libertum, vel extraneum, reuocatur in totum.d.l.si liqueat. Si in filium, tunc vsque ad debitum bonorum subsidium l. si totas. C. de inoffic. donat. licèt gloss. ibi aliter. Idem si in monasterium, quando superuenientibus liberis non reuocatur, nisi vsque ad legitimam: potest tamen, si vult monasterium reddere totum. 17.q.4. c. vlti. & d. l. cum donationibus. secundùm
6 Doct.& Bart. hic. Secundo casu, si fuit † collata in vnum ex liberis, reuocatur vsque ad debitum bonorum subsidium, etiam si fuit inofficiosa re, & consilio. l. si liqueat. C.de inoffic. donat. si in extraneum: aut illi filio, qui vult reuocare, fuit aliquid relictum, & agit solùm ad supplementum legitimæ.l. omnimodo. C. de inoffic. testam. & & not.in l. 1.& in l.fi.C.de inoffic. donat. aut nil fuit ei relictum, tunc si donatio fuit inofficiosa re, & consilio, reuocatur in totum, arg.l.si libertus.§.penul. ff.de iure patro. Si re tantùm, tunc vsque ad debitum bonorum subsidiũ. Ita debet intelligi.C.de inoffic.donat.l.1.2.& 3.& l.cum donationibus. secundùm Bartol. Et nota, quòd cum
7 † donatio inofficiosa infirmetur in fauorem filiorum, potest filius agere querela, licèt pater, vel mater donans
8 iurasset non venire contra; iuramentum † enim non firmat contractum in alterius dispendium, vt extra de pac. c.quamuis.& de iureiuran.c.licèt. lib.6. secundùm Bart.
9 Item, quòd licèt † filius fuerit institutus, & adiuuerit, potest tamen agere querela ad supplementum legitimæ. not.in l.2.C.de inofficio.donat. pro hoc facit l. 1. & 2.C. si quid in frau. patro. & ibi idem tenet Bart. quem omnino vide ibi in fin. ad hic not. & quod not. C. de rei vendi. l.1. cũ à matre.& in l.fi.§.in cõputatione.C.de iure delib. in glo.magna secundùm Bart. ¶In gloss.in versicul.item an ipso iure &c. ibi [si totas.] Ray. tenet, quòd non reuocetur nisi post mortem. Non obstat.§. sequen. quia ibi reuocauit in vltima voluntate, quæ habet effectum solùm
10 post mortem. Bart.dicit, quòd reuocatio, † quæ fit ex præsumpta voluntate donantis, per l. si vnquam.C. de reuo. do.fit ipso iure, adeo quòd eis potest vendicari, & perpetuò condici, vt ibi not. sed illa, quæ fit per titulum de inofficiosis donationibus, non fit, nisi proposita querela. vt d.l.1.secundùm d.Bart. ¶In eadem gloss.in versic.item si diuersis.ibi [C. de inoffic. donat. l. 1.] & veriùs, quia ista gloss. debet intelligi in donatione, quæ statim valuit, vt facta extraneo, seu filio emancipato, secus in alijs, puta factis filio in potestate, arg. C. de inoffic. don.l. 2. secundùm Rayn. de Forl.

Ex §. Lutius Titius.

SVMMAE.

1 *Inofficiosa donatione honoratus à donante, fideicommisso licitè oneratur, ac Falcidia ex testamento debita in ipso impeditur.*
2 *Sed si, dictio exponitur pro quamuis.*
3 *Illud, quod permittitur contra voluntatem defuncti, multò magis debet permitti secundùm voluntatem.*

1 §. Lutius Titius. ¶Inofficiosa † donatione honoratus à donante fideicommisso licitè oneratur, ac Falcidia ex testamento debita in ipso impeditur.hoc dicit, secundùm Rayn. & querela potest in modum replicationis proponi, secundùm Bart. ¶In tex.ibi [Imperator] simile verbũ habes.ff.de nata. resti. in l. quæris.&.s.eod. in l.vnum ex familia.in fine. ¶In tex.ibi [portio] eis debita iure natu-
2 ræ. ¶In tex.ibi [sed si †] pro quamuis. ¶In tex.ibi [intercedat] habito respectu tantùm ad bona Caio in testamẽ
3 to relicta, secundùm Rayn. Nota, quòd illud, quod † permittitur contra voluntatem defuncti, multò magis debet permitti secundùm voluntatem, secundùm Bart. hic.

Ex l. Lutius.

SVMMAE.

1 *Exactum à debitore in alium vsum translatum, nominis legatum extinguit: secus si à testatore in eandem causam penitus conuertatur.*
2 *In legato vniuersitatis cedit, quod ex ea deducitur, si in eam postea reducatur.*

1 L. Lutius. ¶Exactum † à debitore in alium vsum translatum, nominis legatum extinguit: secus si à testatore in eandem causam penitus conuertatur.h.d.secundùm Ray.de Forliuio. ¶Vel
2 aliter. In legato † vniuersitatis cedit, quod ex ea deducitur, si in eam postea reducatur.hoc dicit, secundùm Bartol. ¶In tex. ibi [calendarum] expone hoc verbum. ff. titul. 1. in l. qui filium.in princip. ¶In text. ibi [placuit] per sententiam iudicanti. ¶In text. ibi [remanserat]

ideſt creditum erat,& nondum exactum.¶In tex.ibi [de-beri] facit ad q.de patre,qui comparauit nomine filij naturalis,vt not.Pet.C.fam.erc.in l.filiæ.ſecundùm.Ray.

Ex §.A te peto.

SVMMAE.

1 *Nudus miniſter teſtamenti ex officio ſuo non debet commodũ reportare.*

2 *Nudus exequutor pro legatis ad pias cauſas contra hæredes agere poteſt.*

3 *Si ambaſiatoribus fuit ſolutum ſalarium vnius menſis,ſi ipſi reuertantur infra menſem,reſiduum an teneantur reſtituere.*

4 *Si teſtator legauit alicui decem pro paſſagio Terræ Sanctæ, ſtatim legatarius poteſt illa petere,præſtita cautione de implẽdo,& an ſit verum.*

5 *Pro,dictio facit modum.*

1 §.A te peto. ¶Nudus † miniſter teſtamẽti ex officio ſuo non debet commodum reportare.h.d.¶In tex. ibi [præcipito] de
2 hæreditate mea , pro qua poteſt † agere contra hæredes; quia ad pias cauſas.l.nulli.C.de epiſcopis,& cleri. & not. ſupra eodem.in l.ſi quis Titio.& ꝟ.ad Trebel.l.Lutius.§. Mænia. ¶In tex.ibi [proficere] nõ obſtat ꝟ.de auro , & argen.leg.l.fin.§.fina.vt ibi dicam.¶In glo. fuit.ibi [maritus: hic ſecus]& cætera ,hæc ſol.non videtur vera ; quia hic verba diſpoſitiua fuerunt in ipſum Titium collata,ergo non eſt nudus miniſter.l.Sulpitius.ff.de dona. inter vi. & vxo.& not.ſ.eodem.i l.ſi quis Titio.Dic ergo,quòd hic ideo,quia actus,propter quem legabatur,nõ habebat expenſam limitatam;poterat enim plus, & minus expendere:ſi igitur minus expendit,videtur per eum ſtetiſſe ; ideo nõ lucratur:ſed ibi actus,qui iniungebatur,hẽbat limitatas expenſas,ſecundùm Bartol.¶Facit iſte tex.ſecundùm
3 Dyn. quòd ſi † ambaſiatoribus fuit ſolutum ſalarium vnius menſis, & ipſi reuertantur infra menſem,quòd reſiduum teneantur reſtituere ſecundùm eum.Vel diſtingue, ſi ſalarium fuit eis datum gratia honoris, & remunerandi laborem,argu.ꝟ.de legationibus.l.legatus ante. §.fin. & ff.man.l.ſi remunerandi.in princip.facit ꝟ.de verb.obl. l.continuus.§.cum ita.ſecundùm Ray.¶Item facit,quòd
4 † ſi teſtator legauit alicui decem pro paſſagio Terræ Sanctæ,quòd ſtatim poſsit legatarius illa petere,præſtita cau
5 tione de implendo;quia dictio,†pro,facit modum,vt hic. facit l. ſi quis pro redemptione.C.de donatio.& l.quibus diebus.in fin.infra de conditio.& demonſtra. In contrarium,quòd debeat expectari , quando fiet tranſitus generalis , facit l.nec ſemel.§. ſi in habitatione. infra quando di.leg.ced.& hoc videtur tenere Dyn. in dicta l. quibus diebus.in fi. & hoc videtur etiam verius ſecundùm Ray. de Forliuio.

Ex §.Quæ marito.

SVMMAE.

1 *Oneribus hæreditarijs generaliter grauatus in hæreditate ſibi relicta,ad ea ſolummodo,quæ ſuperſunt,ſibi tenetur:ab alijs verò,quæ expendunt,teſtator ipſe liberatur.*

2 *Cũ iniunguntur onera præterita,& futura ,intelligitur de prę teritis pendentibus,nondum finitis.*

3 *Statuta,quæ poſſunt trahi ad præterita , trahi intelliguntur ad ea,quæ non ſunt finita.ſ.ſententia,trãſactione,ſolutione, vel acceptilatione.*

1 §.Quæ marito. ¶Oneribus † hæreditarijs generaliter grauatus in hæreditate ſibi relicta,ad ea ſolũmodo,quę ſuperſunt,ſibi tenetur:ab alijs verò,quæ expẽdunt, teſtator ipſe liberatur.hoc dicit ſecundùm Ray. de Forliuio. ¶Vel
2 ſic.Cum iniunguntur † onera præterita,& futura, intelligitur de præteritis pendentibus, nondum finitis.hoc dicit
3 ſecundùm Bar.¶ Et eſt vtile,vt licèt in ſtatuto † dicatur, quòd trahatur ad præterita, intelligatur ſcilicet non finita,vt hic,ſententia ſcilicet,vel tranſactione,vt C. de tranſac.l.cauſas.vel ſolutione,vel acceptilatione.l.cum quærebatur.ꝟ.iud.ſol.de quo per Bar.in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iure.¶In tex.ibi [ſupereſſent] non ſoluta à matre,nec obſtat ff.de cond.& dem.l.quibus diebus. §. 1. vt ibi not.Ray.

Ex §.Quiſquis.

SVMMAE.

1 *Modum legati adimplere in ſua forma per mortem alterius impeditus , parendo pro poſſe legatum ſibi debitum conſequitur.*

2 *Legatarius,per quem non ſtat,quò minùs impleat modum,etiã ſi ſtet per caſum,admittitur ad legatum.*

3 *Ius accreſcendi ceſſat inter legatarios,& hæredes.*

4 *Conſtitutis duobus procuratoribus ad cauſam,mortuo vno ante litem conteſtatam,alter poteſt procedere.*

5 *Vno ex duobus commiſſarijs mortuo,alter exequi poteſt.*

1 §. Quiſquis. ¶Modum † legati adimplere in ſua forma per mortem alterius impeditus, parendo pro poſſe legatum ſibi debitum conſequitur. hoc dicit , ſecundùm Rayn. ¶ Vel
2 ſic. Legatarius,†,ꝑ quẽ nõ ſtat,quo minùs impleat modũ, etiam ſi ſtet per caſum,admittitur ad legatum. hoc dicit, ſecundùm Bartol.¶In tex. ibi [erunt] ſubaudi, quæ infra legauero,valere volo., ſecundùm Dyn. ¶In text. ibi [Pamphilo] ſeruo meo.¶In tex.ibi [exerceat] ſimul. ¶In text.ibi [pertinuit] iure accreſcendi non ad Pam-
3 philum;quia ius†accreſcendi ceſſat inter legatarios,& hæredes,vt C.de fideicom.l.eam,quam.¶In tex.ibi [inſtrumenti] tabernæ prædictæ. ¶ In text. ibi [non poſsit] ꝑ Pamphilum vnà cum Lucio.¶In tex. ibi [admitti] nec obſtat de conditio.& demonſtratio.l.in teſtamento. quia ibi conditio,hic modus,vt ibi not.arg.ſupra titu.primo.l. ſi fundus per fideicommiſſum.§.Iulianus.& plenè no. C. de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac.in l.prima.ſecundùm Ray.
4 Facit,quòd† ſi dominus conſtituit duos procuratores ad cauſam,& alter deceſsit ante litem conteſtatam, quòd alter poſsit procedere in cauſa,de qua ſupra de procura. in l.pluribus.ſecundùm Rayn.¶Item facit, quòd ſi moria-
5 tur † vnus de duobus cõmiſſarijs teſtamenti,alter poſsit exequi,& eſt caſus de teſtamentis in cap.vltimo.lib.6. & no.Dy.ꝟ.de ſol.in l.quod ſi fortè.§. 1.& Iac.de Are.in l.ſi legatario.i §. 1 . ꝟ.de fideicõmiſſ.lib.& Mar.Syl.ſ.de exercito.in l. 1 .§.ſi plures. Alij.ſ.de adminiſtra.tuto.in l. 3.in princ.& Pet.in l.id , quod pauperibus.C. de epiſ. & cler. & Guil.de inſtru.edit.in §.nunc verò.verſi.& nota. & verſi.ſed ſi alter.& verſic.ſequen.

Ex §.

Ex §. Sempronia.

SVMMAE.

1 *Accusans etiam per calumniam hæredem de impedita voluntate defuncti ad suum commodum, in testamento sibi relictis priuari non debet.*

1 §. Sempronia. ¶Accusans† etiam per calumniam hæredem de impedita voluntate defuncti ad suum commodum, in testamento sibi relictis priuari non debet. h.d. ¶In tex. ibi [habere] quia personam hæredis, non testamentum impugnauit, & hoc tollit contrarium. Nec obst. l. cum tabulæ. ff. de bon. poss. sec. tab. & c. vt hic in libro.

Ex §. Testator.

SVMMAE.

1 *Hæres defuncti uoluntatem dilatam in diem, statim sponte in quibusdam agnoscens, non potest vltra diem aliorum solutionem differre, nec sibi præiudicat in soluendis.*
2 *Solutum ab hærede plus debito non cedit ad incommodum legatorum.*
3 *Solutio aliquorum legatorum facta ante diem non præiudicat hæredi, vt alia legata ante diem soluere teneatur.*

1 §. Testator ¶Habet duas lecturas. ¶Casus. Hæres† defuncti voluntatem dilatam in diem, statim sponte in quibusdam agnoscens, non potest vltra diem aliorum solutionem differre, nec sibi præiudicat in soluendis. h.d. secundùm vtranque lectu-
2 ram, secundùm Rayn. ¶Vel aliter. Solutum †ab hærede plus debito, non cedit ad incommodum legatorum. h.d.
3 secundùm primam lecturam. ¶Vel sic. Solutio† aliquorũ legatorum facta ante diem non præiudicat hæredi, vt alia legata ante diem soluere teneatur. h.d. secundùm secũdam lecturam, secundùm Barto. ¶In text. ibi [sit] facit ad quæstionem, quam not. Dyn. in l. potest. ff. ad l. Falc. ¶In glo. 2. ibi [hic tempore plus soluit] & cæt. vel dic, ꝙ ibi soluit qđ erat indebitum iure ciuili ꝑ Falcidiã, sed naturaliter erat debitum secundùm defuncti voluntatem. l. 1. eod. tit. vnde soluendo vni, videtur omnia integrè soluere: hic verò soluit plus tempore contra defuncti uolũtatem, secundùm Barto. Et vide omnino, quod scripsi. C. de testam. in l. non dubium.

Ex §. Lutius.

SVMMAE.

1 *Demonstrati cum nominato ex legato communi uiriles recipiunt portiones.*
2 *Plures coniuncti admittuntur ad viriles portiones, si prohibetur alienari extra familiam.*
3 *Et, copula, debet diuersa copulare.*

1 §. Lutius. ¶Demonstrati† cũ nominato ex legato communi viriles recipiũt por-
2 tiones. h.d. secũdùm lecturam Petr. ¶Vel sic. Plures† cõiuncti admittuntur ad viriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiam. h.d. secundùm Bartol. ¶In gloss. vlt. in fine. Petr. dixit, & soluit, ꝙ hic liberti fuerunt à testatore demonstrati, vt ibi [quos] & cæt. & sic videntur proprijs nominibus appellati, argu. l. certum. ff. si cer.
3 pet. cum similibus. hoc non placet propter copulam, †&, quæ est in tex. ibi [& quos] quæ habet copulare diuersa. argu. ff. eo. tit. 1. l. ea tamen. & nota. ff. de iur. & fac. igno. super rubri. per quæ apparet, ꝙ non fuerunt nominati primi liberti à testatore, quare si habes copulam, tene secundam, si non habes copulam, tene istam secundũ Ray.

Ex §. Impuberem.

SVMMAE.

1 *Duplicatio legatorum trahitur ad legata, quæ in quantitate consistunt, non quæ in specie.*
2 *Dos dicitur reddi, non dari.*
3 *Institutus, & substitutus quando habeantur loco vnius.*
4 *Statuta duplicantia pœnas, intelliguntur de consistentibus in quantitate, non in specie.*
5 *Statutum puniens percutientem in platea pœna manus, & si de nocte, pœna duplicetur, manus tantùm amputabitur: secus si consisteret in quantitate.*
6 *Tempus an duplicetur, si dictum fuerit per statutum, quòd pecutiens aliquem, stet duobus mẽsibus in carcere, si de nocte, duplicetur.*

1 §. Impuberem. ¶Duplicatio † legatorum trahitur ad legata, quæ in quantitate consistunt, non quæ in specie. h.d. ¶In tex. ibi [dari] propriè accipitur; & ideo ista duplicatio ad
2 legatum dotis † non refertur, quæ propriè dicitur reddi, & non dari, vt supra eodem. l. cum quidam vxori. & arg. supra eodem. l. legatis. licèt glo. alias rationes assignet. ¶In tex. ibi [possideatur] per legatarios, quibus ab impubere erant soluta. ¶In tex. ibi [possint] per ipsos legatarios. ¶In tex. ibi [non posse.] Nec obstat supra tit. 1. l. quid ergo. §. si quis duos. quia ibi personæ sunt penitus
3 diuersæ: at hic institutus, †& substitutus quantùm ad hoc habentur loco vnius, vt supra tit. 1. l. si cui. §. si à filio. & nota. eod. titu. in l. seruo alieno. §. si quis à primo. ¶ No-
4 ta tex. ad statuta † duplicantia pœnas, vt non intelligatur de consistentibus in specie, sed in quantitate. Et sic si per
5 statutum † percutiens in platea, debet puniri pœna manus, & si fuerit de nocte, pœna duplicatur, percutient de nocte amputabitur vna manus tantùm: secus si duplicatio consisteret in quantitate, vt not. Bart. s. eod. in l. Mæuius. §. duobus. in vlt. quæstione. ita dicit Bar. hic. ¶Quid
6 autem † in tempore, vt quòd percutiens stet duobus mensibus in carceribus, si percutit de nocte, an illa duplicetur. vide Bart. in l. in senatus. §. fin. ff. ad Turpil. secundùm eundem hic.

Ex §. Ciuibus.

SVMMAE.

1 *Ad nominis legatum astrictus, etiam contra ipsum egenum actionem cedendo, solummodo liberatur.*
2 *Si legatur nomen debitoris, hæres liberatur cedendo actionẽ.*

1 §. Ciuibus. ¶Ad nominis † legatum astrictus, etiam contra ipsum egenũ actionẽ cedendo, solũmodo liberatur. h.d. sñ Ray.
2 ¶Vel sic. Si legatur † nomen debitoris, hæres liberatur

cedendo actionem.h.d.secundùm Bart. ¶In tex.ibi [Rei publicę]dictorum ciuium,& sic impropriè.l.eum qui uectigal.& quod ibi not.¶In tex.ibi [posterior]debitor postea nominatus. ¶In tex. ibi [quantitatem] debitam à debitore priore.¶In tex.ibi [debitorem]etiam egenum. ¶In tex.ibi [debere] & eum delendo liberatur , secundùm Ray.¶In glo.ibi[l.quidam.]so.hic legatum nominis debitoris,ibi certæ quantitatis, cum certa demonstratione,vt ibi patet in litera, secundùm Ray.

Ex §. Filiam ex asse.

SVMMAE.

1 *Relicta in defectum institutorum uidentur relinqui à uenientibus ab intestato.*

2 *Pertinere,uerbum an sit obliquum directum, uel commune.*

1 §. Filiam ex asse. ¶Relicta † in defectum institutorum videntur relinqui à venientibus ab intestato.h.d.Facit ad quæstionem not. in l. precibus. circa materiam uulgaris. C.de impub.& alijs substi.secundùm Rayn. ¶ In tex.ibi [pertinere]quid in verbo peruenire , vide ad Trebel. in l. hæredibus.§.fina.secundùm Ray.hic. & hic probatur , ꝙ
2 †verbum,pertinere,est obliquum.In cōtrarium,quòd sit directum,facit C.de pact.l.licèt.& quod not. Innocen.in c.Raynutius.super verbo,pertinere.extra de testamentis. Barto.tenet,quòd sit commune in l. Centurio. ff. de vulga.& pupilla.

Ex §. Quisquis.

SVMMAE.

1 *Confessio debiti ex falsa causa à testatore emissa in vltima uoluntate ex testamento tantùm parit actionem.*

2 *Confessio debiti facta à testatore non probat debitum,sed fidei commissi petitionem inducit.*

3 *Confessio si emanauit,præsente creditore,etiam quòd non sit,parit actionem : secus absente.*

4 *Si testator confitetur debitum, & postea superuiuat, per istam confessionem contra eum non inducitur probatio debiti,quando non interuenit præsentia creditoris, vel nuncius,aut epistola ; quia his interuenientibus induceretur probatio debiti : & an sit verum.*

1 §. Quisquis. ¶Confessio † debiti ex falsa causa à testatore emissa in vltima voluntate ex testamento tantùm parit actionem.h.
2 d.secundùm Ray. ¶Vel sic. Confessio†debiti facta à testatore non probat debitum, sed fideicommissi petitionē inducit.h.d. secundùm Rayn.¶In tex.ibi[iubeo] ista verba non sunt necessaria,argu.☞.de donati.in l. ex hac. & §. eo.in l.vnum ex familia.§. si omissa. & argu. de iudi.in l. si Prætor. cum similibus. secundùm Iaco. de Are. ¶In tex.ibi [debentur] idest si non probaretur causa depositi à testatore expressa. ¶In tex. ibi [esse] si ista confessio
3 † emanauit,eis absentibus : secus si eis præsentibus , arg. supra depo.l.Publia.& not.supra de probatio. in l. cū de indebito.§.fi.& not.C.de non nu.pecu.in l. generaliter.& ibi plenissimè de ista materia per Ray.¶In tex.ibi[ex fideicommisso . Nec obstat.☞.de dot.prælega.l. prima.§.
4 adeo.in fi. §. vt ibi dicam. ¶ Nota ergo hic casum,ꝙ † si testator confitetur debitum , & postea superuiuat , quòd per istam confessionem contra eum non inducitur probatio debiti,facit.☞.titu.1.l.Lutius.§.1.& de liber.lega.l.Aurelius.§.1. & hoc tenet Iaco. de Belui.in Authen. de iure iur.à mo.præsti. licèt Ci. referat opinionē contrariam in l.generaliter.C.de non nume.pecu.hoc tamen est uerum, nisi pars fuisset præsens,vel interuenisset nuncius, vel epistola ; quia tunc induceretur probatio, ut C.de confess.l. 1.& ibi nota.& d.l.Publia. in fine secundùm Barto. uide eum latiùs in l.cum quis.in §.codicillis.☞.titu. primo.In contrarium tamen videtur casus in l.prima.C. de fal.causa adiec.leg.cogita.

Ex §. Lutius Titius.

SVMMAE.

1 *Liberti de domo patroni propter eorum offensam expulsi non admittuntur ad alimenta generaliter ab eo relicta libertis, nisi cum eodem reconciliatio interuenerit.*

2 *Verba generalia etiam in beneficijs restringuntur,ut odiosa nō comprehendantur.*

3 *Offendentibus non probantibus sequens meritum, legatum non debetur.*

1 §. Lutius Titius. ¶Liberti† de domo patroni propter eorū offensam expulsi non admittuntur ad alimenta generaliter ab eo relicta libertis,nisi cum eodem reconciliatio in-
2 teruenerit.h.d.secundùm Ray.¶Vel sic. Verba † generalia etiam in beneficijs restringuntur, vt odiosa non comprehendantur.h.d. secundùm Iaco. de Are. ¶Vel aliter.
3 Offendentibus † non probantibus sequens meritum , legatum non debetur.h.d.secundùm Bart.¶In tex. ibi [dimisit] propter eorum offensam,secūdùm gl. ¶In tex. ibi [prætetur] facit ad quæstionem not.per Guil.C. familię ercis.in l.in ipsius.

Ex §. Damæ.

SVMMAE.

1 *Debitum à patre filio ex alterius vltima voluntate ab eodem specialiter ei relictum ex primo testamento duntaxat, debebitur etiam filio naturali concepto tempore seruitutis ex patris testamento , Falcidia non deducta.*

2 *Si hæres in suo testamento relinquit, quòd testator legauerit, debetur ex primo testamento , non ex secundo : & appellatione filiorum continentur naturales in seruitute concepti.*

1 §. Damæ. ¶Debitum † à patre filio ex alterius vltima voluntate ab eodē specialiter ei relictum ex primo testamento duntaxat, debebitur et filio naturali concepto tempore seruitutis ex patris testamento,Falcidia non deducta.h.d. secundū Ray.
2 ¶Vel sic.Si hæres † in suo testamento relinquit, ꝙ testator legauerat,debetur ex primo testamento,non ex secundo,& appellatione filiorum cōtinentur naturales in seruitute concepti.h.d.secundùm Bar.¶In tex. ibi[erat]in seruitute concepta,vt in fine l. patet.¶In tex. ibi [cedentē] glo.exponit tribus modis,tene primam. ¶In tex. ibi [suprascripti] à patrono relicti. ¶In tex.ibi [posse] & sic nomine patris nulla Falcidia deducetur. ¶In tex. ibi[susceptos] qualis erat ista Pamphila filia Pamphili,secundùm Rayn.

Ex l. Co-

Ex l. Codicillis.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum ancillæ testatoris sine libertate à legatario debitum, nullum est, & in eo potior est conditio possidentis, legatarij, vel hæredis.*
2 *Si onus iniunctum legatario est inutile, mixta consideratione testatoris, & fideicommissarij, legatum efficitur inutile quò ad dationem, non quò ad retentionem.*
3 *Onus quando est nullum, legatum est nullum.*
4 *Iuris patronatus commodum nō attenditur, quò ad hoc vt nullum legatum efficiatur aliquid.*

1 L. Codicillis. ¶Fideicommissum † ancillæ testatoris sine libertate à legatario debitum, nullum est, & in eo potior est cō ditio possidentis, legatarij, vel hæredis. h. d. secūdùm Ray.
2 de Forliuio. ¶Vel sic. Si onus † iniunctum legatario est inutile, mixta consideratione testatoris, & fideicommissarij, legatum efficitur inutile quò ad dationem, non quò ad retentionem. h. d. & est singularis casus, secundùm Barto. ¶In text. ibi [non esse] nec obstat. ff. de auro, & argen. lega. l. fin. §. fin. & de adimen. lega. l. 3. §. 1. vt ibi dicam. ¶In text. ibi [non est] à principio, & hoc tollit contrarium. ¶In tex. ibi [legatarius] scilicet possessor. ¶In tex. ibi [legatarium] non possidentem. ¶In tex. ibi [posse] ab hærede possidente secundùm Ray. ¶In gl. magna ibi [supra eodem. l. si quis quos] & cætera. Vel dic, quòd hic onus est nullum, mixta consideratione testatoris, & fideicommissarij, seruo proprio relinquebatur, & ideo non est nullum ipso iure; quia de æquitate debet dari ipsi seruo. l. pen. C. de necess. ser. her. inst. & no. supra eo. l. si Titio. & supra titu. 1. in l. planè. §. si coniunctim. sicut ergo
3 † onus non est omnino nullum, ita nec legatum: sed eligitur media via, de qua hic, scilicet quòd sit nullū quò ad petitionem, non quò ad retentionem: sed ibi onus erat totaliter inutile, & per consequens legatum, secundùm Bar. ¶In eadem glo. ibi [l. si quis eum] hæc solu. videtur contra tex. ibi [si à legato non repellatur] & cætera, & sic innuit, quòd nec exceptione repellitur, & sic valet etiā quò ad actionem. Dic ergo, quòd ibi onus fuit iniunctum post aliquod tempus; & ideo voluit aliquod commodum remanere penes legatarium; vnde licet fideicommissum sit nullum: legatum tamen est validum propter commodum. ¶Nec obstat, quòd in dicta l. si quis quos. testator
4 † voluit penes legatarium remanere commodum iuris patronatus; quia tale commodum non attenditur. l. Mæuio. §. primo. infra de regu. iuris. secundùm Barto. hic. ¶In eadem gl. ibi [§. tusculanus] & cætera. de hoc per Petr. & Cy. C. de cad. toll. ī l. 1. in §. pro secundo. non obst. l. obtinuit. & l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. hoc eo. tit. quis ibi, qn̄ onus iniunctū legatario est nullum in possidente verè, quia turpe, vel contra bonos mores: sed hic non est nullum ea ratione, sed quia lex sibi non assistit, secundùm Petrum, & Cyn. ibi, & Bartol. hic. ¶In fine gloss. pro Ro. est supra eod. l. cum ei, qui partem. cum similibus. Sed opinio Ro. vera est, quando fideicommissum est ab initio vtile; gloss. verò, quando inutile, secundùm Rayner. de Forliuio.

Ex §. Insulam.

SVMMAE.

1 *Fideicommissarius hæredis alienationi simpliciter consentiens etiam in pretio, sibi præiudicat: secus si consenserit, saluo iure in eo sibi competente.*
2 *Si liberti consentiunt hæredi patroni alienanti rem eis relictā, præsumitur animus donandi, nisi aliud appareat.*
3 *Pretium loco rei non succedit, nisi in vniuersalibus.*
4 *In actione bonæ fidei veniunt ea, de quibus non est actum, nec cogitatum.*
5 *Animus donandi faciliter propter præcedens meritum præsumitur in libertis consentientibus patrono, vel in hæredibus patroni.*

1 §. Insulam. ¶Fideicommissarius † hæredis alienationi simpliciter consentiens etiam in pretio sibi præiudicat: secus si consenserit, saluo iure in eo sibi competēte. h. d. secūdùm Ray. ¶Vel
2 sic. Si liberti consentiunt † hæredi patroni alienanti rem eis relictam, præsumitur animus donandi, nisi aliud appareat. h. d. secundùm Bart. ¶In glo. fin. ibi [loco rei succe
3 dat] &c. hæc ratio non videtur bona; quia † non succedit nisi in vniuersalibus, vt not. C. de rei vēd. ī l. mater. & ff. de pe. hæredi. in l. si rem, & pretium. Potest tamen eius dictū saluari. s. quòd agatur actione ex testamento informata à pacto, arg. s̄. de actio. empt. l. tamen. §. 1. vel quia est simi
4 le bonæ fidei, vnde veniunt in ea † etiam illa, de quibus non est actum, nec cogitatum, vt j̄. de actio. & obli. l. consensu. & Inst. de oblig. ex contractu. in fi. secundùm Petr. Nec obstat. s̄. eod. l. Titia. §. Lutio. vt ibi no. Ray. ¶In eadem glo. ibi l. si fundum per fideicommissum. & cætera. Barto. dixit, quòd hic loquitur in libertis consentientibus patrono, vel hæredibus patroni, in quibus facilè præsumitur animus donandi propter præcedens meritum. l. si verò non remunerandi. §. Papinianus. s̄. mand. sed ibi erant extra, secundùm Bar.

Ex §. Instituto.

SVMMAE.

1 *A testatore cum causa alienare prohibitus potest locare, & colonos in pensionem ei debitam creditoribus delegare.*
2 *Qui obligat nomen conductoris, domus alienari prohibitæ. non videtur alienare, vel obligare domum.*
3 *Per locationem ad longum tempus, an quæratur aliquod dominium, & ne quæratur, cautela est, quod dicatur, ne quæratur, nec directū, nec vtile dominium, vel quòd tot sint locationes, quot anni.*
4 *Præbendæ, & beneficia possunt locari, si non transeunt ad speciem alienationis, nec alteri præiudicant.*
5 *Prohibitus alienare, si locat per 100 annos, non punitur tanquam alienans, nec talis locatio tenet.*
6 *Vtilitas perpetua qualibet dicitur dominium.*

1 §. Instituto. ¶A testatore † cum causa alienare prohibitus, potest locare, & colonos in pensionem ei debitam creditoribus delega
2 re. h. secundùm Ray. ¶Vel sic. Qui obligat † nomen conductoris domus alienari prohibitæ, nō vr̄ alienare, vel obligare domum. h. d. secundùm Bar. ¶In text. ibi [cohæredi] suo, & si nolit cohæres emere, poterit alteri vendere,

argu.j.de verb.oblig.l.qui Romæ.§.cohæredes.& sic intellige.j.tit.1.l.pater.§.15.& C.de fideicom.l.voluntas. & non reperitur alibi,secundùm Dyn.sed bene facit l.fin. C.de iure emph.quod est verum,nisi esset adiectum,vt in familia remaneret;quia tunc non posset alienari quasi res subiectas restitutioni,vt in Auth.res,quæ.C.ad l.falci.secundùm Barto.¶In text.ibi [fœnerari] &cæ.hic declarat prohibitionem factam respectu certæ personæ, & sic non obstat l.filiusfamilias.§.Diui.s.titu.primo.imò concordat secundùm Rayn.¶In glo.non obstat. in fin. Nota glo.Dyn.tamen,& docto.communiter contra, vt hic in libro,& not.in l.qui Romæ.in prin.ff.de verbo.obliga.& vi
3 de argu.12.q.2.in c.alienationes.sed potest † sustineri, si expresse sit dictum, quòd per talem locationem non quæratur aliquod dominium,nec vtile,nec directum, secundùm Bal.s.de leg.1.in l.si domus.§.si fundus.ibi hoc ponit. Vel si est dictum,quòd tot sint locatiões,quot sunt anni,vt ff.de verbo.oblig.l.scire debemus.secundùm Bal. in materia feudorum,in prin.in versicu. extra quero quid de locationibus in 6.col. vbi allegat istam gloss. ¶Extra
4 quæro,† quid de locationibus præbendarum, & beneficiorum,vtrùm possint fieri, & dicendum est, ꝙ sic, cum non transeunt ad speciem alienationis, & non præiudicant alteri,vt 12.q.2.cap.alienationes.ibi per Archy.Idem ait,
5 quòd prohibitus † alienare, si locat in centum annos,non punit tanquam alienans,nec talis locatio valet, vt 12.q.2. c.abbatibus. ad hoc facit, quod not.hic in isto §.quod forte pôt defendi, si est actum, ꝙ tot sint locationes, quot sunt anni, vt ff.de verb.oblig.l. scire debemus.sed hoc nõ
6 placet domino Dy. quia quælibet perpetua† vtilitas dicitur dominium,& quia fit in fraudem,& ideo successor nõ tenetur habere ratum,secundùm Bal.hic.

Ex §. Matre.

SVMMAE.

1 *Prohibitus alienare in certas personas, prohibetur in eas ab intestato legitimo iure transferre.*
2 *Adulterium dicitur peius morte.*
3 *Crimina sacrilegij, & læsæ maiestatis dicuntur duriora adulterio quò ad offensionem Reip.*
4 *Ad inopiam deducere extremam peius est morte, & deterius.*
5 *Mori melius est,quàm egere.*
6 *Occidens fratris filium,vel sororis, licèt ab intestato succedat: tamen ei aufertur,vt indigno successio.*

1 §. Matre. ¶Prohibitus† alienare in certas personas prohibetur in eas ab intestato legitimo iure transferre.hoc dicit.Et sic non obstat l.cum pater.§.cum inter.s.eodem.& quod not.in l.peto. §. fratre.supra eodem titu.quia ibi fuit quis simpliciter prohibitus alienare;hic in certas personas: vnde debet curare, ne etiam ab intestato ad illas personas perueniat secundùm Bart.¶In text.ibi [fecit] vt quia adulterauit vxorem eius filij,vel testatoris quondam,non præsentem; quę est soror sua,in qua non cadit sinistra suspicio, arg. C. de
2 episco.& cler.l.eum,qui.hoc enim †est morte deterius, secundùm quosdam,scilicet Cacuinos. Hæc expositio non placet,arg.j.de publi.l.fin.in princ.sed quidam dicunt, ꝙ ibi loquitur in crimine sacrilegij,& læsæ maiestatis, & si-
3 milibus,quę †dicuntur duriora quò ad offensionem Reipublicæ,quàm adulterium. Quod non placet: quia tunc seruus non puniretur à domino,quod dicit illa l.sed à iudice competenti,vt j.de sicar.l.1.in princ.Dic ergo,quòd
4 hic ad extremam† inopiam me deduxit,quod sine dubio est morte deterius,vnde dicit Salomon. Melius est mori,
5 † quàm egere. & Oratius.
¶Per mare pauperiẽ fugiẽs,ꝑ saxa,ꝑ ignes,sm̃ Ray.d̃ For. ¶In tex.ibi[fratrẽ] q. ꝓpaliter fuit prohibitus,& sic nõ ob. s.eod.l.cum pater.§.cum inter.& plenè dixi in d. l. peto. §.fratre.¶In text.ibi [fideicommissum] hæreditatis prędicti mariti,secundùm Ray.¶Hic videtur casus secũdùm
6 Barto.hic,quòd occidens † filium fratris, vel sororis non prohibeatur ipsi fratri, vel sorori succedere ab intestato: sed potest dici, ꝙ hic erat alius frater,non ille,qui occidit: sed ei aufertur,vt indigno,vt infra de bon.dam. l. cum ratio. & ibi posuit Bartol. & ad ibidem dicta per eum se remittit.

Ex §. Lutius.

SVMMAE.

1 *Institutio inualida propter defectum solemnitatis ex voluntate testantis in causam fideicommissi ab intestato legitimè conuertetur.*
2 *Hæc verba,quòd valeat eo modo,quo melius de iure potest, intelliguntur etiam ab intestato.*

1 §. Lutius. ¶Institutio † inualida propter defectum solemnitatis ex voluntate testantis in causam fideicommissi ab intestato legitimè
2 conuertetur.h.dicit,secundùm Rayn.¶Vel sic.Hæc† verba,quòd valeat eo modo, quo melius de iure potest, intelliguntur etiam ab intestato.h. dicit, secundùm Bartol. ¶In text.ibi [petita] per legitimos; quia testamentum de iure non valebat.¶In text.ibi [possunt] per hæredes scriptos à uenientibus ab intestato. ¶In text. ibi [posse] vi codicillorum,non testamenti,& hic tollitur contrariũ. ¶Nec ob.s.de iniusto testamento.l. 1. vt ibi dixit Rayn. ¶In gl.j.in fi.& facit cõtra gl.vlt.in fi.C.de lib. præt.Authen.ex causa.& dic,vt ibi secundùm Ray.de Forl.

Ex l. Testator.

SVMMAE.

1 *Voluntas testatoris tacita contrario sensu sumpta per tacitam voluntatem reuocatur.*

1 L. Testator. ¶Voluntas † testatoris tacita contrario sensu sumpta per tacitam voluntatem reuocatur.h.d. secundùm Barto. ¶In tex.ibi [instituit] &c.adde,vt in libro. ¶In tex. ibi [valere] & per consequens non sigillatum tacitè nolebat valere.¶In tex.ibi [constaret] idest si constet esse factam à testatore,licèt non sit sigillata,quod debet constare per quinque testes,vt not.s.eo.in l.miles.in princip. & dixit Ray.in l.cum pater.§.donationis.s.eod.¶In glo.2. ibi [l.si quis in principio] &c. q. d. ꝙ ibi fuit derogatio expressa,hic tacita,arg.j.de re.iur. l. nihil. hoc tenet etiã Dyn.in c.quòd semel.de reg.iuris.lib.6.Sed hæc sol. videtur falsa per l.cõficiuntur.§.i.s.de iure codicil.Quare prima litera huius §.præteriti temporis videtur vera,& tollitur contrarium. Vel dic, ꝙ in contrario derogat voluntati:hic solẽnitati,vt dixit Ray.s.de iure codicill.in l.Diuus.§.licèt.secundùm Iaco.de Are.

Ex §.

Ex §. Qui indiuisam.

SVMMAE.

1 *In generali fideicommisso verbum præsentis temporis restringitur ad tempus conditi testamenti: futuri verò respicit tempus mortis.*
2 *Verba generalia debent ad tempus testamenti referri.*
3 *In legato vniuersali relicto sub nomine appellatiuo, & sui natura collectiuo, verba prolata in testamento, referuntur ad tempus testamenti mortis: secus in generali.*
Fallit propter modicum præiudicium.
Et quid in legato generali particulari. ibid.
Et quid in legato indefinitè relicto. ibid.
4 *Si vnus testis dicit, quòd res valeat centum, alter centum & quinquaginta, dicuntur contrarij, & an sit verum.*

1 §. Qui indiuisam. ¶In generali fideicommisso verbum præsentis temporis restringitur ad tempus conditi testamenti: futuri verò respicit tempus mortis. h. d. secun
2 dùm Rayn. de For. ¶Vel sic. Verba† generalia debent ad tempus testamenti referri. h. d. secundùm Bart. ¶In tex. ibi [vti] &c. prout sic. s. eod. l. Lutius. §. 1. ¶In tex. ibi [aureos] & sic iustum pretium iure partis. ¶In tex. ibi [fideicommissum] etiam augmenti bonorum post testamentum. ¶In tex. ibi [æstimationis] iustè à testatore taxatæ. ¶ In tex. ibi [in rebus] quæ erant communes solùm tempore testamenti, non omnes, sed illæ tantùm, quæ secundùm iustam æstimationem duo millia valebant. ¶In tex. ibi [aureis] à patruo perceptis, & eidem præstabuntur. ¶ In tex. ibi [fieri.] Nec obstat. ƒ. de fund. instruc. l. pe. & quod ibi not. quia ibi fideicommissum vniuersale: hic generale, arg. s. eo. l. peculium. in princ. cum similibus. secundùm Rayne. ¶In glo. ex hoc patet. ibi [tempus testamenti] &c. & sic non obstat, quòd ista verba debeât referri ad omnes res, quæ reperiuntur tempore mortis, vt s. eo. l. peculium. in princ. & s. titul. 1. l. grege. Sed Petr. di
3 cit, quòd† illa loquuntur in legato vniuersali relicto sub nomine appellatiuo, & sui natura collectiuo, vt grex, peculium, & similia: sed hic in legato, quod est generale pp aliquod signum ibi appositum, vt omnes res, & similia; tunc. n. refertur ad tempus testamenti, non mortis. Fallit propter modicum præiudicium in l. fi. C. quæ res pigno. obli. poss. Aliud est legatum generale particulare, & de isto. s. tit. 1. in l. si ex toto. in princ. Aliud est legatũ indefinitè relictum, & de hoc habetur. ƒ. de aur. & arg. lega. in l. si ita ¶In glo. sequenti ibi [subaudi tantùm] facit, quòd
4 si vnus† testis dicit, quòd res valet cẽtum, alter centum & quinquaginta, quòd dicantur contrarij. In contrarium facit. s. de in lit. iur. in l. cum furti. secundùm Bart.

Ex §. Seio.

SVMMAE.

1 *Conditio apposita vni legatario, in persona alterius sibi coniuncti non intelligitur tacitè repetita.*
2 *In conditione tacita nil operatur expressio.*

1 §. Seio. ¶Conditio† apposita vni legatario, in persona alterius sibi coniuncti non intelligitur tacitè repetita. h. d. secundùm glo. & Rayn. ¶In tex. ibi [deberi] non obstat. s. de testam. tutel. l. qui tutelam. in prin. vt ibi not. Ray. ¶In glo. 1. ibi [ad aliam non] vel dic, secundùm Dyn. & Bart. ꝙ ibi ambo legatarij priùs nominati fuerũt: hic alter tantùm scilicet Seius, & statim subiecta conditio hoc reprobat Petr. per l. Iul. Paulus. ƒ. de condit. & demonst. respondet ergo, quòd hic
2 in cõditione† tacita, cuius expressio nil operatur, ibi secus, argum. s. tit. 1. l. 3. Nec obstat quod not. s. tit. 1. in l. si filiofam. & s. eo. in l. miles. in fin. quia responde, vt ibi dixit Ray. super glo.

Ex §. Lutius.

SVMMAE.

1 *Verba dispositiua in codicillis prolata circa communionem bonorum, fideicommissi petitionem inducunt inter hæredem, & alium nominatum.*
2 *Valet fideicommissum iniunctum de bonis communicandis.*

1 §. Lutius. ¶Verba dispositiua in codicillis prolata circa communionem bonorum, fideicommissi petitionem inducunt inter hæredem, & alium nominatum. h. d. ¶In tex. ibi [bonorum] vnde liberi. ¶In tex. ibi [vxor] defuncti, & mater huius fi
2 liæ secundùm Ray. ¶Vel sic. Valet† fideicõmissum iniunctum de bonis cõmunicandis. h. d. facit. ƒ. eo. ad Trebell. l. Lutius. in princip. secundùm Bart. ¶In glo. 1. in fin. eadem ratione, arg. s. de iniusto test. l. 3. §. 1. cum similibus, secundùm Rayn.

Ex §. Quatuor.

SVMMAE.

1 *Frater in præiudicium fratris cohæredis emere prohibetur rem communem ipsis prælegatam ab eis creditori pariter obligata.*
2 *Ratione coniunctionis qui non admittitur vt ipse, admitti tãquam alius prohibetur.*

1 §. Quatuor. ¶Frater † in præiudiciũ fratris cohæredis emere prohibetur rem communem ipsis prælegatam, ab eis creditori
2 pariter obligatam. h. d. ¶Vel sic. Ratione† coniunctionis qui non admittitur vt ipse, admitti tanquam alius prohibetur. h. d. secũdùm Bar. de quo per Ci. in l. 1. C. de dolo. ¶In tex. ibi [vendidit] & ab eo pretium recepit sine consensu aliorũ fratrum, & hoc tollit vltimum contrarium signatum in glo. ¶In tex. ibi [esset] in prædijs prælegatis, secundùm Rayn.

Ex §. Filiæ.

SVMMAE.

1 *Pater filiæ per fideicommissum rectè substituit in dote vltra debitam iure naturæ sibi relicta.*
2 *Filia potest grauari in dote, quatenus dos est vltra legitimã. Item si tantum ei relictum esset, & legatum agnosceret, vel actio dotis non esset sibi quæsita. & nu. seq.*
3 *Dos licèt in fideicommisso relinqui non possit hoc tamen fal-*

lit, si specialiter relinquatur, & si est vltra legitimam.
4 *In legitima non tenet aliquod grauamen.*
5 *Grauamen, quòd filius stipuletur à sorore dotem, licèt non extendatur ad tempus secundi matrimonij: tamen si grauamen adiectum sit sub conditione, extenditur. & an sit verum.*

1 §. Filiæ. ¶Pater † filiæ per fideicommissum
rectè substituit in dote vltra debitã
iure naturæ sibi relicta. hoc dicit secundùm Ray. de For.
2 ¶Vel sic. Filia † potest grauari in dote, quatenus dos est
vltra legitimam. hoc dicit secundùm Dyn. & Mar. Syl. &
Bart. Non obstat, quòd mulier non possit grauari in do-
te. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. à filio. in princip. ff.
ad Trebellian. quia non venit in fideicommisso generali
dos, vt ibi: sed specialiter potest grauari in dote: vt hic,
quod est verum, quatenus ista dos est vltra legitimam;
3 nam in legitima † non tenet aliquod grauamen. l. quo-
niam in prioribus C. de inoff. testam. secundùm Dyn. &
Mar. Syl. & Cin. C. de rei. vxo. ac. in l. vnica. §. videamus.
4 Item hic, quando actio † de dote non erat quæsita filiæ;
nam si esset quæsita, non posset grauari, nisi tantùm ei vl-
tra relinqueretur, & legatum agnoscatur, vt. s. eo. l. Titia.
§. qui inuita. facit. l. pater filiam. ff. ad l. Falcid. secundùm
Bart. hic. ¶In tex. ibi [filiæ] institutæ in dote, & in debita
iure naturæ sibi æquiualente vltra dotem. ¶In text. ibi
[cautionem] &c. factam filiæ secundùm Dyn. & bene.
¶In tex. ibi [vno] extraneis institutis hæredibus.
¶In tex. ibi [peti] per dictum Titium fratrem. Nec ob-
stat, quòd istud grauamen, quòd frater stipuletur, nõ por
rigatur ad tempus secundi matrimonij, vt. s. eo. l. cum pa
ter §. pater certam. quia ibi voluit filium simpliciter sti-
pulari: hic verò sub conditione, si soror sine liberis moria
tur, secundùm Dyn. Alij dicunt, quòd illa secundùm istã
valet, quòd frater petat. 10. ex causa fideicommissi, vt
hic: non autem, quòd possit eam cogere, quòd sibi pro-
mittat. 10. in secundo matrimonio stipulari, secundùm
Rayn. Vel dic, quòd hoc contingit propter moram filiæ,
quæ nunquam voluit renouare stipulationem, vt in text.
secundùm Bar.

Ex §. Filium, & filiam.

SVMMAE.

1 *Pluribus post eorum mortem simul rogatis, vno mortuo, alijs superstitibus, statim competit fideicommissi petitio.*

1 §. Filium, & filiam. ¶Pluribus † post eorum mortem simul rogatis, vno mortuo: alijs superstitibus statim competit fideicommissi petitio. hoc dicit secundùm Bart. quod declara plenè, vt examinauit Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.

Ex §. Maritus.

SVMMAE.

1 *Iusta hæredis ignorantia alienationem rei, quæ subiacet restitutioni, confirmat.*

1 §. Maritus. ¶Iusta † hæredis ignorantia alienationẽ rei, quæ subiacet restitutioni, confirmat. h. d. secundùm Bart.

Rubr. De legatis, & fideicommissis tertio.

IN glosa. Rubri. ibi [in alio ponitur] & cæt. Sed Iac. de Are. dicit, quòd in primo tractauit de legatis iniunctis hæredi. In secũdo de iniunctis legatario. Hic de iniunctis vtrique, & etiam de significatione verborum, quod etiam satis placet Bart. ¶In ea. glo. ibi distinctos tractatus, vt in prima constit. C. in §. quibus. arg. C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. bene facit. s. de sta. ho. l. 2. secundùm Rayn. de For.

Ex l. Si certus.

SVMMAE.

1 *Incertus de statu suo non potest condere testamentum, nec legata, aut fideicommissa relinquere.*
2 *Dubius de statu suo propter errorem facti, vel iuris non potest testari.*
3 *Iustum bellum, & licitum quando dicatur. remissiuè.*
4 *Res in bello captæ an, & quando fiant capientium, & quãdo liberi capti fiant serui. remissiuè.*
5 *Incertitudo circa id, quod impedit testamenti factionem, vitiat testamentum militis: secus incertitudo circa id, quod non impedit iure militari, vel communi.*
6 *Testamenti factio est publici iuris, & maiorem solemnitatem requirit, quàm aditio, quæ est priuati iuris.*
7 *In aditione hæreditatis quasi contrahitur.*
8 *In contractibus, & quasi contractibus potiùs veritas inspicitur, quàm opinio.*
9 *Ignorans an sit excommunicatus, testari potest.*
10 *De excommunicatione quando dubitatur, non debet à diuinis seiungi.*

L. Si certus. ¶Hęc lex diuiditur in duas
partes. In prima tractat de
personis eorum, qui possunt fideicommissum relinquere
vsque ad [§. secundùm] secundo de his, qui possunt gra-
uari onere fideicommissi. Item hæc lex, & sequentes tra-
ctant de materia tituli præcedentis, scilicet de personis le
gantium, & legatariorum. Et ab illa infra vsque ad finem
tractatur de significatione verborum, secundùm Dyn. itẽ
primò loquitur in errante in suo statu, & in facto. Secun-
dò de errante in statu suo, sed in iure vtriusque tamen er-
roris est, idest effectus. hoc dicit vsque ad [§. his, quibus]
1 secundùm Dyn. casus. Incertus † de statu suo non potest
condere testamentum, nec legata, aut fideicommissa re-
linquere. h. d. istud principiũ secũdùm Ang. ¶Vel sic. Du
2 bius † de statu suo propter errorem facti, vel iuris non po
test testari, secundùm Bart. ¶In tex. ibi [captus] vide quod
not. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. item quòd dica-
3 tur † iustum bellum, & quando liceat alicui alium impu-
gnare, vide Innoc. extra de resti. spo. in c. olim. in glo. vim
enim. & extra de iureiur. in c. sicut. & . ff. vbi etiã dicit, quã
4 do † res captæ in bello fiant capientium, & qñ liberi capti
fiãt serui, item etiam vide Innoc. extra de voto. in c. quod
super his. ¶In gl. 3. ibi [nisi sit miles] sed Iacob. de Rau.
5 & Petr. dicunt, quòd incertitudo † circa id, quod impedit
testamenti factionem, vitiat testamentum militis: sed in-
certitudo

certitudo circa id, quod non impedit iure militari, vel cō muni, non vitiat testamentum militis, & ita intelligantur ll. hic allegatæ, secundùm Bal. ¶In glo. à simili. ibi [secus in aditione] &c. Ratio diuersitatis est secundùm Doct. q
6 testamenti † factio est publici iuris, & actus magis solemnis, sed aditio hæreditatis est priuati iuris, & non requirit tātam solemnitatē, secundùm Pet. & Ray. Dic, quòd alia
7 est ratio; quia in aditione † hæreditatis quasi contrahitur;
8 & in contractibus, † & quasi contractibus inspicitur poti' veritas, quàm opinio. l. 1. §. qui ignorauit. s. de iur. & fac. igno. & de vsuc. pro dote. l. si vir vxori. secundùm Bal. Fa-
9 cit extra gl. quòd si quis † ignorat, an sit excommunicatus, non possit testari, dic contrarium; quia potest testari. vt. j. ea. l. §. hi, quibus. secundùm Bal. hic. ¶Item est arg.
10 quòd si aliquis † dubitet se excommunicatum, vel non, interim non debeat se ingerere diuinis, cum maius sit periculum, quàm in testamenti factione, secundùm Petr. Ad hoc facit extra de cle. exco. mini. c. illud. secundùm Bal.

Ex §. Si filiusfam.

SVMMAE.

1 *Codicilli facti faciliùs reassumunt vires, quàm testamentum.*

2 *Legatum, vel fideicommissum factum in codicillis à filiofam. vel seruo, licèt non valeat: tamen si facti sunt sui iuris conualescit, si in eadem volūtate persistant: testamentum autem eorum, & relicta in testamento non possunt confirmari.*

3 *Quando testator vult confirmare voluntatem inutilem in codicillis, necessarij sunt quinque testes: si autem dubiam declarare, duo tantùm sunt necessarij.*

4 *Testamentum factum ab initio si non tenetur propter delictum testatoris, vel propter conditionem suæ personæ, remota causa impedimenti non confirmatur ex post facto etiam propter nouæ voluntatis iudicium.*

Idem si propter delictum, vel cōditionē personæ hæredis. ibid.

Secus propter vitium extrinsecum.

5 *Testamentum, quod non tenet ex vitio extrinseco, confirmatur, remota causa impedimenti, secus propter defectum testatoris intrinsecum, etiam quod remoueatur causa impedimenti, nisi per nouæ voluntatis iudicium.*

6 *Illud, quod à principio fuit aliquod, si tollatur, de facili ad naturam suam reuertitur.*

7 *Codicilli facti, qui quacunque ratione non tenent à principio, confirmantur, remota causa impedimenti, nouo tamen iudicio confirmante.*

8 *In testamentis duo tempora, mortis, scilicet, & testamenti, in codicillis verò vnum tantùm mortis, inspicitur.*

9 *Testamētum ab vsurario facto non confirmatur per superueniētem cautionem.*

10 *Filiusfam. potest testari ad pias causas de licentia patris.*

Item potest relinquere res ipsius patris. nu. 11.

1 §. Si filius. ¶Codicilli † facti facilius reassumunt vires, quàm testamentū.
2 h. d. secundùm Dy. ¶Vel sic. Legatum, † vel fideicommissum factū in codicillis licèt à filiofamilias, vel seruo, nō valent: tamen si facti sunt sui iuris, conualescūt, si in eadem voluntate persistant: testamentum autem eorum, & relictū in testamento non possunt confirmari. h. d. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [videri] idest effectum habere, secundùm Dyn. ¶In tex. ibi [durauerit] idest appareat durasse per nouæ voluntatis iudicium secundùm Dyn. ¶ In text. ibi [hoc vtique] scilicet, quòd ex posteriori voluntate confirmentur legata, vel fideicommissa relicta in testamento, secundùm Dy. ¶In tex. ibi [valet] etiam ex noua voluntate, secundùm Dy. & Bal. ¶In tex. ibi [non valet] à principio. Nec ob. de do. causa mor. l. tam his. §. filius. vt ibi not. ¶In tex. ibi [videri] vtiliter. ¶In tex. ibi [datum] &c. nec ob. s. de hære. insti. l. asse toto. quia ibi prima voluntas vtilis: hic inutilis, de quo dixi. j. ad Trebel. in l. si quis prio re. valet qa ibi in scriptura declarata, & declarante: hic in confirmata, & confirmante, arg. l. hæredes. §. sed si notam. ff. de testamentis. ¶In tex. ibi [contigerit] nec obstat. j. de regu. Cato. l. 1. vt ibi no. & j. de dona. causa mor. l. in mortis. vt ibi dixi. ¶Item non obstat l. qui ex liberis. §. testamento. j. de bon. poss. secund. tabul. & l. si quis filio exhæredato. §. irritum. s. de iniust. test. vt ibi dixi. ¶In tex. ibi [non valet] ab initio, & causa impedimēti postea submota, nisi tunc testator fecisset illud legi coram septem testibus, dicens, quòd vult illud valere; quia tunc valet quasi factum de nouo, arg. s. de testam. mili. l. tribunus. & C. de testam. l. hac consultissima. secundùm Iaco. de Are. ¶ In tex. ibi [aliàs] &c. idest alia voluntate, quàm testatoris. secundùm Ray. ¶In gl. quandoque. ibi [§. non tamē] imò
3 sunt hic necessarij quinque testes; quia † testator vult volūtatem inutilem confirmare, vt not. in d. §. testator. & C. de codicil. l. 1. Si autem voluntatem vtilem dubiam declararet, tunc sufficiunt duo, sic intelligo glo. in l. hæredes palā. §. sed si notam. ff. de testa. secundùm Ray. ¶In gl. si aliàs. Ratio, quia hic testator decessit in statu habili, vt plenè not. in l. 2. s. de lega. 1. secundùm Ray. de For. ¶In eadē glo. ibi [confirmari ex noua voluntate] sic nec hic codicillos, secūdùm Rayne. Conclude, aut quis facit testamentū,
4 aut codicillos. Si testamentum, † aut non tenet à principio, aut ex postfacto. Si ab initio, aut ex delicto testatoris, vel propter conditionem suæ personæ, & non confirmatur, remota causa impedimenti etiam per nouæ voluntatis iudiciū, scilicet vt per hoc agatur ex confirmato, vt hic, & s. de testam. in l. filius. idem si propter delictum, vel conditionem personæ hæredis. l. si alienum. §. in extraneis. s. de hæredi. insti. sed si propter vitium extrinsecum, confirmatur.
5 l. filio præterito. s. de iniust. testam. Si verò † non tenet ex post facto: tunc aut propter extrinsecum vitium, & confirmatur, remota causa impedimenti. l. posthumus. ff. de iniusto testamen. aut propter intrinsecum, vel defectum in persona testatoris: tunc nō confirmatur, remota causa impedimenti, nisi per nouæ voluntatis iudicium. l. qui ex liberis. §. testamēto. j. de bon. poss. sec. tabul. Ideo autē confirmatur, quod à principio tenuit, & non quod fuit nullū,
6 quia id, † quod fuit aliquod, habuit principium essentiale, & de facili ad illud reuertitur, vt not. s. de testam. l. si testamentum. ¶Secundo casu, quando facit codicillos, dic,
7 quòd quacunque † ratione à principio nō teneant, confirmātur remota causa impedimenti, nouo tamen iudicio cōfirmante. j. ea. l. §. si quis planè. Ratio est; quia in codicil-
8 lis † mortis tempus tantùm spectamus: sed in testamento duo tēpora scilicet testamenti, & mortis. l. 1. §. exigitur. j. de bon. poss. secund. tab. & d. §. in extraneis. & de re. dub. l. si cognatis. & j. eo. l. si deportati seruo. sm Dy. Sed contra istam vltimam rationem facit. j. de capti. l. in bello. §. codicilli. secundùm Bald. Hæc theorica facit, quòd testa-
9 mentum † factum ab vsurario non cōfirmetur per superuenientem cautionem, & hoc tenet hic Cin. Nam iste est intestabilis propter suum delictum, & sic nō obstat supra de hæred. insti. l. qui soluendo non erat duos. quia ibi erat quoddam extrinsecum impedimētum, quod non afficiebat testatorem, nec credebat eum absolutum inhabilem. Contrariū disputat Nicola. de Mate. vt refert Bart. in d. l. filio præterito. dic, vt ibi, secundùm Bal. hic. ¶ Item nota in isto

10 in isto §. quòd filiusfamilias † ad pias causas potest testari de licentia patris, vt in c. licet. de sepul. lib. 6.

11 ¶ Item potest † de licentia patris relinquere res ipsius patris, tex. est singularis in l. sicut. §. venditionis. s̄. quibus modis pig. vel hypo. soluitur. secundùm Bal.

Ex §. Hi, quibus.

SVMMAE.

1 *Deportatus à Præside potest testari, antequã eius sententia per Principem confirmetur: secus in deportato à præfecto prætorio, vel eius, qui vice eius cognoscit.*

2 *Excommunicatus, qui respectu pœnæ deportato æquiparatur, cum aqua, & ignis interdicitur eis, non potest testari.*

Et an sit verum, nu. seq.

3 *Cum excommunicato nemo debet participare, & participans in excommunicationem minorem incidit.*

4 *Excommunicatus an possit esse tabellio, vel conficere instrumenta.*

1 §. Hi, quibus. ¶ Deportatus † à Præside potest, testari, antequã
eius sententia per Principem confirmetur: secus in deportato à præfecto prætorio, vel eo, qui eius vice cognoscit. h.
2 d. secũdũ Bart. ¶ In excõmunicato † videtur, ꝙ non possit
testari; quia æquiparatur deportato ex genere pœnæ; nã
aqua, & ignis interdicitur eis, vt not. glo. Insti. de cap. di. in
§. minor. hoc tenet Host. & Ioan. And. tenebat extra de
senten. excommu. in c. decernimus. lib. 6. Nam cum excõ-
3 municato † nullus debet participare, & participantes
incidunt in minorem excommunicationem; ergo nullus
potest esse testis. Iaco. de Bel. disputauit contrarium; quia
speciale est in damnato de hæresi, vt in Authen. credentes.
C. de hæreticis. ergo secus hodie in alijs, & hoc tenet Ioã.
And. in d. c. decernimus. in nouella. Adde quod nota.
extra de exceptio. in c. pia. eod. lib. per arg. ext. de dolo,
& contu. c. veritatis. & de senten. excommunica. in
c. cum voluntate. per Innocen. Et an excommunicatus
4 possit esse tabellio, vel conficere instrumenta, nota. in
d. c. pia. & in d. c. decernimus. in nouella, secundùm
Bald. hic.

Ex §. Deportatos.

SVMMAE.

1 *Factum, quod approbationem superioris requirit, interim non trahit secum suum effectum, donec approbetur, vel confirmetur à superiori.*

2 *Delegare, & relegare qui iudices possint, remissiuè.*

3 *Præses potest pronunciare deportandum, sed non deportare.*

4 *Nec potest assignare insulam, cum sit de Principi reseruatis.*

5 *Reseruata Principi ab inferioribus sine speciali mandato exerceri non possunt.*

6 *Gerentes vicem alterius, habent idem imperium ex commissione Principis.*

7 *Princeps merum imperium, prout vult, concedere potest.*

8 *Locumtenens sine licentia Principis ab alio fieri potest, secus subrogatus in locum alterius.*

9 *Inferior à Principe subrogare in locum alterius non potest, secus Locumtenentem facere.*

10 *Locumtenens alium Locumtenentem facere non potest.*

1 §. Deportatos. ¶ Factum, † quod approbationem superioris requirit, interim non trahit secũ suum effectum, donec
approbetur, vel cõfirmetur à superiore. h. d. secũdùm Bal.
¶ In tex. ibi [valebit] quantùm ad omnia. ¶ In text. ibi
[cognoscit] facit qđ not. in l. 1. s̄. de tuto. & cu. da ab his.
licèt contrarium no. & malè. C. de off. eius, qui vic. alt. ge.
2 ¶ In tex. ibi [datum est] qui autem † iudices possint deportare, & relegare, not. plenè Insti. quibus mo. ius pa.
potest. sol. in §. cum autẽ. & in §. relegati. & non est alibi, &
Guil. in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iudi. ¶ In tex. ibi [factum est] quantùm ad institutiones, legata, & alia, secun-
3 dùm Dy. Nota, quòd Præses † potest pronunciare deportandum, sed non deportare. ¶ Item nota, quòd non potest
4 assignare † insulam, cum Princeps sibi reseruet ea; cum
5 ergo sint † de reseruatione, non possunt fieri ab inferiori,
etiam causa cognita, nisi in hoc inferior habeat specialem
potestatem, vt hic scilicet à præfecto, secundùm Bald.
6 ¶ In tex. ibi [vice præfecti] &c. Nota, quòd gerentes † vicem alterius, habent idem imperium, & loquitur hic,
cum vices gerit non ex delegatione, sed ex commissione
7 Principis, qui † merum imperium potest committere, pro
vt vult, vt hic, & C. qui pro sua iur. l. 1. in fin. ¶ In tex. ibi
[ex mandato Principis] &c. hic videtur casus, quòd nul
8 lus † possit facere Locumtenentem sine licentia Principis, pro quo facit. s̄. de tuto. & cura. dat. ab his. l. 1. in
princ. & C. qui vicem alter. ger. l. 2. sed contra in Authen.
vt nulli iudi. §. ad hæc verò. &c. s̄. de off. eius. l. 1. non
obstat iste tex. quia non loquitur in Locumtenente: sed in
9 subrogato † loco defuncti, qui non potest subrogari, nisi
10 per superiorem, vt hic not. vnus tamen † Locumtenens
non potest facere alium Locumtenentem, argum. C. de iu
di. l. à iudice. & s̄. titu. 1. l. si augustæ. secundùm Bald.
¶ In tex. ibi [statim] sententia lata ante exequutionem. l.
qui vltimo. & l. quod ad statum. j̄. de pœ. secũdùm Dyn.
& And. de Pi.

Ex §. si quis planè.

SVMMAE.

1 *Restitutio in integrũ non facit videri inutile testamentũ absque noua confirmatione.*

2 *Codicilli editi à deportato restituto poterunt confirmari.*

3 *Testamentum non conualescit eorum, qui dum erant intestabiles, testati fuerunt.*

4 *Hæretici testamentum factũ tempore, quo hæreticus erat, non conualescit, licèt ad fidem catholicam redeat: secus si factũ esset tempore, quo erat habilis, postea effecto inhabili.*

5 *Restitutio, & postliminium æquiparantur.*

1 §. Si quis planè. ¶ Restitutio † in integrũ non facit vide
re inutile testamentũ absque noua cõfirmatione. h. d. secũ
2 dùm Bal. ¶ Vel sic. Codicilli † editi à deportato restituto
poterũt confirmari. h. d. secũdũ Rayne. de For. & ideo hic
3 videtur casus, quòd redditi † intestabiles propter personã,
si iterum testantur, licèt postea restituantur, tamen eorum testamenta non conualescunt. Et idem in hæreti-
4 co † qui tempore hæresis testatus est, licèt postea redeat ad fidem catholicam, facit. s̄. eadem. l. §. si filius.
sed si fecisset testamentum tempore habili, & superuenisset inhabilitas, eo restituto, conualesceret testamen
5 tum; quia restitutio, † & postliminium æquiparantur, vt
s̄. de iniust. testamento. l. si quis filio. ad fi. secundùm Bal.

¶ In

¶In tex.ibi [deportatus] à magistratu competenti. ¶In tex.ibi [fecerit] &c.& sic inutiliter, vt in §.præcedenti. ¶In glo. secus si testamentum.s̄.eadem l.§.1. &cæt. nec obstat.s̄.de iniusto test.l.si quis filio.§. quatenus. in fi.§. quia ibi factum ante deportationẽ, & sic in tempore vtili hic post,& sic,tempore inutili,secundùm Ray.

Ex §.Sciendum.

SVMMAE.

1 *Ab illo possum fideicommissum relinquere, cui aliquid relinquo, vel cui non adimo, cum possum adimere.*
2 *Succedens ex voluntate tacita, vel expressa etiam nondum natus, & gradu vlteriori potest onere fideicommissi grauari.*
3 *Quispiam ad fideicommissum vocatur, à quo postea relictum propter defectum non reuocatur.*
4 *Donare videtur, qui non adimit, quod potest adimere.*

1 §.Sciendum. ¶Ab illo † possum fideicommissum relinquere, cui aliquid relinquo, vel cui non adimo, cum possum
2 adimere.h.d.secundùm Dyn. ¶Vel sic. Succedens † ex voluntate tacita, vel expressa etiam nondum natus, & gradu vlteriori potest onere fideicõmissi grauari.h.d. ¶Vel sic. Quispiã ad fideicõmissum vocatur, à quo postea relictũ propter defectũ nõ reuocat.h.d.cũ sequen.sm̃ Rayn.
3 de Forli. Nota ergo, quòd videtur † donare, qui non adimit, quod potest adimere, quod est not.secundùm Petr. Et adde.ĩ.eo.l.si mulier.in fi.prin.& quod not.ĩ. de ver. oblig.in l.si ita quis.§.ea lege.& de aqua quot.l.1.§.pmittitur.& quod ibi not.secundùm Bal. ¶In tex.ibi [datur] & sic ex voluntate expressa. ¶In tex.ibi [adimitur] & sic ex tacita, nec obstat.s̄.de transact.l. cum hi §.si integra. vt ibi not. ¶In tex.ibi [non adimitur] quod testator adimere possit, aliàs secus, vt.ĩ.l.proxi.quæ est contra, vt ibi nota. ¶In tex.ibi [possessoris] ex testamento, vel ab intestato. ¶In tex.ibi [quoque] immediatè nobis successori: secus si alio mediante, quod dic, vt.ĩ.eod. in l.sed si sic. versic. sic autem. ¶In text. ibi [posse] à nobis secundùm Rayne.

Ex §. Illud.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum relictum à certa persona, non debetur, si hæreditas ad alium gradum ab intestato deuoluitur.*
2 *Relicta à persona primi gradus intestati, non videntur à secundo gradu intestati tacitè repetita.*

1 §.Illud. ¶Fideicommissum † relictum à certa persona non debetur, si hæreditas ad alium gradum ab intestato deuoluitur.h.d. ¶Vel sic.
2 Relicta à persona † primi gradus intestati, non videntur à secundo gradu intestati tacitè repetita.h.d.non est ergo tacita substitutio inter gradus ab intestato. Et sic non obstat in ratione.s̄.titul.1.l. licèt Imperator. vide hic quod not.s̄.de leg.2.ĩ l.Celsus.§.quod alicuius.&.ĩ.de cõdit.& demonst.ĩ l.quæ conditio.secundùm Bal. ¶In tex.ibi [ab eo] specialiter nominato. ¶In tex. ibi [fideicommissum] relictum à possessore. ¶In tex.ibi [rescripsit] nec obstat.s̄.eodem.l.si alienus.&.ĩ.eodem.l. à patre. vt ibi dicam. ¶In tex. ibi [dicendum] quòd non præstet fideicommissum relictum à patre, secundùm Rayn.

¶In glo.1.in fine.vel dic, vt dixi per Dyn.s̄.tit.1.in l.cum pater.§.cum æstimaret. quia ibi succedit nominatus vnà cum alio, hic tantùm alius, secundùm Rayn.

Ex l. Ex filio.

SVMMAE.

1 *A præterito non potest nominatim legari, vel fideicommitti.*
2 *Filius suus hæres patri ab eo præteritus, fideicommisso sibi imposito non grauatur.*
3 *Auth.ex causa.C.de lib.præt. limitatur per tex. hunc, quòd legata relicta nominatim à præterito non debeantur, quod secus est, si relinquerentur ab instituto.*

1 L.Ex Filio. ¶A præterito † non potest nominatim legari, vel fideicõ
2 mitti.h.d.secundũ Bal. ¶Vel sic. Filius suus † hæres patri ab eo præteritus, fideicommisso sibi imposito non grauatur.h.d. Et habet quatuor lecturas, quarta est vera secundùm Rayn.de For. ¶In tex.ibi [præterito] à patre in potestate eum habente, secundùm veram lecturam. ¶In tex ibi [erit] contra voluntatem patris, & hic tollitur cõtrarium. ¶In tex.ibi [non potest] nec obstat Authen. ex causa.C.de liber.præte.quia ibi fuit relictum simpliciter ab hæredibus institutis, & sic ab initio vtiliter: hic à filio præterito, & sic inutiliter, licèt postea fiat hæres à casu, vt.ĩ.eod.l.sed & si sic.versi.sic autem.secundùm Dyn. ¶Itẽ non obstat.ĩ.de leg.præst.l.1.in princ.& de fideicommis. liber.l.generaliter.§.ex testamento.vt ibi dixit Rayn. de Forli. ¶In gl.1.ibi [l.Titia] Hæc prima non est bona; qa tex. dicit suus hæres erit, qui non est suus matri, vt.ĩ.de suis, & legit.l.fi.secundùm Rayne. ¶Item innuit, quòd fideicommissum relictum à præterito aliàs valeret, quando testamentum rumperetur per querelam, quod tamen est falsum. ¶In ea.glo.ibi [l.patronus in fi.] &cæt. Hæc etiã non est bona; quia tex.dicit suus. Præterea emancipatus præteritus habet venire per contra tabulas, & præstare legata, non autem ab intestato simpliciter, secundũ Bart. ¶In eadem glo.ibi [vel tertio] &cæ. Hæc etiã non est bona; quia nepos non est suus, quem pater præcedit. Item. quia etsi legata essent ab intestato repetita, deberẽtur.
3 ¶Et nota, ꝙ ista lex videtur limitare Auth. ex † causa. C.de lib.præt.quæ dicit legata deberi à præterito; qa est verum in legatis relictis ab instituto, secus in relictis nominatim à præterito; quia illa sunt inutiliter relicta ratione personæ, à qua relinquuntur, & sic illa limitatur secundùm Dyn. ¶Item hic videtur casus pro glo.in Auth.illa ex causa.in gl.magna ad finem, quæ dicit, quòd illa clausula, si non valet, &cæt.nil valet, quando testamentum est nullum ratione præteritionis, vel exhæredationis: sed doctores contra, & respondent ad istam, quòd nil facit; qa loquitur, quando legata sunt nominatim relicta à præterito, quod non potest fieri; quia à persona sua non potest legari: secus si in genere testator loquatur grauando quẽlibet succedentem ab intestato; quia hoc est potiùs onus in rem, quàm in personam. Hæc tamen responsio vult, ꝙ plus operetur grauamen generale, quàm grauamen in specie, quod non videtur rationabile, cum ex generali veniatur ad speciem, tamen communis opinio Moder. est, quòd teneat, excepto Guiliel. qui tenet glos. in l.3. C.de codicill.

Ex l. Si mulier.

SVMMAE.

1 *Donatarius causa mortis potest grauari onere fideicommissi.*
2 *Vxor viro dotis obligationem remittens, seu ipsam augens, vel donationem propter nuptias eius culpa deperditam mortis causa reintegrans, fideicommissi præstatione potest ipsum onerare.*
3 *Acceptilatio potest fieri causa mortis.*
4 *Qui liberatur, tantundem capere videtur.*
5 *In augmento dotis potest apponi pactum donationis causa mortis.*
6 *Remittens pœnam, donare videtur.*
7 *Donatio ita informatur per testamentum, sicut informatur per pactum incontinenti appositum, quando testator donat in testamento, quod donare potest, quem donatarium in testamento potest grauare.*
8 *Donatio inter viuos morte confirmanda potest oneri fideicommissi subijci.*
9 *Donatio propter nuptias erat incognita de iure Digest.*

1 L. Si mulier. ¶Donatari⁹ † causa mortis potest grauari onere
fideicommissi.h. d. secundùm Dyn. ¶Vel aliter. Vxor
2 † viro dotis obligationem remittens, seu ipsam augens,
vel donationem propter nuptias eius culpa deperditam,
mortis causa reintegrãs, fideicommissi præstatione potest
ipsum onerare. Hoc dicit secundùm Rayn. De hoc ponit
tria exempla, primum in acceptilatione dotis causa mortis.
Secundo in augmento dotis cum pacto donationis causa mortis.
Tertium in remissione pœnæ ex causa donationis causa mortis.
secundum exemplum ibi [sed & si] Tertium ibi [vel matrimonium.]
¶In tex. ibi [vt det] idest vt
grauet maritum onere fideicommissi. ¶In tex. ibi [mortis [idest inserto pacto donationis causa mortis. ¶In tex.
ibi [deberi] quatenus ex voluntate vxoris penes mari-
3 tum resedit, secundùm Dyn. & Bald. Nota, quòd † acce-
ptilatio potest fieri causa mortis. Secundò nota, quòd
4 † qui liberatur, tantundem capere videtur, facit supra de
calumnia. l. 2. quia nil refert ex numeratione, an per acceptilationem
peruenerit ad suum, vt extra de testi. c. veniens. & s. de iure dot. l. si sponsalibus. §. 1. Tertiò no-
5 ta, quòd † in augmento dotis potest apponi pactum dona-
6 tionis causa mortis. Quartò nota, quòd † qui remittit
pœnam, donare videtur, quod est nota. secundùm Bald.
¶In gloss. 3. ibi [quia non ex testamento] Dic, quòd si
7 in testamento † dono, quod possum, vt. in l. hæredes pa-
lam. in fin. s. de de testamen. quòd in eodem testamento
possum grauare ipsum donatarium, vt donatio informetur
per testamentum, sicut informatur per pactum incontinenti
appositum; non enim fuit donatum simpliciter,
sed cum hoc onere: sed ex interuallo fateor, quod onus nõ potest
apponi, vt. C. de dona. quæ sub modo. l. perfecta donatio.
secundùm Bald. ¶In eadem gloss. ibi [ego contra] &c.
8 scilicet, quòd quando donatio † inter viuos confirmatur
morte, non possit apponi onus fideicommissi; quia non capitur
causa mortis; licèt capiatur propter mortem, vnde titulus
donationis est titulus inter viuos, secũdùm Azo. sed
istud reprobat Dyn. quia ẽ cõtra casum. l. sequẽs quæstio.
s. de lega. 2. & hæc est veritas secundum Bal. idem tenet Petr. &
Cin. in l. in donationibus. C. ad l. Falci. Non obstat. §. sin
autem. hic in glo. all. quia hic succedit ex tacita voluntate;
quia nõ adimitur, quod posset, vt. s. eo. l. 1. §. sciendũ. ibi
[à casu] &c. secundũ Rayn. ¶In glo. 4. ibi [culpa viri] &c.
istud exemplum, non est bonum secundùm iura Digesto-
9 rum, secundùm quæ donatio † propter nuptias erat incognita,
sed dic, quòd maritus inciderat in aliquam pœnam
conuentionalem, vt. j. de verbo. obliga. l. ex ea parte. §. 1.
secundùm Bal. hic.

Ex §. Iulianus.

SVMMAE.

1 *Vltra rem legatam non potest legatarius grauari, nisi propter fructus medij temporis.*
2 *Legatarius serui purè de manumittendo grauatus, non potest onere fideicommissi grauari: secus si sub conditione, vel in diẽ manumissio differatur.*

1 §. Iulianus. ¶Vltra rem † legatam nõ potest legatari⁹ grauari, nisi pro-
pter fructus medij temporis. hoc dicit secundùm Bald.
2 ¶Vel sic. Legatarius † serui purè de manumittendo rogatus,
non potest onere fideicommissi grauari, secus si sub
conditione, vel in diem manumissio differatur. hoc dicit.
¶In text. ibi [fructum] pecuniarium ex operis serui, secundùm Ray.

Ex §. Si rem.

SVMMAE.

1 *Si debitor legat creditori speciem debitam, licèt ex hoc legato transeat dominium, & consequatur debitor emolumentum expensarum litis: tamen non potest onere fideicommissi grauari.*
2 *Legatum tenere propter dominium, vel sumptus litis.*
3 *Ille, qui promittit rem, non videtur tacitè promittere sumptus litis: secus in legato.*
4 *Iusta causa excusat ab expensis, quando veniunt officio iudicis ratione victoriæ: secus ratione contumaciæ, retardati processus, & temeritatis in procedendo commissæ.*

1 §. Si rem. ¶Si debitor † legat creditori speciem debitam, licèt ex hoc legato
transeat dominium, & consequatur debitor emolumentum
expensarum litis, tamen non potest onere fideicommissi
grauari. Hoc dicit, secundùm gloss. ¶In tex. ibi [si
rem] scilicet purè secundùm Dyn. ¶In tex. ibi [statim]
2 idest sine traditione. Nota legatum † tenere propter do-
minium, vel propter sumptus litis, secundùm Bal. ¶Item
3 nota secundùm intellectum gloss. quòd ille, † qui pro-
mittit rem, non videtur tacitè promittere sumptus litis,
secus in legato; quia si testator legat rem, tacitè videtur
rogare hæredem ad reficiendos sumptus litis, si hæres litigauerit,
argumen. j. de liber. lega. l. petitor. sed Pet.
dicit per eandem. l. quòd hoc est falsum; quia de sumptibus
litis non cogitauit testator. Nec obstat ista littera;
quia non intelligitur, quòd sumptus facti in lite petantur
per actionem ex testamento: sed quòd per hoc
legatum exoneratur creditor à sumptibus, quos faceret, si
ageret ex stipulatione, quod nunc non habebit necesse
facere; quia probatio erit clara, secundùm Petr. & Rayn.
hic, qui idem tenet. Adde, quod not. j. de verbor. obligatio.
in l. venditores. secundùm Bald. ¶In gloss. magna
ibi

ibi [respondeo, q ratione litigandi potuit] &cæt. nota, & propterea est multùm vtile, quòd in contractibus apponatur pactum de refectione sumptuum, & adde quod not. in Authen. de iudi. §. oportet. vbi similis est gloss. ad hanc secundũ Ray. & C. de iud. in l. sancimus. & C. de episco. & cler. l. generaliter. et facit ff. de rei vendi. in l. non solùm. secundùm Ray. Aduerte tamen, quia quod dicit,
4 quòd iusta † causa excusat, quando veniunt officio iudicis, hoc est verum, si petantur ratione victoriæ, secus si ex contumacia, vt C. de iudi. l. sancimus. ¶Item secus si petantur ratione retardati processus, vt C. de fruc. & lit. expen. l. litigator. ¶Item secus si petantur ratione temeritatis in procedendo commissæ: puta in temeraria citatione, vel simili actu, quia non attenditur iustitia causæ principalis, sed sola temeritas illius articuli, vt C. de reb. credi. l. generaliter. §. 1. & supra de iudi. l. eum, quem temerè. secundùm Bald. ¶In eadem glo. ibi [sed per actionem ex testamento sic] &cæt. Petr. contra, quia testator, vt supra.

Ex §. Sed si habenti.

SVMMAE.

1 *Vsusfructuarius mortis causa cedẽs proprietario usumfructũ, onus fideicommissi sibi potest imponere: secus si creditor ex causa prædicta pignus absoluerit debitoris.*

2 *Vsusfructus potest mortis causa donari, in qua donatione veniunt fructus medij temporis.*

Idem in emphyteosi, & quolibet iure, quamuis inseparabili à persona.

3 *Donatio causa mortis confirmata per mortem, trahitur retro quò ad fructus: secus in donatione inter coniuges titulo inter viuos.*

4 *Donatarius causa mortis statim lucratur fructus, etiam ante mortem.*

5 *Vsusfructus mortis causa donatus, seu cessus non propterea redit ad proprietatem.*

1 §. Sed si habenti. ¶Vsusfructuari' † mortis causa cedens proprietario vsumfructũ onus fideicõmissi sibi potest imponere, secus si creditor ex causa prædicta pignus absoluerit debitoris. h. dicit, secundùm Ray. ¶Vel sic.
2 Vsusfructus potest † mortis causa donari, in qua donatione veniunt fructus medij temporis. h. d. idem puto in emphyteosi, & quolibet iure, quamuis inseparabili à perso-
3 na. Nota hic, quòd donatio † causa mortis confirmata per mortem trahitur retro quò ad fructus. quod est nota. dignum: secus in donatione inter coniuges titulo inter viuos, vt not. supra de lega. 1. in l. talis scriptura. in §. 1. &
4 ibi ratio in gloss. ¶Item nota, quòd donatarius † causa mortis statim lucratur fructus, etiam ante mortem. ¶Itẽ
5 nota, quòd vsusfructus † mortis causa donatus, seu cessus non propterea redit ad proprietatem, & sic limitatur hic §. finitur. Insti. de vsufruc. secundùm Bald. ¶In text. ibi [vsusfructus] idest commodum vtendi, fruendi, vt Insti. de vsufruc. §. finitur. secundùm Dyn. quod non placet, cum hic cedat proprietario, & sic propriè ponitur vsusfructus, vt d. §. finitur. & l. vsusfructus. ff. de iure dot. ¶In text. ibi [temporis] quod est inter cessionem, & mortem debitoris mei secundùm Rayn.

Ex §. Sin autem.

SVMMAE.

1 *Remissio pignoris non est donatio.*

1 §. Sin autem. ¶Remissio † pignoris nõ est donatio. h. dicit, secundùm Bal. ¶In tex. ibi [causa] & debitum non remissum: quia tunc valeret fideicommissum. l. si pecunia. cum simili. s. tit. 1. secundùm Rayn. ¶In glo. 1. in fin. ibi [l. postq] &cæt. Non est contra; quia ibi non dicitur, quòd remissio pignoris sit donatio, sed quòd per eam non videtur remitti debitum principale; vnde magis concordat secundùm Raynerium.

Ex l. A Patre.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum relictum à patre propter institutionem filij debetur à filio, si commodum institutionis residet in filio, vel seruo.*

2 *Fideicommissum relictum à patre, vel domino seruo, vel filio institutis hæredibus ab eis emancipatis, vel manumissis ante aditam hæreditatem, duntaxat debetur vtili actione.*

3 *Grauatur vnus, & alius conuenitur, qui non reperitur expressè grauatus, quando succedit secundùm voluntatem defuncti.*

1 L. A patre. ¶Fideicommissum † relictum à patre propter institutionem filij debetur à filio, si commodum institutionis residet in filio, vel seruo. h. d. secundùm Bald. ¶Vel sic. Fideicom-
2 missum † relictum à patre, vel domino seruo, vel filio institutis hæredibus ab eis emancipatis, vel manumissis ante aditam hæreditatem], duntaxat debetur vtili actione,
3 secundùm Ray. Et sic nota, quòd vnus † grauatur, & alius conuenitur, qui non reperitur expressè grauatus. Et ratio huius l. stat in illa regula, propter quod vnum quodque, & illud magis, vt Authen. multò magis. C. de episco. & cleri. l. dedit. ff. de collat. dot. & ista est lex valde not. secundùm Bald. ¶In tex. ibi [emolumentum] ideo debet sentire onus fideicommissi, secundùm Dyn. Non obstat, quòd relictum ab vno, non sit præstandum ab alio succedente, vt s. eodem. l. 1. in fin. quia hic alius successit, secũdùm voluntatem defuncti, ibi præter secundùm Dyn. & Rayn. & Bald.

Ex l, Si fuerit.

SVMMAE.

1 *Grauamen impositum administratori, ipsi domino videtur impositum.*

1 L. si fuerit. ¶Grauamen † impositum administratori, ipsi domino videtur impositum. hoc dicit, secundùm Bald. ¶In text. ibi [ab his] scilicet sub nomine administrationis, aliàs non possent onerari, argu. l. tutorem. ff. de his, qui. vt indig. secundùm Petr. & Bald.

Ex §. Si quis.

SVMMAE.

1 *Ab hærede hæredis, vel legatarij potest fideicommissum relinqui sub nomine appellatiuo, non proprio, nec mixto nomine proprio, & appellatiuo. & nu. 2.*

3 *Per nomina appellatiua magis videntur grauata bona, quàm persona.*

4 *Multa per nomen appellatiuum, & generale fiunt, quæ per nomen proprium fieri non possunt.*

5 *Fideicommissum valet, si hæres est rogatus, vt roget hæredem, licèt non roget.*

6 *Nominatis à persona non honorata, non potest relinqui fideicommissum, licèt postea succedat à casu, & fortuna.*

7 *Si testator dicat, instituo filium meum hæredem, & si decesserit cum filia hærede, rogo illam filiam, vt det centum, non tenet fideicommissum: secus si dicat, rogo ipsum filium, vt det centum, si decesserit cum filia.*

8 *Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus.*

1 §. Si quis. ¶Ad hærede † hæredis, vel legatarij potest fideicommissum relinqui sub nomine appellatiuo, non proprio, secundùm Dyn. nec mixto nomine proprio, & appellatiuo. h. d. cum l. sequen. Et vide Bald. in d. l. ab eo. C. de fideicommiss. ¶In tex. ibi [reliquerit] non nominando eum, secundùm Dyn. ¶In tex. ibi [est.] Non obstat. ȷ̃. eodem l. Pamphilo. §. fin. & quod ibi not. vt ibi dixit Rayn. ¶In tex. ibi [sic autem] habet duas lecturas, & quælibet est bona. ¶In text. ibi [poterit] &cæt. nec obstat supra eodem. l. 1. §. sciendũ. vt ibi dixi. ¶In tex. ibi [onerari] scilicet nominatim, vt l. qui fundum. §. qui filios. ȷ̃. ad l. Falc. secũdũ Ray. ¶In tex. ibi [dederis] tacitè, vel expresse secundùm Ray.
2 Nota, quòd ab hærede † hæredis, vel legatarij potest incipere fideicōmissum sub nomine appellatiuo impositum;
3 quia per nomina † appellatiua magis videntur grauata
4 bona, quam persona. Et sic potest † aliquid fieri per nomen appellatiuum, & generale, quod non potest per pro
5 prium, & speciale secundùm Bald. ¶Item nota, quòd † si hæres est rogatus, vt roget hæredem, licèt non roget, tamen valet fideicommissum. ¶Item nota, quòd nominatis
6 à persona † non honorata, non potest relinqui fideicommissum, licèt postea succedat à casu, & fortuna: nam lucrum imputatur fortunæ, non testatori. Et ex hoc nota,
7 quòd si testator † dicit, instituo filium meum hæredem, & si decesserit cum filia hærede, rogo illam filiam, quòd det centum, quòd non tenet istud fideicommissum; debet ergo verba grauaminis dirigere in ipsum filium hoc modo: si decesserit cum filia hærede, rogo ipsum filium institutum, quòd det decem. Est ergo ponderanda forma verborum secundùm Bald. de quo vide hic Bart. latiùs. ¶In glo. 4. ibi [l. ante penult.] &cæt. Rationem specialitatis dixi in l. qui fundum. §. qui filios. ȷ̃. ad l. Falc. ¶In eadem glo. ibi [secundùm Ro.] &cæt. ista opinio non est vera, quia non refert, primò grauet, postea leget, vel econ-
8 tra: nam ordo † verborum reducitur ad ordinem intellectus. l. talem. s̃. de hæredi. instit. secũdùm Bald. facit. s̃. de legat. 1. l. si. ita scriptum. ¶In eadem glo. ibi [§. fin.] & verius secundùm Rayn. de Forliu. ¶In eadem gloss. ibi [vt ibi not.] &cæt. quia loquitur in exhæredato dictus. §. prius. secundùm Rayn. ¶In gloss. l. sequen. in fine. Item non obstat. l. planè. §. qui rogatus. s̃. de legat. 1. quia ibi onus à principio fuit impositum ei, cui poterat de iure, hic alij, argu. s̃. eo. l. à patre. & de legat. 2. l. si alienus, secundùm Rayne.

Ex l. Si deportati.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum relictum seruo deportati acquiritur fisco, si die fideicommissi cedente, seruus erat in dominio deportati: secus si non erat alienatus, vel deportatus erat in integrum restitutus; quia tunc acquiritur ipsi restituto, vel nouo domino.*

2 *Deportatus potest acquirere de iure gentium, sed non de iure ciuili, vt est per testamentum, vel legatum.*

3 *Deportatus in integrum restitutus capere potest, nec inspicitur tempus testamenti, sed tempus, quo cedit dies legati.*

4 *Quando aliquid relinquitur fratribus minoribus, qui nil possunt habere; an Romanæ ecclesiæ acquiri possit.*

1 L. Si deportati. ¶Fideicommissum relictum † seruo deportati acquiritur fisco, si die fideicommissi cedente, seruus erat in dominio deportati: secus si tunc erat alienatus, vel deportatus erat in integrum restitutus; quia tunc acquiritur ipsi restituto vel nouo domino. hoc dicit, secundùm Bald. ¶In tex. ibi [seruo] post deportationem quæsito, & sic cessat contrarium. ¶In text. ibi [ascriptum] à pagano, non à milite, vt in. §. sequen. secundùm Rayne.
2 de Forliuio. Et nota, quòd deportatus † potest acquirere de iure gentium: sed non de iure ciuili, vt est per testamentum, vel legatum, vt supra mand. l. si tibi mandauero. §. is, cuius. Et sic non obstat, quòd hæc lex videatur implicare duo contradictoria; nam videtur dicere, quòd deportatus post deportationem potest acquirere dominium serui, & tamen per seruum non potest acquirere dominium fideicommissi, secundùm Bald. Nota, quòd de-
3 portatus † in integrum restitutus capere potest, nec inspicitur tempus testamenti, sed tempus, quo cedit dies relicti. ¶In tex. ibi [ad fiscum] dicit hic Iac. de Are. hoc ideo; quia non potest acquirere deportato, sed acquirit fisco, ad quem omnia bona deportati debent peruenire.
4 ¶Et ex hoc nota, quòd cum aliquid † relinquitur fratribus minoribus, qui nil possunt habere, nec in singulari, nec in communi, quòd acquiritur ecclesiæ Romanæ, & pro hoc facit infra de stipul. seruo. l. proinde. §. si seruus. vt si in eorum persona repræsentetur Papa, vt dominus in seruis, vt infra de serui. lega. l. si Pamphilo. Et ita est interpretata eorum regula per ecclesiam Romanam, vt in clem. exiui. extra de elec. Alij dicunt, quòd illud, quod est eis relictum, sit pro non scriptum, sicut relictum damnatis in metallum, vt infra de his, quæ pro non scrip. hab. l. si in metallum. nisi pro alimentis, vt princ. eiusdem l. & ȷ̃. de alimen. leg. l. seruos. Tu dic, quòd illi dominio, quod olim acquirebatur ecclesiæ Romanæ, Papa renunciauit per suã extrauagan. quæ incipit. Ad creditorem canonum. &cæt. vt not. Ioan. Andr. in nouella. de pac. in c. fin. lib. 6. in fin. secundùm Bald. hic.

1 §. Si miles. ¶Deportatus † potest capere ex militari testamento. hoc dicit, secundùm Rayne.

Ex

Ex §.Si quis.

SVMMAE.

1 *Debitor legans debitum creditori, non potest eum fideicommisso grauare, nisi ex illo exceptionis remissionem, vel interusurium medij temporis consequatur.*
2 *Remittens commodum exceptionis, videtur donare.*

1 §. Si quis. ¶Debitor † legans debitum creditori, non potest eum fideicõmisso grauare, nisi ex illo exceptionis remissionem, vel interusurium medij tẽporis consequatur. h.d. secundùm Rayn.
2 Nota, ꝙ remittens † commodũ exceptionis, videtur donare, facit. ȷ̃. de noua. l. si quis delegauerit, secundùm Bal. ¶In glo. 1. in fi. ibi [possit grauari] &c. per istum. §. & l. si mulier. §. fi. s̃. eo. secundùm Ray.

Ex l. Si legatarius.

SVMMAE.

1 *Grauatus onere intrinseco, eatenus tenetur, quatenus exegit, vel exigere potest: quo casu liberatur cedendo iura, nec pertinet ad eum periculum litis, nisi fuerit in culpa.*
2 *Legatarius fideicommissario tantùm debet, quantum percepit ex legato, vel actionem cedere pro ipso legato, nõ percepto, nec ad eum spectat periculum peremptæ litis instantiæ sine culpa.*

1 L. si legatarius. ¶ Grauatus † onere intrinseco, eatenus tenetur, quatenus exegit, vel exigere potest, quo casu liberatur cedendo iura, nec pertinet ad eum periculum litis, nisi fuerit in culpa. h.d. & est notabile principium, & vide. s̃. de leg. 1. l. si mihi Stichus. ¶Vel aliter summatur. Legata-
2 rius † fideicommissario tantum debet, quantum percepit ex legato, vel actionem cedere pro ipso legato, nõ percepto, nec ad eum spectat periculum peremptæ litis instãtiæ sine culpa. h.d. secundùm Ray. Et sunt tres casus, primus quando petijt, & exegit. secundus, quando petijt, & obtinuit, nec exegit. Tertius, quando petijt, & succubuit, & iste subdiuiditur, si succubuit sine culpa, non tenetur fideicommissario: secus si culpa: sed si non succubuit, sed sola instantia perijt, tenetur cedere iura, & hæc est conclusio Doctorum, secundùm Bald. Ad id, quod hic dicit, de succumbente, adde glo. s̃. ad Syl. in l. propter veneni. §. fi. & de hære. ven. l. 2. §. solet. & de pigno. l. si superatus. & de alie. iud. l. cum miles. & s̃. fami. erc. l. in hoc iudicio. & C. de litigio. Auth. nunc si hæres. secundùm Bal. ¶In tex. ibi [cedere] facit ad. q. not. in Specu. in titul. de instru. edi. §. nunc verò. versi. sed an exequutor. ¶In text. ibi [litis] & cæt. id est litis instantia, secundùm Dyn. & sic non obstat. l. exceptio. ȷ̃. de exequu. rei. iudic. cum similibus. ¶In tex. ibi [culpa] vide glo. hic, & de hoc plenè dixi, de qua culpa teneatur, in l. fideicommissum. & in l. cum res. in. §. penult. s̃. de lega. 1. & C. de his, quæ sub modo. l. fin.

Ex §. Seruo.

SVMMAE.

1 *Hæredis seruus pecuniario commodo à testatore honorati non potest, nisi etiam libertate fideicommissaria fuerit honoratus.*

1 §. Seruo. ¶Hæredis † seruus pecuniario commodo à testatore honorari non põt, nisi etiã libertate fideicommissaria fuerit honoratus. h.d. ¶In glo. 2. ibi [sol. vt ibi] &c. quia ibi libertas fuit relicta, hic non, secundùm Rayn.

Ex §. Cum ita.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum a patre filiæ relictum percipiendum vltra portionem bonorum paternorum, extenditur ad tempus mortis patris.*
2 *Quando vna determinatio sequitur duo determinabilia, quæ simul potest comprehendere, ea duo determinat vniformiter quò ad tempus.*
3 *Si testator legat annuatim vxori decem corbes frumenti, et decem libras Bonon. cum frumentum debet solui tempore, quo colligitur, eodem tempore pecuniæ.*

1 §. Cum ita. ¶ Fideicommissum † à patre filiæ relictum percipiendũ vltra portionem bonorum paternorum, extenditur ad tem-
2 pus mortis patris. ¶ Vel sic. Quando vna † determinatio sequitur duo determinabilia, quæ simul potest comprehẽdere, ea duo determinat vniformiter quò ad tempus. h.d. secundùm Petr. & Rayn. facit. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & l. quamuis. C. de impuber. cum similibus. facit,
3 quòd si testator † legat annuatim vxori. 10. corbes frumenti ex tali fundo, & 10. libras Bonon. cum frumentum debeat solui solùm tẽpore, quo colligitur. l. Firmio. §. pater. & ibi not. ȷ̃. quando di. leg. ced. quòd illa. 10. debeant solui eodem tempore propter coniunctionem, quam simul habent, & sic vniformiter debent intelligi, sm̃ Bar.

Ex l. Si ita fuerit.

SVMMAE.

1 *Nomine cuiuscunque hæredis intelliguntur hæredes, etiam de quibus testator non cogitauit.*
2 *Si testator relinquat fideicommissum ab omni successore, si decedat is, quem non credebat succedere tempore testamenti, valet fideicommissum.*
3 *Vtens verbis generalibus omnia comprehendit.*

1 L. si ita fuerit. ¶ Nomine † cuiuscunque hæredis intelliguntur hæredes, etiam de quibus testator non cogitauit.
2 h.d. ¶Vel sic. Si testãr relinquat † fideicõmissum ab omni successore, si decedat is, quem nõ credebat succedere tp̃e testi, valet fideicõmissum. h.d. sm̃ Dyn. Nota, ꝙ qui vtitur
3 verbis generalibus, † omnia comprehẽdit, facit. 17. di. c. si Romanorum. secundùm Bal.

Ex l. si tibi.

SVMMAE.

1 *Coniunctio inserta personæ vnius coniunctorum, non minuit portionem alterius, imò auget per ius accrescendi.*
2 *Legatum extraneo, & filijs testatoris ad eius funus venientibus, ex eis nemine veniente, totũ collegatario est præstandũ.*
3 *Licèt plures esse possint coniuncti re, & verbis: tamen vni potest reliqui purè, alteri sub conditione.*

1 L. si tibi. ¶Coniunctio † inserta personę vnius coniunctorũ, non minuit portionẽ alterius. h.d. imò auget per ius accrescendi. h. d. cum glo.

3 secundùm Bald. ¶ Vel sic. Legatum † extraneo, & filijs testatoris ad eius funus venientibus, ex eis nemine veniente, totum collegatario est præstandum. h.d. secundùm Ray. nota hic, quod possunt esse plures coniuncti re, & verbis: tamen vni relinquitur purè, licèt alteri sub conditione, & concordat. s. titu. 1. l. fin. §. Sæio. secundùm Bald. ¶ In gloss. secunda. est vera, nam habes 50. iure tuo. alia 50. iure accrescendi, vt not. in l. vlt. §. Sæio. s. tit. 1. & dixi de condit. & demon. in l. mulieri. secundùm Rayn. Vel dic, quòd quando sunt re tantùm coniuncti, iste habet centum iure non decrescendi: si verò re, & verbis, vel verbis tantùm, habet 50. iure proprio, & alia 50. iure accrescendi, vt in l. allegata in gloss. & ita intelligantur verba Dyn. hic obscurè scripta, & ita sentit Petr. in lectura.

Ex l. Fideicommissa.

SVMMAE.

1 *Fideicommissa cuiuscunq; linguæ sermone licitè relinquuntur.*
2 *Omnis lingua est habilis ad fideicommittendum.*
3 *Sarraceni possunt testari.*

1 **L. Fideicommissa.** ¶ Cuiuscunq; † linguæ sermone fideicommissa licitè relinquuntur. h.d. secundùm Ray. Continuat istam l. Dy. hoc modo. supra dictum est, quis, & à quo: hic, quibus verbis, & qualiter, & quo tempore debeatur, & quando exigatur, & quando debeatur legatum, & eius æstimatio, & quotiens, & cui, contra quos,
2 inquantum, & ad quos. Nota, quòd omnis † lingua est habilis ad fideicommittendum. Item nota ibi [punico]
3 & ibi [cuiuscunque gentis] quòd sarraceni † possunt testari.

Ex §. Quotiens.

SVMMAE.

1 *Non sufficit testamentum esse scriptum per tabellionem, si priusquam decesserit tabellio, illud legetur testatori.*
2 *Fideicommissa relicta in testamento, non debentur, etiam tanquam ex codicillis, testatore defuncto, priusquã coram testibus publicetur.*
3 *Abbreuiaturæ non creditur, nisi constet, quod sit lecta coram testibus, & testatore.*
4 *Sententia non valet, si non apparet, quòd sit lecta, licèt scripta manu publici notarij appareat.*
5 *Verba, lecta, lata, & promulgata, sunt de substantia sententiæ.*
6 *Abbreuiaturæ notariorum non faciunt fidem, & an sit verũ, num. seq.*
7 *Signum debet apponi in instrumento, vt fidem faciat.*
8 *Contractibus, qui in scriptis celebrantur, nihil potest addi, vel minui.*

1 **§. Quotiens.** ¶ Non sufficit † testamentũ esse scriptum per tabellionem, si priusquam decesserit tabellio, illud legetur
2 testatori. h.d. secundùm Bal. ¶ Vel sic. Fideicommissa † relicta in testamento, non debentur etiam tanquam ex codicillis, testatore defuncto, priusquam coram testibus publicetur. hoc dicit secũdùm Rayne. ¶ In tex. ibi [quàm testetur] & cæt. idest illã scripturam coram testibus legat, vel legi faciat, secundùm Dyn. In gloss. 1. nota ergo ab-
3 breuiaturæ † non credi, nisi constet, quòd sit lecta coram testibus, & testatore, & idem dicit Iacob. de Are. in sen-
4 tentia, † quòd licèt appareat scripta manu publici notarij, quòd si non apparet, quòd fuerit lecta, quòd illa scriptura non valet. Et ideo apparet, quòd illa verba, quę in
5 fine sententiarum apponuntur, lecta, † lata, & finaliter promulgata, sunt de substantia sententiæ. ¶ Item facit iste
6 text. contra abbreuiaturas † tabellionum, quòd non faciant fidem, ad quod facit supra de testam. l. ex ea scriptura. & supra de testamen. mili. l. Lutius. & C. de fide instru. l. contractus. & Instit. de emptio. & vend. in princ. ¶ Item
7 quia in instrumento † tabellionis debet apponi signum, vt faciat fidem, vt. C. de assesso. l. fin. & in Authen. de fide instrum. §. si verò. & not. Insti. de publi. iudi. §. item lex. sed in abbreuiatura nõ est appositum signum, ergo & cæt. In contrarium videtur, quia recurritur ad abbreuiaturam, ergo patet, quòd statur ei, vt in Authen. de tabellio. §. penult. cum gloss. & C. de fide instrument. l. illatæ. aliàs sequeretur absurdum, quòd abbreuiatura facta per notarium defunctum, non posset fieri instrumentum per alium notarium, nec eius subrogatum, quod tamen est falsum, vt supra de offic. consu. l. vnica. & extra de fide instrum. c. cum P. tabellio. & hoc verius, si illa abbreuiatura est in mundum redacta, & nullum appareat vitium, quamuis desit ibi signum, & subscriptio tabellionis; nam auctoritate iudicis potest perfici, vt d. c. cum P. ta-
8 bellio. extra de fide instrument. In contractibus † tamen, qui celebrantur in scriptis, nihil potest addi, vel minui, & ideo nihil potest suppleri iudicis auctoritate, vt d. l. contractus. secundùm Bald. ¶ Quidam tamen intelligunt istum text. quando confecta esset scriptura continens voluntatem sine testibus, aliàs ei staretur, cum stetur protocollo, vt in §. fina. in Authen. de tabell. & in l. 2. C. de discussio. ¶ Item quando pars vellet probare voluntatem per illam scripturam: secus si per testes, qui interfuissent. l. hæredes palam. in princip. supra de testam. secundùm dominum Andream de Pi. & Nico. de Neapoli. Ita quidam habent hic additionem, tu bene aduerte. Tu hoc declara, vt meliùs per Bald. in Authen. quod sine. C. de testamentis. vbi omnino vide.

Ex §. Si ita quis.

SVMMAE.

1 *Ille, qui commendat, non legat.*
2 *Fideicommissi præstationem commendatio personæ facta hæredibus non inducit.*

1 **§. Si ita quis.** ¶ Ille † qui commendat, non legat. hoc dicit. ¶ Vel
2 sic. Fideicommissi † præstationem commendatio personę facta hæredibus non inducit. hoc dicit secundùm Rayne. de Forli. Dubium erat, quia videbatur, quòd saltem essent relicta alimenta, secundùm Bald.

Ex §. Cum esset.

SVMMAE.

1 *Cõditio importata per ablatiuum absolutè positum, habet vim fideicommissi, & ex tali conditione potest agi.*

Hæres

2 *Hæres de restituendo hæreditatem cohæredi, vel extraneo, ab eo accepta certa quantitate, rogatus illam ex causa fideicommissi ab eo petere potest, ac etiam sibi præstare parato per fideicommissum hæreditatem restituere compelletur.*
3 *Sapientis est deliberare.*

1 §.Cum esset ¶Conditio† importata p ablatiuum absolutè positum habet vim fideicommissi, & ex tali conditione pôt
2 agi.h.d. secundùm Bal.¶Vel aliter.Hæres † de restituendo hæreditatẽ cohæredi,vel extraneo,ab eo accepta certa quantitate, rogatus illam ex causa fideicommissi ab eo petere potest, ac etiam sibi præstare parato per fideicommissum hæreditatem restituere compelletur.h.d. secundùm Rayn.Nec obstat.s̄.si quis omiss.causa testa.l. si quis sub conditione.vbi dicit,quòd non disponunt; quia hic non erat mera conditio,sed implicita cum dispositione.|Vel hic ideo; qa verba dispositiua directa erãt in agẽtem,vt patet ex verbo [accepta]ideo nõ mirum,cum sub sua potestate sit positum, & ita potest solui contrarium secundùm Bald.¶Item non obstat quod nota.s̄. eod. in l.si legatarius.quia ibi nõ agnouerat sibi relictum:hic sic. vt plenè not.ȷ̄.ad Treb.in l.mulier.§.pen.secundũ Rayn. ¶In text.ibi [fideicommissum] idest illam quantitatem.
3 ¶In tex.ibi[deliberationis.]Nota,quòd sapientis†est deliberare,sic.s̄.de postul.l.1.§.casum.& ȷ̄.de præscrip.verbis.l.permisisti.in fine. & ȷ̄. ad Trebellian. l.recusare.§. penult.secundùm Iacob.de Are. ¶ In tex.ibi [paratus] &c.debet ergo iste ex parte sua implere,vel quod nõ stet per se,sic.C.de remissio.pign.l.si residuum.& l.Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. ¶In glo. hoc fideicommissum. &c.in fine.argu.s̄.de lega.1.l. si fundum sub conditione.§.si libertas.& nota.in l.contraria,secundũ Rayn.

Ex §.si quis ita.

SVMMAE.

1 *Verbum,sufficit,est aptum ad dispositionem,& ad relictum.*
2 *Papa quando dicit, volo, quòd sis contentus tali beneficio, eo ipso videtur illud conferre.*
3 *Quælibet verba dispositiua ad honoratum directa,fideicommissi petitionem inducunt.*

1 §.Si quis ita. ¶Verbũ† sufficit,est aptũ ad dispositionẽ,& ad relictũ. h.
2 d.Et sic nota,quòd eo ipso,ꝙ Papa † dicit,volo,ꝙ sis contentus tali beneficio,eo ipso videtur illud conferre,secun
3 dùm Bal.¶Vel aliter summatur.Quælibet† verba dispositiua ad honoratum directa, fideicommissi petitionem inducunt.h.d.Et sic non obstat l. sæpe.s̄. de officio præsi. quia hic fuerunt verba dispositiua,ibi non, arg.s̄.de iudi. l.non quicquid.secundùm Rayn.

Ex §.Si sic fideicõmissum.

SVMMAE.

1 *Legatum potest poni in voluntate hæredis extinctiua.*
2 *Semel velle sufficit,nec variare licet.*
3 *Si,& nisi,dictiones differunt,& aliquando non.*

§. Si sic fideicommissum.

1 ¶Legatum † potest poni in voluntate hæredis extinctiua.h.d.Et sic non obstat.s̄.tit.2.l.senatus.§.hoc legatum. secundùm Bal.¶Vel aliter.Fideicommissum resoluendũ per contrariam voluntatem hæredis,vel in causa tempus principaliter respiciente collatum validum est de iure,voluntate prima ipsius non mutanda,& ab eo viuente in uita non petitur,sed eo mortuo ab hærede: fideicommissario verò defuncto ante declaratam voluntatem hæredis illud extinguitur.h.d.secundùm Rayne. vsque ad §.quan
2 quam. Nota secundùm Iacob.de Are.quod sufficit † semel velle,& quod vlterius variare non possum,secundùm Andr. de Pi. & Bald. ¶In tex. ibi [quasi conditionale] &cæt. non propriè; quia est conditio tacita,l.quod purè. cum similibus.ȷ̄.quando dies leg.cedat. & l.quibus diebus.§.quidam Titio.ȷ̄.de condit.& demonst. Est ergo legatum purum,sed ademptum sub conditione, si hæres velit. l. legatum. ȷ̄. de adi.legat. Et sic non obstat §. legatum.&cæt.vt s̄.Et eodem modo responde ad §. quãquã. ȷ̄.proxi.argu.ȷ̄.de condit.& demonst.l.non vnquam. secundùm Rayne. ¶In glo. 1. [si noluerit] &cæt.hæc est falsa secundùm Andr. de Pi. quia est contra casum in d. §.legatum.hic ergo legatum erat purum, sed ademptum sub cõditione,si hæres noluerit.sed in §.legatum.erat ab initio conditionale in mera voluntate hæredis positum, quod non valet,vt ȷ̄.ea.l.in §.quanquam.secundũ Rayn.
3 de Forli. Et sic nota differentiam inter dictionem,† si, & dictionem,nisi. Alibi tamẽ exponitur,nisi pro si non,vt.ȷ̄. de cond.& demonst.in l.quibus diebus.§.quidam Titio. secundùm Bald.

Ex §.Hoc autem.

SVMMAE.

1 *Dictio,cum,& quando,faciunt conditionem, & fauore vltimæ voluntatis moriens videtur velle.*

1 §.Hoc autem. ¶Dictio † cum,& quãdo faciunt cõditionẽ,& fauore vltimæ voluntatis moriens videtur velle.h.d.secũdùm veram opinionem secundùm Bald.

1 §.Quanquam. ¶ Legatum † non pôt conferri in voluntatem hæredis,sed in arbitrium sic. h.d.

Ex §.Hæc verba.

SVMMAE.

1 *Verba,quæ prima facie videntur enunciatiua, fauore liberorũ sunt dispositiua.*
2 *Verba,quæ prima facie videntur verba consilij,prolata fauore tertij important necessitatem.*
3 *Verbum,peruenire,est commune,& inducit fideicommissum.*
4 *Verba consilij interpretantur esse verba dispositiua.*
5 *Verbum,potest,trahitur ad necessitatem.*

1 §.Hæc verba. ¶Verba, quæ † prima facie videntur enunciatiua, fauore liberorũ sunt dispositiua.h.d.sm̃ Dy. Vel sic. Ver

2 ba,† quæ prima facie videntur verba consilij, prolata fauore tertij, important necessitatem. h. d. secundùm Bald.
3 ¶ Vel sic. Verbum, † peruenire, inducit fideicommissum. hoc dicit. & sic est verbum commune, secundùm Bart. ¶ In text. ibi [consilium] &c. quantùm ad rigorem verborum, secundùm Dyn. facit. 2. q. 1. c. notum. Nota, quòd
4 † verba consilij interpretantur esse verba dispositiua se-
5 cundùm Bald. ¶ Item nota, quod verbum, potest, † trahitur ad necessitatem; non enim verificatur in sola potẽtia, sed trahitur ad actũ; quia requiritur, vt perueniat, vt hic, & .ỹ. de statuliber. l. 3. §. si quis sic accepit, secũdùm Bart. de quo verbo pleniùs habetur per eundem Bart. in l. 1. s. de iniusto testamen.

Ex §. Si filio.

SVMMAE.

1 *Quod potest intelligi, habetur pro expresso.*
2 *Relictum per verba efficacem dispositionem testatoris continẽtia, dilatum videtur in tempus existentiæ sui iuris.*
3 *A patre potest relinqui filio, si verba sapiant quoquo modo, vt fideicommissum in tempus existentiæ sui iuris videatur dilatum.*
4 *Relinquo, verbum adaptatur ad tempus mortis.*
5 *Pertinere, & habere, verba referuntur ad tempus, quo aliq̃d potest haberi pleno iure.*

1 §. Si filio. ¶ Quod † potest intelligi, habetur pro expresso. h. d. ¶ Vel sic. Relictũ
2 † per verba efficacem dispositionem testatoris continentia, dilatum videtur in tempus existentiæ sui iuris. h. d. se-
3 cundùm Rayne. ¶ Vel aliter. A patre potest † relinqui filio, si verba sapiant quoquo modo, vt fideicommissum in tempus existentiæ sui iuris videatur dilatum. h. d. secundùm Bar. ¶ In tex. ibi [efficitur] emancipatione, vel morte patris, vel alio modo, secundùm Dyn. & Bald. Nota, q̃
4 verbum, relinquo † adaptatur ad tempus mortis, sic. ỹ.
5 de tabul. exhib. l. 1. in fi. Item nota, quòd † verbum, pertinere, & verbum, habere, referuntur ad tempus, quo aliq̃d potest ad eum pertinere, vel habere pleno iure, secundùm Bald. ¶ In tex. ibi [pertinere] &cæt. secus enim si hæc verba, & similia non fuissent apposita, vt dixi in l. cum legato. in fine. ỹ. quando di. lega. ceden. & s. de lega. 1 in l. cum filiofamil.

Ex §. Si cui.

SVMMAE.

1 *Non refert, quid ex æquipollentibus fieri penes naturam, & effectum.*
2 *Conditio habens implicitam rationem, seu specificum effectum, non est necesse, quòd impleatur formaliter, sed in effectu.*
3 *Conditio mortis patris adiecta fideicommisso filiofamilias relicto, per emancipationem eius deficere non censetur.*
4 *Habito effectu, non curatur de modo.*
5 *In contractibus, & quasi contractibus non refert, quid ex æquipollentibus fieri.*
6 *In conditionibus extrinsecis, quæ sunt meri facti, interest quid ex æquipollentibus fieri.*
7 *Intrinsecæ conditiones simplices, non refert, an per æquipollẽtia adimpleantur quò ad effectũ: si qualificatæ, non refert penes conditionem sed penes ipsius qualitatem.*

1 §. Si cui. ¶ Non refert † quid ex æquipollentibus fiat penes naturam, & effectũ.
2 h. d. ¶ Vel sic. Conditio habens implicitam rationem, seu specificum effectum, non est necesse, quòd impleatur formaliter, sed in effectu. h. d. secundùm Bald. ¶ Vel aliter.
3 Conditio † mortis patris adiecta fideicommisso filiofamilias relicto per emancipationem eius deficere non censetur. h. d. secundùm Rayn. secus si non habet intrinsecum effectum; quia tunc oportet, quòd impleatur formaliter, vt. ỹ. de condi. & demonst. l. Mæuius. & facit l. fi. s. mand. & plenè dixit Bal. in l. Gallus. in §. quid si tantùm. s. de lib. & posth. secundùm eundem hic. Et iste §. locum habet in fauorabilibus: secus in odiosis, vel ambitiosis; vnde impetrans tanquam vacans, vel vacaturum per mortem, nõ obtinet, secus si vacat per renũciationẽ, vel vacationẽ.
4 Nota, † quòd habito effectu, non curamus de modo. Nec ob. l. qui Romæ. §. Flauius. ỹ. de verb. oblig. quia ibi nõ habemus nec modum, nec effectum propter omissionem formæ, secundùm Bal. ¶ In gl. 1. in fi. ibi [l. fi.] sol. hic æquipollentia producunt eundem effectum, ibi non, secundùm Dy. Vel hic factum ciuiliter nõ potest postea contingere naturaliter, ibi secus, secundùm Petr. ¶ Vel latiùs dic, &
5 alibi non inuenies, secundùm Ray. In contractibus † non refert quid fieri inter æquipollẽtia l. fi. s. mãd. idẽ in quasi contractibus. l. nauis. §. fin. s. ad l. Rod. de iactu. Ratio, q̃a in eis attenditur solùm effectus iuris. l. non dubium. & ibi not. C. de legi. & quantùm ad ius, idem est effectus æqui-
6 pollentium. In conditionibus † si sunt extrinsecæ, vt sunt illæ, sine quibus res conditionaliter posset adimpleri, tũc refert inter æquipollentia; ratio, quia illæ sunt merè facti. l. Mæuius. & l. qui hæredi. §. fi. ỹ. de condi. & demonstra. Si
7 intrinsecæ, vt sunt † illæ, sine quibus alter non posset implere quò ad effectum exemplum hic, & in §. præcedenti, iuncta l. placet. s. de acquir. hæred. tunc si sunt simplices, similiter non refert. l. mulier. ỹ. ad Trebell. & l. si ita. ỹ. quando dies leg. ced. Si qualificatæ, tunc non refert inter æquipollentia penes conditionem, sed penes ipsius qualitatem sic, vt hic, secũdùm Petr. quod non placet, vt statim dicam. Ratio est, secundùm eum; quia istæ conditiones sunt tacitæ, vnde non sequuntur naturam, & regula aliarum. l. hæc verba. s. de lega. 1. cum simil. Extrinsecæ sunt propriæ conditiones: & ideo oportet, quòd impleantur in sua forma. Non obstat prædictis. ỹ. de annuis legat. l. liberto. §. fi. quia ibi inter extrinsecanõ videtur referre inter æquipollentia; quia illa conditio videtur quasi intrinseca quò ad administrationem bonorum fiendam per tutorem, de qua ibi; quia finitur, & residet penes dominũ, finita tutela per mortem tutoris, sicut per pubertatem minoris, secundùm Rayn. de Forliuio. ¶ In glo. sequen. ibi [& ante extitit] &cæt. Petr. contra, vt patet ex prædictis, sed malè per d. l. si ita. ỹ. quando dies leg. cedit. secundùm Rayn.

Ex §. Si rem.

SVMMAE.

1 *Necessaria alienatio non perimit legatum: secus in voluntaria, & hoc si extat rei substantia; sed si non extat rei substantia, extinguitur legatum, nisi per aliquas coniecturas probetur, quòd testator voluit extingui.*
2 *Fideicommissi petitionem non perimit alienatio rei relictæ necessaria testatoris, nisi ab hærede probetur oppositum: exactio verò nominis debitoris eius legatum extingui: secus si ab eo*

ab eo sponte pecunia offeratur à testatore deposita, vel ex ea re aliqua comparata.

3 *Legatum nominis extinguitur iure extincto, secus legatum corporis.*

4 *Creditores coguntur recipere oblatum.*

5 *Mutuantes frumentum coguntur recipere oblatum, nec possunt crastinari tempus carestiæ.*

6 *Alienatio voluntaria ita demum extinguit legatum, si res est tradita, vel pretium receptum, aliàs solus contractus videtur legatū extinguere.*

7 *Alienatio ipsius rei facta ab hærede permissu testatoris, non reuocat legatum.*

8 *Dominus voluntariè comparens in iudicium, videtur reuocare procuratorem: secus necessariò.*

9 *Procurator datus ad exigendum, potest recipere à sponte soluente.*

1 §.Si rem. ¶ Necessaria † alienatio non perimit legatum: secus in voluntaria, & hoc si extat rei substantia: sed si non extat rei substantia, extinguitur legatum, nisi per aliquas coniecturas probetur, quòd testator noluit extingui. h.d. secundùm Bald. Et adde omnino Bal. in l.3. C. de leg. ¶ Vel aliter. Fideicom
2 missi † petitionem non perimit alienatio rei relictæ necessaria testatoris, nisi ab hærede probetur oppositum: exactio verò nominis debitoris eius legatum extinguit; secus si ab eo spōte pecunia offeratur à testatore deposita, vel ex ea re aliqua comparata. h.d. secundùm glo. & Ray. Sic ergo, quando testator legat speciem, siue corpus alienando testatori, perdit ius, quod habebat: tamen res ipsa durat in rerum natura: sed quando legat nomen debitoris, facta solutione, non durat ius testatoris, nec ipsa res legata; quia ius, & non corpus erat legatum. In primo ergo casu distinguitur, an alienauerit propter necessitatem, an causa donandi, vel negociandi. In secundo casu nō habetur respectus ad necessitatem rei familiaris, sed an testator prouocauerit debitorem ad soluendum, & finitur legatum: an fuerit prouocatus à debitore offerente, & tūc non finitur, & hoc voluit ista litera secundùm Bald. Ratio autem dubitandi fuit; quia cum testator videatur legare ius, quod habet, vt s. de leg. 1. l. si domus. in fin. extincto iure, semper videbatur extingui legatum, vt j. de vsufru. lega. l. Sticho. & C. de lega. l. vxor patrui. Et adde quod nota. s. de leg. 1. in l. Lutius. secūdùm Bal. ¶ In text. ibi [necessitate] puta propter debita, vel propter alimenta, vel propter coactionem superioris, vel metu compelleretur, arg. s. quod fal. tuto. l. nouissimè. §. 1. ¶ In tex. ibi [ei] idest nisi dicamus hanc esse rationem differenriæ inter legatum corporis, & legatum nominis; nam in legato nomi
3 nis, † quod in mero iure consistit, extincto iure, extinguitur tota substantia rei legatæ: secus in legato corporis, vbi extinguitur ius, sed non res, & hoc est, quod sequitur hic,
4 ergo &c. ¶ Nota creditores † cogi ad recipiendum obla-
5 tum. Et ideo dicit alibi gloss. quòd mutuantes † frumentum, coguntur recipere oblatum, nec possunt crastinari tē pus carestiæ. Ita not. glo. in l. nulli. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. secundùm Bald. hic. ¶ In text. ibi [exigendam] Nec obstat j. de auro, & arg. lega. l. Seia. & de fund. instr. l. prædia. §. liberto. & s. de leg. 1. l. cætera. vt ibi not. Et de verbo, extorquere, vide quod ego scripsi. s. de hæredita. institu. in l. si seruo fideicommissa. ¶ In glo. nota ergo exigere, &c. ibi [l. pupillus] &c. Nec obstat. j. de interdic. l. incerti. & j. de fur. l. falsus. & de fund. instruc. l. nepoti. vt ibi dixit Ray. de Forliuio. ¶ In tex. ibi [superesse.] Quid autem econtra, si ex pecunia legata rem comparauit, dic vt in l. pater. j. de adimen. leg. per Rayn. ¶ Adde, quòd
6 alienatio † volūtaria ita demum extinguit legatum, si res est tradita, vel pretium receptum, aliàs solus contractus videtur legatū extinguere. l. prædia. §. liberto. j. de fundo instruc. quod est bene not. & vide Bald. in l. 3. C. eodem.
7 ¶ Item adde, quòd alienatio † ipsius rei facta ab hærede permissu testatoris, non reuocat legatum, casus videtur in l. postquā. §. fin. j. vt legat. no. caue. ¶ Extra inducitur in
8 arg. quòd † qn̄ dominus cōparet ī iudicio, vt videatur reuocare procuratorem, quando comparet voluntariè: secus si ex necessitate, exemplum in l. fin. C. de procurato. secundùm Iac. de Ra. & Bal. hic, & in l. Lutius. s. tit. 1. Facit quod not. s. mand. in l. qui mutuam. & est expressum extra de procura. in c. si quem. lib. 6. secundùm Ray. de For-
9 liuio. ¶ Item inducitur, quòd procurator † datus ad exigendum, non possit recipere à sponte soluente, cum exigere, &c. Contrarium est verum; quia iste habet plenum mā datum & potest tam experiri, quàm solutionē recipere, ad hoc s. de pig. act. l. solutam. secundùm Bal.

Ex §.Si quis illicitè.

SVMMAE.

1 *Ex ædificio necessario diruendo possunt legari marmora, & columnæ.*

2 *Illicitum ædificium non cedit solo.*

3 *Per fideicommissum licitè relinqui possunt ædibus affixa.*

4 *Esse reputatur quod necessariò debet destrui.*

5 *Bannitus non reputatur, qui necessariò debet rebanniri.*

6 *Si propter delictum alicuius bona debeant deuastari, si priuatus deuastet, ad pœnam non tenetur.*

7 *Occidens illū, qui ducitur ad furcā, an teneatur de homicidio.*

1 §. si quis illicitè. ¶ Ex ædificio † necessario diruendo possunt legari marmora & columnæ. h. d. Et sic probat,
2 quòd illicitum † ædificium non cedit solo, secundùm Bal.
3 ¶ Vel aliter summatur. Per fideicommissum † licitè relinqui possunt ædibus affixa. h. d. Nota, quòd reputatur esse
4 quod † necessariò debet destrui. Et est argu. quòd non re-
5 putatur † bannitus, qui necessariò debet rebannire. ¶ Itē,
6 quòd si propter † delictum bona alicuius debeant deuastari, & priuatus deuastet, quòd non teneatur ad pœnam.
7 ¶ Item est arg. quòd si quis occidit † illum, qui ducitur ad furcam, quòd non teneatur de homicidio. Contra hoc tamen est. C. de malef. & mate. & Docto. ponunt in l. in laqueum. ff. de acquiren. rerum domi. secundùm Bald. ¶ In gl. j. ibi [l. secunda] &c. quod dic vt in ead. §. si quis nemine. secundùm Ray.

Ex §.Si hæres.

SVMMAE.

1 *Hæres potest à testatore per fideicommissum grauari certis vsuris alij pecuniam fœnerare, de illa sibi reddenda cautione ab ipso non præstanda.*

2 *Damnatus mutuare, non potest exigere à recipiente fideiussoriā cautionem, sed probatoriam sic, nisi debitor esset persona suspecta*

3 *Neminē cogi cauere alijs ad maiorem cautelam, secus ad sufficientem.*

1 §. si hæres. ¶Hæres † à testatore potest per fideicommissum grauari certis vsuris,alij pecuniam fœnerare,de illa sibi reddenda cautione ab ipso non præstanda.h.d.secundùm Ray.Nota,ꝙ
2 damnatus † mutuare,non potest exigere à recipiente fideiussoriam cautionem, sed probatoriam sic. ergo non tenetur quis dare fideiussorem, ad hoc supra de vsufruc. earum re.l.tribus.& est not.quod est verum, nisi debitor esset persona suspecta.l.si fideiussor.§.fin.s. qui satis.cog. sm Pet.Ratio dubitandi fuit;quia sicut hæres vr mutuare, ita tacitè recipiens videtur iussus reddere; vnde cum hoc descendat ex vltima voluntate,videbatur satisdandum. l. 1.in princ.j.vt lega.no.caue.& C.vt in possessio.leg.l.Archimedoram.secundùm Bald. hic.¶Item nota neminem
3 † compelli sibi caueri ad abundantem cautelã, sed ad sufficientem sic,& facit ad not.in l.2.in fi.ff. qui satis. cogan. ¶In gl.cautionem.ibi [l.in omnibus] &c.meliùs dic, vt ibi no.& dixit Ray.in l.2.sol.mat.

Ex §.Si seruo.

SVMMAE.

1 *Valet relictum à sciente, quod non valet ab ignorante propter qualitatem personæ.*

2 *Aestimatio militiæ à testatore sciente seruo relictæ,eius domino ex testamento debetur: secus si conditionem eius ignorauit.*

3 *Quis velle non præsumitur,quod non est consuetum fieri, licèt sit possibile:secus econtra.*

4 *Impetrãte præbendã secularis clericus,quæ clericis secularibus non consueuit assignari, non tenet impetratio, nisi probetur Papam proprio motu fecisse.*

5 *Aliud pro alio non soluitur, quando debitum potest formaliter solui.*

6 *Impossibile,quod sit verè impossibile,non debet præstari.*

7 *Petito vno, in alio iudex non debet condemnare, quando id, quod petitur,& de iure,& de consuetudine potest præstari, consuetudine verò,& iure cessante,in alio,quod loco rei petitæ succedit,partem condemnat.*

1 §. Si seruo. Valet † relictum à sciente, qđ non valet ab ignorante propter
2 qualitatem personæ.h.d.¶Vel sic.Aestimatio † militiæ à testatore sciente seruo relictæ,eius domino ex testamento debetur:secus si conditionem eius ignorauit. h. d. secundùm Ray.¶In tex.ibi [non reliquisset] &c.Nota,quòd
3 non † præsumitur quis velle id, quod non est consuetum fieri,licèt sit possibile,& est not. id autẽ,quod est consuetum,præsumitur quis velle.C.de fideiusso.l.fin. Et ideo si
4 clericus † secularis impetret præbendam,quæ non consueuit clericis secularibus assignari,non valet impetratio, ét si fiat motu proprio,nisi probetur scientia Papæ: nam & hoc testator faciebat proprio motu,secundùm Bal. ¶Itẽ ex isto §.Dyn.terminat tres regulas.Prima est, quòd tũc
5 est † verum,quòd aliud pro alio non soluitur, quãdo debitum potest formaliter solui,secus si non potest solui for
6 maliter.Secunda,ꝙ impossibile † de iure debet præstari, vel fieri, & istud est verũ,quando est vera impossibilitas: sed si non sit vera impossibilitas,tunc secus,vt hic. Tertia
7 regula est,quòd vno petito,† iudex non debet in alio condẽnare:& istud est verum,vbi id,quod est petitum, potest præstari iure, & consuetudine:sed si ius, vel consuetudo non permittit,tunc potest condemnare in alio, quod succedit loco rei petitæ,secundùm Dyn.& Bald.¶In gl.2.in fine.Dic,quòd hic est impedimentum iuris, vt probatur supra in prima glo.Nec obstat, quòd æquiparetur impedimento facti,vt l.filius.j.de condi. insti. cum similibus; qa hic ob solũ vitiũ personæ,non alterius defectus,vt dicam in sequenti contrario.

Ex §.Si quis decem.

SVMMAE.

1 *Legatum mihi relictum, etsi perdiderim, rursus præstandum non debetur,nisi duplicatum.*

2 *Fideicommissum quantitatis à testatore multiplicatum solùm intelligitur duplicatum, nec fideicommissarius de illo saluando præstare cogitur cautionem.*

3 *Verba multiplicatiua de duobus intelliguntur, vt infinitas euitetur.*

4 *Accusans de pluribus percussionibus, intelligitur de duobus.*

5 *Si in instrumẽto reperiatur clausula,quòd pœna sæpius cõmittatur,intelligitur de duobus vicibus.*

6 *Plurale indefinitum duorum numero est finitum.*

7 *Statutum de compromisso loquens an verificetur duabus vicibus tantùm,*

1 §. si quis decem. ¶Legatum † mihi relictum, etsi perdiderim,rursus præstandum non debetur, nisi duplicatũ.
2 h.d.secundùm Bal.¶Vel sic.Fideicommissum † quantitatis à testatore multiplicatum solùm intelligitur duplicatum,nec fideicommissarius de illo saluando præstare cogitur cautionem.h.d.¶In tex.ibi [rursus] &cæ. Ex hoc verbo oriebatur dubitatio; quia est multiplicatiuum.
3 Sed non obstat; quia verba † multiplicatiua verificantur in bino actu,vt infinitas euitetur.¶In text.ibi [debeat] vt supra de seruitu.vrbano.prædio.l.eum debere, vt ibi
4 not. Rayn. Et est argu. iste §. quòd si quis † accuset de pluribus percussionibus,quòd intelligatur de duabus.
5 ¶Item ꝙ si in instrumento † reperiatur clausula,ꝙ pœna sæpius committatur,intelligatur de duabus vicibus; quia
6 plurale † indefinitum duorum numero est finitum. l. vbi numerus.ff.de testi.Nec obstat s.de eden.l.vbi.§.fi.qa ibi in verbis legis,vbi quotiẽs habet locũ rõ legis,habet locũ lex:hic in verbis testatoris, quibus obligatoria infinitas est vitanda secundùm Ray. & Bald. Et facit ad statutum
7 † de compromisso, ꝙ nõ sit satisfactum statuto de primo compromisso:sed si primum sit finitum,debeat iterum cõpromitti; quia adhuc habet locum ratio statuti, quæ est, vt lites finiantur.Et sic non obstat l.boue.§.hoc sermone. j.de verb.sig.sm Bal.¶In gl. ibi [hic rursus] Pet. dicit, ꝙ idem in vtroquo verbo.Nec obst. l.sicut.s. quibus modis vsufruct. amit. quia ibi præstatio multiplicata nõ est hæredi multum damnosa;quia loquitur in vsufructu, qui extinguitur morte.Hæc ratio non placet;quia præsupponit, ꝙ si hæres legatarij perderet,quod sibi deberetur,qđ est falsum,vt j.de condi.& demon.l.qui hæredi.§. fin.& l.vbi ita datur,secundùm Ray.¶In ead.gl.ibi [l. si ita stipulatus] ibi verba se habent ad infinitatẽ tm sm Dyn. j. de damno infec.in l.qui bona.§.fi.¶In eadem glo.ibi [§. iurare] &c.sol.vt ibi.¶In ead. gl.ibi [§.sancimus] &c. ibi est speciale fauore ecclesiæ,vt ibi patet in tex.¶In eadem gl.in fi.ibi [§.hæc vox] &c.sol. ibi amissio procedit, & procedere debet sine culpa aduersarij, hic posset cum culpa secundùm Ray.

Ex §. Item si quis.

SVMMAE.

1 *Relictum ad liberationem non inducit aliquam relicti petitionem.*
2 *Relictum animo compensandi non potest peti.*
3 *Fideicommissum relictum à testatore animo compensandi cum debito sibi ex hæreditate fideicommissario aliunde delata, illo recusante, ipsum adiri non debet.*

1 §. Item si quis. ¶Relictum ad liberationẽ non inducit aliquam relicti petitionem. h. d. secundùm Dy. ¶Vel sic.
2 Relictum animo compensandi non potest peti. h. d. Et sic iste.§. loquitur, quando creditor legat debitori, vt cõpenset debitum cum legatario, & iste est casus peregrinus secundùm Bal. hic. ¶Vel aliter potest summari. Fideicom-
3 missum † relictum à testatore animo compensandi cum debito sibi ex hæreditate fideicommissario aliunde delata, illo recusante, ipsum adiri non debet. h. d. secundùm Ray. ¶In tex. ibi [facilius] quàm ab hærede sibi præstari. ¶In tex. ibi [sit] testatoris in tantundem. ¶In tex. ibi [rescripsit] & ideo meritò repellitur, secundùm Ray.

Ex §. Plerunque.

SVMMAE.

1 *Debitum relictum pluribus conreis stipulandi, contemplatione omnium singulis debetur in solidum, à priore petente præstanda hæredi de defensione aduersus conreos cautione: si verò contemplatione vnius relinquatur, ei soli petitio datur.*

1 §. Plerunque. ¶ Debitum † relictũ pluribus conreis stipulandi, contemplatione omnium singulis debetur insolidũ, à priore petẽte præstãda hæredi de defensione aduersus conreos cautione: si verò contemplatione vnius relinquatur, ei soli petitio datur, secundùm Ray. ¶In tex. ibi [habitum] quo casu illi soli petitio dabit, aliàs omnibus, vt sequitur. ¶In tex. ibi [sensit] quia omnium contemplatione reliquit. ¶ In text. ibi [potuerunt] aliàs ille solus, cuius contemplatione reliquit. ¶In tex. ibi [occupat] &c. liti contradicendo, vt. l. si Titius. ff. de verbo. oblig. & l. ex duobus. ℐ. de reb. dub. secundùm Ray.

Ex §. Interdum.

SVMMAE.

1 *Fideicommissum vectigalis pro alio soluendum publicano relictum, ipsi non debetur, sed tantummodo debitori, nisi relictũ sit contemplatione ipsius publicani.*
2 *In dubio videtur prouideri ei, cuius principaliter interest.*
3 *Ex legibus, & statutis actio datur eis, in quorum fauorem facta sunt.*

1 §. Interdum. ¶ Fideicommissum † vectigalis pro alio soluendũ publicano relictum, ipsi non debetur, sed tãtummodo debitori, nisi relictum sit contemplatione ipsius publicani. h. d. ¶In tex. ibi [competit.] Cuius contemplatione relinquitur, vt. ℐ. patet. ¶In tex. ibi [fideicommissum] nomine vectigalis à Titio debiti, vt. ℐ. de publica. l. 1. ¶In text. ibi [pro quo] idest cuius contemplatione. ¶In tex. ibi [fecerit] quod si cõstet, illud seruatur. ¶In tex. ibi [fecisse] quia eius principaliter interest, quod est not. secundùm Rayn. vnde nota mirabilem præsumptionem, secundùm Iaco.
2 de Are. quòd in dubio videtur † prouidere ei, cuius principaliter interest, quod etiam refert Bar. hic. Et per hoc
3 dicit Bart. quòd † legibus, & statutis ex eis datur actio his, in quorum fauorem facta sunt. l. statuas. ff. de acquirend. rer. domi. & not. in Authen. sacramenta. C. si aduer. vendi.

Ex §. si in opere.

SVMMAE.

1 *Ad legata indiuidua singuli hæredes tenentur in solidum, ad eorum præstationem dilatione à iudice statuenda, postquam vnus solus perficere cogitur, & ab eo sumptus facti cohæredibus pro eorum partibus imputantur.*
2 *In indiuiduis quilibet hæres tenetur in solidum.*
3 *Si duo filij liberti mei sunt mihi obligati ad duas operas, petam ab eis pro parte numero, non per partes corporum.*

1 §. Si in opere. ¶Ad legata † indiuidua singuli hæredes tenentur insolidum, ad eorum præstationẽ dilatione à iudice statuẽda, postquã vnus solus perficere cogitur, & ab eo sumptus facti cohæredibus pro eorum partibus imputãtur. h. d. secundùm Rayn. ¶Vel breuiùs. In indiuiduis
2 † quilibet hæredum tenetur in solidum. h. d. secundùm Bar. Et hic videtur probari, & practicari, ꝙ præcedat mora omnium hæredum, & tunc quilibet poterit in solidum conueniri, secundùm Bar. hic. ¶In tex. ibi [sit] ab eo, qui Proculum, & quendam alium hæredem instituit. ¶In tex. ibi [teneri] nec obstat. s. titu. 1. l. mortuo. §. fin. vt ibi not. Rayn. quia ibi reliquit centum pro opere; vnde nullum factum hæredum versabatur: hic in opere extruendo per hæredes; vnde hæredes erant obligati ad factũ sm̃ Iaco. de
3 Are. & Bar. ¶Facit, ꝙ si duo † sunt filij liberti mei mihi obligati ad duas operas, petam ab eis pro parte numero, nõ per partes corporum, secundùm Dyn. & est casus. ℐ. de verbor. obligatio. in l. in stipulationibus. §. operarum. secundùm Ray.

Ex §. Si quis opus.

SVMMAE.

1 *Hæres ad factum à testatore damnatus, volẽs æstimationem soluere, non auditur.*
2 *Industria personæ electa videtur.*
3 *Obligatus ad factum ex vltima voluntate, præcisè cogitur ad illud.*

1 §. Si quis opus. ¶Hæres † ad factũ à testatore damnatus, volens æstimationem soluere, non auditur. h. d. ¶ In tex. ibi [voluerit] idest constet eum voluisse, vel sit verisimile; quia fuit electa industria personæ, & sic non obstat de re iudi. l. si quis ab alio. §. fi. vt ibi not. Ray. Sed Dy. in l. stipulatio. §. siue autẽ. ℐ. de oper. no. nunc. dicit per istum
2 tex. quòd in dubio † videtur electa industria personæ, se-
3 cundùm Bar. hic. Nota, quòd obligatus † ad factum ex vltima

ma voluntate, præcisè cogitur ad illud, & hoc tenet Iaco. de Aret. & Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obligat.

Ex l. Stichus.

SVMMAE.

1 *Hæres seruum liberum esse iussum artificium, ex quo uiuere possit, docere à testatore damnatus secundùm voluntatem defuncti naturam, conditionem, ingenium ipsius, & ætatem suis sumptibus instruere debet illum.*

2 *Legatum incertum relictum in his, quæ alimenta respiciunt, valet.*

1 L. Stichus. ¶ Hæres seruum † liberum esse iussum artificium, ex quo viuere posit, docere à testatore damnatus, secundùm defuncti voluntatem, naturam, conditionem, ingenium ipsius, & ætatem suis sumptibus instruere illum debet. hoc dicit, secundùm Rayn. ¶ Vel breuiùs. Legatum † incertum reli-
2 ctum in his, quæ alimenta respiciunt, valet. h.d. secundùm Bar. facit ad no. in l. macedoniam. super gl. ff. ad Macedo. ¶ In text. ibi [sumptibus] &c. quod dixi in l. Titia Seia. in prin. de leg. 2. & quod dicam. ff. eo. in l. his verbis. §. fi. secundùm Ray.

Ex l. Si sic.

SVMMAE.

1 *Legatum primò relictum, secundò cum sermone, hoc amplius, intelligitur tacitè repetitum, & secundus participat in eod.*

1 L. Si sic. ¶ Legatum † primò relictum, secundò cum sermone, hoc amplius, intelligitur tacitè repetitum, & secundus participat in eodem. h.d. secundùm Rayn. ¶ In text. ibi [partem] dimidiā. nomen filiarum. §. 1.

Ex l. Non dubium.

SVMMAE.

1 *Legatum sub conditione viduitatis vxoris relictum fideicommissario, cui simpliciter est legatum, etiam sequutis nuptijs, ab ipsa est præstandum.*

2 *Quin, dictio potest accipi affirmatiuè, & negatiuè.*

1 L. Non dubium. ¶ Legatum † sub conditione viduitatis vxori relictum fideicommissario, cui simpliciter est legatum, etiam sequutis nuptijs, ab ipsa est præstandum. h.d. secundùm Rayn. Et habet istud principium tres lectu ras, vt in gloss. ¶ In tex. ibi [quin] & cæt. pro qua not se-
2 cundùm Rayn. De ista dictione, quæ † potest accipi affirmatiuè, & negatiuè, vide. ff. de tuto. & cur. dat. ab his in l. vbi. §. 1. sm Bart. hic. ¶ In tex. ibi [sit] simpliciter, vel in omnem casum viduitatis, & nuptiarum, & hoc tollit cōtra riū. ¶ In gl. i. hæc prima nō placet, per l. iubemus. in fi. C. de testa. secunda est vera, secundùm Ray.

Ex §. Hæres.

SVMMAE.

1 *Conditio iurisiurandi apposita institutioni hæredis à iure remittitur cum onere relictorum.*

1 §. Hæres quoque. ¶ Conditio † iurisiurandi apposita institutioni hæredis à iure remittitur cum onere relicto rum. h.d. ¶ In text. ibi [conditio] de futuro apposita in præstando legato, seu fideicōmisso, secundùm Ray.

Ex §. Sed si cui.

SVMMAE.

1 *Legatarius rem alienam præstare damnatus, domino vendere recusante, iustum pretium soluendo liberatur.*

2 §. Sed si cui. ¶ Legatarius † rem alienā præstare damnatus, domino vendere recusante, iustum pretium soluendo, libera tur. h.d. ¶ In tex. ibi [non posit] confitetur tamen se grauatum. l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. 1. ¶ In tex. ibi [inferat] & eam præstando liberatur, secūdùm Ray.

Ex l. Res.

SVMMAE.

1 *Legata in profundo maris existentia, cum apparuerint, sunt præstanda.*

1 L. Res. ¶ Legatum † in profundo maris existētia, cum apparuerint, sunt præstanda. h. d. ¶ In tex. ibi [apparuerint] subaudi demū, sm Ray.

Ex l. Sæpe.

SVMMAE.

1 *Incrementum legati latens, & separatum fideicommissario est præstanda.*

1 L. Sæpe. ¶ Incrementū legati latens, & separa tum fideicōmissario est prestandū. h. d. ¶ In tex. ibi [alluuione] hoc est incrementum latens. ¶ In tex. ibi [insulæ] hoc est incremētū separatū, vt l. itē si fundi. §. 1. de vsuf. ¶ In tex. ibi [essent] nam illud incremē tum fideicōmisso præstatur, secundùm Ray.

Ex l. Etiam.

SVMMAE.

1 *Futura in rerum natura, & seruitus fundo serui peculiari legari possunt cum effectu.*

1 L. Etiam. ¶ Futura † in rerum natura, & seruitus fundo serui peculiari legari possunt cum effectu. h.d. ¶ In tex. ibi [habenti] in peculio, & hic tollitur contrarium.

Ex l.si iure.

S V M M AE.

1 *Fideicommissum in priori testamento vtili relictum per secundum testamentum eiusdem inutile nō intelligitur reuocatum, etiam si idē hæredes in vtroque testamento fuerint instituti.*

2 *Testator per secundum testamentum semper præsumitur reuocare id, quod in priori erat relictum, quando secundum est validum.*

Item ex vltima voluntate minùs solemni reuocatio præsumitur propter superuenientiam inimicitiarum.

3 *Primus contractus perfectus an videatur reuocatus per secūdum imperfectum.*

1 L. si iure. ¶Fideicommissum† in priori testamento vtili relictū per secundum testamentum eiusdem inutile, non intelligitur reuocatum, etiam si idem hæredes in vtroque testamento fuerint instituti. h.d. & vide omnino Bal. in l. sancimus. in princ. C. de testam. ¶In tex. ibi [sed vix] &c. idest nullo modo. ¶In tex. ibi [potest] secus si fuisset ademptum expressè; nam tunc obstat exceptio, vt not. C. de fideico. in l. fideicommissum. & ȷ̃. de adi. leg. l. 3. §. fi. secundùm Ray.

2 Nec huic obstat glo. 1. quæ dicit, quòd † semper præsumitur in dubio velle reuocare; quia debet intelligi, quādo secūdum testamentum est validum, aliàs esset contra istū tex. & hoc tenet Cin. in l. nostra. C. de testa. & hæc est veritas secundùm Bar. hic. ¶Item hic, quando allegatur reuocatio ex noua voluntate superuenienti: secus si ex alia causa, puta superuenientia inimicitiarum; quia tūc legata reuocantur etiam ex voluntate minùs solemni; quia aliunde deriuat ista reuocatio, secundū Bar. in effectu. ¶Etra quæ-

3 ro, an per secundum † factum imperfectum recedatur à primo perfecto, & valido in contractibus, vide Iaco. Butrig. cuius verba scripsi in l. id, quod. in princip. s̃. de rescin. vend.

Ex l.si tibi.

S V M M AE.

1 *Legatum relictum sub modo, non debetur legatario non cauenti, etiam si non intersit hæredis ipsum adimpleri.*

2 *Si legatarius sub modo ante præstitam cautionem percepit legatum, potest per iudicis officium cogi ad modum implendum, si modus fuit adiectus relicto incontinenti: secus ex interuallo.*

1 L. si tibi. ¶Legatum † relictum sub modo, non debetur legatario non caueuti, etiam si non intersit hæredis ipsum adimpleri. h.d. secūdùm Ray. Et vide allegationes in l. si vt proponis. C. de condi. ob causam. ¶In tex. ibi [hæredis] interest tamē alterius tertij. ¶In tex. ibi [putauerit] sed præstita cautione petere potest ante modum impletum, licèt in conditione sit secus, vt. l. quib⁹ diebus. §. 2. & l. qui heredi. §. vltimo. ȷ̃. de condi. & demon. Nec obstat. ȷ̃. de manumiss. testam. l. libertas, quæ in vltimū. §. pen. vt ibi dixi secūdùm

2 Ray. ¶Quæro, si legatarius † sub modo ante præstitā cautionem percepit legatū, an possit per iudicis officium cōpelli ad modum implendum. Dic, quòd sic, si modus fuit adiectus relicto incontinenti. d. l. libertas. §. pen. & l. Mænius. ff. de cond. & dem. vbi de hoc: sec⁹ si ex interuallo. l. Imperatores. ȷ̃. de manumiss. testa. secundùm Ray.

1 L. si res. ¶Res relicta † duobus in solidum, vni soluta alteri non debetur: sed eius pretium ab ipso est petendum. h.d. secundùm Ray.

Ex l.Nutu.

S V M M AE.

1 *Mutus non à natura fideicommissa nutu relinquere iure potest.*

2 *Institutio hæredis nutu fieri non potest, cum sit caput testamenti: sed legata capiunt vim ab hærede: secus de æquitate canonica.*

1 L. Nutu. ¶Mutus † non à natura fideicommissa nutu relinquere iure potest. h.d. & vide hic Bar. ¶In tex. ibi [nutu] tali, per quē possit colligi consensus, aliàs secus, vt. ȷ̃. de pœnis. l. cogitationis. secundùm Pet. ¶In tex. ibi [fideicommissum] &c. nō obstat. C. de testamentis. l. iubemus. §. pen. vt ibi no. scili-

2 cet quia aliud in institutione† hæredis, quæ non potest fieri nutu; quia est caput testamenti: sed legata vim capiunt ab hærede; ideo in eis non requiritur tanta solemnitas, & hæc est communis opinio, licèt gl. teneat contrariū, quòd idem sit in institutione hæredis, quod in legatis, in Auth. vt spon. largi. §. quia verò. sed ibi reprehenditur per Iaco. de Bel. Combonēsem. Glo. tamen extra de testam. in c. cum tibi. dicit, quòd de æquitate canonica potest institutio fieri nutu. ¶Itē non obstat. ȷ̃. de verb. oblig. l. 1. §. si quis ita. vt ibi dixi, & vide quod no. s̃. tit. 1. in l. cū proponebatur. secundùm Ray.

Ex §.Fideicommissum.

S V M M AE.

1 *Legatario ex causa lucratiua legatum adepto, relictum extinguitur, nisi testator æstimationem voluerit sibi dari.*

1 §. Fideicommissum. ¶Legatario † ex causa lucratiua legatum adepto, relictum extinguitur, nisi testator æstimationem voluerit sibi dari. h.d. ¶In tex. ibi [inuentum] &c. etiam testatore viuo, secundùm Rayn. de Forliuio.

1 §. Columnis. ¶Aedibus† affixa legata præstari debent, quę duntaxat possunt absque præiudicio remoueri. Hoc dicit secūdùm Rayn.

Ex l.si quis in principio testamenti.

S V M M AE.

1 *Prior voluntas etiam in eodem testamento derogatoria legatorum expressè posteriori prævalet, nisi specialiter, & expressè à testatore prior reuocetur.*

2 *Potestas testandi quisquā sibi auferre non potest, cum sit de iure publico, nec pactis priuatorum potest immutari.*

3 *Per verba derogatoria prima tollitur consensus testatoris in secundo testamento.*

4 *Legandi, & testandi potestas ab eodem iure procedunt, & eodem iure concurrunt.*

Testator

5 *Testator potest per verba derogatoria adimere sequentia legata: secus se astringere ad testandum certo modo, vel reddere se omnino intestabilem.*

6 *Prior stipulatio tollitur per sequentem ipso iure, & ita conuentio.*

7 *Testator non potest apponere verba aliqua, per quæ non possit testamentum mutare, si stat in finibus vltimæ volũtatis: secus si transeat ad contractum inter viuos.*

L. si quis in principio testi.

1 ¶Prior † voluntas derogatoria etiam in eodem testamento, posteriori legatorũ expressè præualet, nisi specialiter, & expressè à testatore reuocetur. h. d. secũdùm Ray. vide consilium Dyn. in libro quinternorum in folio. 104. Et vide Cin. in l. 1. C. quando Impera. inter pup. & vidu. & Feder. de Senis in cons. 226. & vide Bal. omnino de istis clausulis derogatorijs in l. humanum. C. de legi. & Feder. de Senis in consil. 45. ¶In tex. ibi [sciens] &c. quia si per errorem non valeret, vt. ĵ. de suppellec. legat. l. Labeo. ¶In text. ibi [legauerit] diuersas quantitates, vel species, & hoc tollit primum contrarium formatum, per Dyn. de l. planè. §. 1. ff. de lega. 1. & ĵ. de adi. lega. l. cum centum. Vel sol. & aliter, vt hic, per Barto. in prima oppo. ¶In tex. ibi [dicere] in vltima voluntate, secus in contractu, vt. ĵ. de actio. & obligatio. l. sicut. & ĵ. dicam. ¶In gloss. 3. ibi. [l. fin. in princip. sol. vt ibi] &c. scilicet, quòd ibi est quædam derogatoria tacita præsumpta à contrario sensu: quo casu non est necesse, quòd illa clausula expressè tollatur, sed sufficit, quòd tacitè sit sublata: hic fuit expressa clausula; ideo expressè debet tolli, & hanc tenet Dy. Pet. & Iaco. de Ra. contra; quia tãtùm debet operari tacitum, &c. l. cum quid. ff. si. cer. peta. & malè; quia ibi in contractu: hic in vltima voluntate. Facit, quod nota. ĵ. de reg. iur. in l. quotiẽs vtriusque. quod hic posses addere repetendo istud principium, secundùm Rayn. hic. ¶In eadem gloss. ibi [vel sol. vt ibi] & veriùs secũdùm Ray. scilicet, quòd prior valet, nisi specialiter reuocetur, vt hic, & sic illa secundùm hanc, & hãc tenet Dy. Cin. & Bart. Vel secundùm Iaco. de Arena. hic testator aufert sibi potestatem legandi: ibi astringit se ad testandũ certo modo, quod non potest, argumen. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligatio. quod non placet. ¶In eadem gloss. in versicul. [quid si dicat] ibi habet locum hæc. l. &c. Iac. de Rau. contra, vt dicit Cin. in l. sancimus. C. de testam. & Dyn. tangit in reg. quod semel. de regul. iur. lib. 6. & Iaco. de Beluis. disputat in Authen. de
2 testamen. imperfec. coll. 7. Mouetur; quia testator † ibi vult auferre sibi potestatem testandi, quod non potest; quia testamenti factio est de iure publico; ergo non potest per priuatum immutari. l. 3. s̃. de testamen. sed hic aufert sibi potestatem legandi, quod videtur esse iuris priuati, & à mera testatoris voluntate dependens. l. si mihi, & tibi. in fin. & l. sequen. s̃. de lega. primo. ¶ Item quia testator non reddit se inhabilem ad testandum, vt. ĵ. pro so. l. cum duobus. §. idem respondit. & C. de pact. l. pactum. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligatio. Hæc verba non placent; quia per verba
3 † prima derogatoria tollitur consensus testatoris in secundo testamẽto. l. Nesennius. ff. de negoc. gest. & l. at si quis. §. plerique. ergo non debet valere. d. l. si mihi, & tibi. in fine. ¶Item quia † potestas testandi, & legandi ab eo-
4 dem iure procedunt, & eodem iure concurrunt, vt. ĵ. de verbor. significatio. l. verbis legis. & ĵ. ad l. Falcid. l. 1. in princ. ergo eodem iure debet censeri, argum. C. de palatinis sacrarum largitionum. l. fin. lib. 12. ¶ Item quia hoc operatur potestas legis, vt in Auth. de testam. imperfec. & C. de testamen. Auth. hoc inter. ergo & dispositio testatoris, vt. C. cõmunia de lega. l. 1. & Authen. de nup. & §. disponat. ¶Item pro hoc facit, quod not. de donatio. causa mor. in l. si alienam. in §. Marcus. ¶ Non obstãt rationes eorum; quia testator non propterea efficitur omnino intestabilis; per hoc potest enim testari primam voluntatem expressè reuocando, vt hic not. in gloss. ¶ Vnde præfatus Iaco. de Raue. distinguit tres casus; quia aut te-
5 stator † per verba derogatoria vult adimere sequentia legata, & potest, vt hic: aut reddere se intestabilem, & non potest, vt prædixi: aut se astringere ad testandũ certo modo, & non potest per d. l. Diui. §. licèt. s̃. de codicil. quod non placet, vt prædixi. ¶In eadem glo. ibi [nisi specialiter reuocetur] &c. Quidam contra, primò; quia tantùm valet generale, quantum speciale, vt. l. si duo. ff. de admini.
6 tuto. Secundò, quia prior † stipulatio tollitur per sequentem ipso iure. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. sic & prius testamentum per posterius. l. 1. & 2. s̃. de iniusto testamento. Tertiò, quia sicut se habet conuentio ad conuentionẽ, sic testamentum ad testandum. d. l. 1. & 2. sed conuentio prior, seu stipulatio per posteriorem generalem tollitur. l. & vno. §. 1. de acceptil. & l. non est ferendus. s̃. de trãsac. ergo, & idem in testamento. Ad istum tex. respõdet, quòd dicit specialiter, idest expressè, &c. Vel secundò testator hic volebat sibi auferre potestatem legandi: ibi verò testãdi, quod non potest, vt s̃. dixi. Tene gloss. quæ idem sequitur in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. s̃. de legat. 1. & ponit Dyn. plenè. in c. quod semel. de regul. iur. in 6. Non obstat primum contrarium; quia illud regulare, istud casuale, simile in l. si quis mihi bona. §. vsum. ff. de acquiren. hæredita. Non obstat etiam secundum; quia ibi nulla præcessit derogatio: hic sic. facit, quod not. Petr. & Cin. in l. pacta nouissima. C. de pact. secundùm Rayn.
7 ¶Quæro, an testator † possit aliqua verba apponere, p quę non possit testamentum mutare. Dyn. tenet, quod nõ, per c. quod semel. de regul. iur. lib. 6. si stat in finibus vltimæ volũtatis: secus si trãseat ad cõtractũ inter viuos, vide ibi. ¶Vltimò facit ista lex ad quæstionẽ in Spe. in titu. de rescri. præsentatione. in §. ratione formæ. versic. item quòd in primis. in 3. coll.

Ex §. Miles,

SVMMAE.

1 *Militi capitaliter damnato ex militari delicto, potest à iudice in sententia concedi factio testamenti.*

2 *Notario damnato de falso, iudex potest in sententia seruare potestatem conficiendi instrumenta.*

1 §. Miles, ¶ Militi † capitaliter damnato ex militari delicto, potest à iudice in sententia concedi factio testamenti. hoc dicit. ¶ In text. ibi [delicto] &c. aliud si ex communi. ¶In tex. ibi [consequitur. Vide Iaco. de Bel. in Auth. de sanct. episc. in §. dia-
2 conissam. ¶Allegatur iste tex. quòd notario † damnato de falso, iudex in sententia possit seruare potestatem conficiendi instrumenta, quod est verum secundùm Dyn. ex causa, non sine causa. l. quid ergo. §. pęna grauior. s̃. de his qui no. infa. ita no. ĵ. de iniur. in l. Diuus. & Ci. C. de mili. testa. in l. & militibus.

1 §.Mortis. ¶Serui † alieni legati ante moram hæredis defuncti periculum ad fideicommissarium pertinebit.h.d.

Ex l.Ex imperfecto.

SVMMAE.

1 *Legata, seu fideicommissa ex testamento imperfecto Principi non debentur.*

1 L.Ex imperfecto. ¶Legata, † seu fideicōmissa ex testō imperfecto Pricipi nō debētur.h.d.¶In tex.ibi[vr̄] vide quod dixi.C.de contrahen.emp.in l.cum ipse.

Ex l.Creditori.

SVMMAE.

1 *Soluendo indebitum, à repetitione liberationem potest relinquere creditori.*

L.Creditori. ¶Habet duas lecturas. Prima est vera, & hoc intēdit
1 in summa.Soluens † indebitū, à repetitione liberationem pōt relinquere creditori.h.d.¶In tex.ibi[creditori].s.vero, vel putatiuo, secundùm vtranq; lecturā, secūdùm Ray.

Ex l.Ille, aut ille.

SVMMAE.

1 *Hæredibus ad legatum disiunctiuè damnatis, legatarius potest quem velit in solidum conuenire.*

1 L.Ille, aut ille. ¶Hæredibus † ad legatum disiunctiuè dānatis, legatarius pōt quem velit insolidū conuenire. h. d. ¶In glo.2.ibi[l.penul.] hæc nō placet, quia tūc tenerētur pro partibus, & nō in solidū; vnde dic, vt no.in d.l.si ex toto.§.1.s̄.tit.2.s.ꝙ hic tenentur, tanquā duo rei insolidū, vt ibi no.& in l.siue à certis.ȷ̄.de reb.dub.& tex.i Auth.si quando.C. de consti.pecu.Nec obstat, ꝙ disiuncta, &c. vt d.l.pen.quia verū est, quando cadit inter personas honoratas, sed hic cadit inter grauatas, vnde tenentur tanquam duo rei, secundùm Dyn.& Bartol.

Ex §.Cum in verbis.

SVMMAE.

1 *A propria aperta significatione verborum testantis non debet recedi propter dubiam voluntatem.*
2 *Iudex non debet habere consilium sapientis, quando est certus in iure.*

1 §.Cum in verbis. ¶A propria † aperta significatione verborum testantis nō dēt recedi ꝑꝑ dubiā voluntatē. h.d.¶In text.ibi[qō] pone exēplū, ꝑ l.vxorē.§.j.& l. Iulianus.§.fi.ȷ̄.eod.& s̄.de leg.j.l.si qs testō serui.sm̄ Iac.
2 de Are.& Rayn. ¶Allegatur, ꝙ iudex † non dēt habere consilium sapientis, qn̄ est certus in iure, patet expresse in Auth.de iud.in princ.col.6.secundùm Ray.

Ex l.Is, qui.

SVMMAE.

1 *Fructus, & omne damnum fideicommissario debebitur à grauato.*

1 L.Is, qui. ¶Fructus, † & omne damnum fideicommissario debebitur à grauato.hoc d. ¶In gl. 2. in fine quasi dicat, non tenebitur de damno contingente extra rem.l.si sterilis.§. cum per venditorem.supra de actio.empt.& hoc voluit ista gloss. secundùm Dyn.& Bar.

Ex l. Paulo.

SVMMAE.

1 *Per legatum posterius factum patri scripto hæredi pro parte, priori legato filiæ, non intelligitur tacitè derogatum.*
2 *Legatum filiæ in testamento, non reuocatur per legatum factū patri in codicillis.*

1 L.Paulo. ¶Per legatum † posterius factum patri scripto hæredi pro parte, priori legato filiæ non intelligitur tacitè derogatum.h.d.secū
2 dùm Ray.¶Vel sic.Legatum † filiæ in testamento non reuocatur per legatum factum patri in codicillis. hoc dicit, secundùm Bar. ¶In text.ibi[amplius] & sic absque repetitione legati filiæ, vt s̄.eod.l.si sic.secundùm Ray.

Ex §.Pomponius.

SVMMAE.

1 *Pater in codicillis filiæ cum fratre hæredi institutæ, pro parte relinquens, expressè ipsi adimendo hæreditatē, & alia in testamento relicta, solùm pura, non autem relicta post mortem fratris sine liberis videtur tacitè reuocare.*
2 *Si testator iubet aliquem esse cōtentum aliqua certa re pro his, quæ in testamento reliquerat, intelligitur de relictis purè, nō sub conditione.*
3 *Verba generalia præterita, & non futura comprehendunt.*

1 §.Pomponius. ¶Pater † in codicillis filiæ cum fratre hæredi institutæ, pro parte relinquens expresse ipsi adimendo hæreditatem, & alia in testamento relicta, solùm pura, non autem relicta post mortem fratris sine liberis videtur ta-
2 citè reuocare.h.d.secūdùm Ray. ¶Vel sic.Si testator † iubet aliquem esse contentum aliqua certa re pro his, quæ in testamento reliquerat, intelligitur de relictis purè, nō
3 sub conditione.h.d.secundùm Bar.¶Vel sic.Verba † generalia præterita, & nō futura cōprehendunt.h.d. secundùm Dyn.¶In tex.ibi[peruenerant] fortè rōne delicti. ¶In tex.ibi[soror] in codicillis relictum, & etiam in testamento.¶In tex.ibi[petebat] à fisco per actionem ex testamento.¶In tex.ibi[videbatur] de rigore. ¶In tex. ibi[interpretari] de æquitate, secundùm Ray. ¶In glo. 1.ibi[vel hic benignius] hæc communis.Ray. tamen ad contrarium tenet sequentem Bar.dicit, quòd ibi fuit malè iudicatum, & debuit iudicari, vt hic, & hoc tenet in contrario, & hic.

Ex §.Iulius.

SVMMAE.

1 *Quantitas à testatore relicta ex pēsionibus coloni sui fundi soluenda per fiscum controuersiam hæreditatis instituto mouentem, exacta in ipsa obtinenti ab hærede coloni fideicommissario non debetur, sed hæres ad ipsam obligatur.*

1 §.Iulius. ¶ Quantitas † à testatore relicta ex pensionibus coloni sui fundi soluēda per fiscū controuersiam hæreditatis instituto mouentem, exacta in ipsa obtinēti ab hærede coloni fideicōmissario nō debetur, sed hæres ad ipsam obligatur. h. d. secundùm Ray. Et facit hæc. l. ad qōnem no. in l. creditor. ſ. de solu. secundùm Ray. & Bart. hic. ¶ In text. ibi [soluerat] quā hæres ab eo recuperauerat, vt no. ſ. ti. 1. in l. Lutius. §. ciuibus. Vel veriùs, ibi substātia cōsistit in noīe debito, hic demōstratio solutionis, vt hic patet in litera, secūdùm Ray. ¶ In text. ibi [mortuo] & ēt Mauro. ¶ In tex. ibi [eius] scilicet Mauri, qui fisco soluerat pensionē ¶ In tex. ibi [Seueri]. s. testatoris. ¶ In tex. ibi [dēt] nō hrs Mauri coloni.

2 L. Si fidei. Legatarius † pro parte tātùm capax ad commodum fideicommissarij solidi capacis accipere totum potest. h. d.

Ex l. Qui concubinam.

SVMMAE.

1 *Legatum empti, & parati concubinæ, aut alij mulieri continet vestem prioris ad vsum posteris traditum a defuncto.*

2 *Duo adiectiua prolata respectu vnius generis, verificant dispositionem in altero, licèt vtriusque veritas non concurrat.*

1 L. Qui concubinam. ¶ Legatū † empti, & parati concubinæ, aut alij mulieri continet vestem prioris ad vsum posteris traditum à defuncto. hoc dicit, sm̄ Rayn. ¶ Vel sic. Duo † adiectiua prolata respectu vnius
2 generis verificant dispositionem in altero, licèt vtriusque veritas non concurrat. hoc dicit secundùm Barto. dicit. enim empta, & parata, & sufficit esse parata, licèt non empta. quod nota. ¶ In text. ibi [parata] ipsi vxori ad vsum concessa. ¶ In tex. ibi [interpretationem] &c. quæ ita adaptatur ad concubinam, sicut ad vxorem.

Ex §. Cum ita.

SVMMAE.

1 *Legatum partis vnius hæredum est ad minimam referendum.*

2 *Quod minus est, in dubio assumimus.*

3 *Habeo, verbum adiectum portioni hæreditatis, trahitur ad fideicommissum, non ad institutionem.*

Et intelligitur, quòd accipiatur de manu hæredis.

4 *Verba exequutiua legati videntur in dubio referri ad hæredem.*

1 §. Cum ita. Legatum † partis vnius hæredum est ad minimam referēdū.
2 h. d. ¶ Vel sic. In dubio † assumimus quod est minus. h. d.
3 secundùm Bar. Nota, quòd verbum, habeat, † adiectū portioni hæreditatis, trahitur ad fideicommissum, non ad institutionem. ¶ Itē, quòd verbum, habeat, intelligitur idest
4 de manu hæredis accipiat, & sic verba † exequutiua legati videntur in dubio referri ad hæredem, contrarium not. ſ. tit. j. in l. Lutio. dic, vt ibi. per Bar.

Ex §. Cum ita.

SVMMAE.

1 *Legatum hæreditatis testatoris delatæ comprehendit, quod ex illa ad eū peruenerit, eo deducto, in quo hæres eius nomine est damnatus, de hoc sibi prestanda à legatario cautione.*

2 *Verbum, peruenisse, intelligitur cum effectu.*

3 *Reus cedit actori ad intentionem fundatam iuuandam, non autem ad eam fundandam.*

1 § Cum ita. ¶ Legatum † hæreditatis testatori delatæ comprehēdit, quod ex illa ad eum peruenerit, eo deducto, in quo hæres eius nomine est dānatus, de hoc sibi præstāda à legatario cau-
2 tione. h. d. secundùm Ray. ¶ Vel sic. Verbū, † peruenisse- seu peruenerit, intelligitur cū effectu. h. d. secundùm Bart. ¶ In tex. ibi [Labeo] in hoc bene. ¶ In tex. ibi [retulisset] eo excepto, quod alteri præstaturus, vt in fine. §. secūdùm
3 Ray. Nota hic, ꝙ reus † cedit actori ad intentionem fundatam iuuandam, sic & ſ. eod. l. prædijs. § Titio. facit. ſ ad l. Falc. l. penul. §. fi. sed non ad eam fundanda m. Ita loquitur. l. actor. & l. fi. C. de eden. sm̄ Guil. & Bar.

Ex §. Si hæres.

SVMMAE.

1 *In legato generis hæres de euictione tenetur legatario ante iudicium acceptum denuncianti de controuersia sibi mota.*

2 *In legato generis ab hærede debetur euictio.*

3 *Qui ex causa lucratiua dēt habere regressum de euictione, debet ante iudicium acceptum denunciationem facere.*

1 §. Si hæres. ¶ In legato † generis hæres de euictione tenetur legatario ante iudicium acceptum denuncianti de controuersia sibi mo-
2 ta. hoc dicit, secūdùm Rayn. ¶ Vel sic. In legato † gene-
3 ris ab hærede debetur euictio. Item qui † ex causa lucratiua est habiturus regressum de euictione, debet ante iudicium acceptum denunciationem facere. hoc dicit, & iste est bonus casus, & menti tenendus, secundùm Bar.

Ex §. Si Stichus.

SVMMAE.

1 *Pluralis loquutio geminat singularitates.*

§. Si Stichus. ¶ Duobus seruis libertate, ac relicto pecuniario sub cōdone, si ī ptāte testatoris māserint coniunctim honoratis, altero ab ipso alienato, vel manumisso, vtrunque debetur ei, qui in potestate remanserit testatoris. h. dicit. ¶ Vel
1 aliter. Pluralis † loquutio geminat singularitates. hoc d. ¶ In tex. ibi [moriar] & sic fuit conditio intrinseca, vt plenè dixi. ſ. de conditio. & demonstratio. in l. falsa. in §. fin. ¶ In tex. ibi [putat] subaudi, & malè.

Ex §.

Ex §. Qui quatuor.

SVMMAE.

1 *Ex quatuor poculis duobus paribus legatis, vnum tantummodo par debetur: secus si legentur duo paria poculorum.*

1 §.Qui quatuor. ¶Ex quatuor † poculis duobus paribus legatis, vnum tantummodo par debetur: secus si legentur duo paria poculorum.h.d.secundùm Rayn. ¶In tex.ibi [bina paria] &c. tunc enim deberentur quatuor pocula, vt l.si quis testamento.s. de lega. 1. ¶ In tex. ibi [Trebatius] &c.facit quod not. Guil.in l. cum antiquitas.in fin. C.de vsufr.

Ex §. Qui hortos.

SVMMAE.

1 *Conductore publicorum prædiorum alteri legante ius suum, hæres vtendi, et fruendi patientiã sibi præstare, ac mercedem pro ipso soluere cogitur locatori.*

1 §. qui hortos. ¶Conductore† publicorum prędiorum alteri legante ius suum, hæres vtendi, & fruendi patientiã sibi præstare, ac mercedem pro ipso cogitur soluere locatori. hoc dicit. ¶In text. ibi [præstaturum] &cęt. cogendum ab Aufidio legatario per actionem ex testamento: Aufidium verò à fisco, arg.s.de lega. 1.l.apud Iulianum.§. hæres.& quod ibi not. licèt gloss. aliter hic soluat, secundùm Ray. de Forl. De hoc remittit se Bar.ad l.his verbis.infra eod.

Ex §. Cum testamento.

SVMMAE.

1 *Dilatio apposita libertati sequenti, legato præcedenti simpliciter seruo intelligitur esse adiecta.*

1 §.Cum testamento ¶Dilatio† apposita libertati sequenti, legato præcedenti simpliciter seruo intelligitur esse adiecta.h.d. ¶In tex.ibi [dato] simpliciter, non expressa puritate legati, & hic tollitur contrarium. ¶In gl.1.ibi[quæsitum] &c. Dic, ꝙ ibi expressit puritatem in legato pecuniario: hic non, vt dixi super tex. Nec obstat, ꝙ sequentia non videantur in præcedentibus repetita. l. filium.in princ.j. quando di. lega.ced. quia istud ideo, ne legatum pereat, vt.j.de re.dub.l.quotiés.cum similibus, secundùm Rayne.

1 §. Si fundum. ¶Hæres à testatore† certo pretio fundum vendere iussus, cum fructibus tradere eum debet.h.d. ¶In tex. ibi [æs] &c. à testatore legitimè.

Ex §. Qui fundum.

SVMMAE.

1 *Procurator fundum emptum sibi, & dño in cõmuni simpliciter legans, extraneo intelligitur relinquere solũmodo partẽ suã.*

2 *Legato fundi non cedit pars, quam defunctus alij dare non debebat.*

1 §. qui fundum. ¶Procurator† fundum emptum sibi, & domino in communi simpliciter legans extraneo, intelligitur relinquere solummodo partem suam.h.d.secundũ

2 Ray. ¶Vel sic. Legato fundi † non cedit pars, quã defunctus alij actione personali dare debebat. h. d. secundùm Bar.. ¶In tex. ibi[emerat] vt haberemus in communi partem ipsius testatoris non debitam mihi iure mandati, secundùm Iacob. de Are.

Ex §. Vxori.

SVMMAE.

1 *Legatum annuum, quò ad quis cum filio moraretur, debetur semper, si per filium stat: sed si per casum stat, debetur pro eo anno tantùm, quo morari cœperit.*

1 §. Vxori. ¶Legatum† annuum, quò ad quis cum filio moraretur, debetur semper, si per filiũ stat: sed si per casum, debetur pro eo anno tantùm, quo morari incepit.h.d.secundùm Bar. ¶Vel aliter. Legatum annuum matri simul moranti cũ filio certo loco, per filium impedita, omnium annorum sibi debetur; si verò per eam steterit, capit solũmodo legatum vnius anni, quo aliquo eius tempore paruit testatori.h.d.sm.Ray. ¶In tex.ibi [erit] hæc verba inducunt legatum annuũ.l. legatũ.in prin.ff.de annu.lega. ¶In tex.ibi[legatũ] omniũ annorũ. ¶In tex.ibi[tempore] ẽt minima parte illius anni, secundũ gl.& bene. ¶In tex.ibi [non est] prout fuit in primo casu huius.§. ¶In tex.ibi [legatum] s. omniũ bonorũ. ¶In tex.ibi[deberi.] Nec ob.s.quib9 ex cau.maior. l.Iulianus.§.fi.vt ibi not. Et facit quod not.gl.in l.pen.C. qui.nõ ob.lon.tẽp.prę.& C.de episc.& cle.l.cõuenticulã. & in Spe.in tit.de lega.§.nunc dicamus.versic.sed pone.

Ex §. Si ędes.

SVMMAE.

1 *Hæres domum alienam dare damnatus, domino vendere recusante, vel iusto pretio id præstando legatario liberatur.*

2 *In actione ex testamento non iuratur in litem.*

1 §. Si ædes. ¶Hæres † domum alienam dare damnatus, domino vendere recusante, vel iusto pretio id præstãdo legatario, liberatᷓ.h. d.

2 ¶In gl. 2. Iac. de Are. contra, quia† in actione ex testamento non iuratur in litem, vt.s.de in lit.iur.l. aliàs.sed nõ dicit, ꝙ iuretur in litem, sed ꝙ fiet condemnatio ad interesse singulare probandum per testes, etiam vltra verã æstimationem, arg.s.de lega.2.l. si cui fundus.quod venit hic in actione ex testamento solùm vsque ad duplum interesse communis, vt.l.1.C.de senten.quæ pro eo, quod inter.

Ex l. Si cui ędes.

SVMMAE.

1 *Legatum domus ædificium supra solũ eius positũ ad se trahit, nisi à testatore in vsum domus alterius sit conuersum.*

2 *Ratione aditus iudicatur de cœnaculo, cui cedat.*

1 L.si cui ædes. ¶Legatum † domus ædificium supra solum eius positum ad se trahit, nisi à testatore in vsum domus alterius

2 sit conuersum.h.d. ¶Vel sic. Rõne† aditus iudicatur de cænaculo, cui cedat.h.d.secũdũ Bar. ¶In tex.ibi [cõuertat] ab eis aditum tantummodo retinendo, secundum Ray.

Ex l. Sextiliam.

SVMMAE.

1 *In substitutione vulgari non veniunt prælegata.*

1 L. Sextiliam. ¶In substitutiõe† vulgari nõ veniunt prælegata.h.d. secundùm communem lecturam.¶In tex.ibi [sororis] scilicet testatoris. ¶In tex. ibi [autem] post substitutionem, per quod quidam intelligunt.l.istam in substitutione fideicõmissaria, vt.ꝭ.ad l.Falc.l.Titia. sed glo.intelligit istam in vulgari,& iste est cõmunis intellectus.¶In tex.ibi [omisit] hic tollitur contrarium de l.miles.§. 1. supra titu. 1.vt ibi not. quia ibi ante repudiationem decessit.¶In tex.ibi [non esse] & sic frater matris eius hæres ab intestato illa integra retinebit secundùm Rayn.

Ex l. Vxori.

SVMMAE.

1 *Legatum partis domus à viro cum vxore simul habitante, totam comprehendit simul ab ipsis habitatam.*

2 *Legata parte domus, ratione incertitudinis tota debetur.*

3 *Morari ibi dicitur, vbi cum familia moratur.*

1 L. Vxori. ¶Legatum† partis domus à viro cũ vxore simul habitante, totam comprehendit simul ab ipsis habitatam.h. d. secundùm Ray.
2 ¶Vel sic.Legata † parte domus,ratione incertitudinis to
3 ta debet.h.d.¶Vel aliter.Ibi dicitur† quis morari,vbi cũ familia sua moratur. h. d. secundùm Bart. ¶In text. ibi [consueuisset] concordat.ꝭ.eod.l.pater.§.fina. & de verbor. significat.l.virili. ¶In gloss.non ergo horrea,aut penu.imò hæc cedunt huic legato, nisi sit locus multùm separatus,vel consueuerit locari per se; nam quę locari cõsueuerunt, videntur exempta, vt hic, facit. ꝭ. eodem.l. prædijs.§. penult. & fina. secundùm Iac. de Are. & Bart.

Ex §. Vxori.

SVMMAE.

1 *Legatum vxori ad eius vsum parati, traditi, ac donati non extenditur ad ea, quæ in eam causam post testamentum conditum deuenerunt.*

2 *Verbum præteriti temporis licèt aliàs porrigatur ad futurũ: non tamen porrigitur ad ea, quæ à iure communi exorbitant.*

3 *Si mutuaui pecuniam, & pecunia tractu temporis sit mutata, debetur illa, quæ tempore contractus currebat. Et idem si in testamento sit relicta.ibid.*

1 §. Vxori. ¶Legatum † vxori ad eius vsum parati,traditi, ac donati non extenditur ad ea, quæ in eam causam post testamentum con-
2 ditum deuenerunt.h. dicit. ¶Vel sic. Verbum,† præteriti temporis licèt aliàs porrigatur ad futurum: non tamen porrigitur ad ea, quæ à iure communi exorbitant. h. dicit secundùm Bart. ¶In tex. ibi [significare] & sic debetur solùm donatum ante testamentum,nõ post.¶In gl. 1. ibi hic in præteritum, &cæt.perfectum, idest imperfectũ, quod non placet per l. Aurelius.§.Titius.ꝭ.de liber.lega. et ideo responde ad illam, & ad. §. fidei.respondetur in l. talis. in fin.& ibi not. supra titu. 1. ¶Allegatur per Dyn.
3 quòd si mutuaui pecuniam, & pecunia tractu temporis sit mutata,quòd debeatur illa, quæ currebat tempore contractus, arg.supra si cert.pet. in l.cum quid. Nec obstat l.vinum.eod. titu.& de verbor.oblig.l.quotiens in diem. cum similibus;quia loquuntur de bonitate extrinseca, & hoc tenet Guil.in d.l.vinum.ff.si cert.pet.vbi etiam tenet, quòd in testamento debeatur illa, quæ currebat tempore testamenti, quia non videtur cogitatum de futura moneta,arg.l.si ita.& l.medico.ꝭ. de auro. & argen. lega. bene facit.l.damni.§. si his.ꝭ. de dam. infect. & supra de contrahen. emptione.l.in lege.& l. Ruptilia Polla.Et de hoc vide per Petr. in l.in minorum.C. in quibus cau. in integrum restit. non est necessaria.& in Spec. in titulo de obl. §. nunc aliqua.versic.si.facit.c.olim causam. extra de censi.in antiquis.

Ex §. Cum Sęius.

SVMMAE.

1 *Maritus soluens debitum pro vxore, ipsum sibi legans donasse præsumitur, nisi ab hærede contrarium probetur.*

2 *Si dubitatur, qua mente quis aliquid fecerit inter viuos, potest declarari ex verbis in vltima voluntate prolatis.*

1 §. Cum Sęius ¶Maritus † soluens debitum pro vxore, ipsum sibi legans donasse præsumitur, nisi ab hærede contrariũ probaretur.h.d.secundũ Ray.de Forl.¶Vel sic. Si dubiũ
2 † erit, qua mente quis aliquid fecerit inter viuos, potest declarari ex verbis in vltima voluntate prolatis. hoc dicit secundùm Bart.

Ex l. Nomen.

SVMMAE.

1 *Legatario nominis actio cedi debet in sortem, & vsuras, etiam post testamẽtum, ignorante testatore, debitas ab eodem.*

2 *In legato nominis continetur debitum, & vsura.*

1 L. Nomen. ¶Legatario nominis actio cedi debet in sortem, & vsuras etiam post testamentum,ignorante testatore, debitas ab
1 L.Si plures. ¶Indefinita † æquipolet vniuersali.h.d. secundũ Bart.

1 L.Seruis vrbanis. ¶In vltimis† voluntatibus illi dicuntur serui vrbani, quos testator vrbanorũ numero habebat.h.d.secundùm Bar.

1 §.Si alij. ¶Generi†per speciẽ derogat̃, & ꝙ in duab⁹ specieb⁹ reperitur,inter legatarios diuersarum specierum cõmunicatur.h.d.sm̃ Bart.

1 L.Hæres meus. ¶Verbũ, † reddendi, habet significationem per se dandi.h.d.secundùm Bar.

1 §.Duæ statuæ. ¶Si nominantur † aliquæ indiuidua speciei contenta sub genere,ad alia in eadem specie contenta non porrigitur illud genus.h.d.secuudùm Bart.

1 §.Vxori. ¶Emptum,& paratum vxoris gratia à viro legatũ,oẽs species determinat præcedentes ab eo sibi specialiter legatas.h.d. sm̃ Rayn. ¶Vel sic. singulare vniuersale positum neutraliter,põt referri ad oĩa p̄cedētia cuiuscunq; generis, vel numeri existunt.h.d.sm̃ Bar.¶In tex.ibi [est] Nec ob.l.Plautius.ÿ. de aur.& arg.leg.& l.filio.§.fi.de ali.leg. & l.cum hæres. ÿ.de trit.vin.& ol. lega.vt ibi dicit Rayne.de Forli.

1 §.Cui corinthia. ¶ Vasis † materiæ certæ legatis,instrumenta eorũ seruatoria vilis materiæ,non pretiosæ legatario debebuntur.h.d.¶In tex.ibi [sint]& sic de alia materia pretiosa.¶In tex.ibi[non deberi] secus ergo si essent de eadem materia,seu vili,secundùm Rayne.

1 §.Cui. ¶Principale† trahit ad se accessoriũ,& sic pretiosius.h.d.sm̃ Bar.¶Vel sic.specie,& materiæ legatũ cõprehendit lectos de eadem habẽtes pedes,etiam argenteos.h.d.secundùm Rayne.de Forli.

1 L.Qui habebat ¶Legatum† vniuersale ad ꝓprietatem testatoris relatum,non comprehendit species ipsi obligatas, nisi propter cumulum debiti, & inopiam debitoris eius consensu præsumpto in creditoris patrimonium sint redactæ.h.d.

1 §.Peto ¶Legatum† generale fundi cũ suis accessionibus nõ cõprehendit reliqua colonorũ,sed mancipia &c. ad eius vsum ꝑpetuũ deputata.h.d.

1 L.His verbis. ¶Vniuersale† legatum eorũ,qui in certis vasibus cõtinētur,non continet instrumēta,ac noĩa debitorũ,seu instrumenta emptionũ prædiorũ,nec ipsa prædia, nisi volũtas testatoris alia probaretur.h.d.sm̃ Ray.de For. ¶Vel
2 aliter.Si verbum, † potest se habere ad præteritũ,& futurũ,ex coniuncta scriptura declaratur,ad quod se habeat. Item præsentis, vel præteriti verba restringuntur ad ea, quæ sunt tempore testamenti.h.d.secundùm Bart.

1 §.Pater. ¶Falsa † demonstratio non vitiat legatum.h.d.secundùm Bar.

1 §.Alumno. ¶Hæres à testatore† damnatus militiam comparare, vel dare eius pretium, tenetur ad sumptus pro ingressu ipsius fa-
2 ciendos.h.d.secundùm Ray. ¶Vel sic.Si legatarius † qđ sibi debet emi ab hærede,emat, actionem habet ad pretiũ.h.d.sm̃ Bar.¶In tex.ibi[dāda]&c.facit qđ not.Guil. in l.3.§.hæres.s̃.eo.& in l.ex hoc edicto.ff.de alie.iudi. al
3 legatur.n.ꝙ † soluendum pro inuestitura tangit omnes hęredes,vt scripsi in d.§.hęres.s̃.allega.

1 §.Idem testator. ¶Si legatur† res empta,pretium rei debet solui ab hærede,non legatario.h.d.secundùm Bart.

L.Si pater. ¶Ex hr̃ditate filio ĩpuberi substitutus fideicõmissum à se relictũ, p̄stare non cogitur,etiam si ab extraneo,seu fratre impuberis à patre scripto hærede ipse exhæredatus fuerit institutus, seu ab intestato successerit fratri suo. h.d. secundùm
1 Ray.de For.¶Vel aliter.Legata ab exhæredati substituto non valent, etiam si ad eum bona defuncti perueniant per mediam personam.h.d.secundùm Bar.

1 §.Si filius ¶Parte † impuberis instituti à patre aucta,per contra tabulas beneficio fratris emancipati præteriti augentur legata ab eo relicta: ea verò diminuta,debent diminui.h.d.sm̃ Rayn.de
2 For.¶Vel aliter.Quod operatur† propositum in proposito,operatur oppositum in opposito.h.d.sm̃ Bart. De qua materia posuit etiam Bart.in l.qui filium.s̃.eo.

FINIS.

FLORIANI DE S. PETRO I. V. DOCT. BONONIEN.

Tres notabiles, & elegantes disputationes, quæ cum à mendis, & erroribus quàmplurimis, quibus prius erant impressorum incuria inuolutæ, nunc primùm fuerint expurgatæ, eas iterũ in lucem edi visum est.

Ex Prima disputatione.

SVMMAE.

1 *Mulier habens amplum patrimonium, licèt videatur omnia dedisse in dotem, non tamen veniunt quæsita ex post. & ratio.*

2 *Bonorum, verbum non trahitur ad postea quæsita, cum agitur de magno præiudicio.*

3 *Fictio non potest plus operari in casu ficto, quàm veritas in casu vero.*

4 *Simplex consensus, non porrigitur ad incognita, & incogitata.*

5 *Mulierum genus auarissimum.*

6 *Intelligitur, verbum est verbum fictionis.*

7 *Fictio non potest cadere super eo, quod est impossibile, saltem in suo genere.*

8 *Statuta debent verificari in casu vero, non ficto.*

9 *Duę fictiones non possunt concurrere circa idem.*

10 *Dispositio quælibet iuris communis, vel statuti regulatur à ratione, & causa finali eius.*

Item extincta illa finali, cessare debet & ipsa dispositio.

11 *Vbicunque contractus est suspectus, vel adest fraudis præsumptio, ad translationem dominij non sufficit ficta traditio.*

12 *Dos constituta tempore primi matrimonij, quæ aliàs de iure cõmuni, non extantibus liberis ex priore, intelligitur in sequẽti matrimonio repetita, propter existentiam filij, in casu, de quo hic, non intelligitur repetita.*

13 *Reuocatio, quam faciunt filij prioris matrimonij, de relicto facto à matre, quæ transiuerit ad secunda uota, an priuet filios secundi matrimonij sua legitima. de qua q. latè videas apud Auctorem.*

14 *Liberis prioris matrimonij, vltra portionem eis debitam in bonis prædefuncti parentis aliquid in superstitem conferentis, debetur etiam legitima, itaque vtranque portionem possunt consequi.*

15 *Filius debitam sibi portionem de iure naturæ in bonis paternis, aut maternis, consequitur tanquam æs alienum.*

16 *Vbicunque penes filium debet aliquid remanere tanquam filiũ, in suam legitimam id nunquam imputari debet.*

Et hinc est, quòd pater non potest filio pro sua legitima assignare feudum, quod debet transire ad filium, tanquam filiũ.

17 *Portio, quę debetur filijs primi matrimonij in bonis matris, per l. hac edictali. C. de secund. nup. & per §. optimè. in Auth. de nup. appellatur pœnalis, nempe in pœnam, & odiũ ipsius ad secunda vota conuolantis.*

18 *Legatum amplum factum à matre filio secundi mariti, & ita vitrici, reuocatur tanquam factum in fraudem filiorum primi matrimonij, sicuti si principaliter fuisset coll. tum in ipsum vitricum, quo casu diuideretur cum filijs primi matrimonij.*

19 *Exclusus ab aliquo commodo suo nomine, non potest per alios suo iuri subiectos illud consequi.*

20 *Donatio in dubio non præsumitur in magna quantitate.*

21 *Vbi in honorem patris aliquid est filio relictum, iudicatur tanquam directò ipsi patri relictum.*

22 *Patri quod est prohibitum adscribi, non potest per patrem ipsi filio in potestate adscribi.*

23 *Portio, quæ debetur lib. primi matrimonij per l. hac edictali. C. de sec. nup. & per. §. optimè. in Auth. de nup. non potest minui per statutum.*

24 *Licita est argumentatio de pacto ad legem.*

PRIMA DISPVTATIO.

MVLIER primò viduata consorte, habens ex ipso viro vnicum infantulum, cum iuuene pulchro secundò contraxit (nulla dotis habita mentionem) eidemque (matrimonio prædicto constante) ex successione auita, immobilia plurima obuenerunt: demum in eius extremo iudicio (viro ex vniuerso instituto, & in eius filio amplo collato legato) filio prioris matrimonij iure institutionis reliquit omnẽ partem eidem de iure debitam, vel debendam. Item lib. 25. pro benedictione, iubens eum prædictis esse tacitũ, & contentum: in cuius hæreditate multa mobilia, & immobilia sunt reperta. reuocatur in dubium, ad quid in bonis prædictis dictus infans possit admitti, attẽta forma iuris, supposita etiam vigentia statuti Bononiæ, quod non confe-

ctis dotalibus instrumentis, omnia immobilia mulieris, ipso iure intelligantur in dotem datã. Et quod extãtibus liberis ex priore matrimonio, vir lucretur virilẽ dotis, quæ per deductionẽ legitimę, vel per legẽ minui nõ potest. ¶ Et licet ex isto themate pro eius declaratione plura, seu plures consultationes elici possent: tamen, vt disputatio reddatur vtilior, eliciuntur ex eo in specie aliqua dubia, quorum examinatio vtilis apparebit, etiam extra thema propositum. ¶ Et primò vtrùm dispositio prædicti statuti loquens de immobilibus per viam fictionis, extendi debeat ad postea quæsita. ¶ Secundò vtrùm liberis prioris matrimonij (vltra portionem eis debitam in bonis prædefuncti parentis in superstitem aliquid conferentis) debeatur etiam legitima, an ad vnam illarum tantùm possint admitti. ¶ Et circa examinationem huius passus plura succinctè decidentur vtilia circa portionem debitam filijs ex priore matrimonio in bonis parentis, in quibus (ut infra patebit) dubia videt esse iuris cẽsura. Declarabitur, etiam quid iudicandum de amplo legato in filium secundi viri collato, de quo. s. in puncto fit mentio. ¶ Tertia conclusio principalis, vtrùm statutum inuitans virum secundum ad lucrum partis dotis (etiam in casu liberorum existentium ex priore) possit in ipsorum liberorum perniciem, portionis eis de iure communi debitæ in bonis primi parentis, diminutionem inducere. Et hoc omisso dubio, quod est, vtrùm per statutũ possit tolli, vel minui portio debita iure naturæ; quia est dubium vulgatum, & aliàs disputatum, vt infra in allegationibus ad tertiam partem tangetur. ¶ His præmissis reassumo primum dubium, quod est, vtrùm dispositio statuti prædicta &cæt. ¶ Et arguo primò ad partem affirmatiuam, quòd extendi debeat ad postea quæsita, quod probatur primò; quia à verbis legis, vel statuti non est discedendum l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exercito. & de legat. 3. l. non aliter. in princip. Sed verba statuti prædicti sunt simpliciter, & indefinitè prolata, omnia bona immobilia, &cæt. quæ indefinita, & vniuersalis (vt probatur. C. manda. l. à procuratore) videtur sui natura complecti etiam futura. C. quæ res pigno. obli. possunt. l. fi. & ff. de seru. vrbanor. prædio. l. si seruitus. ¶ Secundò probo; quia hic non agitur de præiudicio ipsius mulieris, vt probabo; ergo significatum bonorum debet trahi etiam ad futura, vt proximè dixi. Quod autem non agatur hic de præiudicio, patet, non propter commodum medij temporis; quia & illis bonis medio tempore vtitur cum viro; ergo hoc respectu non multùm afficitur: nec propter lucrum partis; quia non sequitur necessariò, quòd præmoriatur viro: imò res se habet ad esse, & non esse, & vir etiam potest præmori, & solida dos erit restituenda: imò videtur, quòd hic potius agatur de commodo mulieris; nam quãtò maiorem dotem habebit, tantò melius à viro tractabitur, & non ita de facili repelletur, vt in Authen. de nupt. §. si quis enim. & not. ff. solut. matrimo. in l. 1. ¶ Item quia & si superuenientia non intelligantur dotalia: assument tamen naturam dotalium, nec poterunt alienari, vel præscribi, vt patet. ff. de fun. do. &cæt. & C. de rei vxo. actio. l. 1. §. & cum res. ¶ Item nec publicabuntur propter ipsius mulieris delictum, nisi in quinque casibus, l. quinque legibus. ff. de bo. dam. ¶ Tertiò pro hoc facit; quia cum statutum loquatur per verbum, intelligatur, quod fictionem not. vt infra probatur, & fictio est contra veritatẽ assumptio, vt probatur. C. de rei vxor. actio. in l. 1. in princip. & Inst. quibus mod. ius pat. pote. solui. § si ab hostibus. & C. de sen. pas. in l. fin. cum simil. videtur necessariò, quòd fingat in casu nostro &, sic quando non est datum, & sic etiam in postea obuenientibus, in quibus non potest cadere vera datio. ¶ Quartò, quia lex potest fingere consensum. ff. loca. l. qui ad certum. & C. quomodo, & quan. iud. l. ab eo. cum simi. Sed dos consensu solo constituitur, C. de dot. pro. l. ad exactionẽ. & de rei vxor. actio. l. vnica. §. 1. ergo si mulier non facit confici instrumenta dotalia, videtur consentire, quòd omnia immobilia (vt dotalia) subijciantur viro, arg. in simili, quod dicitur de attentante delictum, qui videtur consentire in pœna delicti, vt not. gloss. in l. 1. §. bestias. ff. de postulan. & probatur per casum. ff. de iu. fi. l. Imperatores. & in Auth. de non alie. in §. quia verò Leonis. coll. 2. ¶ Hunc etiam consensum satis præsumi facit qualitas viri, cum quo contraxerit, cui est verisimile omnia ei dedisse, maximè attenta affectione mulieris ad secundum virum, contra quam lex insurgens dicit, quòd plerunque nouis maritis istæ mulieres, quæ contrahunt, non solùm res, sed etiam vitam ipsam addicunt, C. de administra. tuto. l. lex, quę tutores. talis enim videt esse affectio inter vxorem & virum, qualis est inter patrem &, filium, argum. l. 1. ff. de libe. exhi. C. de libe. exhiben. l. final. & ff. de iniur. l. 1. in fin. sed affectio inter patrem, & filium facit donationem præsumi, l. donationes. §. pater. ff. de donation. ¶ Confirmatur & istud; quia si consensum mulieris præsumimus, vt prædixi; ergo haberi debet, ac si esset sequuta traditio; quia dos dicitur in iure consistere, not. glos. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. dot. sed in his, quæ sunt iuris, consensus, vel patientia habetur pro traditione. not. ff. de ser. ru. præ. l. seruitus. in principio. ergo videtur iudicandum perinde, ac si expresse dedisset omnia præsentia, & futura, quod etiam coadiuuatur; quia dos dicitur peculio comparari, vt not. glo. in dicta l. quod dicitur. Constat autem solo consensu, & patientia constitui: imò eo ipso, quod non adimitur, l. quã Tuberonis. §. sunt quidam. & l. non solùm. in princip. ff. de peculio. ¶ Quintò principaliter etiam pro hoc videtur facere; quia simplex dispositio trahi potest ex mente disponentis etiam ad incognita, & ignorata, adeò quòd disponenti non licebit postea allegare ignorantiam, vt not. in l. qui iure. ff. de mili. testam. qui est text. valde vtilis ad renunciationes, quæ quotidie fiunt, scilicet, vt volens plenissimè liberari, faciat addi clausulam, vt etiam ad incognita porrigatur. ¶ Sextò pro ista parte facit; quia prædictum statutum loquitur per verbum, intelligatur, quod est nota fictionis, l. qui à seruo. ff. de actio. & oblig. probatur. ff. de acquirend. hæredita. in l. hæres quandoque iuncta l. illud. & C. de do. pro. in l. fin. & sic statutum loquitur de ficta acquisitione: sed ficta acquisitio trahitur etiam ad quæsita post, vt not. Iacob. Butrig. in l. final. C. quæ res pigno. ob. non pos. vbi vide. ¶ In oppositum au-
1 tem facit. † Primò; quia vbi agitur de magno præiudi-
2 cio, verbum, bonorum † non trahitur ad postea quæsita, probat. ff. manda. in l. si tibi mandauero. §. is, cuius. & de aur. & argen. legat. in l. si ita. pro quo facit notabilis gl. in dicta l. final. C. quæ res pigno. oblig. &cæt. vbi allegat iura. Sed hic agitur de magno præiudicio mulieris, cum respectu temporis constantiæ matrimonij propter fructus talium bonorum, quos suos faceret pleno iure. C. de pact. con. l. hac lege. & l. final. quod secus erit hoc casu, si intelligantur dotalia, quia spectabunt ad maritum. Cod. de iure dot. l. in rebus. & l. pro oneribus. tum etiam respectu temporis post matrimonium dissolutum, quo ex forma eiusdem statuti debet lucrari

partem,

partem,& sic de eis mulier ad libitum non disponet. ¶Se
3 cundò pro hoc facit; quia non plus pôt operari † fictio,
quã veritas.ff.si certum petat.l.si filius. Sed si mulier ex-
presse dedisset omnia bona sua in dotem, non intellige-
tur dedisse futura propter suum præiudicium, vt dixi pro
ximè, ergo multò minus debemus fingere illa data.
4 ¶Tertiò pro hoc facit;quia simplex † consensu, non por
rigitur ad incognita, & incogitata. ff. de pact. l.tres fra-
tres.& l.emptor.§. Lutius. eod. titul. & de transactio. l.
qui cum tutoribus.in fin.& de condit.indeb.l.fin.§.idem
quæsijt. cum simil. ergo minus consensus fictus,tacitus,
vel præsumptus:sed mulier in casu isto nec potuit,nec de
buit cogitare de talibus postea obuenientibus, ergo ad
illa bona non potest dici inclinata voluntas, vel affe-
ctus mulieris, nec etiam uiri,cuius commodum videtur
statutum principaliter concernere, attento quòd est astri
ctus subire onera.C.de iur. do. l. pro oneribus. ergo nec
dictum statutum ad istum casum superuenientium po-
stea bonorum debet extendi, quod statutum verisimili-
ter considerare debuit affectum communem vtriusque
coniugum tempore matrimonij, vt sic intelligatur voluis
se illa bona esse dotis,quæ tunc mulier habebat, vel ha-
bere sperabat,aliqua iusta causa subsistente. Pro hoc ad-
duco in arg. quia nõ dotibus,sed effectu matrimonia con
trahuntur. C.de repu.l.fin.cum concord.& hac sola ratio
ne pro hac parte consuluit hic Do. Ange. attento, quòd
hoc statutum exorbitat à iure communi; quia nulla lege
hoc cauetur,vt not.glo.in l.mulier bona.ff. de iure do. &
quia ex solo contractu matrimonij(alijs coniecturis non
interuenientibus) potius econtra de iure nil præsumitur
datum.C.de rei vendi.l.dote. sed melius facit. C. de di-
uor.l.fin.& in Authen.de nupt.§.si quis enim. ¶ Quar-
tò hæc pars confirmatur per illud, quod dicitur, quòd
5 † mulierum genus auarissimum est.ff.de donat.inter vir.
& vxo.l. si stipulata. & sic omnis actus, & dispositio ea-
rum,per quam aliquid intelligantur abdicare à se, debet
sumi strictè. ¶ Quintò, quia statutum prædictum lo-
6 quitur per verbum, intelligatur †, quod est verbum fi-
ctionis,vt in iuribus.s. pro alia parte allegatis. Sed ac-
quisitio ficta,vel quæ fit per actum fictum(puta per con-
stitut.ff.de acqui.possess.l.quod meo.in princ. & per præ-
carium.ff. de preca.l.& habet.§.eum,qui. vel per similes
actus, de quibus etiam statim subijciam in alia ratione)
non porrigitur ad acquisita post cõtractum, etiam quòd
plus sit,si contractus esset celebratus super præsentibus,
& futuris.Ita videtur probari per glo.in l.quamuis.§.1.
ĵ.de acquir.possess.& illam glo. Bart.allegat contra præ
dictam doct. Iacob.Butrig.in l.fin. Sed addo aliam, quæ
hoc videtur clarius sensisse in l.1.scilicet glo.pe.ff.pro so-
cio.& allegat l.si societatem.illo.eod.titul.& istæ sunt sin
gulariter notandæ ad contractus,qui hic quotidie frequẽ
tantur,in quibus apponitur constitutum,vel pactum præ
carij scilicet, vt licèt in instrumento obligationis sit facta
mentio (etiam futurorum) tamen precarium non pote-
rit reuocari in postea quæsitis. ¶ Sextò confirmatur;
7 quia fictio † non potest cadere super eo,quod est impos-
sibile,saltem in suo genere glo.in l.Gallus.§.si eius.ff. de
lib.& posthum.& Bart. plenè in l.si is,qui emptore. ff.de
vsucap.sed impossibile est, quòd mulier fingatur dedis-
se,quod non habebat,nec habere sperabat,ergo &cæt.
¶Septimò posset argumentabiliter adduci; quia statuta
8 † debent verificari in casu vero, non ficto.l.3.§.hæc ver-
ba.ff.de negot.gest.sed si intelligantur superuenientia in
dotem data,statutum verificaretur in casu ficto,ergo &c.
9 ¶ Octauò quia duæ † fictiones non possunt concurrere
circa idem.C.de dotis promiss. l.1. de pollici.l.2.§. final.
coniuncta.l.fin.C.de sacrosanct. eccles. & ff. de vsufruct.
leg.l.1.cum simi.sed hic duæ concurrerent,primò, quòd
à præsenti tempore contractus matrimonij intelligatur
consensisse, quòd omnia intelligantur dotalia, secundò
quia cum postea bona obuenient, fingantur retro fuisse
dotalia. ¶ Nonò pro hac parte facit; quia quælibet
10 † dispositio iuris communis,vel statuti regulatur à ratio-
ne,& causa finali eius.ff.de pact. l. quod dictum. vnde ex
tincta causa illa finali, cessare debet dispositio, argum.l.
adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.sed causa finalis hu-
ius fictionis statutariæ fuit ipsum matrimonium,propter
quod dos datur,& sine quo dos esse non potest.l. 3.ff. de
iur.dot.hæc autem causa statuti est finita,cum mulier est
maritata; ergo & dispositio legis suspensa, & impedita.
bene facit quod not.Bart.& Dyn.in similib. in l.Lutius,
& Titius.in princ.ff.de leg.2.vbi omnino vide. ¶Deci-
mò hæc pars confirmatur,& fortiùs;quia vbicunque con
11 tractus † est suspectus,vel est fraudis præsumptio, vel si-
mulationis, ad translationem dominij (etiam ex titulo
habili) non sufficit ficta traditio, vt per precarium, d.l. &
habet.§.eum,qui.ff.de prec.vel per retentionem vsusfru-
ctus.C.de dona.l.quisquis. quia simulata præsumitur, l.
sicut.§.superuacuum.ff.quib.mod.pigno. vel hypot. sol.
vnde vera requiritur traditio. C. de suffra. l.1.& de postu
lat.l.quisquis.& per Bart.ff.de aqua plu.arcen.argum. in
l.emptor.& latiùs.ff.de dona.in l.post contractum.Si non
transfertur per fictam traditionem; ergo multò minus,
vbi nec vera, nec ficta interuenit, & est in casu isto saltem
respectu postea quæsitorum,argum.C. de sacrosanct.ec-
cles.Authen.multò magis. ¶ Quòd autem contractus
dationis dotis sit hic suspectus colligitur ex existentia filij
primi matrimonij,propter quod prohibetur mulier (etiã
si expresè vellet) plus conferre in secundum virum, quã
sibi relinquat,vt declarabitur.ĵ.circa secundum,& tertiũ
dubium. ¶ Vndecimò, & vltimò hoc confirmatur in
casu isto; quia cum demus existentiam filij ex priore ma
12 trimonio, etiam dos † constituta tempore primi matri-
monij,quæ aliàs de iure communi (non extantibus libe-
ris ex priore) intelligitur in sequens matrimonium repe-
tita,vt probat.ff.de iure do.in l.dote.& in l.Diuus.& sol.
matrimo.l.pen.§.vxor.quod etiam Bart. tenet in illa.q.
Mulier quædam habens magnum patrimonium, &cæt.
hoc casu propter existentiam illius filij non intelligitur
repetita.l.si constante.§.vltimo.C.de dona. ante nupt. &
in Authen.de nupt.§.de augmentis autem.& not.glo. C.
de iure dot.l.nulla.& tenet Bart.in dicta quæst.Quædam
mulier. ergo multò minus debet intelligi datum, quod
nunquam fuit in patrimonio mulieris, nec tempore pri-
mi matrimonij, nec etiam tempore contracti secundi
matrimonij,sed postea superuenit,& hãc partem puto ve
riorem de iure,& etiam æquiorem.Et secundùm hoc pa-
tet, quòd in casu proposito, de talibus immobilibus
(matrimonio constante) obuentis, nulla portio debetur
marito vigore dicti statuti; cum dotalia non intelligãtur,
& sic remanent in cumulo bonorum dictæ hæreditatis
scilicet mobilium,& aliorum non dotalium,quæ veniunt
diuidenda secundùm formam, & ratam, de qua.ĵ. dice-
tur. Et ex his patet responsio ad alleg. in oppositum.
¶Circa hoc autem posset dubitari,si maritus ista immo
bilia,quę mulieri obuenerũt,possedit,& ex eis fructus,et
redditus percepit(vxore sciente,& patiente,quamdiu ma
trimoniũ durauit)an saltem ex hac patiẽtia poterit dici,
nouo mulieris consensu dotem in his superuenientibus
constitutam,quæ solo cõsensu constituitur.C.de dotis p

miſ.l.ad exactionem.& dixi ſ. de quo nihil adiungo, ſed de hoc plene per Bart.in d.q. Quædam mulier. &cæt.

¶ Circa ſecundum dubium, quod eſt, vtrùm liberis prioris matrimonij (vltra portionem eis debitam in bonis prę defuncti parentis in ſuperſtitem aliquid conferentis) debeatur etiam legitima, an ad vnam earũ tantùm poſsint admitti. Et antequam arguam ad partes, quædam vtilia, & neceſſaria pro euidentia præmitte, & primò, quòd illa portio, quam auocant filij prioris matrimonij à ſecundo coniuge, in quem per patrem, vel matrem eorum aliquid eſt collatum, deuoluitur ad eos æqualiter inter ipſos diuidenda, etiam ſi inæqualitas eſſet inter eos, reſpectu ſucceſsionis, quæ ad eos defluit ex diſpoſitione defuncti. Nam dicit tex.in Authen.de nup.in §.optimè. ver. & hoc decernens, quòd illud, quod plus relinquitur ſecũdo viro, habetur pro non dato, pro non relicto, non ſcripto, ex æquo inter filios diuidendo: ex quo patet, quòd non requiritur, quòd tales filij volentes reuocare, ſint hæredes decedentis, nec quòd eius hæreditatem agnoſcant, probatur in dicta l.hac edictali.§.ſi verò pluſquam. C.de ſecũ. nupt.& dicto §.optimè. ¶ Secundò præmitto, quòd ad hoc vt ſciatur, an plus ſit datum, vel conceſſum ſecundo coniugi, quàm filijs, vel vni ex filijs primi matrimonij, & ſic ſit locus reuocationi per prædicta iura, non tempus dationis, ſed mortis ſecundi coniugis, debet inſpici. tex. eſt in Authen.de nupt.§. quia vero hactenus, & ibi vide glo.& hoc tenet Cin.in dicta l.hac edictali.ſ.hac quæſtione, vbi omnino vide ad propoſitum, & ſic videtur, quòd donec ſecundò tranſiens viuit, filij primi matrimonij non habeant poteſtatem vendicandi, quaſi illud beneficium illorum iurium non habeat locum, viuente alienante: in cuius vita nondum poſſunt conqueri filij. Ita dicit glo.in dicto §.quia verò. vnde ſi mulier habens liberos ex priore matrimonio commiſit adulterium, propter quod ex forma ſtatuti debet ammittere dotem, & applicari viro, licèt in tali lucro proueniente ex delicto, locum habeat taxatio illorum iurium, vt videtur probare tex. in dicta l. hac edictali. ibi [omni circunſcriptione] &cæt.& in Authen.de nupt.§. nulla machinatione, neque per ſuppoſitas perſonas: tamen videtur verum, vxore mortua, per ſupradicta. ¶ Tertiò præmitte, quòd qualis & quanta ſit illa portio quam auocant liberi per dicta iura, videtur eſſe dubium, nam tex.in dicta l.hac edictali. primo videtur dicere, quòd vir conſequatur ſolum tantum, quantum ille liberorum, cui minor portio data eſt, vel relicta: poſtea autem in ver. ſi vero pluſquam, videtur dicere, cõiuncta glo. quòd concurrant æqualiter cum ſecundo viro. Præterea & text. ibi. & in dicto §. optimè. dicit quòd filij reuocant, quod plus eſt datum. conſtat autem appellatione pluris, totũ contineri. C. de hæred.inſtit. l.2.& ff. de verbor. ſignificat. l. cæterorum. & ſic videtur, quòd virũ excludãt in totũ, & ita arguit glo.in d.l.hac edictali.

¶ Pro cuius declaratione dic, quòd quandoque filij ſunt inſtituti æqualiter, vel in bonis prædefuncti parẽtis æqualiter inuitati: & tunc ſit clarum, quòd etiam maritus cõcurrere poteſt cum eis in ſuam uirilem æqualiter, vt dicta l.hac edictali. poſt princip. quandoque in ipſos filios nil eſt collatum, nec inter viuos, nec in vltima voluntate: ſed totum in ſecundum coniugem, tunc procedit, quod ibi dicit notabiliter glo. ſuper ver.diuidi. ſcilicet, vt filij reuocent, vt ſint æquales cum ſecundo viro. Quandoque coniunx præmoriens dedit aliquid alicui filiorum: ſed vni plus, alij minus, tunc eatenus reuocant filij, vt tantùm habeat maritus, quantum ille filiorum, qui minus habuit; vnde ſi vni filiorum dedit, vel reliquit mulier 20. alteri centum.& marito ſecundo octuaginta: tunc reducitur ſecundus maritus, vt reperiatur habere ſola 20.& ſi dicatur, reperietur iſte filius habere pluſquam ſecundus maritus, reſpondeo nimirum; hoc enim contingit propter delictum ipſius mulieris præmortuæ, quæ ſibi prouidere poterat, ſecundùm diſpoſitionem l.hac edictali.& ita videtur eſſe de mente Butrig. & ita aliàs fuit hic Bono. practicatum, & obtentum de conſilio Domini Franciſci de Tigrinis, & Dom.Ricar.de Sal. ¶ Nec obſt prædictis l.ſi libertis.C.de dona.ante nup. vbi dicunt, quòd vir vel mulier tranſiens in ſecundum matrimonium, poteſt in ſecundum coniugem conferre pro dote, vel dona.propter nuptias, vniuerſum etiam, quod à priore coniuge eſt conſequutus, nec tenetur liberis conſeruare ex priore; quia illud verum, quando vult dare ſimpliciter ſine pacto de lucrando: ſecus ſi cum pácto de lucrando; quia tunc non poteſt, ſicut nec ex poſt facto largiri, vel relinquere.& hæc eſt vera ſolutio, licèt glo. aliter ſoluatur in contrarium, & in dicto §. optimè. & hanc ſolutionem tenet Iacob. de Beluiſ. & ita etiam debet intelligi dicta l. hac edictali. vt ibi notatur. ¶ Aduertendum tamen; quia circa præ-
13 dicta dubitari conſueuit, an iſta † reuocatio (quam faciunt filij prioris matrimonij) priuet filios ex ſecundo matrimonio natos, ſua legitima, ſi reperiuntur extare.& licèt iſtud non attingat in aliquo thema propoſitum; tamen quia quotidianum eſt, & dubium, non omitto, & gloſ. prædicta ſuper verb. diuidi. videtur decidere, quòd priuat, dum ſolos filios prioris matrimonij ad reuocandum adiecit. contrarium autem ſentit glo.eod.titul. Auth. ad eos. licèt non firmet. Hanc tamen ſecundam partem, ꝙ legitima nõ priuẽtur illi filij ſecundi matrimonij tenet Iac. de Beluiſ.in d. §.optimè.per tex.eod.titul.§. nec illud. C.de ſecun.nupt. l. cum alijs. & in Auth. de trien. & ſemiſ.§.1.& ſic ſecundùm opi. quæ eſt, quòd ante omnia detrahant filij debitam iure naturæ, de qua. ĩ. dicetur, ſi extarent filij ſecundi matrimonij, & filij primi, primò ſimul admitterentur ad debitã iure naturæ, poſtea autem reſiduum diuidetur inter ſecundum virum, & liberos primi, ſecundùm diuiſionem prædictam; ultra debitũ enim iure naturæ, non admittantur liberi ſecundi matrimonij cum ſecundo viro, & filijs prioris; quia per ſecundas nuptias non eſt eis facta iniuria: ſed filijs primi matrimonij ſic: ſed ſi ad tertias nuptias fuiſſet deuentũ: tunc cum parens omnibus iniuriam æqualiter intulerit per tertias nuptias, omnes per conſequens debent eſſe æquales, tam primi, quàm ſecundi matrimonij, probatur in Authen. de nupt.§. nec illud. & C. de ſecundis nupt. in l. cum alijs. & hoc etiam tenet Iacob.de Beluiſ.in dicto §. optimè.

¶ Et ex prædictis infertur ad propoſitum, quid in caſu noſtro vir ipſe conſequi debeat, & quota portio ei debeatur per prædicta iura, & intelligo in mobilibus, & alijs, quæ non ſunt dotalia: de quibus non loquitur ſtatutum, & dubium facit; quia non reperitur expreſsè collatum in filium, niſi qnantitas 25. libr. cum prohibitione, quòd illis ſit tacitus, & contentus; ergo videtur, quòd filius iſte in iſtis mobilibus poſsit conqueri, & petere, quòd vitricus non plus habeat, quàm mater filio reliquerit, per dictam l.hac edictali.& ſic maritus, idemque vitricus habebit ex eis. 25. tantum, reſiduum habebit ipſe filius. ¶ Nec obſt. ſtatutum prædictum vocans virum ad virilem; quia loquitur in dotalibus; non dotalia ergo remanent in diſpoſitione iuris communis, etiam ſi dicatur, illa 25. tantùm de ſe conſiderari non debent: ſed debet reſpectus haberi, quòd illa. 25. deduci poſſunt ad ſupplementum legitimum,

& ſic

& sic ad tertiam illorum mobilium, quæ omnino debetur filio; quia responderi potest, ꝙ l. hac edictali. non considerauerit supplementum: sed solùm datum, vel relictum filio, & sic quantum mater filium habere voluit, & nō quãtum supplementum, & dari voluit pro legitima, vt colligi ibi potest ex litera. Hoc autem esse verum probatur etiã; quia si illud consideraretur à lege nũquam vitricus haberet minus legitima, quod tamen est falsum, vt ibi no. & dixi. s. Item quia supplementum non petitur eodem iure, quo & relictum; nam relictum petitur actione ex testamēto, & supplementum cōdictione ex lege, vt no. gl. in l. omnimodo. de inoffic. testam. & Doct. in l. 1. C. de inoff. do. & de secun. nup. Auth. ad eos. ¶In oppositum autem scilicet, quòd hoc casu vitricus, itemque maritus adæquari debeāt filio, & cum eo in non dotalibus pariter succedere, videtur vrgere; quia si prædicta iura considerant, quantum mater voluit consequi filium in casu proposito, vocãdo eum ad omnem portionem ei de iure debitam, vel debendam (vt dicunt verba testamenti) apparet, quòd in nullo voluit fraudare filium; vnde in nullo deliquit: credēdum est ergo, ꝙ mulier ignara, qualis, & quanta esset illa portio, quàm deberet relinquere filio per dicta iura, sic disposuerit, nolens in eum plus conferre, quàm sit obligata de iure: sed nec in minus, & sic satis honestè prouidisse videtur, secundùm formam l. hac edictali. vnde in nullo culpãda, & sic nō erit locus reuocationi, de qua supra, cui locus esset, si expresse in filium certam portionem tantùm contulisset (alijs verbis non adiectis) vt supra dixi in tertio præmisso: hæc etiam de eius mente fuisse, indicat quãtitas. 25. lib. quam in ipsum filium expresse contulit, vltra omnem portionem aliàs ei debitam, propter quæ hęc pars æquior, & verior videtur, attenta mente iuris hic.

¶His ergo præmissis circa secundum dubium supra formatum, arguo primò, quòd ad vnam portionem tantùm prædictarum filius possit admitti, & sic quòd lucrum per d. l. hac edictali. & similia iura delatum, imputetur in legitimam. ¶Primò, quia cum plus consequatur debita iure naturæ, quàm ex necessitate consequitur, reliquum videtur iacere in voluntate parentum. Ita dicit tex. ad literam in Authen. de trien. & semi. post princ. colum. 3. ¶Secūdò pro hoc; quia iusta causa, per quam quis potest excludi à debito bonorum subsidio, excludit ab illo lucro, vt probat in d. l. hac edictali. in ver. ita tamen. & in d. §. optimè. vers. hoc autē, quod plus est. & ver. nisi rursus. ergo videtur subrogari loco illius. ¶Tertiò hoc videtur decidere glo. in d. l. hac edictali. super ver. diuidi. & eo. tit. Authen. ad eos. hoc etiam sequi videtur Ci. in d. l. hac edictali. in 3. q. & ita etiam consuluit D. Ang. ¶In opposi-
14 tum, quòd filius possit † vtranque consequi, probatur.
15 ¶Primò filius † debitam iure naturæ consequitur, vt æs alienum. l. Pap. §. sed si impubes. ff. de inoffi. testam. quod æs alienum ante omnia debet exsolui: portio autem, quæ defertur per l. hac edictali, & alia iura sim. appellantur lucra, illo eod. titul. l. fœminæ. & Cin. not. in l. 1. eiusd. titul. in fin. ergo vnius deductio non impedit deductionem alterius, argum. eius, quod dicitur in simili in duabus quartis, vt no. per glo. in l. Pap. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. & C. ad l. Fal. in l. quãquam. & probatur ext. de testa. in c. Raynutius. & Raynal. ¶Secundò pro hoc facit; quia talis portio appellatur alio respectu pœnalis, quasi irrogetur in pœnam, & odium coniugis ad secundas nuptias conuolantis: portio autem iure naturæ debita appellatur persequutoria; quia per eam filius consequitur, quod sibi debetur; ergo vna per aliam non tollitur, arg. l. pro fure. §. furti actio. ff. de condi. fur. & hac ratione hanc partem firmare videtur glo. in dicto. §. optimè. de nupt. quæ ad hoc allegatur pro singulari. Ex qua glo. colligo doct. no. quòd
16 vbicunque † penes filium debet aliquid remanere tanquam filium, illud nunquam computatur in suã legitimã: ex quo decidi potest, quòd pater non potest assignare filio feudum pro sua legitima; quoniam tale feudum transire debet ad filium, vt filium. ¶Tertiò pro ista parte facit;
17 quia cum ista portio, quæ per dicta iura debetur † filijs primi matrimonij, appellatur pœnalis (vt proximè dixi) quia tantùm in pęnã, & odium mulieris ad secundas nup. conuolantis imposita est, vt de se patet; quia si non contraheret secundò, haberet liberum arbitrium disponendi de bonis suis, vt dictis iuribus; ergo talis portio (vt pœnalis) non debet imputari in debitum creditori, probatur & in fin. ff. de pignora. actio. l. si pignore. secundo respon. ergo nec filio, qui (quantùm ad debitam iure naturæ) creditor appellatur, vt dicto. §. si impubes.

¶Quartò pro hac parte videtur casus in d. l. hac edictali. post princ. ver. ita tamen. & in d. §. optimè. ante fi. in ver. hoc autem, quod plus est. vbi videtur dicere, quòd filius, cui minus legima vltra legitimam relinquitur, debet omnino habere legitimam, & quod plus, vel vltra habet, reuocatur virtute l. hac edictali. sed si illud imputaretur in legitimam, non reperiretur aliquid plus, vel vltra: sed fieret quædam confusio; ergo. &c. ¶Quintò, & vltimò hanc partem confirmo auctoritate Bar. qui ita firmare videtur clarè in l. 1. C. de inoffi. do. Idem etiam tenet Iac. de Bel. in d. §. optimè. & hęc pars videtur de iure verior. Et ex his collige responsionem ad allegata in oppositū. ¶Non ob. tex. de trien. & semis. post princ. quia licèt dicat [reliquū iacere in voluntate parentis] non propterea excludit portionem debitam filijs, per l. hac edictali. quæ petitur, vt pęnalis, vt no. glo. in d. §. optimè. ¶Iuxta istud restat videre, antequam ad tertium principale dubiū deueniamus, quid de amplo legato facto filio ipsius mariti, eiusdemq; vitrici, vtrùm istud debeat anihilari, sicut si in ipsum maritum esse directò collatum, quo casu veniret cum alio matrimonio diuidendum inter eum, & filium mulieris, eiusque priuignum per prædicta: an verò dicemus illud subsistere, vt sic de patrimonio subducatur, quasi in personam permissam collatum, & sic in diuisione istorum non dotalium, nulla fiat huius legati computatio, quod videtur; quia d. l. hac edictali. non videtur prohibere relinqui, vel conferri, nisi in vitricum: de filio autem eius nil expresse disponit. Ad idem est tex. in d. §. optimè. pro hoc; quia saltem in extraneum non prohibent illa iura coniugem præmorientem posse conferre: sed iste filius mariti, priuignusque mulieris (quò ad ipsam mulierem) est ei omnino extraneus, vt ex se patet, & probatur in l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. ergo, & cæt. ¶Pro hoc etiam facit; quia legata non sine causa obueniunt, sed ob meritum aliquod accidunt l. nec adiecit. ff. pro socio. præsumetur ergo hoc legatum collatum in filium propter eius meritum; non quia sit habitus aliquis respectus ad patrem eius, maritumque ipsius legantis. ¶Pro hoc facit; quia cum maritus esset hic ex vniuerso institutus, legando ab eo marito, filio, videtur eum vt ministrum elegisse, mediante quo omne cōmodū legati conferatur, & transeat ad filiū: qđ est ꝓmissum eo ēt casu, quo inter vir. & vxo. donatio est ꝓhibita, tex. est in l. Sulpitius. ver. alioquin. ff. de don. inter vir. & vxo. Rō est; qa cum in patrē hoc casu (vt in nudū ministrū) onus exsoluti legati cōferatur, perinde est, ac si cū extraneo fuisset facta dispositio, vt dicit ibi not. tex. ergo hoc legatum debet remanere validum, nec irritari, per l. hac edictali. & similia iura.

¶Item pro hoc facit; qa sola rō affectionis, & parentelę
non facit præsumi fraudem respectu incapacis, vel tacitū
fideicommissum. C. de bo. præscrip. l. si quis post hoc. §. si
quis etiā in emancipatos. & .ff. de his quibus vt indig. l. fi.
18 ¶In oppositum videtur † vrgere; quia dicta iura volue-
runt euitare subductiones, & fraudes, vt patet in d. l. hac
edictali. post princ. & in d. §. optimè. constat autem, quòd
de iure etiam, vbi in amicum vel coniunctum prohibiti
aliquid confertur, p̄sumitur fraus, probatur. C. de sac. san.
eccl. in Auth. quibuscunq;. & ff. de hære. insti. l. quidā cum
filium. & de do. inter vir. & vxo. in d. l. Sulpitius. ergo sicut
in ipsum vitricum non potest plus conferri, ita nec in eius
filium, vel amicum, & hoc videtur directò voluisse tex. in
d. l. hac edictali. §. si verò plusquam. ibi [omni circunscri-
ptione, & si qua per interpositam personam] & in d. §. op
timè. ibi [neque per suppositas p̄sonas, neque per aliam
causam] &c. & sic prohibetur color quæri de persona ad
personam, per illa iura. ¶Secundò pro hoc facit; quia ex
19 clusus † à cōmodo aliquo, suo nomine, vt est hic pater, nō
debet posse per alios suo iuri subiectos, illud consequi. ff.
de bo. lib. l. queritur. in princ. ¶Tertiò etiam pro hoc sa-
tis facit qualitas legati, quod est magnum: ex quo satis
præsumitur, quòd patris contemplatione, alia non appa-
rente causa, aliàs præsumeretur donatio, quæ in magna
20 † quantitate in dubio non præsumitur, vt not. in fi. gl. ff. si
cer. pet. in l. cū quid. facit de dona. inter vir. & vxo. l. vtrū.
¶Quartò etiam pro hac parte facit; quia nulla alia appa
ret causa coniunctionis, vel parentelæ inter matrem, & fi-
lium ipsius mariti, nisi propter ipsum maritum; ergo tale
relictum iudicabitur profectitium, arg. l. sed si plures. §.
in arrogato. ff. de vulg. & pup. & sic acquiretur pleno iure
ipsi patri: cui tamen l. hac ædictali. resistit. ¶ Hoc confir-
21 matur & 5. quia vbi in honorem † patris aliquid est filio
relictum, iudicatur tanquam directò relictū ipsi patri, p̄-
batur in l. qui tutelam. ff. de testa. tu. in princ. ¶Præterea
& si hoc relictum, aduentitium iudicaretur, saltem cōmo
dum vsufructus acquireretur patri. C. de bo. mat. l. 1. ergo
durat causa prohibitionis, arg. d. l. Sulpitius. & cęt. ¶Item
pro hoc etiam potest adduci; quia illud, quod est prohibi
22 tum ascribi † patri, non potest per patrem ipsi filio in po-
testate ascribi. ff. de fal. l. impuberem. §. 1. & sic secundū
prædicta, si per. leg. hoc legatū est anihilatum, remanet cū
alio patrimon io mulieris inter priuignum, & vitricum
sm̄ supradicta diuidendum. Posset tamē distingui, vt aliàs
dicitur in legato facto filiofam. an pręsumatur eius con-
templatione, vel patris relictum, de quo Dyn. dixit, quòd
contemplatione patris in dubio, per l. cum aliqui. C. de
iure deliberan. Bart. autem hoc fatetur, quando in lega-
to fit mentio patriæ potestatis, vt quia legat. 10. filio ta-
lis: secus si fiat simpliciter mentio filij, & non patriæ pote
statis, vt Iacobo filio talis. Nam tunc quod dicit de filio,
videtur potius causa demonstrationis dixisse, arg. l. fin. C.
de vsufruct. de quo Doct. in dicta l. cum aliquis, & Bart.
ponit de condi. & demonst. in l. filio. & sic in proposito cū
legatum hic sit simpliciter factum, non facta aliqua men-
tione patriæ potestatis, dicendum erit contemplatione ip
sius filij, & non patris videri relictum, & sic lega tum per
dicta iura non impediri. Et secundùm hoc respondebitur
ad prædicta iura, quòd loquantur, quando cōstat de frau
de, vel circunscriptione expresse, vel per aliquas conie-
cturas, vt cum mulier fingit se vendere, cū donat, ita exē-
plificat glo. in corpo. §. nulla machinatione super verbo
per aliam causam: pręcedens tamen pars validiora habet
arg. ¶Circa quartum autem, & vltimum dubium, quod
est in effectu, vtrùm portio, quę debetur liberis primi ma
trimonij per dicta iura, scilicet. l. hac edictali. & §. opti-
mè. cum si. possit minui per statutum. Et aduertendum;
quia istud dubium in proposito thematis non est omni-
no necessarium: sed propriè cadit, quando esset dare exi-
stentiam plurium liberorum, quibus non extantibus, sta-
tutum vocaret virum ad lucrum dimidiæ dotis. ¶Et pri-
mò arguo, quòd statutum possit minuere: & sic statutum
superueniens post ius ciuile, appellatur posterius etiam
ius speciale in loco isto; ergo debet derogare iuri commu
ni, & generali, d. l. hac edictali. & d. §. optimè. arg. c. gene-
ri per speciem. de reg. iur. lib. 6. cum concord. ¶ Confir-
matur hoc secundò; quia clarum est, quòd dispositio di-
ctorum iurium continet ius ciuile, & positiuum in hoc
loco; ergo ei debet posse derogare per contrarium statu-
tum in loco isto, argum. ff. de iusti. & iur. l. omnes populi.
& maximè attento, q̄ inferior potest distinguere. leg. Su-
perioris. l. 1. ff. de consti. princ. & not. in l. fin. C. si con-
tra ius, vel vti. public. ¶Tertiò ad idem confirmatur; quia
statutum est ius consuetudinarum loci: constat autem, q̄
consuetudo superueniens vincit legem, siue sit generalis;
& tunc generaliter vincit, siue specialis: & tunc speciali-
ter; nam pro lege custoditur. l. de quibus. ff. de legib. & l.
venditor. §. si constat. ff. communi. præd. & ff. de sepul. vio.
l. 3. §. quid tamen. & ibi not. ¶ Quartò pro hoc videtur
facere tex. in l. exigere. ff. de iudic. per quem Doct. dicūt,
quòd in lucro partis dotis fiendæ per virum (vxore præ-
moriente) ex forma statuti, est speciale, quòd attendatur
forma statuti, & consuetudo, quæ viget in loco domicilij
mariti, licèt aliàs regulariter debeat attendi locus cele-
brati contractus. ff. de euict. l. si fundus. cum si. ¶Quintò
pro hac parte facit; quia præallegata iura videntur prohi
bere machinationem, culpam, & malitiam coniugis præ-
morientis: sed mulier hic nō videtur esse in culpa aliqua,
nec etiam aliqua machinatione vsa, sed iure cōi illius lo-
ci; ergo in casu statuti videtur cessare mens, & dispositio
dictorum iurium: & sic statuti dispositio præualere. ¶Sex
tò hoc confirmatur; quia istud lucrum non peruenit à mu
liere, sed à lege, vel statuto; ergo cessant prædicta iura.
¶Quod etiā cōfirmatur; quia tex. in d. §. optimè. videtur
prohibere solam largitatem: sed istud lucrum partis do-
tis vir habet per statutū, vxore inuita; ergo non pōt largi-
tas appellari, arg. ff. de reg. iur. l. donari. & de don. l. dona
ri. & de adimen. l. rē legatam. ¶Septimò ad idem facit;
quia existentia liberorum primi matrimonij, non impe-
dit prouisionem legis statutam erga coniugem, vt proba
tur in Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ergo nec lucrū
dotis proueniens viro per statutum, debet posse impedi-
re fauor filiorum, super quo fundatur dispositio l. hac edi
ctali. &. §. optimè. & ita arguit. Bal. & non terminat. in d.
Auth. pręterea. ¶Octauò etiam pro ista parte videt̄ mul-
tum facere; quia debita iure naturæ, quæ censetur ęs alie-
num debitū filio, Auth. de trien. & sem. in princ. coll. 3. &
quæ fortiori vinculo debetur, quàm ista, quia iure naturę,
vt p̄bat tex. in Auth. de trien. & sem. §. hæc nos. ibi [& na
tura primo curata] &c. potest per statutum tolli, vt not.
Dy. de re. iu. li. 6. in c. indultum. & Cin. C. de nup. in l. san-
cimus. vel saltem minui, secundùm opin. Ricar. Malumb.
& Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero meo. de cond. &
demon. ergo fortius ista. ¶Nonò, & vltimò hæc opi. vide
tur esse magis fauorabilis nuptijs, & per consequens etiā
fauori publico, de quo. ff. solut. matri. in l. 1. nam maritus
sciens se posse lucrari dotem, vel eius dimidiam (etiam
in casu existentium liberorum ex primo) faciliùs ad nu-
ptias inuitabitur; dos enim est istud, quod est potissima
causa incitationis ad matrimonium, saltem præsumptiuè,
d. l. 1.

d.l.1.& ibi not.sol.mat.hæc ergo opi.videtur tenenda, & iuuanda, arg.ff.de cond.& dem.l.hoc.& ff.de iu.pat.l.adigere.§.si patronus.& dicimus vulgariter in dubijs faueri constitutioni dotis.ff.de iure do.l.1.& ibi no.& de reg.iu.
23 l.in ambiguis. ¶In oppo.autem, ꝙ dicta portio † minui
24 non possit per statutum,facit.Primò,quia licita est† argumentatio de pacto ad legem,vt no.per gl.C.de decr. Decur.super Rub.lib.10. & ff.de pac.l.itē quia. & l.nec impossibile.& de reg.iur.l.nec ex prætorio.facit quod gloss. not.C.quæ sit lon.consue.super Rub.& quod not.extra de consue.in c.vlt.sed per pactum hæc portio non potest minui,vt dictis iuribus.etiam si coniux donans,vel relinquēs renunciaret illi legi,vel iuraret nō cōtrauenire,talis enim renunciatio nil operatur; quia illud ius non est introductum in fauorem eius,sed filiorum, ita probat tex. ibi. in d.l.hac edictali.ver.omni circunscriptione. si per pactum hoc non potest;ergo nec per statutum.¶ Secundò probatur;quia tex.in d.l.hac edictali. ver. si verò plusquam.dicit,quòd cessante omni circunscriptione, si qua per interpositam personam,vel alio quocunq; modo fuerit excogitata,non est licitum patri in nouercam, vel matri in vitricum plus cōferre,quā relinquat liberis prioris matrimonij:cui concor.ad literam tex.in d.§. optimè. ante fi. ver. nulla machinatione.sed secundùm hoc posset hic fieri circumscriptio,& machinatio; quia mulier daret omnia sua in dotem,vidensvirum lucrari dimidiam eius(quotiescunque sint liberi ex primo matrimonio)ergoillorum iurium durare debet prohibitio.arg.ff.ad mace.l.1.§.1.¶Tertiò ad hoc videtur bene facere,quia prohibitus alienare, non potest per suum contractum, vel aliud factum inducere dispositionem legalem. In oppo. imò haberet facere, & curare,ne alienetur ex dispositione legali.ff.de leg.2.l.codicil.15.§.pe.& est glo.no.de verb.ob.in l.si ita quis.§.ea lege. sed mulier est à lege prohibita plus in secundum virum,&c. ergo nec potest in dotem dando tantum,conferre ipsum sub colore dotis: quod lucrum ei obueniens ex forma statuti,transcendat legalem mensuram:& sic quod vltra dederit(quò ad effectum lucrandi)non valet.¶Confirmatur hoc quartò; quia statutum loquens de lucro dimidiæ in casu prædicto, videtur necessariò verificari solū in lucro dimidiæ; quia prima dimidia detrahitur ipso iure,per l.hac ædictali.& sic non est mea dos; sed solùm in alia dimidia:& sic illa tantùm potest per statutum minui, non autem illa,quę concernit liberos.¶ Quintò ad idem, quòd ista portio nō possit in effectu minui per statutum, facit l.1.C.de inoff.do.vbi videtur casus,secundùm vnam lect.quam Bar.refert ibi.scilicet prout legem illam exemplificat,quando ex forma statuti maritus lucratur dimidiam dotis,&mulier dedit vniuersam dotem,vel tantùm, quòd attento illo lucro statuti, legitima filiorū minuitur; certè datū vsque ad legitimam, reuocatur per querelam inoff.dotis.casus est ibi, secundùm vnam lect. quam not. ¶ Vltimò secundùm hanc partem dicit Bar.se terminasse de facto in d.l. hac edictali.per tex.illum.cum gloss.& nihil aliud allegat. & hanc partem puto de iure veriorē: salua tamen semper determinatione cuiuslibet melius sentientis: cui in hoc, & prædictis omnibus, ex nunc per omnia me submitto,&c.

Ex Secunda disputatione.

SVMMAE.

1 *Seruitus æquiparatur morti, quæ est vltimum terribilium, num. 3.*

2 *Non faciens quod facere debet, videtur facere quod nō debet.*

4 *Recessus alicuius detenti in carceribus sub colore falsi habitus, non est aliquo iure permissus, nempè nec naturali, nec ciuili, diuino, humano, neque cano. & ratio, de quo videas latè apud Auctorem.*

5 *Iniuriam qui patitur, licèt possit se tueri cum alterius iniuria, scilicet inferentis, id tamen non potest, quando licitè offenditur.*

6 *Iudex, vel alius priuatus potest cum ense tantùm legali (etiam contra alium) aliquid attentare pro defensione suæ personæ.*

7 *Culpa est relaxare vindictam.*

8 *Iniustè oppresso licèt in alium insæuire, quando aliter mortē euitare non potest.*

9 *Præcepto superioris in dubio semper est parendum.*

10 *Omnes pœnæ hodie de iure videntur arbitrariæ.*

11 *Absens inquisitus de capitali crimine, venit puniendus, & qua pœna in casu illius q.*

12 *Confessus, an eo casu, quo processus sit inualidus, possit tamen virtute suæ confessionis condemnari, in quo articulo distingue secundum Auctorem.*

13 *Confessio extraiudicialis multos producit effectus, & quos.*

SECVNDA DISPVTATIO.

VARIA, & diuersa curricula temporum sæpæ solita fuere sic in spatio fluentis æui, mirabiles nouitates adducere, ut ex illis pluribus librorumvoluminibus commendari, dignisimè ab antiquorū scriptorum solicitudine meruerint. Vnde Policratus in libro de nugis curialium,& Philosophorum vestigijs,nostri cōfirmator eloquij:sic eius verba pro rumpit in medium.Iucundissimus tum in multis, tum in eo maximè est literarum fructus,quòd omnium intersticiorum loci, & temporis exclusa molestia amicorum, sibi inuicem pręsentiam exhibet: & res scitu dignas aboleri non patitur à mentibus humanorum. Nam & artes perijssent,euanuissent iura fidei, & totius religionis officia quæq; corruissent. Ipsius quoq; respectu defecisset vsus eloquij,nisi in remedium infirmitatis humanæ,literarum vsum mortalibus diuina miseratio procurasset. Exempla maiorum,quæ sunt incitamenta,& fomenta virtutis nullum omnino erigerent,nullumq; penitus conseruarent, ni si pia solicitudo scriptorum,& triumphatrix inertiæ diligentia,eadem ad posteros transmisisset.Siquidē vita breuis,sensus ebes,negligentiæ torpor,inutilis occupatio nos paucula scire permittunt. Et obliuio nouerca memoriæ infida semper fraudatrix, & inimica scientiæ ab animo eadem iugiter excutit,& euellit. Quis enim Alexandros sciret & Cæsares? Quis etiam Stoycos, atque Peripateticos, miraretur: nisi eos insignirent monumenta scriptorum? Quis Apostolorum, & Prophetarum amplexanda imitaretur vestigia, nisi eos posteritati diuinę literæ conseruassent. Dum ergo nostris temporibus nouitas quædam non vanè miranda nostris se præsentaret obtutibus; quæ digna valde styli beneficiovidebatur.Scribe inquit.Fac ne mei memoria pereat te sollicita,& me ventila vsquequaque. Sunt & enim omnia ambiguitatibus notabilibus ex omni parte plenissima,& existentes armentur pro me Doctores,& ingeniosi scholares ad bella.Solertiores ciuitatū sint de cætero Potestates. Caueant ab insidijs subtilium fęminarum. Sint vxores circa maritos sagacissimæ adiutrices. Et audientibus nostram historiam risus, admirationes,& gaudia prębeantur. His & alijs pluribus commotus ab illa licèt essem alijs rebus multiplicibus inuolu

tus in hoc allectus,voluntarios labores aſſumpſi, vt hoc tam pulchri huius ſtyli officio ad perpetuã memoriam ſignaretur. Non enim rationi congruum, & conſentaneũ extitiſſet,vt hæc res memoratu digna in ſocietate earum, quæ, tanquam non fuerint, tranſiuerunt, in ſecula abolita interiret. Qui ergo huius rei ſeriem audire,& habere cupit ſcriptum,intelligat thema noſtrum.

¶ Inquiſitus de crimine capitali,& detentus,eius proceſſu pendente, ab vxore in vinculis perſonaliter viſitatus, muliebri habitu tranſmutato cum ſuo, vxore ibi dimiſſa eius veſtibus induta,ſub mulieris colore carceres, à cuſtodibus in crepuſculo exire permiſſus, aufugit incognitus, & per facti eius notitiam habentem receptus. Curia ab ipſius culpabilis exequutionẽ eluſa. Mulierẽ ipſam à carceribus liberauit. Imò per hoc inclitum Antianorum regimen de publico in donatione omniũ iurium ex hoc facto communi quæſitorum contra quẽcunque liberaliter præmiata fuit.

¶ In nomine Domini Ieſu Chriſti. Ex præfato themate (vt noſtra diſputatio reddatur vtilior) eliciuntur plurimæ concluſiones. ¶ Primò vtrùm receſſus,& fuga fuerit licitus quouis iure in perſonã dicti inquiſiti. Et an veniat abſens puniendus, & qua pœna. ¶ Secunda,an eius receptator habens facti notitiam, poſsit inculpari de aliquo. ¶ Tertia,an tale mulieris factum ſit damnabile, uel laudabile quouis iure. ¶ Quarta, an iuſtè, & moraliter debuerit,& potuerit præmiari de publico. ¶ Quinta,ſuppoſito,quòd potuerit iuridicè præmiari,quid operetur prædicta donatio omnium iurium &c. Et an de iure ſubſiſtit. ¶ Sexta,an, & quid cuſtodibus carcerum in caſu propoſito poſsit inpingui.& de his omnibus ſingulariter diſcutiẽdũ ẽ de iure,omni diſpoſitione ſtatutaria circũſcripta &c.

¶ Ad primum ergo dubium arguitur, primò ad partem affirmatiuam, quòd iſte receſſus fuerit licitus omni iure,ſcilicet naturali,ciuili,humano,canonico, & diuino. Et primò, quòd de iure naturali, & humano, nam talis inquiſitus, & perſonaliter detentus omni iure timere debuit ſæuum corporis cruciatum; ergo pro ſua defenſione fugiſſe videtur; ergo licitè egit,arg.ff.ſi quadru. paup. fe.di.l.1.§.cum arietes.nam ſi permittitur etiam in alium irruere,vt ibi:ergo fortiùs aufugere,& hoc eſſe verum demonſtrat qualitas naturalium productorum. Nam quibuſdam animalibus pro ſua defenſione natura miniſtrauit,vt roſtra auibus,quibuſdam ora rigida, alijs dentes, alijs cornua,alijs tibias & crura ad fugam ordinata,prout placuit conditori naturæ,& in animalibus actualiter,& experimẽtaliter intuemur;ergo hoc videtur iuſtè fieri. Hinc deriuat quod dicimus defenſionem inuentam de iure naturali,nullo iure tolli poſſe,vt patet in Cle.paſtoralis.ext. de ſenten.& re iudi.vbi vide in verſ.quis enim. & in verb. hoc abhorret natura.&c. ad quod adde quod notab. dixit Bar. in l.filiusfam.in princ.ff.de dona.& de mil. teſt.in l.1. ¶ Secundò quòd de iure ciuili fuerit licitus, videtur probari.ff.de iuſt,& iur.in l.vt vim.ibi.[vt quiſq; ad tutelam ſui corporis fecerit,iuſtè feciſſe exiſtimetur] &c. cui concor.ff.de vi,& vi arm.l.3.§.cum igitur.C. vnde ui.l.1. ff.ad l.Aquil.l.ſciẽtiam.§.qui cum aliter.& l.ſi ex plagis. §.tabernarius.cum ſi.Item quia iſte videtur bonus dolus; ergo permiſſus. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit.ibi vide gloſſ. ¶ Quartò etiam pro hoc facit;quia hoc videtur attentaſſe ſolùm ad ſui tutelam,& euaſionem; quia veriſimiliter ſciebat,& ſcire debebat ſe eſſe culpabilem,arg.ff.pro ſuo. l.fi. ergo licitũ fuit ei quomodocunq; ſanguinẽ ſuum redimere,vt dicit glo.in l.1.in fi.ff.de bo.eo.qui ante ſen.mor. ſi.conſci. & not. C.de tranſac. l. tranſigere. ¶ Quintò

1 etiam hoc probatur & alia ratione; quia ſeruitus † æquæ paratur morti.l.ſeruitutẽ.ff.de reg.iur.& in Auth.de nup. †.ſi uerò ſed fuga videtur de iure eſſe permiſſa, vt quis ſe liberet,& eximat à vinculo ſeruitutis (qualitercunque ſequatur) vt probari videtur in l.nihil.ff. de capt. poſtli.re. ergo vt euitet mortem naturalem,quæ ẽt ſeruitute iudicatur durior,& aſperior,cum omnia ſoluat. Auth. de nupt.

2 §.deinceps.col.4.& alibi appellatur † vltimum terribilium. ¶ Sextò hoc confirmatur, quia ſi licèt ad euitationem carceris,qui appellatur quædam ſpecies ſeruitutis.ff. de li.ho.exi.l.2.attento maximè, quòd carcer appellatur à iure mala manſio,vt l.item apud Labeonem. §. quoius. ff.de iniur. ¶ Septimò pro hoc; quia qui non facit quod facere debet,videtur facere quod non debet, vt in regula iuris.qui non facit.de reg.iur. Si ergo iſte inquiſitus,& detentus potuit exire,& per hoc mortem euitare, & nõ fecit, videtur aliquid feciſſe,propter quod pœnã incurrat mortis:& ſic ſui ipſius eſt homicida, quo caſu puniri debet. l. omne delictum.§.qui ſe.ff.de re.mili. dicendum ergo, ꝙ ei licuit fugere,& ſic non potuit dici homicidium incurriſſe ſui ipſius:quod etiam iure diuino prohibitum eſt.23.q. 5.c.non licet.& c.tu dixiſti.& c. non eſt neceſſarium.& eadem cauſa.q.4.c.diſplicet. ¶ Octauò pro hac parte, ꝙ iſte receſſus iure ciuili fuerit licitus, videtur facere. ff. de re.milit.l.milites agrum.§.eius fugã. vbi fugientem à cuſtodia,vel carcere dicit iudicari deſertorem,nõ fugientẽ: tamen effracto carcere punit: ſed hic de fractura carceris non arguitur,imò aperientibus cuſtodibus,allegatur exiſſe, ergo &cæt. ¶ Nonò hoc videtur decidi per glo. in Cle. paſtoralis.ſuper ver.[per violentam iniuriam] &c. extra de ſent.& re iud. vbi per illum tex.dicit,ſi captiuus ad pœnam, vel periculum mortis relaxatur iuramento ſuo de redeundo ad carcerem certo die, ſi mors erat iniurioſa,redire non tenetur:ſed iſte erat inquiſitus,detentuſq; ad pœnam mortis,vt patet ex themate:& pœna poterat eſſe, ꝙ ſubſequeretur mors iniurioſa;quia nondum erat liquidatum delictum:ergo talis pœnæ eluſio videtur iudicanda in hoc dubio iuſta,attento maximè,quòd ſanctius eſt &c. ff.de pœnis.l.abſentem. ¶ Pro hoc etiam,& decimò, ꝙ de iure Canonico fuerit licitus, facit extra de homicid.c. 2.& 3. ¶ Item etiam,quòd de iure diuino fuerit licitus, probatur per text. in Clem.vnica.de homicid. vbi excuſatur à pœna irregularitatis etiam delinquens in aliũ,quando mortem aliter euitare non poterit, & ibi eſt glo. nota. quòd licèt dicenti,& aſſerenti ſe aliter euitaſſe non poſſe, non credatur in foro contentioſo,niſi per alias circunſtantias hoc deprehendatur:tamen in foro pœnitentiali creditur hoc aſſerenti,allegat.eo.c.ſignificaſti.il 2.&de ſpon. c.tua.pro qua facere videtur in ſimili; quia tẽ in his, quæ in ſolo animo conſiſtunt,ſtatur aſſertioni meæ,vt not.glo. Inſt.de act.in §.aliæ.& Bar.in l.Celſus.ff.de vſuc. ¶ Nec obſt.prædictis,quod not.gloſſ.in d.l.vt vim.ff. de iuſtit.& iur.quæ dicit,quòd etiam ſe defendendo, non licet in aliũ in ſæuire iure pol.pro qua videtur text.23.q.1.in princip. quia poteſt dici illud verum quò ad ſatisfactionẽ,& beatitudinis acquiſitionem,quæ non acquiritur pugna corporalis reſiſtentiæ,ſed martyrij: ſicut fecerunt omnes ſancti martyres;vnde dicit Canon, quòd præcepta patientiæ ſeruanda ſunt in virtute Dei, non in oſtentatione corporea, & exteriori.23.q.1.c.paratus. & eadem cauſa.& q. 3. c. quod autem. ¶ Item ad idem,quòd de iure diuino fuerit licitus,facit quod ſcribitur,ꝙ Deus vult potius vitam peccatorũ,quàm mortẽ,probatur.23.q.5.in c.reos.& clarius in Auth.vt non luxuri.contra naturam.in princ.col.6. vbi hoc no.gloſſ.& alibi ſcribitur,quòd nemini redeũti claudit

dit gremiũ ecclesiæ.C.de sum.trin.epist. inter claras.Pro
qua etiam epistola facit,quod dicit Canon.non semper in
eos,qui peccant,iudicandum.23.q.4.c.quod Christus,&
probat hoc ibi per plura exempla,alibi dicit,ꝙ erga corri
gendos,plus agat beniuolentia,quã seueritas,plus exhor-
tatio,quàm comminatio,plus caritas,quàm potestas. 45.
dist.c.licèt nonnunquam.& c. plerunq;.Et alibi dicit licèt
nolo mortem peccatoris:sed vt conuertatur,& viuat,dicit
dominus.Conuertimini,& viuite.Ezech.c.18.ad fin.Præ-
dictis adiunge l.imperialis,in princ.C.de nupt.ergo,& si
constitisset tempore fugæ hunc deliquisse,& puniri debe-
re,de quo nondum liquidum erat,vt patet ex themate,
potuit,& debuit iustè fugere,& mortem euitare,,& fortè
hoc timore perterritus,ad contritionem veridicam de cæ
tero reducetur:& etiam est possibile,quòd per correctio
nem istius multi à maleficijs retrahantur per viam ipsius
potius,quàm per mortem. Hoc etiam firmatur ratione;
quia cum pœnæ debeant esse medicinæ,,& non propter
se principaliter inuentæ:sed propter bonum Reipublicæ,
quod ex bonitate singularum personarum resultat,si talis
delinquens (etiam si esset damnatus,vel esset in casu dam
nationis)habent dictamen conscientiæ,quòd deinceps ve
lit fieri bonus,& à vitijs abstinere,& pro bono Reipublicæ
mori (fortè sub melioribus circunstantijs) vel intrare reli
gionem pro pœnitentia facienda ad veniam obtinendam
de peccatis,videtur,quod hoc licitè,& meritoriè possit fa
cere.¶Item pro hac parte videtur facere gl.35.q.5.c.nõ
est nostrum.quæ à sensu contrario sui,videtur velle, quòd
etiam vbi esset lata sententia,si posset sine resistentia mor
tem euadere,quòd licitè faceret, vt colligitur ex gloss.ibi
super verbo,submittere,quæ exponit.i. resistere:& sic in-
nuit,ꝙ aliàs sine resistentia posset. ¶ Econtra, quòd iste
3 recessus † nullo iure licitus fuerit,arg.& primò,quòd non
fuerit licitus,attento iure naturali, probatur. Nam cum
hic esset inculpatus de crimine vno:postea apparuit cul-
pabilis,vt patet ex themate,ipse meritò dici potest fuisse
prouocator suæ capturæ:non fuit ergo ei licita resistentia
contra eum capientẽ:vt in d.§.cum arietes.Secũdò,quòd
nec iure ciuili licitus fuerit,probatur ex pluribus. ¶ Pri-
mò;quia per hoc eludit punitionem criminis contra id,
quòd omnia iura mandant:quæ dicunt,quòd delicta non
debent remanere impunita.ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.
ff.de fideiuss.l.si reo.§.fin.& de sol.l.si Stichum.post prin.
extra de sent.excom.c.vt famæ.facit Auth.vt non luxurie
tur contra nat. cum si. ¶ Secundò;quia ius ciuile punit
Commentariensem negligentem in custodia detẽti, vt pa
tet.ff.de custo.reo.l.milites.& l.fi.& C. eod.l.ad Commẽ
tariense.ergo custoditi, fuga nõ permissa;aliàs non impo-
neretur pœna, arg. C.de adul.l.Gracchus,& de pœnis.l.
sancimus.benefacit l.3.§.si maritus.ver.si tamen,&quod
ibi not. Bar.ff.ad Sill.¶Tertiò, quia delinquendo videtur
se subiecisse pœnæ imponende ex crimine,& in illam con
sensisse.ergo non potest iustè pœnam illam aliquo modo
eludere.primum probatur per l. Imperatores.ff.de iure
fi.& in Auth. de non alien.§.quia verò Leonis.colũ. 2.&
hoc est quod dicitur not. (vbi glo.) in l.1.§.bestias.ff.de
postul.benefacit;quia delinquens dicitur affectasse pœnã,
quam incurrit.C.ad leg.Iul.Maiest.l.post diui.facit etiã
quod not.Inno.ext.de iniur.in c.in nostra.& hæc ratio sa-
tis videtur vrgere. Circa hoc tamen omnino vide, quod
not.Bar.in extrauag.ad reprim.super verb.denũciatione.
post princip.& in 10.col.qui sint rebelles, in verb. mere-
tur.& ff. de iniur.l.fin.facit l.ex maleficijs,in princ. ff. de
ac.& ob. ¶ Quartò,quia quod huic inferebatur,infereba
tur à persona publica,& pro vindicta Reipublicæ, ergo
non erat licita resistentia,nec euasio, imò æquo animo to
lerare debebat,probatur in l.qui restituere.ff.de rei vend.
& in l.si quis missus.post princip.ff.ne vis fi.ei. ¶Quintò
pro hoc,quia licèt is,qui iniuriam patitur, possit se tueri
5 † etiam cum alterius iniuria,scilicet inferentis,vt d.l.sciẽ
tiam.§.qui cum aliter,& d.l.vt vim.cum simil.superius al
legatis:tamen hoc non permittitur, quando licitè offendi
tur;vt quia causam dedit suæ offensioni,puta si est banni-
tus,cui ex forma statuti licet mortem inferre, vt not. in l.
amissione.§.qui deficiunt. ff. de capitis dimi. nam si talis
offenditur (etiam mortaliter) ei non licet resistere,vt colli
gitur ex glo.nota.in l.1.C. quando licet se sine iud. vind.
& no.Bar.in d.l.vt vim.sed iste inquisitus erat talis, qui
propter eius delictum, poterat per curiam offendi, ergo
non licuit ei aliquo modo se defendere, etiã si aliter mor-
tem euitare non poterat,& sic nec fugere. ¶Sextò hoc cõ
6 firmatur;quia cum † ense legali potest iudex, vel alius (ẽt
contra alium)aliquid attentare pro defensione suæ perso-
næ.ext. de senten.excommu.c.dilecto.& per Innoc.de im
mu.eccles.in c.capitulum,& de verbor. signif. c. ex parte
in Christo,& de censi.c.venerabili. si hoc licet cum legali
ense tantum,& sic iustè,& licitè:ergo iniustè,& illicitè nõ
est permissum,& si nõ iudici;ergo minus priuato. ¶ Septi
mò hoc confirmatur.Certum est Potestati, & eius curiæ
traditam potestatem puniendi, & absoluendi delinquen-
tes:vel de crimine inculpatos,& ipsi sunt,qui ius imperan
di habent in eum;ipse autem inquisitus in hoc nullam in
se habet potestatem.arg.ff.de arb.l.penul.coniun.l.vnica.
C.ne quis in sua causa ius si.di.cum concor.ibi. & tamen
ipsa curia non potest huic inquisito licentiam recedendi
concedere,vel eum sine causa dimittere, vt probatur in l.
ne quis.ff. de custo.reo.ergo multò minus à se potuit sibi
recipere licentiam recedendi sine aliqua causa,quæ hic
non apparet. ¶ Octauò pro hoc videtur facere l. si capti
uis,in fi.ff.de cap.& postli.reu.vbi videtur permitti reces-
sus ab hostibus post sui redemptionem; ergo ante prohi-
bet,arg.ff.de iud.l.cum Prætor.& C.de procur. l. si mari-
tus.& tamen talis recessus est fauorabilis; quod probatur
propter fictionẽ postliminij,& l. Corneliæ;ergo fortius fu
ga de carcere debet esse prohibita, attento quòd carcer
publicus est permissus ad punitionem delictorum, l.2.C.
de custo.reor.¶ Nonò pro hoc videtur facere;quia fugiẽ
do impedit deueniri posse ad exequutionem iustitiæ,vt de
se patet. Sed ille,qui impedit exequutionem,punitur, vt
l.1.§.pœnas autem.C.de rap.virg.ergo. ¶ Decimò pro
hac parte videtur casus.ff.de effract.l.j.in princ. vbi decla
ratur talem exeuntem puniendum. Ad idem.ff. de custo.
reo.l.in eos.facit.ff.de re mil.l.milites.§.eius. ¶ Vndeci-
mò hoc videtur apertè decidi per glo.no.ad nostrum pro
positum,in l.succurritur.in fi.ff.ex qui ca.maio.quæ dicit
quòd detentus in publico carcere (etiam si potest)non de
bet inde exire. ¶Item ꝙ etiam nec iure canonico fuerit
licitus,probatur;quia & ius canonicum delinquẽtium pu
nitiones iniungit,patet extra de accus.per totum. & quasi
per totum illum librum.& de sent.excommu.c.vt famæ.
7 imò dicit Canon,quòd culpa est relaxare†vindictam.28.
8 dist.c.quia sunt culpæ.& licet iniustè † oppresso in alium
insæuire, quando mortem aliter euitare non poterat,vt di
cta Clemen.vnica.de homicid. & extra de homicid. c. 2.
& 7.tamen quando iustè detinetur; quia pro crimine ab
eo commisso,ꝙ ei permittatur aliquid attentare de facto
ad elusionem dicti criminis,iure aliquo caueri non vide-
tur,imò potius contrarium multipliciter posse probari.
¶ Primò negari non potest,quin venerit iste hoc attentãs
contra Principis præceptum,&legis:cuius auctoritate ca-
ptus

ptus detinebatur;ergo tanquam inobediens Principi,de-
bet mori,& probat extra de maio.& obe.in c.2. in dubio
9 † enim semper est parendum Superiôris præcepto 23.q.
5.c.qui culpãtur.in fi.& alibi dicitur,qui resistit potestati
Dei,ordinationi resistit,ad Romanos.13. in princ. & 11.
q.3.c.qui resistit.¶ Item per hoc videtur esse causa rela-
xationis vindictæ publicæ;ergo in culpa deprehenditur.
ext.de postul.præl.c.1.& 28.dist.c.quia sint.ergo attẽtat
quod illicitum reputatur.¶ Secundò pro hoc, quia non
potest inde exire sine mendacio,vt hic fecit sub colore fal
si habitus: sed pro ista temporali vita quis mentiri non de
bet,vt dicit August.22.q.2.c.ne quis arbitretur.& c. fin.
cum pluribus similibus ibi. ¶ Tertiò pro hoc videtur ca-
sus in d.Clem.Pastoralis.ante medium, in ver. quis enim
ad mortem per violentam iniuriam,non per iustitiam in-
ferendam.ergo à contrario,vbi iustè, & non per violentiã
aliquam inferebatur,debuit se offerre morti, & non rece-
dere,vt ibi probatur.¶ Quartò,quòd nec iustè,nec mora
liter fuerit licitum, videtur probari per id, quod scribit.
Boetius de consola.prosa.4.vbi dicit,quòd puniri impro-
bos iustum est: impunitos verò elabi iniquum esse, & ibi
ad propositum vide per totam illam prosam. ¶ Quintò,
quòd nec iure diuino licitum fuerit,videtur apertè proba
ri per text.32.q.5.c.non est nostrum.vbi dicit text. quòd
mortem ab alijs illatam debemus libenter accipere, &
percutienti colla submittere. Ad idem etiam facit de pœ-
nis dist.2.c.proinde.ibi ipsam mortem corporis non solũ
effugiunt,sed etiam libenter accipiunt.Et hanc partem sal
ua semper determinatione cuiuscunque omni iure reputo
veriorem. Et per inducta.s̃.pro hac parte rectè intuẽs,cla
rè percipere potest responsionem ad allegata supra in cõ
trarium.Et non obstat etiam alia ratio supra formata in
argumentis ad partem præcedentem.qua dicebatur in ef
fectu,quòd habens dictamen cõscientiæ, quòd de cætero
vellet fieri bonus,& à vitijs abstinere,& pro bono reipubli
cæ mori(fortè sub melioribus circunstantijs)vel religionẽ
intrare ad pœnitentiam obtinendum &c.ꝙ hoc licitè pos-
sit;quia certè secundùm hoc sancti Martyres, dictante eo
rum conscientia,quòd esset moriendum pro Christo,pos
sent fugisse mortem,vt plus meruissent,& plures populos
ad Christum conuertissent,maiorem potestatem ecclesiæ
acquisiuissent:quod tamen est falsum;quia peccassent con
tra cõscientiam.& hoc de primo dubio principali quò ad
primam eius partem.&c.¶ Nunc veniamus ad secundam
partem primi dubij declarandã,scilicet, an absens veniat
puniendus,& qua pœna.Et primò arguitur,ꝙ nullatenus
veniat puniendus,probatur; quia ita regulariter sine accu
satore quis puniri non debet,vt l.rescripto.§.si quis accu-
satorem non habens.ff.de muner. & hono. 2.q.1.c.de
manifesta.23.q.4.c.si quis potestatem.& extra, vt eccle-
sia.benefi.c.1.in princ.vnde & omnis inquisitio dicitur re
gulariter prohibita,vt not.gloss.in l.2.§.si publico. ff. de
adulterijs.sed hic non apparet esse de casibus, in quibus
sit permissa,nec ꝙ ad accusationem sit processum:ergo ex
defectu modi procedendi nulla poterit de iure cõi irroga
ri pœna.¶ Secundò qualitas capitalis criminis impedit cõ
tra absentem posse procedi.C.de pœnis.l.absente. & hoc
est regulare.fallit solũ in tribus casibus scilicet in crimine
læsæ maiestatis, vt patet in extrau. Imperatoris Federici.
Et in alio.ff.de sica l.lex Cornelia.§.constitutum, ver.&
qui hoc crimine. ¶ Tertius est.C.de pœnis l.ne diu. sed
ista inquisitio est formata de crimine capitali,nec apparet
esse aliquem de illis casibus exceptis,ergo. ¶ Tertio etiã
hoc confirmatur;quia hodie omnes pœnæ videntur arbi-
trariæ de iure.l.hodie.ff.de pœnis.& not.in l. quid ergo.
§.pœna grauior.ff.de his,qui notan. infam. & sic pro tali
crimine potest imponi pœna relegationis, vel etiam mi-
nor, vel etiam corporalis;talis dubietas ergo videtur esse
iusta causa impediendi processum contra absentem, arg.
l.fin.& quod ibi not.Bar.ff.de iniu.facit quod latiùs scrip
si in repetitione.l.reos.C. de accu.& hæc ratio potest etiã
ad contrariam partem adduci,vt dicam.j.in secunda ra-
tione in contrarium. ¶ Quartò,quia in criminalibus de-
bet procedi more priuatorum,idest ciuilium iudiciorum,
dicit text.in l.absentem.post princ.ff.de pœn. Sed in ciui-
libus non proceditur ad sententiam,lite non contestata.l.
properandum.§.1.C.de iud.& l.fi.§.illud.C. de temp.ap
pell.&extra vt lite non contest.per totum.ergo nec in cri-
minalibus:& hoc videtur fuisse de mente glo.l. quotiens.
C.de digni.li.12.quod etiam tenuit Iaco.de Are.vt refert
Cy.in l.absentem.C.de accus.sed hic nõ apparet, cum au
fugerit lite contestata,ergo &c.¶ Quintò hoc videtur pro
bari per rationem. Iudex inquirens succedit in locum ac
cusatoris,& illa solemnia,quæ requiruntur in accusatio-
ne,requiruntur in inquisitione, excepta inscriptionis ne-
cessitate.& ita notat Iacob.Butr.Insti de publ.iud.in prin
cip.& Bart.tangit in d.§ si publica.succedens ergo in ac-
cusatoris locum,illius naturam debet assumere,argu.l.1.
§.hæc actio.ff.si quis te.lib.esse ius.fuerit.sed clarum est,
quòd non probato(& clarè) crimine per accusatorẽ, reus
absoluatur,C.de pœn.l.qui sententiam.& de proba. l. fi.
& arg.C,de eden.l.qui accusare.& quod ibi not.ergo. Et
idem quando per inquisitionem proceditur, sed hic non
apparet probatum contra eum crimen; ergo nec ad hanc
probationem allegari potest fuga. Nam licèt eo casu quo
fuga obijcitur pro crimine, probata fuga, probetur cri-
men, vt l. desertores. ff. de re milit. & l. si desertores.
C. de desert. libr. 12.sicut in eo casu, quo crimen est
solius suspicionis: quo casu etiam fuga est plena pro-
batio; quia facit quem suspectum, l. impuberibus.ff. de
susp.tu.& C.de communi agro deser.l.locorum. & C.vbi
de crim.agi.oportet. Auth.qua in prouincia. secus tamen
eo casu,quo tale est crimen,quòd vera probatio ipsius fa-
cti requiritur;tunc enim fuga non facit regulariter plenã
probationem,vt not.in l.1.C.de rapt. virg. & probatur in
l.lege Cornelia.ff.de sica vbi etiam de hoc per Bar. indi-
cium verò,vel semiplenam probationem facit, secundùm
glo. in l.bonæ fidei.C.de reb. cred.& in l. admonendi. ff.
de iureiuran.facit in Auth.de exhiben. & introdu. reis.§.
susceptos.fallit in casu l.consiliarios.C. de assess.vbi facit
plenam probationem,si solùm facit iudicium,vel semiple
nam;ergo non sufficientem ad condemnatoriam in crimi
nibus,in quibus etiam ex præsumptionibus nemo damna
tur,d.l.absentem.& probatur per dictam.l.qui sententiã.
cum similibus supra alleg. ¶ Sextò hoc videtur probari,
in l.fin.pe.responso.ff.de custo.reor.vbi dicit dari tempus
custodibus ad perquirendum ipsum fugientem, & sic pa-
tet,ꝙ interest curiæ eum capi,vt sic contra eum ad eius pu
nitionem possit procedi, vt ibi; ergo satis videtur negari
procedi posse cõtra ipsum absentem; quia si posset æquè
procedi,in nullo interesset eum ad carceres reduci. ¶ In
11 oppositum quòd imò † absens veniat puniendus, argui-
tur & primo;quia cum supponatur simpliciter in themа-
te formatam inquisitionem de crimine capitali,nec appa
ret aliter de quo,non debet inquisitio impediri: tum quia
potest esse formata in aliquo de casibus à iure permissis,
de quibus in d.§. si publico. tum etiam quia in dubio in-
quisitioni fauendum,vt sic delictum puniatur.l. ita vulne-
ratus.ff.ad leg.Aquil.cum simil.tum etiam;quia inquiren
ti, attenta peritia, credendũ est in dubio,quòd inquirat in
casu

casu sibi permisso: vnde dicimus pro facto iudicis præsumendum. ff. de pœn. l. eo tēpore. & de euictio. l. Herennius. §. Gaia. facit quod notat Innocen. de eo, qui fur. ordines suscе. c. innotuit. Ex hoc ergo eius punitio non debet vllatenus impediri. ¶ Secūdò licèt qualitas criminis (ex quo venit irroganda pœna mortis) impediat contra absentē procedi, vt dictum est: secus tamen, quando debet inferri pœna relegationis, vel minor, d. l. absentem. & ibi notatur. Vel etiam quando est dubium, considerato ꝙ semper interpretatio fit in mitiorem partem, l. interpretatione. ff. de pœnis. & probatur ratione euidenti ex coniunctione legum. ff. de iniurijs. l. fin. & C. de iniur. l. si. coniuncta l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. bene facit l. qui vias. secundo responso. & l. Prætor. in princ. & quod ibi no. Bart. ff. de damn. infect. attento ꝙ hodie omnes pœnæ videntur esse arbitrariæ de iure, vt not. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. & videt̄ casus. ff. de pœnis. in l. hodie. cum ergo possibile sit minorem pœnam relegatione imponi, vt in processu patebit, & sic talem, quæ cadit in absentem, non debet processus, & pœnæ impositio impediri. ¶ Tertiò hoc cōfirmatur; quia licèt aufugiens, rupto carcere, vel effractis foribus, debeat capite puniri, l. 1. ī princ. ff. de effract. secus tamen si per negligentiam custodum, quia tunc nō capite, sed leuius, d. l. 1. post princ. ergo in casu isto etiam in absentem poterit irrogari, cum exisse videatur negligentia custodum. ¶ Quartò hoc confirmatur & sic, ꝙ vbi contra absentem non est tributum remedium annotationis (vt in criminibus non grauioribus) ibi discedi videtur à reg. l. absentem. scilicet vt etiam contra absentem possit procedi, etiam lite non contestata, vt d. l. absentem. §. 1. & quod ibi not. ff. de requir. reis. l. 1. Sed in delictis grauibus remediū annotationis bonorū hodie regulariter locū nō habet, vt colligit̄ ex no. in Auth. bona damnatorū. C. de proscr. bon. q̄a non confiscantur bona: sed reseruant̄ personis ibi descriptis; ergo cum remediū annotationis locum nō habeat, & sic cōtra absentem nullum habeatur remediū, debet posse contra ipsum absentem (etiam in grauioribus criminibus) procedi, arg. in fin. C. ad Trebell. l. sancimus. & quod ibi not. & quod etiam not. per Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infec. maximè cum propter hoc remedium annotationis bonorum statutum fuerit contra absentem procedi non debere, vt colligitur ex. l. 1. C. de requir. re. & no. in d. l. absentem. ¶ Quintò talis fugiens habetur pro confesso, l. in eos. ff. de cust. reo. sed quando apparet accusati confessio, vel aliter esse conuictus, altera tur ordo iudicij ex parte accusatoris contra ipsum accusatum, probatur in l. quamuis indubitati. C. de adulte. ergo & ex parte ipsius accusati, cum cesset ratio. l. absentem. & similium: est enim vsque ad confessionē, audita causa, pro cessū, quæ fuit ratio prædictæ. leg. vt l. 1. ī prin. ff. de requ. reis. maximè cum post confessionem nil sit attentandum præter sententiā, l. si confessus. ff. de cust. reo. & C. de pœn. l. qui sententiam. & hanc partem, ꝙ post confessionē possit contra absentem ad sententiam deueniri, firmat Bart. in d. l. absentem. in fi. & erit practica; quia in casu isto punietur in pœna, quam merebatur crimen, super quo præcesserat inquisitio, vt dicta l. in eos. non tamē cum effectu; quia non poterit sententia exequutioni mandari, sed condemnabitur, secundùm formam, quæ quotidie seruatur, vt si quo tempore in fortiam communis Bon. &c. ¶ Pro solutione huius dubij ex prædictis omnibus concludo, ꝙ si iste inquisitus fuit inquisitus de tali crimine, de quo de iure communi non possit inquiri, vt supra dixi: tunc virtute talis inquisitionis contra ipsum absentem ad nullā pœnam poterit procedi, nisi fortè processus fundaretur super confessione ipsius, quo casu videt̄ ex sola cōfessione ipsius posse dānari, licèt processus sit inualidus, s̄m not. per Innoc. extra de accu. in c. qualiter, & quando. & per Bar. ff. de cust. reo. in l. si confessus. quod tamē qualiter debeat intelligi, statim subiungam; sed si est tale crimē, de quo potest inquiri de iure communi; tunc si ex eo veniat irroganda pœna maior relegatione, non poterit contra absentē procedi, siue fuerit lis contest. siue non, secundùm communē opin. no. per glo. & Docto. in d. l. absentem. Secus si pœna relegationis, vel minor, vt ibi no. tunc enim crimine liquidato contra eum, procedi poterit, siue per confessionem eius veram, vt sentit Bar. in d. l. absentem. in fi. siue per alias probationes; sola enim fuga non facit eū hoc casu haberi pro confesso, per id, quod supra dixi in arg. ad primā partem, & l. in eos. loquitur, quando aufugit, effractis carceribus, similiter & l. 1. ff. de effract. cum similibus. s. allegatæ. Cum ergo hic negligentia custodum fugisse videatur, & sic leuius debeat puniri, vt probatur in d. l. 1. post princip. ff. de effract. videtur, ꝙ hæc pœna sit arbitraria; & sic respectu pœnæ irrogandæ ex fuga, de quo propriè loquitur dicta l. 1. & sim. videtur posse procedi: sed respectu pœnæ irrogandæ ex crimine, distingue, vt supra: erit tamen sententia de præsenti sine effectu; quia contra absentem nulla poterit fieri exequutio: sed condemnabitur, vt si quo tempore veniat in fortiā communis &c. Quia tamē supra tetigi incidenter, an eo casu, quo processus aliàs sit
12 inualidus, possit tamen † confessus (virtute confessionis) condēnari, qui articulus mihi videtur subtilis, & pulcher & etiam quotidianus, & fortè nō plenè declaratus. Ideo eius conclusionem, quam in hoc puto perfectam, hic inter serere curaui. ¶ Dico ergo, ꝙ aut confessio existit facta extra iudicium, & ex tali confessione, non præcedente processu, non potest condemnari, facit quod not. in l. capite quinto. ff. de adult. & in l. ictus fustium. & in l. quoniā. ff. de his, qui not. infam. Idem si coram iudice, non tamen in figura iudicij; tunc enim non præiudicat, sicut nec extraiudicialis. Ita not. gloss. in l. interrogata. C. de li. causa. Ad-
13 uerte tamen, ꝙ nihilominus talis confessio † extraiudicialis multos producit effectus. Primò quia sufficit ad torturam, d. l. capite quinto. & not. Innocen. ext. de testi. in c. sicut. Item sufficit ad pœnam extraordinariam imponendam, d. l. ictus fustium. Item sufficit, vt possit capi, & intrudi in carcerem, d. l. si confessus. & vbi delictum contrahitur solo animo, est plena probatio delicti, not. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. ca. in poss. ea. Item sufficit, vt possit clericus priuari beneficio iam adepto, & prohiberi, ne ad nouum aspiret, secundùm Innoc. extra de electi. in c. per inquisitionem. Item quandoque sufficit respectu contradictionis, de qua potest argui, si postea aliud dicat in iudicio, de quo vltimo per Bar. in l. eos. in fi. ff. de fal. quod vltimum an sit verum, non declarabo modò. Aut est facta in iudicio: & tunc aut redarguitur inualidus processus propter conditionem personæ accusatoris, vel omissionem alicuius solemnitatis non seruatæ, vel aliud simile, aut quia dicatur factus penitus coram nō competenti. ¶ Primo casu, aut ipsa confessio de delicto emanat principaliter, & de per se; quia de hoc quærebatur, & ex tali potest confessus damnari. Casus est in d. l. si confessus. Ita intelligitur quod not. Inn. de accus. in c. qualiter, & quando. il secondo. in gloss. mag. in ver. non negamus tamen &c. Aut emanat tacitè, & ꝑ consequentiam alterius delicti: tunc ex canone nō p̄tō confessus dānari, nisi præcedat processus & validus. Ita loquitur gloss. in l. si filiū. C. de lib. caus. Pro hoc etiam, quia crimen incidenter deductum, vel per viam exceptionis obiectum non punitur,

l. Lucius

l. Lucius.ff.de infam. & ibi not. & pleniùs per Cyn. post Pe.C.de fal.vbi Bar.in l. 2.§.si publico.ff de adul.per Canonist.& per Innoc.ext.de except.in c. 1.possEt tamen nõ absurdè dici, ꝙ hoc verum, quantùm ad hoc, vt pœna ordinaria imponatur: sed extraordinaria saltem posset imponi, argum.C.de testi.l.nullum. Et hoc intellige, quando quis confitetur clarè, & apertè crimen : sed vbi quis non confitetur, nisi in casu, quo maleficium probetur : tunc est verum, ꝙ non potest puniri sine nouo processu. exemplũ in eo, qui se negat maleficium commisisse: sed in quantum de eo doceatur, excipit contra accusatum, ꝙ non debet audiri, eo quòd particeps est criminis. Ita potest intelligi d.l.si filium. ¶ Secundò casu clarum est, quòd ex ea non potest damnari, probatur extra de iudic. in c. at si clerici. facit.C.si à non compe.iudi.l.1.& quod not.ff.de custod.reo.in l.Diuus. Est enim tunc confessio nulla, siue emanet per modum voluntariæ, siue per modum contentiosæ iurisdictionis: quod fatetur. Ioan. And. quando iurisdictio iudicis incompetentis non potest prorogari per confitentem, secus si posset prorogari. Ita no. in Specu.de confess.in §.sequitur.ver.quinto modo non valet.in additionibus suis. Prodest tamen, vt postea coram competenti volens variare, & venire contra confessionem (etiam si fuisset extraiudicialis) non audiatur, nisi probetur, quòd in alium casum intelligebatur confessio sua, l. generaliter.C.de non num.pecun. Ita dicit Inno.notabiliter de elect.in c.per inquisitionem.& de succ.ab intest. in c. cum dilectus.vbi omnino vide. Adde etiam Innoc. in simili de iureiuran.in c.mulieri.vbi dicit, quòd licèt quis non possit venire contra illam confessionem: pôt tñ post sententiã latam contra illam confessionem.quod no.

Ex secundo principali dubio secundæ disputationis.

S V M M AE.

1 *Malefactorem receptans, vel occultans, si eum supersedeat offerre iudici, supplicio corporali, ac dispendio facultatum pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur.*

2 *Pœna à iure prodita contra receptatores, est prodita, cum apparet receptatus criminosus.*

3 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi.*

4 *Receptator, qui occultauit delinquentem, delicti commissi notitiam habens, puniri poterit, ac debebit extra ordinem arbitrio iudicantis, quasi eius pœna sit indeterminata à iure.*

Veniamus ergo ad secundum dubium principale, quod est, an eius receptator habens facti notitiam, possit inculpari de aliquo. ¶ Et primò arguitur, ꝙ teneatur, & ꝙ eadem pœna veniat puniendus, qua fugiens. ¶ Primò; quia cum habuerit facti notitiam, vt in facto supponitur, perinde debet puniri, ac principalis delinquens.ff.de recepta.l.1.in princip.vbi videtur text.coniuncta ibi glo.ad idem. C. de his, qui latro.vel ali.cri.reos occult.l.1. Appellatur ergo receptator malefactorum, de quo ibi. Ipsum aut fugientem esse malefactorem, indicat eius fuga, quæ videtur eum facere haberi pro confesso, vt d. l. in eos.& etiam verba thematis, quæ eum supponunt culpabilem. ¶ Secundò hoc confirmatur; quia saltem videtur auxilium, & fauorem præbuisse receptator ad euasionem delinquentis; ergo pariter obligantur, argum.C.de rapt.virg.l.1.post princ. meliùs probat ex.de homicid.in c. 1.lib.1.vbi videtur casus. ¶ Ad idem 21.q.3.c.qui peccantibus.vbi dicit, quòd defendens peccantem, acriùs punitur, quàm peccator. ¶ Tertiò; quia cum posset manifesto eius facinori obuiare propalando, & exhibendo eum curiæ, & hoc omiserit, interpretatur à iure delinquens, quo casu facientes, & consentientes pari pœna plectendos, catholica cõdemnat auctoritas. Ita dicit ad propositum tex.extra de senten.excommun.c.quantæ præsumptionis.facit ext.de homic. c. sicut dignum.& 83.dist.c.error. ¶ Quartò hoc confirmatur sic.talis actus receptationis sequens fugam, facit præsumi consilio, & malitia eius ad fugam deuentum, & cum eo hoc pertractatum, saltem cum nullo medio statim post fugam ad illum se contulit, arg.ff.de priuil.credi. l. si ventri.in fi.& quod ibi not.Bar. & l. post contractum. de dona.& Cin. in l.si quis post hanc.C.de bon.præscrip.ergo tanquam conspirator debet cum fugiente eadem pœna puniri, arg.d.l.1.in princ.ff.de effract.& d.l.in eos.in fi. ibi [eos verò] &c.vbi releuatur, qui conspirationem detexit; ergo patet, ꝙ tenebatur. ¶ Quintò † receptans, vel
1 occultans malefactorem, si eum supersederit offerre iudicibus, supplicio corporali, ac dispendio facultatum pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur. Ita dicit text.in l. 1.& 2. C.de his, qui latro.alibi videtur dicere, quòd vltimum supplicium non euadet, in l.fi.C.de male.& mathe.sed iste est huiusmodi, ergo. ¶ Sextò impediẽs exequutionem contra aliquem ad priuatum commodum, obligatur ad omne damnũ, & interesse partis offensæ, l.pen.§.in eum.ff.ne quis eum.& ff.de eo, per quẽ fac. est.l.fin.in princ.ergo fortiùs impediens illam, quæ attentabatur ad commodum publicum, argu.C.de leg. Auth. res, quæ.& de cad.tol.l.1.§.fi. sed iste impedit exequutionem vindictæ publicæ; quia punitionem delicti, l. ita vulneratus.ff. ad leg.Aquil.& ext.de senten. excom.c. vt famę.& quòd impediat, probatur in l. 1.post princ.ibi [fuisse autem] &c.ff.de eo per quẽ fac.est, pro hac ratione facit.C.de mendic.val.l.1.in fi. lib. 11. ¶ In oppositum, ꝙ receptator non teneatur, arguitur primò; quia licèt receptator alieni serui, sicut & persuasor, vt eũ deteriorem faciat, teneatur, vt l. 1.ff.de seru. cor. secus tamen videtur in libero homine, cuius non culpabilis receptationẽ, tuitionem, & defensionem nobis ratio iniungere videtur ipso iure naturali, quo homo homini astringitur ad benefaciẽdum, vt.ff. de iust.& iur.l.vt vim.& quod ibi no. hunc aũt non constabat culpabilem; ergo bonus, & innocens præsumendus, vt extra de præsump.c.vlt. & de scrutinio. c. 1.
2 ¶ Secundò ad idem; quia pœna † à iure prodita contra receptatores, est prodita, cũ apparet receptatus criminosus, & ita loquitur d.l.1.C.de his, qui latro.& l. 1.ff. de receptato. ergo oportet, quòd constet tunc illum esse cri-
3 minosum, arg.eius, quod dicitur, ꝙ † qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secũdùm tẽpus verbi.ff.de nox. act. l.in delictis.§.si extraneus.sed hic non constabat, vt dictũ est, ergo, facit qđ not.in simil.ff.de re.mil.in l.Diuus.& de re iudic.in l.4.§.condemnatum. ¶ Tertiò ad idem; quia hæc receptatio videtur facta, vt à manu curiæ iste liberetur, & defendatur: ergo est à iure ꝑmissa.ff.quod met.cau. l.metum §.sed licet.vbi videtur casus, facit quod not.ext. de senten.excommun.in c.quantæ.vbi vide glo. facit etiã de sent.excommun.c.dilectum. lib. 6. ¶ Quartò sicut præbens auxilium, & fauorem actui illicito, debet puniri, l.is, qui opem.& l.furti.§.ope.ff.de fur.& in qualibet earũ no.& probatur, & in d.l.1.C.de rap.vir.cum alijs supra allegatis; ita econtra quando actui licito, excusandus est, imò debet potiùs præmiari, argum.ff.de iust.& iur.l.1. in princip.& ad Syl.l.lege Cornel.& eodem titul.l.3.§.vtrũ. sed iste aufugiens attentat, quod licitum est: quia suum sangui-

sanguinem redemit,& effugit crimē homicidij sui ipsius, vt allegatum est supra circa princ. circa primum dubiū; ergo. ¶Quintò confirmatur; quia aut dicimus hunc teneri,quia receptauit:& hoc videtur falsum;quia vt receptatio puniatur,videtur requiri,quòd dolosa fuerit, & ꝙ abscondendi causa sit facta. Ita videtur probari in l. 1. §.quod autem.ff.de ser.cor.quæ est multùm notabilis ad statuta,si quis receperit bannitum, puniatur tanta pœna, &cęt.sed hoc non apparet hic. Aut dicimus eum teneri ratione scientiæ facti,quæ in themate supponitur,& hoc videtur deterius, attento maximè, quòd ex sola scientia, siue participio quis non obligatur,probatur.ff.de reg.iur. in l.culpa.& eod.tit.ī c.non est sine culpa.li.6. & no.glo. in l.vtrùm.ff.de procur. ¶Sextò etiam hoc confirmatur; quia hæc receptatio potest esse causa liberandi ipsum receptum à morte, & contrarium potuit esse causa mortis eius;debuit ergo receptari de iure, ne iudicari posset homicida, attento quod scribitur, quòd qui potuit hominē liberare à morte,& non liberauit,ab homicidij reatu non est immunis,sicut dignum est,& dicit Canon, ꝙ mortem languentibus probatur infligere, qui hanc (cum possit) non excludit.83.dist.c.1. ¶Pro solutione huius secundi dubij principalis (prædictis omnibus conquassatis hinc
4 inde) concludo,quòd talis receptator † puniri poterit,& debebit extra ordinem arbitrio iudicantis, quasi eius pœna sit indeterminata à iure,argu.l.1. §. expilatores. ff. de effractor.arbitrabitur autem iudex primò criminis qualitatem, vtrùm sit de maximis criminibus,de quibus loquitur d.l.fi.C.de male.& mathe. vt sic duri⁹ puniat receptā tem. Idem si sit de alijs criminibus, in quibus specialiter reperiatur certa pœna à iure statuta, vt in c. 1. de homi.li. 6.vt illam.s.arbitraretur,& idem in similibus.Item considerabit,an aliquod emanauerit edictum,vel pręconium de eo exhibendo ad certā pœnam, & non exhibuit,vt ad illam condemnet illum non exhibentem velut contumacem,l.1.in prin.ff.si quis ius di.non obtem.Item vt si talis receptator sit affinis, vel cognatus delinquentis, minorē in eum arbitretur pœnam,l.fi.ff.de recep. Et ex his videtur, quòd ad concordiam reducantur omnia supra hinc-inde allegata.

Ex tertio dubio principali secundæ disputationis.

SVMMAE.

1 *Factum mulieris, quæ sub colore mutati habitus, maritum exemit à carceribus,an fuerit laudabile, uel puniēdū:de quo videas,quæ latè circa tale dubiū fuerūt ab Auctore tradita.*
2 *Delictum,ad quod committendum quis arctatur,licèt aliàs sit punibile,tamen in persona necessitata non punitur. &cæt.*
3 *Quicunque peccans,peccat in eo,quod vitare non potest,quando peccat.*
4 *Consentiens, vel acquiescens delinquenti, non dicitur aliquid facere,sed potius actui non resistere.*

1 Circa tertium dubium † principale,quòd est, an tale mulieris factum sit damnabile, vel laudabile quouis iure, est etiam ante omnia arguendum ad partes. Arg.ergo primò, ꝙ sit dānabile,& punibile, quod probatur. Maius videtur delictum,& maior fraus,quæ cō mittitur per mutationem habitus,per quem homo à muliere secernitur, & qualitas personæ à persona, vt l. item apud Labeonem.§. si quis virgines.ff.de iniu.quàm sit solius nominis mutatio:& tamen constat,quòd mutatio nominis dolosa, & in fraudem alterius puniri debet pœna falsi,vt no.glo.in l.1. C.de mut.nominis.ergo fortius dolosa mutatio habitus.¶Secundò hoc idem,ꝙ sit damnabile, suadere videtur;quia ex hoc facto insurgit cōtra mulierem præsumptio,ꝙ super hoc tractatum habuerit cum viro,& ꝙ eius sagacitate hoc excogitatum fuerit;præsumitur.n.viro sagacior,not.glo.in l.2.C.de his,qui ve.æta.impe.ergo ipsa videtur fuisse principalis, & immediata causa fugæ;ergo debet puniri,& etiam quia saltem tanto facinori viri potuit obuiare,ergo tenetur;quia nō caret scrupulo societatis occultæ &cæt.83. dist.c.error.& extra de homic.c.sicut dignum.& 23.q.3.c.qui potest. ¶Tertiò principaliter, quia præbēs auxilium carcerato pro quolibet crimine,vt exeat, incidit in pęnam capitis;quia dicit in leg.Iuliā maie.incidere,l.lex.12.tab.& l.cuiuscunq;.in fi.ff.ad l.Iul.maie.tunc arguo sic.vxor nō excusatur,si maritum eius criminosum receptet,licèt mitiùs puniat̄, quā omnino extraneus,l.fi.ff.de recep.ergo nec hæc dēt excusari,si ei præbuit auxiliū ad euasionem carcerum,attenta paritate criminis,& pęnę,vt ꝓbatur ex coniunctione leg. de effra.l.1.in prin.& d.l.cuiusque.in fi.¶Quartò hoc cō firmatur;quia hoc iudicatur de atrocioribus,& de maioribus criminibus,qđ probat qualitas pœnæ,vt patet in d. l.cuiusq;.in fi.coniuncta d.l.2.& quod ibi no.ff.de pub.iu di. sed in atrocibus filius non tenetur parere patri, imò parens(iussu non obstante) punitur,l.liber homo.in prin. & ibi no.ff.ad leg. Aquil.&.ff.de re.iur.l.ad ea.facit.ff.qđ vi aut clam.l.is,qui in puteū.§.si tutoris.& de act.& ob.l. seruus.§.nō in oībus.& tamen maior est subiectio filij erga patrem,q̄ sit vxoris erga maritum,vt colligi pōt ex no. in l.si vxor.C.de con. inser. & Inst.ad Tur.§.1.& 2.ff. de his,qui sunt sui,vel ali.iur.l.1.post prin.coniuncta glo.ibi super verbo.in seruos.& l.consensu.post prin.ibi[si se verberibus,quæ ingenuis]&cæt.C.de repu. inducendo;quia permittebat̄ in filium,sicut & in seruum insæuire:nō tn̄ in vxorē,vel si non sit maior:tamen videtur par subiectio,vt videtur probare tex.11.q.3.ī c.si dominus.Si filius non tenetur in talibus parere; ergo minus vxor: imò parens in hoc puniri debet.¶Quintò eximens captum pro priuato commodo,tenetur parti ad interesse,l.pen.§.1.ff. ne quis eum,qui in ius vo.&cæt.ergo fortiùs teneri debet, qui est causa exēptionis detēti pro publico interesse, arg.C.cōia de leg. Auth.res,quæ.C.de cadu.tol.l.1.in fi.&.C.de colla.fun.patri.l.1.in fi.lib.11. Sed mulier in casu isto virum detentum exemisse vr̄,l.sed eximēdi.in prin.ff.ne quis eū, qui &cæt.ergo puniri debet. ¶Sextò confirmari vr̄; quia rōne coniunctionis nō excusat̄ is,cuius culpa delinquens fugit,imò tenetur,l.si quis reū.ff.de custo.reo.iuncto eo, quod no.Ci.in l.ad cōmentariensem.C.eo.si cognatus tenetur,vel alius coniunctus;ergo fortiùs vxor,cuius ad virū nulla coniunctio,imò solùm cā affinitatis dr̄,vt no.in l. qđ seruus.ff.de cond.ob.cām.& l.non ideo.C.de hær.inst. ¶Septimò ad idem,ꝙ sit damnabile,ꝓbatur;quia valens impedire delictū,& non impedit,vel ei non resistit, vr̄ delinquenti fauisse,& cum eo participasse delictū,probatur de senten.excō.in c.dilecto.lib.6.definit.n.manifesto obuiare facinori,ergo &cęt.de sentē.excō.c.quantę.& d.c.sicut dignū.sed ista mulier poterat hanc fugā impedire,vel ei resistendo, vel post eum clamando, vel fraudē mutati habitus custodibus detegendo, quo detecto nō fuisset verisimiliter permissus exire:ipsa aūt hoc nō fecit; ergo pro hoc;quia licèt quis nō teneat̄ facto delinquētē impedire: tn̄ tenet̄ eū impedire verbis,vt no.in l. culpa caret.de reg. iur.¶Octauò ꝓ hoc ēt facit;quia ex quo mors inferebat̄ viro suo iustè;quia ꝑꝑ suum delictum; ergo non videtur,

quòd eum modo aliquo potuerit impedire, vt probatur 23.q.5.in c.reos.& no.gl. in eadem causa.q.3.i c.nō inse renda. Pro quo vr etiam multum facere, quod scribit Augustinus de de ciuitate dei, vbi dicit, ꝙ pòtius debuit oĩa mala pati, quā malo consentire. 32.q.5.c.ita ne. ¶Nonò pro hoc ēt facit; quia licèt homo ꝓ tēporali hominis salute laborare teneat: tñ cū nostro peccato alterius saluti nō debemus consulere, vt ꝓbat. 22.q.2.in c.faciat ēt homo. ¶Econtra autē, quòd sit laudabile, & sic nullo modo puniendum, arg. primò. Parificari videtur subiectio vxoris erga maritum, & serui erga dominum, per notata per gl. in l.3.§.si quis seruum.ff.de sta.lib.& ff.de ope.lib.l.sicut. sed ius astringit seruum, vt propriæ saluti suæ salutem domini præponat, l.1.§.eodem autem tecto.ff. ad Syll. ergo & eadem rōne ad idem intelligamus vxorem astrictam; cum ergo fecerit, ad quod arctabatur de iure, nullo modo debet puniri; imò potius excusari. Hāc autem parificationem de vxore ad seruum &cæt. bene probat, quod scribit. [sub viri potestate eris, & ipse dominabit tibi] scribit Gene. 3. bene facit etiam 11.q.3.c. si dominus.& hac parificatione attenta, hoc factum fuisse commendabile, & laudabile (saltem moraliter) suadet, quod commendabiliter legimus de illo Panopionis seruo, qui perquàm admirabilis fidei fuisse iudicatur; cum.n. ad dominum proscriptū occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinā villam venisse cognosceret, cōmutata cū eo veste, permutato ēt annulo, illum.s. dominum postico clam emisit, se autem in cubiculum, ac lectulum recepit, & vt Panopionē occidi passus est. Ita refert Valerius li. 6. c.8. de fide seruorum. ¶Item pro hac parte facit, quia domino (etiam excommunicato) vasallus ad obsequia tenetur, vt no.glo.11.q.3.c. Iulianus.& alibi dicitur, ꝙ contra omnes debet dominum iuuare, etiam contra fratrē, filiū, & patrem, tex. est in 10.col. in tit. hic finitur lex. deinde cō suetudines Reg. incipiunt. c.1. in fine. ¶Item hoc confir-
2 matur; quia † delictum, ad quod committendū quis arctatur, si aliàs esset punibile: tamen in casu necessitatis non punitur; quia videtur deesse in eius persona dolus, arg. C. de sica. l.2.& 3.& ff.eod.l.1.§. Diuus. ad hoc bene facit, quod dicit Augustinus dicens, ꝙ nemo peccat in eo, quod vitare non potest: quod debet intelligi secundùm theologos. i. nullus peccat in eo, quod aliquando vitasse non po-
3 tuit, antequam peccaret; nam quicunque † peccat, peccat in eo, quod vitare non potest, quando peccat. Et ideò ibi dē no. ꝙ si Diabolo suggerente, & Deo permittēte, putās se per errorem in homicidio sui præstare obsequiū Deo, sic ꝙ se ipsum interficeret, licèt ecclesia militans iudicet tales esse damnatos; non tamen damnatur in rei veritate, nec hoc ecclesia iudicaret, si ei de eius necessitate constaret: sed mulier metu reuerentiæ viri, semper præsumitur annuere voto eius, not.glo. singularis in l.1.§. quæ honorande.ff. quarum rer. actio. non da. Circa quod vide notata per Inn. de offic. deleg. in c. causam matrimonij. ergo & eius factum debet esse impunitum. ¶Item ad idem facit ratio formata. s. circa secundum dubium principale. s. quia, cum tale mulieris factū fuerit causa salutis viri sui, fuit meritorium, & laudabile (vt patet) quia aliàs iudicari posset homicida viri eum à morte non liberans, cum liberare potuisset, vt d.c.1.& c. sicut dignum. cum similibus. s.
4 alleg. ¶Item pro hoc; quia † consentiens, vel acquiescens delinquenti, non dicitur aliquid facere, sed potius actui non resistere, probat. ff. de manu. vin. in l. si pater. in fi. sed quis non tenetur delinquenti nō resistere, neque facto, neque verbo, secundùm veram, & communem opin. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & quā Bart. tenet in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & ꝑ Dy. in c. nō est sine culpa. de reg. iu. li. 6 ergo mulieri nil potest hoc casu imputari, cur marito non resistit: & sic in nullo debet puniri, etiam si supponamus virum fugientem deliquisse. ¶Item pro hoc bene facit; qa tale mulieris factum, etsi sonare dicatur in delictum: non videtur tamen, quòd sit de atrocioribus, maximè attento, quòd à talis habitus mutatione non trahebat necessariā consequentiam fuga viri; ergo in talibus debuit parere, attenta parificatione prædicta, vt not. in d.l. liber homo. & d.l. ad ea.&.ff. quod vi, aut clam. l. is, qui in puteū.§. si tutoris. Vltimò hoc factum fuisse laudabile, nobis moraliter suadet, quod scribit Valerius libr. 4. c. 6. de amore coniugali. in vltimo exemplo, cuius dictum referam infra statim in sequenti dubio. Ex istis omnibus quasi per identitatem rationis idem videtur posse argui in casu econuerso ad nostrum, scilicet quando econtra vir eadem forma fuisset causa liberationis vxoris: quod licèt in specie non viderim memoratum: multò tamen humiliora à viris in vxores poteris exempla veridica perlegere in Valerio c.3. &cæt. Et pro hac parificatione ad casum econuerso adduco gloss. singularem in d.c.1. in fin. in titu. hic finitur lex, deinde consuetudines Regni incipiunt. in gloss. super verbo, filium. bene facit tex. in l. non tantum. in fi. ff. de re iudi. ¶Pro solutione huius tertij dubij aduerte, quòd in hoc dubio concludere non est meum: sed DD. theologorum, & naturalium philosophorum, quorum correctioni, & declarationi omnia ex nūc expressè submitto: sed quantùm ad nudum Legistam pertinet, prima fronte quilibet diceret tale factum laudabile, & meritorium: & sic non punibile, attento primo affectionis vinculo, quo vxor viro astringitur. C. de cri. expila. hær. l. aduersus.& subiectionis, qua viro tenetur, vt in alleg. s. in prima ratione ad istam partem. Attento etiam potissimè, quòd ab hac habitus mutatione non trahebat necessariam consequentiam fuga viri: licèt enim fugæ viam pararet, vel parare posset: non tamen tenebatur mulier in hoc ei resistere, neque verbo, neque facto, l. metum. §. sed licèt. ff. quod me. cau. vt est communis opin. de qua supra, maximè etiam considerato, quòd acclamando, poterat esse causa mortis viri sui, vel saltem flagitiorum eius; potuisset enim vir in hoc deprehensus (fortè per curiam) inculpari, quòd aspirasset effractis carceribus, & elusis custodibus, euadere: & super hoc pro veritate eruenda asperrimè cruciari, quasi ex his haberetur satis vehemens indicium ad torturam, secundùm not. per Ci. in l. de tormentis. C. de quæst. vel saltem durioribus affici vinculis, quasi de fuga suspectus. C. de custo. reo. l.1. coniuncta glo. singulari in l.2. in prin. ff. de seru. fugi. in verbo, permittatur. Et sic in hoc dubio iudicaretur actus iste commendabilis, & meritorius; aliàs enim continuò posset ei impingi, quòd fuisset culpa mortis viri. ¶Quicquid tamen sit, argumenta regulæ, ꝙ tale factum non fuerit commendabile, de iure videntur magis vrgentia; moraliter autem loquendo, maximè propter rem boni exempli, & vt mulieres ad maiorem dilectionem coniugum inuitentur, sic & hoc modo concordari possent omnia prædicta, &cæt.

Ex quarto dubio principali secundæ disputationis.

SVMMÆ.

1 *Mulier, quæ sub colore falsi habitus exemit virum à carceribus, potuit, et debuit iustè affici præmio donationis omnium iurium*

iurium à DD. Antianis, de qua ibi, & latè per Auctorem.
2 *In mandato generali licèt non veniat donatio, quæ procedit à mera, & libera voluntate: tamen secus est in ea, quæ fit ob aliquam causam subsistentem, quæ appellatur potius remuneratio, quàm simplex donatio.*
3 *Antiani ciuitatis Bononiæ sunt in ea domini, & repræsentāt populum.*
Item sunt vicarij Papæ, quò ad omnimodam iurisdictionem, ex speciali concessione tā Vrbani 6. quā ēt Bonifacij noni. nu. 4
5 *Merentibus præmium pollicetur à iure.*
Item sub spe præmiorum allicimur ad bonum.
6 *Propter rem perniciosi exempli disceditur à dispositione legali, & exacerbatur pœna, & econtra.*

Circa quartum dubium principale, quod est, an iustè, & moraliter potuerit, & debuerit præmiari. ¶Et præmitto pro huius intelligentia, quòd hoc dubium (vt de se patet) duas habet partes, vnam concernentē præmiantis potestatem, aliā eius debitū, & conuenientiam: & de quolibet examinandum per se. Secundò præmitto, quòd magna pars declarationis huius partis dependet à coniunctione dubij præcedentis; vnde & rationes, & iura inducta ad illud, possent & in hoc repeti. ¶Primò ergo, quòd non potuerit, arguitur primò ex defectu potestatis donantis; nam habens potestatē, quantuncūq; largam, & liberam, non potest donare, l. contra iuris. § si filius. ff. de pac. bene facit quod not. C. de transact. ī l. Præses. & in l. filiusfa. in princ. ff. de dona. & est ratio text. in l. seruus furiosi. ff. de manu. ergo quantuncunque potestatē habeant domini Antiani, non poterant istam in aliquo præmiare. Neque potest dici, quòd in hoc Principem, vel Pontificem repræsentent; quia hoc videtur esse de reseruatis Principi ex priuilegio culminis principalis: & sic talia populo quæri non possunt; quia in eis nulla currit præscriptio, not. Io. An. de cler. ægro. in c. 1. lib. 6. Simile dicimus esse in Papa, vt in talibus etiam reseruatis in signum papalis culminis, & prælationis nulla currit præscriptio, not. gl. de præscrip. ī c. cum nobis. & Inn. de postu. præla. in c. bonæ. il 2. bene facit ad idem quod no. extra de fide instr. in c. cum. P. quæ prædicta singulariter notato. ¶Secundò hoc confirmatur. s. quòd hæc donatio fuerit omnino nulla, per tex. in l. ambitiosa. de decre. ab or. fa. vbi talis liberalitas omnino videtur inualida. ¶Tertiò Antiani non habent de iure talem potestatem liberandi illum, si veniret in fortiam Cōis, quod non deberet puniri, nisi hoc appareat eis concessum à Papa, cui immediatè subsunt, vel à populo in Cōsilio generali, quod in ciuitate ista Principem repræsentat, primum probatur in l. relegati. in fi. ff. de pœnis. sed iste videtur huiusmodi, vt patet in d. l. in eos. ff. de custo. reo. ergo remissio, & donatio huius iur. saltem hac forma non tenuit. ¶Quartò hoc confir. quia si hæc mulier ex hoc facto puniri debet, vt. s. est allegatum, ergo non præmiari; quia ex eo, ex quo quis meretur pœnam, non debet consequi præmium. l. siue hæreditaria. in fi. ff. de neg. gest. cum si. ibi allegatis. Antiani ergo præmiādo, videntur in hoc derogare legi: sed nulli dubium, quòd derogare legi, est de maioribus, quæ toti populo reseruantur, vt l. omnes populi. & ibi no. ff. de iusti. & iur. & est de requirentibus specialem concessionem: & sic non venit in mandato generali, quantuncunq; libero, arg. ff. de mino. l. illud. §. 1. & eo. tit. l. patri. & videt in specie casus in d. §. quibus. & ibi vide Bart. ergo Antiani ipsi non potuerunt. ¶Quintò pro hoc; quia talis donatio omniū iurium &c. est generalis, & larga, probat dictio, omnium, quæ est vniuersalis affirmatiua, l. à procuratore. C. mādati. & etiā qa deriuat à munificentia, & liberalitate Principis, quæ semper debet interpretari latissimè, l. fi. ff. de consti. prin. cōprehendit ergo omne ius accusandi quæsitum contra eā, & etiam contra virū: sed secundùm hoc ista donatio apertè repugnat fauori, & vtilitati publicæ, quæ versatur in punitione delictorum, d. l. ita vulneratus. cum sim. & inducit remissionem delicti, quod non venit in mandato, quantuncunque lato, l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Antiani ergo eam non debuerunt posse facere. ¶Sextò confirmatur hoc & alio respectu; quia cum ex tali donatione tollatur ius accusandi, etiam parti, & priuato quæsitum, quod licèt populus ipse generale consilium repræsentans, secundùm no. in d. l. ambitiosa. possit. l. vēditor. §. si constat. & ibi no. ff. communia prædio. & de pollici. l. totiens. in fi. tamen ipsis Antianis hoc concessum non videtur, cum in libero arbitrio, & lata concessione hoc non veniat, ꝙ quis disponere possit in aliorum iniuriam, l. 2. §. meritò. & §. si quid à Principe. ff. ne quid in lo. pu. talis ergo præmiatio tenere non debuit, saltem illa forma, qua facta supponit. ¶Septimò ad idem. Nemo, qui condemnare non potest, absoluere pōt. Ita dicit tex. in regula iur. nemo. ff. de reg. iur. sed DD. Antiani non possent de hoc crimine condēnare inquisitum, cum hoc spectet ad Præsidem huius loci, in quem à populo hęc pōtas trāslata est; ergo nec absoluere: quod facere videntur hæc iura, donando mulieri. ¶Item ad idem, ꝙ præmiari non potuerit; quia dato, ꝙ ex hoc facto veniret præmianda, & ꝙ Antiani ēt potuerint eā præmiare: tamen attento, ꝙ hoc mulieris factum concernit cōmodū viri sui tm̄, non debuit de publico p̄miari: sed potius de bonis viri, cui fauorē præstitit ad salutem, arg. ff. ad Syll. l. lege Corn. ¶Item ad idem, ꝙ neq; potuerit, neque debuerit, facit; quia præmium pollicitū non datur socio criminis. l. 4. §. si tibi iudiciū. & ibi no. per Doct. ff. de cond. ob. tur. cau. sed mulier ista fuit hic particeps fugæ viri; ergo nullum potuit, nec debuit ei præmiū constitui; qa nec pollicitū deberetur. ¶Itē hoc confirmatur; quia dato ꝙ hoc esset cōmendabile, & tale, ꝙ præmium mereretur: tamen hoc casu mulieri non debebatur. Nā pręmiū à iure alicui pollicitum pp actum meritoriū, debetur solū ei, qui ad actum illum sponte prosiliunt, tex. est in l. 3. §. sed vtrū. ff. ad Syll. qui est tex. no. multùm ad multa, vt ibi not. sed alio non apparente, pręsumendum vr̄, ꝙ mulier videns se in carceribus reclusam, & subiectam periculo, potius hoc attentauerit suo metu spontaneo, quàm metu, & reuerentia viri, attenta fragilitate mulierum, ergo &cæt. ¶Itē ad idem, ꝙ etiam non debuerit; nam pp obedientiam, & obsequium, ad quod tenetur viro (vt supra dictū est) mulier tenebatur ad hoc, ergo ei præmium non debetur: imò turpiter propter hoc videtur recipere, arg. ff. de cond. ob. tur. cau. l. pen. ¶Item ad idem, ꝙ nec moraliter debuerit, facit quod scribit Boetius de cōsola. prosa. 4. ante fi. vbi inquit & probat, ꝙ graue quid cōmittēs, non ab iratis: sed à propicijs potius, miserantibusq; accusatoribus ad iudiciū (veluti ægros ad medicū) duci oportet, vt culpæ morbos supplicio resecaret, quo pacto defensorum opera, vel tota frigeret, vel si p̄desse hominibus mallent, in accusationis habitum verteretur. &cæt. vbi vide secundū hoc ergo ista mulier potius debuit esse causa punitionis viri, quàm euasionis: cuius tamen contrarium ipsa egit, ergo &cæt.
1 ¶Econtra ꝙ imò potuerit, & debuerit † præmiari. ¶Pri-
2 mò; quia licèt in mandato † generali non veniat donatio, quæ procedit à mera, & libera voluntate dantis, vt l. donari. ff. de don. & l. donari. ff. de regu. iur. secus tamen videtur in ea, quæ fit ob aliquam causam subsistentem, quæ appellatur potius remuneratio, quàm simplex donatio.

natio.ff.de dona.l.Aquilius.talis enim, etiam tutoribus, administratoribus, & similibus est permissa, l.cum in plures.§.pen.§.de administr.tuto.& de dona.l.filiusfami.2.respon.& not.per Bart. in d. l. ambitiosa.

3 ¶ Secundò Antiani † in hac ciuitate sunt domini, & repræsentant populum, l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur. & arg. l. item eorum. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. populus autem in ciuitate Principi non subiecta: cui tamen iurisdictionem concessit, vt est hic, vbi Antiani sunt
4 † vicarij Papæ, quò ad omnimodam iurisdictionem ex speciali concessione tam Vrbani Sexti quã etiã Bonifacij noni, & habet omnem potestatem, quam habet Princeps, secundum no.per Doct.in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.sed certum est, quòd Princeps posset hoc facere in loco sibi immediatè subiecto, in qua posset ad libitum (vt in re propria) disponere, arg.l.in re mandata.C. mandati.& de pollici.l.toties.& videtur casus in l. relegati.in fi. ff.de pę.ergo. ¶ Item quòd præmiari debuerit, facit; quia
5 merentibus † præmium pollicetur à iure. C. de statu. & imag.l.& virtutum.& sub spe pręmiorũ hortamur ad bonum.ff.de iust.& iur.l.1.in princ.& ibi cõcor.sed hæc mulier bonum operata est; quia salutis viri causa fuit: & sic patet, quòd contra pessimum fęminarum genus, & earũ naturalem instinctum, operata est: quæ vt plurimùm de maritorum morte lætantur, vt no.in glo.l.pater Seuerinã. §.socrus.ff.de cond.& demon.hoc etiam confirmatur de iure; quia & aliàs in simili propter euidentiam vtilitatis resultantis in communi (sicut & hic resultare videtur ex hac incitatione ad salutem omnium maritorum) receditur à prohibitione de manumittendo, inducta ex prouisione hominis, vel legis, vel iudicis, vel alio quouismodo, & libertas in præmium conuertitur. probatur.ff.ad Syll.l.1 l. 3. §.hi quoque.coniuncta l.seruus hac lege.ff.de manumis. bene facit l.1. in prin.C.ex quib.cau. seru.accip.liber.ergo & eadem ratione in isto casu. ¶ Confirmatur hoc;
6 quia propter rem perniciosi exempli disceditur à † dispositione legali, & exacerbatur pœna &c.l. aut facta.in fi.ff. de pęn.cũ cõcor.ibi; ergo, & cæt.Et ecõuerso vbi occurrat res boni exempli, etiam si res videatur aliàs sonare in delictum, debet legalis dispositio alterari, arguendo ab oppositis, vt quod operatur propositum in proposito &c. vt probatur.C. de repud. hæred. l. sicut.sed ista res est boni exempli, & per quam mulieres ad amorem coniugum, & conseruationem eorum viriliter excitantur. Hoc etiam suadent & multa veterum instituta, quæ nobis, vt meritoria commendantur. Legimus, quòd vxor Curia quintum Lucretium virum suum à triumuiris proscriptum, intra cameram, & tectum cubiculi abditum, ab imminente exitio non sine magno periculo suo tutum præstitit, vt cũ cęteri proscripti in alienis, & hostilib⁹ regionibus per summos corporis, & animi cruciatus vix euaderent, ille in cubiculo, & in coniugis sinu salutem retineret. ¶ Legimus & de Sulpitia, quæ cum à matre Iulia diligentissimè custodiretur, ne Lentulum Crustellionem proscriptum virũ suum proscriptũ in Siciliam prosequeretur: nihilominus familiari veste assumpta, ad eum clandestina fuga peruenit, nec recusauit se ipsam proscribere, vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret. Ita refert Valerius lib.6.c. 7. de fide vxorum erga viros. ¶ Legimus & formalius ad hoc nostrum propositum, quòd Myniæ, quorum origo ex inclyto sociorum Iasonis numero Lemniorum in insula concepta, per aliquot sæculorum vices stabilis in sede manserat, à Pelasgis expulsi armis, alienæ opis indigentes, excelsa Taygetorum montium iuga supplices occuparunt: quos Spartana ciuitas respectu Tyridaridarum (namque in illo nobilis famæ nauigio destinatum sideribus par fratrum fulserat) deductos inde, legibus co moribusq; suis immiscuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam benemeritæ vrbis regnum affectantes, verterũt. Igitur publicæ custodiæ inclusi, capitali seruabantur supplicio: qui cum veteri instituto Lacædemoniorum, noctur no tempore passuri essent: coniuges eorum illustris sanguinis, ibi velut alloquuturæ perituros viros (impetrato à custodibus aditu) intrauerunt, commutataque veste per simulationem doloris, velatis capitibus eos abire passæ sunt. Ita refert Valerius lib. 4. c. 6. de amore coniugali. vbi post prædicta verba (commendando mulieres illas) subdit hoc loco. quid aliud adiecerim, quã dignas fuisse, quibus Myniæ nuberent? Conclus. & solutionem huius articuli, collige ex solutione dubij præcedentis, & quod ibi dixi.

Ex quinto dubio principali secundæ disputationis.

SVMMAE.

1 *Omnium, dictio vniuersalis requirit concursum omnium particularium sub illa vniuersali comprehensorum.*

2 *Vniuersalis, & indefinita æquiparantur.*

3 *Dispositio odiosa vniuersaliter concepta, sicut & fauorabilis, cõprehendit oẽs personas, quæ ex ea possent specialiter lædi.*

4 *Donatio omnium iurium & cæt.collata à dominis Antianis in mulierem, quæ sub colore mutati habitus exemit maritum suum à carceribus, nõ continet omne ius quæsitum communi, nec est ita latè sumenda.*

5 *Antiani præfecti regimini ciuitatis Bononiæ, in temporalibus, & spiritualibus sunt vicarij ecclesiæ, et suum Superiorem immediatè Summum Pont.recognoscunt, à quo omne imperium, & iurisdictionem habent.*

6 *Concessio generalis (etiam per viam priuilegij emanans) in quantum sit derogatiua iuris communis, restringitur, vt quàm minus fieri possit, illi deroget.*

7 *Priuilegia Principum quando sic possunt intelligi, quòd aliud operentur sine priuatorum iniuria, ita semper intelligi debẽt, vt priuatorum iuri non derogent.*

8 *Donatio omnium iurium, & c.collata à DD. Antianis in mulierem, quæ sub colore mutati habitus, maritum exemit à carceribus, an de iure subsistat, & an ex defectu insinuationis omissæ dicatur inualida.*

9 *Ius iudicatur omnino, & regulariter secundùm naturam eius, quod ex ipso iure consequi possumus.*

10 *Donatio tacita, si legitimam summam excedat, requirit insinuationem.*

11 *Pretium rei, & valor iudicatur, & discernitur secundũ quòd communiter ex re ipsa percipi, & haberi posset.*

12 *Donatio Principis sicut non infirmatur ex defectu insinuationis, ita nec populi, & DD. Antianorum, qui ipsum Principem repræsentant.*

1 Veniamus ad quintum dubium principale, quid operetur dicta † donatio oĩum iuriũ &c.& an de iure subsistat. Et vt de se patet, hæc sunt duo dubia sic simul vnita. ¶ Primum, quid importet ista donatio. ¶ Secundum an teneat, de quolibet genere eorũ videndum per se. ¶ Circa primum ergo arguitur primò, quòd contineat omne ius communi quæsitum, siue accusandi, siue inquirendi tam cõtra virum, quã contra se mulierem, si culpabilis esset, & etiam contra aliũ quencunq; quod primò indicant verba generalia donationis (vt patet

tet ex themate) à quibus recedendum non est.ff.de exer-
cito.l.1.§.si is,qui nauem.& de leg.3.l.non aliter.cum si-
milibus.generaliter ergo sumenda sunt,l.1.§.generaliter.
ff.de leg.præstã.& ff.de publi.l.de pretio.& de offi.præs.
l.3.cum similibus. ¶Confirmatur & hoc significatu il-
lius dictionis vniuersalis, omnium, quæ requirit concur-
2 sum † omnium particularium sub illa vniuersali compre-
hensorum,vt l.à procuratore.C.man.& C.sine censu, vel
reli.l.omnes.& not.19.di.c.si Romanorum.cum concor.
3 ibi. ¶Item quia † vniuersalis, & indefinita æquipa-
ratur,vt no.ff.de leg.2.ī l.si pluribus.& ī l.si necessarias.§.
si annua.ff.de pig.act.& extra de elect.ī c.vt circa.lib.6.
vbi de hoc per Ioan.And. sed indefinita hoc casu compre
henderet omne ius quæsitum cuicunque, & contra quen-
cunque,arg.l.si seruitus.ff.de seruit. vrb. præd.attento ꝙ
licita sit argumentatio de personis ad tempus, & econ-
uerso,l. qui plures.& ibi not. ff.de vulg.& pupill.ergo &
ista vniuersalis. ¶Confirmatur & istud attento, quòd
hęc munificentia, vel liberalitas deriuat à repræsentanti-
bus in hoc loco Principem,vt.s.probaui in pręcedenti du-
bio; ergo latissima eius est fienda interpretatio,l.fin.ff.de
consti.Prin. ¶Item & quartò principaliter; quia maior
fauor adhibetur in dispositione liberatoria, & gratuita,
quàm in obligatiua, vt in reg. iur. fauorabiliores. & ff.
de actio.& oblig.l.Arrianus. & tamen in obligatoria in-
definita,veniuersali,vel generali veniunt omnia pręsentia,
& futura,& acquisita,& acquirenda contra quemcunque,
l.fin.C.quæ res.pi.ob.pos. ergo fortiùs in liberatoria,vel
saltem apta quò ad effectum liberare,vt est hic. ¶Con-
4 firmatur hoc & quintò principaliter sic. Dispositio†odio
sa vniuersaliter concepta,comprehēdit omnes personas,
quæ ex tali dispositione specialiter lædi possent, vt colli-
gitur ex not.per Doct.in l.2.ff.de lib.& posthu.& eodē ti
tu.in l.Titius.in princ.& in l.placet.& Insti.de exhær.lib.
in princip. Si hoc facit dispositio odiosa;ergo multò ma-
gis,& fortiùs dispositio fauorabilis debet comprehende-
re omnes, quibus ex ea specialiter posset fauor insurgere,
arg.de libe.& posthu.l.cū quidam.& de regu.iur.c.odia.
lib.6.& sic virtute huius concessionis videtur in arbitrio
mulieris liberare maritum à pœna, quam incurrisset pro
pter fugam, adeo quòd si maritus fugiens haberetur ex
fuga pro confesso,secundùm l.in eos.& quod ibi nota. de
custo.reo. & curia vellet contra eum procedere vigore de
licti, super quo præcesserat inquisitio, non poterit prædi-
cta confessione vti,inuita dicta muliere donataria. Item
nec contra eum iteratò inquirere ad pœnam, quæ veniret
ipsi viro irroganda ex fuga. ¶Ex aduerso quòd non
tantum operetur, nec tantum importet dicta donatio:
sed magis strictè interpretari debeat, arg.primò. quia si
sic largè sumeretur (vt dictum est)importaret translatum
in ipsam mulierem imperium, & iurisdictionem punien-
di virum fugientem,de crimine, de quo inquisitus est, si
ipsi mulieri visum fuerit,& etiam custodes carcerum (in-
quantùm concluderemus eos obligatos eadem pœna,
qua delinquens:de quo dicetur.j.in vltimo dubio) & sic
concernentia merum imperium delegata, vel in alium
translata reperientur,contra naturam ipsarum causarum
meri imperij, de quibus in l.imperium.ff. de iurisdi. om.
5 iudi. ¶Confirmatur & istud; quia DD.Antiani † huic
inclito Regimini præpositi, sunt vicarij in temporalibus,
& spiritualibus ecclesiæ, & in suum Superiorem imme-
diatè Pontificem recognoscunt: & sic omnem iurisdictio-
nem (quam habent)& omne imperium, in hoc loco
adepti sunt; talem ergo iurisdictionem, vel imperium (ēt
ex expresso consensu) à se abdicare non possunt, nisi hoc
facerent in manibus Pontificis, à quo consequuti sunt,
probatur in l.2.§.& cum placuisset.ff.de origi.iur.&.ff.
de offi.Præf.in l.legatus. Idē de Episcopo dicitur 17.q.1.
c.Gonsaldus.& 6.q.3.c.denique. Ad idem quòd imò de-
6 beat restringi ista donatio, probatur sic. Generalis†con-
cessio (etiam per viam priuilegij emanans)inquantùm sit
derogatiua iuris communis, restringitur, vt quàm minùs
fieri possit,illi deroget,arg.C.de sacrosanct.eccles.l.1.&
quod ibi nota. quia nec hoc præsumitur esse de mente
concedentis.C.de inoffic.testam.l.si quando. sed ista est
huiusmodi, vt dictum est, ergo. ¶Quartò ad idem,
quòd restringi debeat, vt saltem non importet remissio-
nem potestatis accusandi, competentis cuilibet de popu-
lo, probatur sic. Vbi Principum priuilegia sic possunt
7 intelligi,†quòd aliud operentur sine priuatorum iniuria,
ita semper intelligi debent, vt priuatorum iuri non dero-
gēt,probatur extra de rescrip.in c.quamuis.& in c.si pro-
pter tua debita.in fi.lib.6.& in l.2.§.meritò.&.§.si quis à
Principe.ff.ne quid lo.publ.sed ista concessio est huiusmo
di,vt probabo, ergo. Quòd sit huiusmodi,probat̄ ita. Ex
hoc facto uidentur duo iura prodita,vnum inquirendi hic
ex forma statuti: & istud est quæsitum communi, & eius
officialibus ad exequutionem vindictæ publicæ, aliud ac
cusandi competens cuilibet de populo. Ita not.in l.tran
sigere.C.de transa.& in l.eum,qui.§.in popularibus.de iu
reiuran. Modò ad propositum; cum generalia verba
huius donationis, omnium iurium &cæt. possint de pro-
prio significatu, & salua ratione recti sermonis, restringi
ad quæsita communi, prout in communi, non autem in
particulari singularibus de populo, videntur ad hoc tan-
tùm restringenda, arg.ff.de solu.l.si ex pluribus.& quod
nota.C.de transac.in l.si de certa.& de pac.in l.emptor.
§.Lutius. quòd autem salua ratione recti sermonis pos-
sint ita intelligi, facit de rer.diui.l.in tantum.§.vniuersi-
tatis.& de in ius vocan.l.sed si hac.§.qui manumittitur.
& secundùm hoc sequeretur, quòd licèt iudex non pos-
set inquirere, nec contra virum, nec contra eam (in quan
tùm eam iudicaremus culpabilem) & hoc cum tale ius
videatur ipsi mulieri donatum: tamen quilibet de popu-
lo poterit accusare, argu.prædictorum. Sed certè licèt
dicamus eam sumi largissimè,vt suadent rationes primę,
siue magis strictè, vt in rationibus secundo factis ad idē,
salua determinatione cuiuscunque melius sentientis, non
puto DD. Antianos ita largam donationem facere po-
8 tuisse,maximè per alleg.s. ¶An autem talis† donatio de
iure subsistat,qđ est secundum dubium quarti dubij prin
cipalis,aduertendū puto ꝓ euidentia,ꝙ huius dubij con-
sultatio causari potest à duobus. ¶Primò habito respe-
ctu,an subsistat,attenta potestate donantium: & hoc re-
spectu circa hoc dubium nullatenus est insistendum; pri-
mò quia hoc esset superuacuum, propter particularem
disputationem de isto factam.s. secundò quia in facto
supponitur,quòd valuerit. ¶Secundò potest dubitari,
an subsistat propter alium defectum, scilicet insinuatio-
nis omissæ, & de hoc inquirā attenta forma iur. Arguitur
ergo primò,ꝙ nō teneat;quia clarum est,ꝙ donatio, quę
excedit quingentos aureos,non tenet de iure sine insinua
tione,l.sancimus.C.de donatio.& l.si quis ꝓ redemptio
ne captiuorū.in fi.C.de epis.& cler. sed ista est huiusmo-
di, siue dicamus eam sumi largissimè, vt primò argui in
præcedenti dubio: & sic contineat ius inquirendi & pu-
niendi de crimine: & sic facultatem mortis inferendæ,
quæ est priuatiua vitæ:vita autem inæstimabilis est, l.ser-
uitutem.de reg.iur.iuncta l.procurator ad exibend.§.fin.
ff.rem ra.habe.facit l.liber homo.ff.ad leg.Aquil.siue di-

camus eam sumi magis strictè, vt etiam supra dixi ea-
9 dem ratione. Pro quo facit; quia ius † iudicatur omnino, & regulariter secundùm naturam eius, quod ex ipso iure consequi possumus, l. 2. & ibi not. C. si aduer. transf. & l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. sed licèt aliàs dicatur, quòd teneat, saltem vsque ad quingentos aureos, vitietur autem saltem quod vltra est, d. l. sancimus. §. sin autem non in auro. & no. in l. græcè. §. illud. ff. de fideiuss. tamen hoc casu in totum videtur nulla, quasi contineat quid indiuisibile: & sic ratione inutilis vitietur vtile, per not. per Doct. vt Guil. & Iaco. Butrig. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & per Dyn. de reg. iur. in reg. vtile. & per Bart. aliquid in d. §. quoniam. & latiùs in d. l. græcè. §. illud. & Cin. in d. l. sancimus. C. de donat. Hoc
10 etiam confirmatur; quia tacita donatio † insinuationem requirit, si legitimam summam excedat, l. fin. in princ. C. de iure dot. vbi est text. & ibi not. Bart. & in l. 1. in princ. ff. de don. adeo quòd liberatio (etiam gratuita) debet insinuari, vt not. gloss. in l. 1. §. 1. ff. qui. mo. pi. vel hip. sol. & in l. si quis oblig. ff. de reg. iur. quæ satis sunt notandæ: si hoc est in prædictis; ergo fortiùs in donatione expressa, qualis est ista. ¶ Econtra quòd ista donatio non vitietur ex defectu insinuationis. Primò; quia non est certum, quid ista donatio importet, & quid, vel quantum per eam donatario quæratur; ergo in dubio est iudicanda potius valida, quàm inualida, arg. ff. de regu. iur. l. quotiens idem sermo. & ff. de reb. dub. l. quotiens in accusationibus. Quod confirmatur; quia valor, & pretium
11 † rei iudicatur, & discernitur, secundùm quod communiter ex re ipsa percipi, & haberi posset, l. pretia rerum. ff. ad leg. Falci. scilicet à sciente conditionem, & qualitates eius, probatur in l. quærebatur. in princip. & in l. in quantitate. §. magna. ff. ad leg. Falci. & ff. de donat. causa mor. in l. mortis causa capimus. §. fin. facit quod not. in simili in l. Lutius. §. fin. ff. ad Trebell. & per Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. & etiam quod not. in l. 2. C. de rescin. ven. Sed quantùm ex isto iure in mulierẽ translato percipi potuisset, est dubium, attenta ipsius iuris qualitate & etiam facti. Continet enim quid in futurum redigi, vel non: quod omnino dubium est propter factorum contingentiam; quia fortè inquiretur, fortè non: fortè accusabitur, vel non probabitur: apparebit esse delictum, vel non, in hoc dubio iudicetur potiùs valida, quã inualida. pro hoc videtur optimè. C. de donat. l. scimus. §. penult.

¶ Item ad idem; quia ista non est simplex donatio: sed ob causam de præterito, vt de se patet; vnde potius debet dici remuneratio quædam, quàm donatio, argu. ff. de donat. l. donari. & de reg. iur. l. donari. sed talis donatio ob causam, vel remunerationis causa insinuationem non requirit. Ita dicit notabiliter gloss. in l. Aquilius. ff. de don. & cæt. probatur & clariùs eod. tit. in l. si pater. §. fin. Idem etiam gloss. in l. fin. in princ. C. de iure dotium. ¶ Confirmatur & istud; quia iura, quæ donationem inualidant ex insinuationis defectu, loquuntur in donatione, vt patet in omnibus iuribus de illa materia loquentibus, scilicet d. l. sancimus. & l. datam. & l. in hac. & l. in donationibus. cum similibus; ergo intelligenda de propria, & vera donatione, arg. ff. de leg. 3. l. non aliter. & quod ibi not. sed ista non est propriè donatio, vt proximè dixi, sed est remuneratio quædam: & sic specie differt à donatione, l. si verò non remunerandi. ff. mand. & ff. de donat. l. 1. ergo de vna, & dispositis circa eam, ad aliam non potest inferri, arg. ff. de mino. l. Papinianus exuli. & ff. de calumnia. l. fi. & C. de donat. inter vir. & vxor. l. si maritus. attento maximè, quòd ex tali illatione induceretur nullitas actus in totum, vel saltem pro parte, ergo & cæt. d. l. quotiens. & l. quotiens. ¶ Ad idem etiam facit; quia (vt dictum est in præcedentibus) Antiani sunt hic immediatè Superiores: & qui Principem repræsentant, omnia possunt, quæ Princeps, vel populus, saltem in sibi commissis. Sed cer-
12 tum est, quòd † donatio Principis non infirmatur ex defectu insinuationis. C. de donat. l. sancimus. circa princ. & l. bene à Zenone. ad fin. C. de quad. præscri. ergo. Et quòd populus sit loco principis, sequitur Bart. in d. l. ambitiosa. & clariùs in l. 2. ff. ne quid in lo. sacro. ¶ Pro hoc, quia ciuitates Lombardiæ habent merum, & mixtum imperium ex pace Constantiæ, vt in Auth. de defenso. ciuita. §. & iudicare. in fin. glo. magnæ col. 3. & Bart. tangit in l. 2. in princ. ff. de iure fisci. ¶ Et hanc partem conclusiuè reputo veriorem, scilicet, quòd non vitietur propter insinuationis defectum. & hoc maximè; quia non videtur simplex donatio: sed ob causam, vt supra allegatum est. De causa ergo videtur apertè colligi ex facti narratione, & de tali causæ iustitia, vel iniustitia standum est eorum declarationi, coram quibus hæc causa ageretur, tex. est no. in l. etiam. §. 1. & de manumis. vindic. Videntur autem arbitrari causam iustam, ex quo ob eam donauerunt.

Ex vltimo dubio principali secundæ disputatio.

SVMMAE.

1 *Mutatio habitus iustam inducit causam errandi in qualitate personæ, et iam quò ad excusationem eius, qui aliàs iudicaretur delinquens.*
2 *Credens, quod verisimiliter credere debuit, excusatur.*
3 *Custodes carcerum, in quorum custodia erat maritus illius mulieris, quæ illum sub colore mutati habitus nocturno tempore à carceribus exemit, veniunt ea pœna plectendi, qua erat puniendus ipse fugiens. & ratio. & si non ea, saltem arbitrio iudicis puniuntur. nu. 6. & 8.*
4 *Delictum maius est, quod committitur committendo, quàm omittendo.*
5 *Culpa est, saltem non leuis, non facere id, quod diligens homo faceret.*
7 *Custodes habẽtes custodiam alicuius carcerati, occurrat quicquid velit, semper tenentur, nisi probent se custoditam personam casu amisisse.*

Modò restat, vt veniamus ad vltimum dubium principale, s. an, & quid in casu isto custodibus carcerum possit impingi. Et licèt istud dubium satis pendeat à determinatione aliorum supra positorum, maximè primi dubij: tñ prædictis omnibus omissis, arguo de per se ad istud dubium. Et primò, quòd nil pos-
1 sit ei imputari, probatur sic. Mutatio † habitus iustam inducit causam errandi in qualitate personæ, etiam quò ad excusationem eius, qui aliàs iudicaretur delinquens, probatur in l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. sed hic cum habitu muliebri inquisitus exire permissus est: & sic iustè credi potuit esse mulier, & non vir; ergo custodes excusantur, arg. ff. de custo. reo. l. milites. & l. fin. ¶ Confirmatur & istud; quia qui credidit, quod
2 † verisimiliter credere debuit, excusat, arg. eius, quod no. gloss. C. de peric. tut. l. si tutor. sicut qui attendit, & qui fundat se super eo, quod communiter euenire consueuit, arg. ff. de ædi. edic. l. qđ si nolit. §. qa assidua. Sed verisimiliter quilibet credere debuit indutum muliebri veste, esse mulierem,

mulierem,maximè cum sexus discussio nō posset sine dedecore scrutari,vt de se euidenter patet, ac etiam mulierē se non exponere periculo mortis pro euasione viri sui,cōtra communem consuetudinem,& mulierum optatum, vt no.gl.in d.l.pater Seuerinam.§.socrus.ff.de cond. & demon.¶Hoc etiam confirmatur,& tertiò; quia cum pendēte isto processu,& crimine nondum liquidato,res se haberet dubiè, & ad cōdēnatoriā in casu nō liquidati criminis, & ad absolutoriam in casu ecōuerso,potuit fauorabilior, & humanior pars eligi,vt præsumeretur potius absolutoria sequi debere,arg.ff.de pœ.l.absentem.& de re mili. l. non omnes.§.à barbaris.& quod ibi no. & ex de scrut. c.1. & sic custodia,& diligentia minorari,arg.eius, quod dicit singulariter glo.in l.si pecuniam.§.sed si acceperit.in fi.ff. de cond.ob causam,quæ dicit, quòd non est verisimile eū fugere,qui sperat liberari;& ideò minor custodia circa eū est necessaria,quam glo.multùm debent ponderare assessores,& alijs diuersis officijs præsidentes:qui cum sentiūt inquisitum esse in casu absolutionis,eum eximūt à cippis, compedibus;& manicis ferreis,vt si postea fugiant de carceribus,non possit ipsis assessoribus aliquid imputari.

¶Item ad idem, quòd ad nihil teneantur in effectu dicti custodes,probatur sic. Si obligati ad id solùm ratione culpæ,& negligentiæ suæ tenentur:& si obnoxij sunt,per mulierem tantùm conueniri possunt, in quam omne ius est translatum per donationem prædictam:sed si mulier ageret contra eos, possent eam repellere dicentes, si nos fuimus in culpa:tu tamē in dolo, qui dolus præponderat culpæ nostræ,l.si putator.ff.ad leg. Aquil. & sic cum culpent alij,tu nos necesse laudare habes, vt in simili dicitur in l. cum in fundo. §. quòd si mulier. ff. de iur.dot.¶Vltimò etiam ad hoc,quòd custodes non teneantur, facit; quia si tenerentur,tenerentur eadem pœna,qua fugiens.l.pen.C. de custod. reo. & sic si fugiens tenebatur lege Cornel. de sicar. eadem puniretur & custos: sed hoc est falsum; quia in Cornelia non venit,nisi dolus.l.in lege.ff.ad leg.Cor.de sica. adeo quòd in ea lata culpa non æquiparatur dolo, sicut regulariter in criminibus contingit,vt not. gloss. in l. actionibus. ff. de in lit. iu. ergo. ¶Econtra quòd isti custodes teneantur,& quòd possint, & debeant puniri. Et

3 primò,quòd veniāt † puniendi eadem pœna, qua puniendus erat ipse fugiens,videtur probari,attēta qualitate culpæ per eos commissæ;fuerunt enim in lata culpa. quod pa

4 tet;quia maius est delictum, quod committitur † committendo,quàm omittendo,vt probatur in l.si seruum.§.1. & 2.ff.de verbo.oblig.sed delictū eorum in omittendo (saltem habens nimiam negligētiam admixtam) punitur eadem pœna,qua obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. l. pen.C.de custo.reo.facit.l.milites.post princ.ff.eod. ergo multò fortiùs hoc, quod in committendo. Quòd autē in cōmittendo fuerit, apparet; quia eorū facto videt immediatè exijsse;ipsi enim fores carcerum aperuerunt,& ei liberum exitum concesserunt;quid ergo fortiùs, & aptiùs ad eius fugam committere potuerunt?quasi dicat nihil.

¶Confirmatur & istud; quia fuerunt in lata culpa ex qualitate temporis,quo dicitur aufugisse. Nam in themate dicitur hoc interuenisse in crepusculo: & sic imminentibus adhuc noctis tenebris,vt l.Titius.§.Lutius. ff. de liber. & posth.& sic eo tempore,quo maior incūbebat eis cura custodię;nox enim geminat custodiam,vt dicit tex.in l.1.C. de custo.& exhib.reo.& sic hæc omittendo (imò,& hic cōtrarium attentarunt) latam culpam non euitant,l.magna negligentia.ff.de verbo.signi. etiam si iuris ignorātiam allegarent,de verb.signi.l.latæ.& no.ff.de interro.act.in l.de ætate.§.qui iusto.& ff. de his,qui not.infa.l.liberorū.§.notatur;stulti enim appellantur,qui iura ignorant.ff.de iuris & fac.ignor.l.1.§.pe.fortiùs ergo si scientes fuissent, arg. ff.de custo.reo.l.ne quis.ergo eadem pœna veniunt puniēdi,vt dictum est, etiam si fugiens pœna corporis tenebatur:& secūdùm hoc est casus specialis,quo lata culpa (etiā in criminibus) æquiparatur dolo, etiam quò ad pœnam corporalem,vt d.l.milites.& hoc sentit glo. in vna solutione quorundam in d.l.pen.C.de cust.reo. quod Doct. vt And.de Pisis,& multi alij sequuntur in d.l. in accusationibus.& est multum notandū.& eius erit ratio specialitatis, scilicet ratione tacitę assertę peritiæ ipsius cōmētariensem patientis se ad illud officium deputari; videtur enim asserere se peritum.Simile dicimus in assessore (eadem ratione scilicet) quòd eius lata culpa æquiparatur dolo,not.gl. singu.in l.2.ff.quod quisque iuris.& de hoc per Bar.in l.1. §.non autem.ff.si quis test.lib.esse iuss.Sunt,& alij casus,in quibus contra reg.lata culpa æquiparatur dolo, etiam in criminibus.ff.de pœnis.l.si quis aliquid.§.qui abortionis. qui in hoc videtur casus not. etiam, quò ad irrogandam pœnam mortis,vt ibi,per quem tex. multùm instruuntur, qui per iocum aliqua immiscent in poculis, vt faciant aliquem dormire, vel fatuizare ad tempus; nam si ex hoc mors sequatur,tenentur Cornelia per illum tex. qui videtur intelligi,nisi fortè dedissent ad finem boni:quo casu licèt malus exitus fuisset sequutus,pœna mitigaretur, text. est no.in l.3.§.sed ex senatusconsulto.ff.de sicar. ¶Potest addi & alius casus in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul.de vi.& ratio ibi no.quæ colligitur ex princ.tex. ¶Est & alius.ff.de re mili. in l. omne delictum.§.exploratores. & §.qui in acie.& §. sed & si caligatus.¶Item est alius in l.pe. ff. de incen. rui. nauf. & hoc secundùm vnam expositionem gl.ibi,qui casus sunt vtiles,& notabiles ad multa.

5 ¶Ad idem,quòd veniant puniendi,facit.Culpa† est (saltē leuis) non facere id, quod diligens homo faceret,probatur.ff.de pigno.actio.in l.si conuenerit.§.fi.cum.l.seq. Sed quilibet diligens homo scrutatus esset hunc existentem, etiam in habitu muliebri;cum per diligentem inspectionē descerni potuisset vir à muliere, attenta qualitate manuū, pedum,& faciei, quæ in viro pilosa est, & similium : quæ inspectio omnino est honesta,nec in aliquo verecunda; cū ergo hoc non fecerint,in culpa fuerunt:& si non lata, saltim leui;ergo si non pœna mortis,vel alia atroci tamen iu

6 dicis † arbitrio in eos statuēdum est,d.l.milites.post prin.

¶Hoc etiam confirmatur; quia quicquid occurrat, sem

7 per tenentur custodes, nisi probent se custoditam † personam casu amisisse,& hui' probatio eis incumbit,l.fi. ff. de custo.reo.& hoc est propter officiū eis iniunctum de publico:ex quo sunt ad custodiam astricti, facit l. si quis ex argentarijs.§.fi.& quod ibi no.ff.de eden. Pro solutione huius vltimi dubij conclude, quòd cum custodum dolus nō arguatur hic (vt de se patet) nec etiā lata culpa;quia quilibet (etiam diligens) hac noua inaudita fraude de facili decipi potuisset, non veniunt eadem pœna, nec atro-

8 citer puniendi: sed ad iudicantis † arbitrium pro modo culpæ in eos statuendum, per text.in d.l.milites. cum similibus.

Ex Tertia disputatione.

SVMMAE.

1 *De iure gētium primitiuo non fiebat distinctio inter legitimos, & non legitimos.*

2 *Iure gentium secūdario eorum,qui nascebantur,quidam nascebantur ex coniunctione expressè approbata à iure, vt sunt filij*

legitimi,et naturales.nu. 3.quidam ex coniunctione expressè reprobata,quales sunt spurij,de quibus nu.4.quidam ex coniunctione nec expressè approbata,nec improbata, quales sũt naturales tantùm,de quibus.nu.5.

Coitus nefarius,& incestuosus quomodo differant.

6 *Nati ex nefario,& incestuoso coitu,non sunt successibiles,nec aluntur de iure ciuili.*

8 *Vxor sola dignitate differt à concubina, & quæ requirantur ad hoc,vt possit legitimè dici vxor.*

9 *Lex permittens,vel disponens per subsequens matrimonium legitimari prolem antea natam, debet intelligi de matrimonio de iure valido,& legitimo.*

10 *Effectus validus sequi non potest ex actu inualido,& nullo.*

11 *Vt per sequens matrimonium inducatur legitimatio prolis, requiritur confectio dotalium instrumentorum.*

12 *Filij primogeniti, vt possint legitimari per sequens matrimonium,requiritur, quòd mulier semper steterit in schemate, & figura concubinæ.*

13 *Ius permittens sobolem per nuptias superuenientes legitimari, intelligitur de primis tantùm nuptijs, alijs in medio non interuenientibus.*

14 *Actus medius impertinens,vitiat quod agitur.*

15 *Concubinarius vbi mulierem aliam superinducit, effusa concupiscentia,statim legi odibilis fit.*

16 *Filius,& ita Gaius genitus ex concubina,& ipso Barone,si cõtrahatur inter Baronem,et ipsam concubinam matrimonium, efficitur per tale matrimonium verè legitimus.*

17 *Matrimonium,quod est ipso iure nullum,solo nomine,& vi potestatis, eius filios naturales ad iura legitimationis adducit.*

18 *Filij nati,eo etiam tempore,quo matrimonium verè esse non potuisset,per sequens matrimonium legitimantur.*

19 *Sola confessio patris, asserentis quem sibi filium, non adiecto verbo,naturalem,facit ipsum filium legitimum, quasi ex hoc præsumatur pater cum illius matre legitimum habuisse matrimonium.*

20 *Per matrimonium superueniens, inducitur legitimatio præcedentis prolis.*

21 *Impedimento cessante, cessat omnis effectus ab illo proueniens.*

22 *Actus medius interueniens non impedit coniunctionem, & facto hominis interueniens,non impedit rem retrotrahi.nu.23.*

TERTIA DISPVTATIO.

BARO Quidam de nobili stirpe progenitus,amplum Comitatum,& plurima feudalia in diuersis territorijs possidens, ex eius,& Titiæ concubinatu,Gaio progenito,cum Mæuia matrimonium contraxit: qui Seio ex Mæuia,& dicto constante matrimonio,ex præfata Titia Sempronio susceptis:post obitum ipsius Mæuiæ,cum eadem Titia matrimonium legitimè cõtraxit:quibus filijs, & posthumo nascituro ex dicta Titia relictis; idem Baro ab intestato decessit. Post cuius mortem,& ante posthumi natiuitatẽ Sempronius adhuc infans,legitimatus fuit per habentem potestatem à Principe,fratribus ad hoc minimè requisitis. Ex quo themate infrascripta principaliter dubia oriuntur. ¶ Primò an per dictum matrimonium cum Titia contractum,inducta fuerit legitimatio primæ prolis. ¶ Secundò posito, quòd inducta sit, an præferatur tanquam primogenitus in Comitatu,& feudalibus prætextu statuti,etiam talibus inter legitimos primogenitum præferentis. ¶ Tertiò vtrũ superueniẽs legitimatio Sẽpronij de iure potuerit effectũ sortiri. ¶ Quartò posito,quòd potuerit, an extendatur ad paternam successionem,& an ad bona vbilibet constituta. ¶ In Christi redẽptoris nostri nomine amen. Antequã particularia dubia, & eorum examinationem aliqualiter attingamus,pro generali introductione,& intelligentia dicendorum præmitto,quòd secundùm ius gentium (quod
1 fuit ius primitiuum) † in filijs naturalibus non fiebat distinctio inter legitimos,& nõ legitimos,patet in Auth.quibus mo.natu.eff. sui.§.liceat igitur. col.6.& in Auth.quibus mo.natu. effic. sui. §. palam est. §. natura siquidem. & §.si quis ergo filios. post prin. Et hoc ius viguit, antequam ciuitates factæ essent. Postea autem cæperunt iura, cũ & ciuitates condi,& magistratus creari cœperunt. Insti.de rerum diui.§.singulorum.in fi. ¶ Hoc autem quo tẽpore fuerit,& qui fuerint primi legum auctores, scire volens, perlege Isidorum lib. 5.ethy. de auctoribus legum, & Gratianum postea referentem.7.di. in c. Moyses. & c. seq.& collige etiam clarè in l.2.ff.de orig.iuris. Et secun-
2 dùm illa iura facta fuit † distinctio in tres partes. Nam quidam ex coniunctione expressè approbata. Quidã ex expressè reprobata. Quidam nec expressè approbata,nec
3 expressè reprobata. ¶ Ex prima nascuntur † naturales, & legitimi,naturales dicti à coniunctione,quæ est de iure naturali.ff.de iust.& iur.l.1. §. ius naturale.& Insti. eod. in prin.quam coniunctionem matrimonium appellamus, vt ibi. Et talis coniunctio est expressè approbata à iure. C. de nuptijs.per tot.& Insti.eo.& de talib' filijs habetur.ff. de his, qui sunt sui,vel alie.iur.in l. filium. & Inst. de pat. pote.in princ.& 22.q.4.ĩ c.fi. Et de talibus nil ad ꝓpositũ
4 nostri quæsiti. ¶ Ex secunda nascuntur † spurij sic dicti; quia non purè:sed extra puritatem iuris naturalis geniti. Et hoc quocunque modo talis concubitus reperiatur prohibitus,siue propter confusam libidinem,vt l.vulgo concepti.ff.de sta.hom.& in Auth. quibus modis natu.effici. sui.§.si quis autẽ defunctus fuerit.& Insti de nup. §. pen. Siue,secundùm aliquos,eximeretur ex tali coitu, vel ex aliqua, quam non haberet ex indubitato affectu, secundùm doct.Dyn.ff.de concub.super rub.quod an sit verum, infra tangetur circa primum dubium, vel ex concubinatu sacerdotis,qui omnino est eis inhibitus.C.de episc.& cle. l.eum,qui probabilem.& extra de cohabi.clerico. & mulie.per totum.vel ex non soluto, & non soluta: vel saltem non soluta.ff.de adult.l.si vxor.vel quia talis coitus iudi-
5 cetur † nefarius, vel incestuosus:de quibus duobus,& eorum differentia,vide glo.C.de incest.nup.super rub. Et ta-
6 les non sunt † successibiles,imò nec aluntur de iure ciuili. C.de incest.nup.Auth.ex complexu.& in cor. vnde sumitur.& C.de natura.lib.Auth.licèt.& ff.de liber.agnoscen. l.si quis à liberis.§.idem rescripsit. licèt secus de benignitate canonica, vt no.in c.cum haberet.extra.de eo,qui duxit in matr.quam pol.per adul. ¶ An tamen talem filiam pater possit dotare in vltima voluntare,vide l.vxorẽ.§.pater naturalis.ff.de leg.3.& Bar.omnino in l.fin. ff.de his, quib.vt indig. ¶ Et de talibus filijs scilicet an in eis cadat legitimatio per sequens matrimonium, infra tangetur circa tertiũ dubium principale. ¶ Ex tertia nec approbata,
7 nec improbata expressè,nascuntur † naturales tãtùm, sic dicti;quia producti ex coniunctione naturali, sed non legitimi;quia iure dignitatem, vel approbationem non ha-
8 bent. Nam inter concubinam, & vxorem † in sola dignitate differentia est.ff.de leg.3.l.item legato.§.parui.& l.qui cõcubinã. in princ.idest nulla est differẽtia, inspecto iure nr̃ali.8.dist.per tot.de quo iure extra de coniug.seru.c.1. in Auth.de mona.§.hinc autem.colla.1.ius tamen positiuum hanc solemnitatem inducit, quòd debeat esse vnica, in domo inducta,nõ libidinis: sed prolis procreandæ causa.

sa,vt in Auth.quibus mo.natu.effi.legi.post.prin. Item, ꝙ sit talis mulier,cū qua matrimoniū esse posſit,vt in Auth.de incest.nup.§.ad hoc.coll.2.Itē, ꝙ sit vnica.Itē ꝙ sit in domo retenta in schemate concubinæ. in Auth. quibus mod.natura.effi.sui.§.si quis.Auth. & quia palam. 32.q.2.c.solet.34.dist.c.is,qui non habet vxor.&.c.seq.Sed hęc solemnitas non approbat,nec reprobat: sed tolerat; vnde dicitur in l.in concubinatu.in fin.ff.de concub. ꝙ concubinatus ex lege nomē assumpsit,& extra pœnam legis est, non in prohibitione legis, sicut in simili dicitur alibi, quòd non ritè facit hæres,qui funerari non finit: pœna tamen in eum statuta non est.ff.de relig.l. & si quis. §. idem Labeo.Tales naturales non omnino, & indistinctè à successione prohibiti,de parentum bonis aluntur, Auth.quibus mo.natura.effi.sui.in § si quis igitur habēs filios legitimos.& de istis naturalibus liberis loquitur tit.C de natura.liber.per totum.Auth.quibus mo.natura.effi.sui. §. discretis.& §.seq.cū infinitis simil. Et de talibus,an ꝑ subsequens matrimonium legitimentur,statim tangetur circa primum dubium propositæ quæst. Aduertendum tñ est, quòd quidam dixerunt legem ciuilem concubinatū permittentem,reprobatam hodie.32.q.4.c.nemo.Plus dixit Host.extra qui fil.sint legi.in c.lator.illas leges,etiam iure ciuili correctas per tex.in Auth.de leno.colla.2.& in Authen.senicas non solùm si fideiuss.pręstent.coll.5.& in Authen.vt non lux.contra nat.coll.6.Et quia Imperator attestatur se castitatis amatorem in Auth.quibus modis natura.effi.legi.in §.illud.colla.6.Et quia in peccatis corrigendis lex ciuilis sequitur canones. Auth. quomodo oportet epi. & de eccle.tit.& vt cler.apud prop.epis.§.si verò. Pro hoc dicto potest adduci, quod arg. gloss. in Auth. de san. epi.§.si verò futurus Diaconus.colla. 9. quæ dixit, quòd presbyter dando pœnitentiam,non potest permittere retinere concubinam.Sed certè, quod dicit Host. correctionē inductam etiam de iure ciuili, potest procedere, stante matrimonio.C.de concub.l.1.Item quò ad peccatum (vt supra) talis commixtio iudicatur hodie esse peccatum,ex quo non est matrimonialis.30.q.5.c.1.nec mirum: quia quandoque matrimonialis iudicatur, & peccatū veniale, vel mortale, secundùm not.32.q.2.in c.quicquid. vbi vide bonam glo.Item & in clericis, extra de coha. clerico. & mul.per tot.& C.de epis.& cler.l.eum probabilem.sed non quò ad hoc, vt in laico soluto adeo censeatur prohibitus,quòd ex concubina per eum retenta nati, censeatur ex improbata commixtione nati,vt sic per sequens matrimonium legitimari non possent,contra Decret.tanta.qui.fi.sint legi.pro hoc adduco.30.q.5.c.1.in fi.in vers.concubiniū, quod idem est qđ concubinatus, vt probatur. in l.nuper.in prin.C.de nat.lib.¶His pręmissis descendo ad examinationem dubiorum præsentis quæstionis,quę multa sunt subtilia,& vtilima, vt ex particulari eorum distinctione clarè patebit. Verùm quia in aliquibus eorum supponitur sic esse,vt ad sequētia quęsita posſit deueniri,exordiar arguendo primò pro parte negatiua. ¶Ad primū ergo quæsitum arguitur,ꝙ per tale matrimonium cum Ti-
9 tia contractū,non sit legitimatus Gaius. Primò lex † permittens,vel disponēs,ꝙ per sequēs matrimoniū legitimetur proles antea nata, dēt intelligi de matrimonio de iure valido, & legitimo, arg. ff. de iur. do. l.3.& ff. pro dote. l.1.ver.cæterùm.& de cond.& demon.l.hæc conditio filię meæ.sed tale matrimonium non tenuit,vel saltem tolerari non debuit,vt probabo;ergo.Quòd autem non tenuerit, patet;quia cum stante matrimonio legitimo cum Mæuia, istam Titiam cognouerit,eam (tanquam adulterio pollutam) non potest sibi copulare vxorem.31.q.1.c.1.& extra de eo,qui du.in matri.quam pol.per adul.c.1. vel saltē tolerari non debet, vt dicit tex.eo.tit.ī c.vlt.& ī c.super hoc.cum similib.si non tenet;ergo per illud non debet in-
10 duci legitimatio præcdentis prolis. Ex actu † enim inualido nullus sequi potest effectus validus, arg. ff. de cōdi. & demon.l.quotiens sub conditione. ¶Confirmatur secūdò;quia & dato,quòd tenuerit,non tamen ex eo potest sequi effectus,de quo quæritur.Nam ad hoc,vt per sequens
11 matrimonium inducatur † legitimatio prolis, requiritur confectio dotalium instrumentorum, Auth.quibus modis natu.effi.legi.in prin.colla.6.Insti.de nuptijs.§.fin.& vtrobique no. & C.de natura.libe.in l.cū quis.& ī l. nuper. in Auth.de incep.nup.ante finem.coll.2.de trien.& semis.§.fin.coll.3.& in Auth.de fil.ante dot.instru.na.ead.coll. cū simil.imò requiri videtur,quòd dos sit verè constituta, & non fictè,vt sentit glo.C.de nup.l.imperialis.in ver. dotalibus.& in Auth.vt lice.mat.& auiæ.§.quia verò dudum. colla.8.Sed hic nullum istorum interuenisse narratur; ergo,& maximè in casu proposito,quo narratur hunc Baronem de nobili stirpe progenitum: cuius conditioni malè conueniebat talis mulier.ff. de cond.& demon. l. cum ita legatum.vers.videamus.& de contra tabu.l.3.§. si emancipatus filius.& in quorum matrimo. plura à iure requiruntur,& potisſimè de interuētu dotis,& similium, quàm in alijs inferioribus,vt no.gl.in Auth.quib⁹ modis natu.effi. legi.§.illud quoque.ver.in maioribus itaque.sub ver.illustres.quæ est vtilis ad propositū,& 30.q.5.ī c. 1. in gloss.
12 mag.ante fin. ¶Tertiò ad hoc vt per sequens † matrimonium filij primogeniti legitimentur, videtur requiri,quòd mulier semper fuerit in schemate, & figura concubinæ, probat in Auth.quib⁹ modis natura.effi.sui.ī §.si quis aūt defunctus.versi.si autem ei,donec vixerit, &cæt. colla. 7. & in Auth.de trien.& semis.§.consideremus.versi. & hoc dicimus si vni concubinæ,&cæt.colla. 3. Hæc autē mulier non præsupponitur,quòd steterit in schemate concubinę: quia schema concubinæ adeo est affine, & propinquum vxoris schemati, vt propter difficilem distinctionem vni⁹ ab altera lex requisiuerit protestationem,quòd sit concubina.l.in liberæ.ff.de ritu nup.Et huic indubitatæ affectionis præsumptioni multum detrahit nullitas,& abiecta cōditio mulieris ff.de donat.l.donationes in cōcubi.in prin. & de his,quib.vt indig.l.post legatum.§. de eo verò. Sed hic fuit mutatus habitus concubinatus. Et potuit esse vilis conditionis, quinimo nec apparet eam retentam mari tali affectu;ergo nō pōt dici concubina, vt iuribus alleg. & probatur.34. dist. in c. 4. §.concubinam.Item nec hic probatur,nec supponitur cohabitatio,quæ videtur necesſaria,& ibi no.ff.de concubi.& l.pen.in Auth. licèt. C. de natura. lib. ergo his deficientibus, non legitimantur filij per sequens matrimoniū:& hic tenet Bar.in d.l.1.ff.de cōcubi. ¶Quartò existentia legitimorum filiorum videtur impedire legitimationem naturalium, quæ aliàs sequeretur per superueniens matrimonium,probatur in Auth.de trien.& sim.§.fi.col.3.trāsumptiuè.C.de natu.lib.ī Auth. sed noua constitutio. sed in casu proposito extāt legitimi; ergo. ¶Quintò pro hoc; quia si potestas superuenientis matrimonij trahetur retro ad legitimationem huius Gaij primogeniti;ergo & eadem, vel pari ratione ad legitimationem medio tempore concepti: at hoc est falsum; quia certum est spurius legitimari.l.Paulus. ff.de statu. ho. C. de nat.lib.l.cum quis.C.de nup.l.& si contra mandata. & ibi not. & extra qui fi. sint legitimi. in c. tanta. secundo respōso,de quo.ī.tangā in tertio dubio prīcipali.¶Sextò
13 ius permittens † prolem per nuptias legitimari; videtur interpretandum, quòd intellexerit de primis tantùm nuptijs,

nuptijs,alijs in medio non interuenientibus.ff.de verbor.
figni.l. boues. §. hoc fermone. ff. qui,& à qui.l.matrimo
nij.de iur.do l.dotis promifsio.& de le.2.l. cum pater.§.
pater certam.fed fic eft, quòd iuramentum de matrimo-
nio contrahendo verificatur in primis nuptijs tantùm:vn-
de iurans cum muliere contrahere,fi cõtrahat prius cum
alia,periurus eft,& de periurio puniendus, extra de fpon.
c.ficut. fic & difpenfatio de duobus curatis,intelligitur de
primo.extra de præben.c.nõ poteft.in fi.At hic interuenit
medium matrimonium;ergo, vt fic dicamus legitimatio-
nis effectum poffe fequi, fi res in eodem ftatu permanfe-
rit.ff.de folu.l.cum quis.in prin.& 22.q.2. c.nequis. & de
iureiurando.c.quemadmodũ.cum fi. ¶Septimò hoc con
14 firmatur. Nam actus † medius impertinens vitiat quod
agitur,patet in teftamento. C.tefta. l. cum antiquitas. de-
bet.n.fieri vno cõtextu.l.hæredes palam.§.fin.ff. de tefta.
patet etiam in electione.ex de elec. c.quia propter. &c.cũ
poft petitam.patet & in ftipulatione.ff.de verb.oblig.l.cõ
tinuus.in princ. Vel fi dicamus non vitiare; faltem impe-
dit retrotrahitionẽ, & cõiunctionem extremorum, proba
tur per plura fimilia.ff.rem rat.hab.l.fi.§. 1.de folu.l.cum
mihi. 10.§.fi.verf.fed fi ignorãs.à contrario fenfu.& quod
no.Guil.ff.de adop.in l.fi pater.& ff.de ferui.ĩ l. feruitutes
rufticorum.§.fi.& de ferui.ru.præ.ĩ l.qui fella.in fine. pa-
tet etiam in interruptione pof.contingente medio tempo-
pore poft inchoatam vfucapionem per alterius ingrefsũ.
ff.de acqui.poff. l. fi de eo.§.1.in fine.vel alio modo; nã fa
cit tempora non poffe coniungi, fed nouæ præfcriptioni
effe locũ.ff.de ferui.vr.præ.l.fi ædes.§.2.&.ff.de vfucap. l.
naturaliter.l.fi is,qui.§.penul.Si impedit extrema coniun
gi;ergo impedit effectum legitimationis aliàs infurgentẽ
ex fequenti matrimonio poffe retrotrahi:& fic videtur im
pofsibile,quòd in Gaij legitimatione aliquid operetur.
Pro hoc videt̃ directè cafus.in l.intercidit.2.refp.ff. de cõ
di. & demon. vbi licèt legatarius fit capax tempore facti
relicti, & etiam tp̃e,quo cedit dies legati:fi tamen medio
tempore erat effectus incapax,non admittitur ad legatũ;
quia fictio non debet retrofingere ifti legatum ab initio
quæfitum;nam non poteft retrotrahi propter medium vi-
tiatum.Et hæc ratio videtur pro ifta parte multum ponde
randa.¶Octauò alio refpectu videtur hæc legitimatio im
pediri. Nam hæc legitimatio videtur pendere à poteftate
parentis eo refpectu,quo etiam fi aliàs per matrimonium
induceretur legitimatio: tamen pater poteft nolle per il-
lud iam natos legitimari,quod patet;quia contrahere ma
trimonium,vel non, (quod eft principale) pendet ab eius
poteftate;ergo,& fic contrahere, fcilicet qualificatiuè, vt
per id non legitimentur; ergo quomodocunque ifta volun
tas appareat,hic effectus impedit. Sed per mediũ matri-
monium pater videtur afferere fe nolle præcedentes min⁹
legitimè natos, legitimare (faltem per matrimonium cũ
eorum matre) non enim debet effe fpes diffolutionis ma-
trimonij,quod contrahit faltem fm̃ propofitũ cõtrahẽtiũ
extra de cond.appo.c.fi.& quod ibi no. ¶Pro hoc etiam.
quia ifte naturalis videtur legitimus fub quadam condi-
tione poteftatiua.Nam eo ipfo,quòd ex concubina nafci-
tur,videtur effe legitimus, fi matrimonium contrahatur.
Sed hoc contrahere,pendet à poteftate parentis,vt proxi-
mè tactum eft; ergo tanquam fic poteftatiua ifta conditio
non trahitur retro.l.potior.& l.qui balneum.ff. qui po. in
pig. hab. ¶Nonò pro hac parte facit;quia fi matrimoniũ
redigeret filios illegitimos ad ius legitimorum;ergo inuiti
redigerentur in patriam poteftatem; fed iftud confequẽs
eft falfum,& contra.l.fi.ff.de ftatu homi.& l.qui liberatus.
ff.de adoptio. ergo & antecedens. Confequentia probatur

Nam ad contractum matrimonij perficiendum, fufficit
folus iugalium confenfus,in Auth.de nup.§.nuptias.col.
4.& l.nuptias.ff.de regu.iur.extra de fpon. duorum. c. fi.
cum fimilibus.¶Decimò talis concubitus omnino impro
batur;quia faltem,fecundùm canonica iura(quæ in matri-
monijs præualent iuri ciuili,extra de fecun.nup. c. pen. &
fi.)omnis concubitus(præter matrimonium) cenfetur im-
probatus,& iudicatur,vel appellatur adulterium, contu
bernium, vel ftuprum.30.q.5.c.1. in fi. ergo natus ex tali
concubitu,non videtur natus in figura cõcubinatus; & fic
in eo videtur ceffare omnis fpes legitimationis, per iura
proximè alleg.pro hoc facit: quia lex ciuilis concubinatũ
permittens,videtur reprobata.32.q.4.c.nemo.¶Plus di-
xit Hoft.extra qui fil.fint legi.in c. lator.illas leg. etiã iu-
re ciuili correctas.quod tamen intelligo, vt.s. dixi in eui-
dentialibus.¶Vndecimò ad idem facit; quia vbi concubi
15 narius † mulierem aliam fuperinducit, effufa concupifcẽ
tia ftatim legi odibilis fit,& tam ipfe, quàm eius filij ex-
cluduntur à prouifione legum, de naturalibus loquentiũ.
probat directò tex.in Auth.quibus modis natu. effi. fui.
§.fi quis autem defunctus fuerit,legitima,&c. Sed ifta ra-
tio prohibitæ fornicationis cum pluribus, ita videtur ha-
bere locum,fi contrahatur cum vxore noua,ftante concu-
bina: ficut fi noua concubina fuperinduceretur: fi fic eft;
ergo talis filius iudicandus eft natus ex improbata forni
catione;ergo per fequens matrimonium non poteft intelli
16 gi legitimatus. ¶Econtra quòd imò per tale † matri
monium fuerit legitimatus ipfe Gaius,probatur. Et pri-
17 mò fic.Matrimonium,† quod eft ipfo iure nullum folo no
mine,vi poteftatis; eius filios naturales ad iura legitima-
tionis adducit,cafus eft fingularis, & vnicus de iure ciuili.
in l.qui in prouincia.2. refp. ff. de ritu nupt. cui confonat
extra qui fil.fint legiti.c.cũ inter.& c.ex tenore. ergo mul
tò magis matrimoniũ,quod eft validum,vel faltem æquũ
debet poffe filios (licèt maiori macula,puta adulterij affe
ctos) ad eadem iura erigere,& releuare;quia difficultius,
qđ nihil eft,aliquid (licèt minimũ)agit,quã id, qđ aliquid
eft,licèt maius.l. 1.circa princ.C.de rei vxo. actio. ¶Se-
18 cundò confirmatur; quia per matrimonium † fequens fi-
lij nati (etiam eo tempore,quo matrimoniũ verè effe non
potuiffet) legitimantur,probatur in Auth. vt liber.de cæt.
§.fi quis.coll.6.tranfumptiuè habetur C. de natur. lib. in
Auth.noua cõftitutio.clariùs probatur de iure can.extra,
qui fil.fint leg.in c.ex tenore.& in c.cũ inter.& no.glo.in l.
fi quis incefti.C.de inceft.nup.Facit extra de eo,qui duxit
in ma.quam pol.per adul.c. 1. ¶Tertiò hoc probat clara
legis difpofitio,quæ fimpliciter requirit,quòd mulier fit li
bera tempore concubinatus, & demum tempore matri-
monij contracti, vt fic per matrimonium proles præcedẽs
legitimetur.C.de nup.l.imperialis.§.mulieres.& C.de na
tura.libe.l.cum quis.in princ.& l.feq. Sed ifta duo hic in-
teruenerunt.¶Præterea,& fi alia requirerentur,hic præ-
fupponuntur interueniffe per verbum,legitimè,in thema-
te pofitum:quod in dubio debet intelligi folemniter,arg.
Inft.de inuti.ftipu.§.fi fcriptum.& ff.de verb.obli.l. fcien
dum.facit.ff.de pact.l. legitima.in princip. ¶Quartò pro
hoc;quia fola profefsio patris filiũ afferentis, nõ adiecto,
verbo,naturalẽ,facit filios legitimos: quafi ex hoc præfu-
matur pater cum illorum matre legitimum habuiffe ma-
trimonium.Ita dicit tex.in Auth.vt lice.mat. & aui. §. ad
hoc autem.col. 8.& tranfumptiuè in Auth.item fi quis.C.
de natura. lib. Si hoc operatur præfumptio fola legitimi
matrimonij; ergo fortiùs ipfa vera exiftentia matrimonij
debet legitimationem inducere,vt fic faltem non reperiat
plus operari fictio,quã veritas.ff.fi cert.pet.l.fi filiusfa. &
de

de lib.& posth.l.filio,quem pater.cum simi.¶Quintò cer
20 tum est, & regulare, quòd per matrimonium † superueniens inducitur legitimatio præcedentis prolis.C.de natu ra.liberis.l.cum quis.& extra,qui fi.sint legi.c.1.& c. tanta. nec distinguitur,an medio tempore interuenerit aliud matrimonium, vel non; ergo talis dispositio sumenda est gñraliter,& sic indistinctè prolata,indistinctè ẽ intelligenda.ff.de offi.Præfi.l.3.de publi.l.de pretio. ff. de lega.pstan.l.1.§.1.& de alea.l.1.§.2.cũ simi.¶Sextò confirma-
21 tur. Nam cessante † impedimento,cessat omnis effectus ab illo inductus,adeo quòd res ipsa reducitur ad statum, quo futura esset, si medium impedimentum non interuenisset,probatur.ff.de sol.in l.qui res.§.aream.& in l. 2. §. cũ quis debitori. ff. de hære. vel act. ven. in l. propter veneni.§.neptis.in fi.ff.ad Syl.Sed hic per dissolutionem medij matrimonij cessat impedimentum,& recuperatur statim prima potestas contrahendi cum concubina,& legitimos filios faciendi; quia vterque reperitur solutus; ergo superueniens matrimonium legitimat. ¶Septimò etiam
22 pro hoc.Actus † medius interueniens non impedit coniũctionem extremorũ,probatur in Auth. si tamen in medio. C. de temp.ap. & in corp. & in Clem. quandiu.de ap. vbi medium compromissum partium (appellatione pendẽte) non impedit postea coniunctionem fatalium ad pereptionem instantiæ ipsius causę,probatur etiam in l.sicut.C.de præscrip.30.vel.40.an. vbi non obst. mediũ tẽpus ætatis pupillaris ad præscriptionem complendam, probatur etiam in l.volũtate.1.& 2.resp.coniuncta. l. si debitor. §. fi.ff.quibus mo.pig.vel hypot.sol. vbi non obstat in medio actus liberatorius,quin eo sublato de medio,cõtinuetur obligatio pignoris. Probatur etiam per aliud simile Nam lege cautum est, quòd rebus causa diuortij amotis, nascitur actio rerum amotarum,quæ si sit in iudicium deducta,reintegrato matrimonio,tollitur:si tamen iterum diuertatur,prima actio durat,non obstante medio matrimonio illi actioni contrario,probatur.ff.rerũ amo.in l. fi.coniuncta.l.reintegrato.Simile etiam in l.pen. §.si vxor.coniuncta l.si mulier diuertit.ff.sol.mat.vbi actio de dote nata propter sequutum diuortium: deinde extincta propter reintegratũ matrimoniũ,matrimonio iterũ dissoluto, reuiuiscit: nec iudicat extincta per mediũ illũ actũ recõciliationis sequutæ. Ad idem tendunt & plura alia similia, quæ pro hac parte Io.And.induxit in regu. sine culpa. de reg.iu. in 6.vbi vide.¶ Octauò principaliter ꝓ hac parte facit.Quia hæc legitimatio videtur contingere virtute cuiusdam retrotractationis: & sic cuiusdam fictionis translatiuæ:constat autem,quòd ad esse,& effectum illius fictionis sufficit habilitas vtriusque extremorum.l. sed & si conditioni.§.solemus.& l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære.insti.cõiũcta.l.si ex re.§.fi. ff.de stipu.seruo.& l.omnia ferè.ff.de reg.iur.Sed hic vtrunque extremorum est habile tam primum (scilicet tempore, quo habita fuit prima proles ex concubina; quia tunc vterque solutus) quàm etiam secundum,scilicet tempore considerato: quo inter Baronem, & istam Titiam matrimonium fuit cõtractum,
23 ergo,&c.¶Confirmatur;quia actus†medius interueniens facto hominis, non impedit rem retro fingi,probatur. ff. de sol.in l.si quis offerenti.in fi. & in l. cũ mihi.10.§. fideiussor.ver.item si ignorans.& ibi tangitur per Bar.in l.bonorum.ff.rem ra.ha.sed iste fuit huiusmodi,ergo. ¶Nonò etiã pro hoc;quia licèt faceret quis hũc Gaiũ procreatum ex improbato complexu, per iura allegata in vltima ratione. s. ad primam partem: tamen hoc non videtur impedire, quò minus per sequens matrimonium dicatur legitimatus.quod probo.Nam Canon permittit legitimari illegitimum per parentum coniugium, d. c. tanta. & c.1. eo. tit. ergo simpliciter loquens, debet intelligi etiã de nato ex improbato coitu, dũmodo tempore coitus nõ adesset prohibitio matrimonij. hoc videt̃ directò probari. Insti.de nup.in §. fi.vbi prius loquutus ẽ de naturali tãtũ: postea sequens de legitimo per matrimonium,subdit nec non is,qui ex muliere libera procreatur,&c.& sic, vt aliquid addat, videtur intelligendum etiam de alio illegitimo,dummodo inter parentes non fuerit prohib tum matrimonium:sed ista erat in casu proposito,ergo. ¶Decimò pro ista parte dicitur esse casus in Auth.de incest.nup. §.dubitatur.coll.2.qui transumptiuè habetur.C. de natu. libe in Auth.qđ ius. Alij Moderniores dixerũt esse casum. in Auth. quibus mod. natu. effi. sui §. si quis igitur dotalia.melius facit in Auth.qui mo.natu. effi. legi. §. si verò solummodo.ver.omnino.& extra qui fil. sint legit.c.tãta. secũdo responso. Et hanc partem Bar.sensit esse veram in d.l.cum mihi.10.de sol.& clarius in l.bonorum.ff.rem ra. hab.¶Hanc etiam partem tenuit Goffre. in summa de filijs presb.vers.quid si quis natus.& Host.in summa eo.tit. §.2.in fi.& Io. An. ita disputans terminauit, vt refert in mercurialib⁹ in d. reg. sine culpa.& ibi glossauit.c.tãta.vt dum tex.ibi dicit [geniti] supple ex quocunque coitu: qui tamen poterat esse vxoris; si tunc affuisset consensus postea subsequutus post contractum matrimonium,quando cunque etiam alio matrimonio intermedio, & hæc pars communis est.¶Si quis tamen vellet defendere præcedentem opi. quæ vrgentia habet argumen. posset respondere
24 † ad §.dubitatum.quòd ibi filij legitimi, & naturales nati fuerunt, antequam superueniret concubina: & sic vxor præcesit concubinam, cum qua postmodum (nullo alio matrimonio intermedio) matrimonium legitimè contraxit,vt probatur ex tex.circa princ.ibi [& abeunte ei⁹ vxore ex hominibus legitimè transigente habuerit quandam consuetudinem] & ĵ.in d.§.ibi [& his,qui ex prima fuerunt,& qui ex secunda,licèt ante dotalia] &c.Erat autẽ illius.§.dubitatio;quia videbatur, quòd sola superexistentia filiorum legitimorum ex prima vxore natorum haberet impedire legitimationem secundorum, etiam per documenta nuptialia, vt olim inductum fuit per Diuum Constantinum,qui hoc genus legitimationis inuenit, vt. l.Diui Constantini.C.de natu.lib.quæ ratio consequentẽ consonantiam non habet.Cum deinde per Iusti. simpliciter,& indistinctè fuerit prouisum in l.cum quis.& in l.nuper.eo.tit. per documenta nuptialia natorum legitimationem induci: quæ omnia indicat litera dicti §.1.existimauerunt tamen quidam non posse secundos esse legitimos,
25 &cæt.¶Ad §.si verò solummodo.† &cęt.vers.omnino.dũ ibi in vers. nisi forsan.videtur permittere legitimationem istorum naturalium.potest dici,quòd non loquitur decisiuè,sed remissiuè.Remittit enim, quò ad legitimationem ipsorum naturalium per matrimonium ad constitutiones allegatas super hoc promulgatas: & sic ad §.dubitatũ.in quo loquitur solùm de legitimatione naturalium natorũ post legitimos,& non ante, vt suprà dixi: & sic illos tantũ per matrimonium permittit legitimari. Et põderanda est ibi dictio,forsan,quæ diuisionem inducit. Nam cum supra facta sit mentio de naturalibus, tam natis post matrimonium,quàm ante,nõ omnium, sed natorum tantũ post matrimonium indicat posse fieri legitimationem per ma-
26 trimonium.¶Non obstat † gl.ibi posita,quæ dicit, quòd illa dictio abundat;quia illud verum,intelligendo (secundùm,quod glo.intellexit) quòd tales naturales possunt legitimari per matrimoniũ,& ꝑ oblationem curiæ.Nam nati etiam ante matrimonium possunt per oblationem curiæ

riæ legitimari;cum in tali genere legitimationis non attenditur superexistentia legitimorum simpliciter, vt in Authen.quibus mod.natura.effi.sui.§. si quis igitur fuerit naturalium filiorum.Sed ad genus legitimãdi per matrimonium,de quo tex.videtur sentire, nati ante matrimonium aspirare non possunt per matrimonium medium : et sic dictio,forsan,ibi posita fuit propriè. Ad alia etiam potest dici,quòd patet responsio per rationes contrarias.s̄.formatas.Vel dic specialiter respondendo.Non obstat prima ratio,quòd matrimonium,quod est ipso iure nullum,&cæt. quia licèt matrimonium in se ipso iure sit nullum,rei substantia considerata:tamen considerato errore iugaliũ, vel alterius ipsorum,& fauore filiorum, & cõmunis habitus, & tractatus,vt iugalium,illa iura statuerunt,vt filij legitimi nascerentur. Sed in casu nostro filij fuerunt sub figura concubinatus illiciti,ergo.¶Hoc suadet, quòd figura tit. habetur pro titulo ad pariendam vsucapionem.l. Celsus. ff.de vsucap.& cõmunis habitus, & tractatus facit filium haberi pro legitimo,qui fortè in veritate non est.l. filium.
27 ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.¶Non obstat† Auth.sed noua cõstitutio.quia ibi loqtur. in ancilla,quæ per sequẽs matrimonium manumissa,fingitur retro libera fuisse.l.2. & fin.ff.de nata.restitu.coniuncta.l. fi. C. de bonis lib. & sic sublato obstaculo, vt retro fingatur matrimonium con
28 stitisse,quod esse non potest.¶Non obstat. † c.ex tenore. & c.cum inter. quia potest dici, ꝙ illa procedunt de iure can.& in eorũ foro,& quò ad ordines,& alios spirituales actus: & ita Docto.respondent in l. & si contra. C. de incest.nup.pro quibus facit.c.per venerabilem.qui fil.sint legitimi.Sed contraria debent seruari de iure ciuili,& in foro ciuili,& quò ad actum succedẽdi, qui de iure ciuili est lex l.oblig.de verb.signi. Vel dic,vt.s̄.ad propriã rationẽ, quòd illud operatur figura matrimonij, & quia filij nati ex huiusmodi figurato matrimonio, semper fuerunt legitimi, ita quòd ad eorum legitimationem non requiritur aliqua fictio retrotractiua : secus in casu nostro,quo fictio impeditur propter medij corruptionem, vt s̄. tactum est. ¶Item; quia maius est delictum aliquid committi in figura illiciti, & delicti, quàm in figura liciti,& honesti, vt est matrimonium, vt probatur in l. si adulterium cum incestu.§.non nunquam.& §.sequen.ff.de adult. ¶Nõ obstat
29 tertiò † generalitas l. cum quis. quia imò videtur requiri & tertium, scilicet affectio continuata,vt probat tex.ibi [ex eadẽ affectione] & vide alia allegata supra in tertia ra
30 tione ad primam partẽ.¶Non obstat etiam, quòd actus medius contrarius,vel impertinens,&cæt.vt supra.in 7.ratione;quia potest dici, quòd illa loquuntur de coniunctione, quæ fit sola iuris censura absque aliquo auxilio fictionis,& quando illa duo extrema se habent tanquam partes alicuius totius, videlicet ipsius præscriptionis,quæ de facili fit.Sed nos loquimur de transmutatione actus ad actũ, videlicet concubinatus in matrimonium. quod fieri non potest sine beneficio fictionis, quam impedit actus medi9
31 contrarius,vt s̄.patet.¶Nõ obstat † l.voluntate. quia ibi nulla interuenit fictio retrotractiua: sed potius pignus reintegratur, vt ex nunc, scilicet postquam est à venditione discessum,nec fingitur retro remãsisse semper obligatum, vt ꝓbat ibi dictio,sicut,cõiũcta,l.redhibere.§.1.ff.de ædi. ed.& de pign. l. lex vectigali. Vel dic subtilius, ꝙ licèt ibi fictio fingat retro,vt retro censeatur pignus obligatum:tamen ibi nullum interuenit medium contrarium. Nam si qua ibi fuit remissio,fuit consequentialis, videlicet si res remaneret penes emptorem, qua deficiente, euanuit remissio: & sic rectè retro semper fuit obligatum, pro hoc tex.ibi in ver.neque omnino,&cęt. ¶Similiter nec obstat
32 alia similia † de ac. rerũ amot. & act.de dote,&cæt.quia potest dici,quòd in illis iuribus actus contrarius modico tempore durauit; ideo iure fictionis fingitur quodammodo non intercessisse.ff.de ri.nup.l. plerique. & ita not. in d.l.si mulier diuerterit.& in l.fi.ff.rerũ amot.& sic remansit facultas retrotractionis. quod secus in casu proposito.
33 ¶Non † obstat etiam.8.ratio,in qua omnes magis se fundant;quia potest dici,quòd imò ad essentiam fictionis trãslatiuæ,non tantùm requiritur habilitas extremorum:sed etiam habilitas medij,& præcipuè;quia fingendo retro fingitur aliquid retro fuisse,de cuius substantia,& essentia requiritur continuatio temporis,vt est matrimonium,& existentia hæredis,& similes,argum.ff.de milita. testamen. l.
34 miles.& ita patet ad sensum.¶Non † obstat.§. solemus. & §.in extraneis.& sim.pro contraria opin.alleg.quia in illis actus medius, (de quo non curatur) est actus medius inter mentem testatoris:& institutionem:inter quas nulla interuenit retro fictio.l.hæres quandoque.ff.de acqu.hær. Sed si interueniret inhabilitas hæredis inter mortem testaroris, & aditionẽ hæreditatis,inter quæ extrema cadit fictio, talis inhabilitas impediret hæredem adire posse. & hoc videt̃ sensisse gl. ff. de dona.causa mor.in l.si mulier. super ver.ratione,quod nota. ¶Hoc etiã;& ratio suadet; quia data inhabilitate hæredis post mortem defuncti, & ante aditam hæreditatem,causa testati reduceretur ad causam intestati; quia regula. l. quandiu.ff.de acquir.hæred. videtur intelligenda eadem causa durante,per l.quod Ser
35 uius.& quod ibi not.ff.de cond.ob causam. ¶Nec † obstat,quòd iste actus medius contrarius,qui interuenit,interuenit facto hominis,qui non impedit; quia imò impedit fictus.l.fin.§.fin.ff.rem ratam hab.facit l. bonorũ.eo. titu.¶Nec obstat.l.si quis offerenti.& l.cum decem mihi. §. si fideiussor. quia ibi actus medius interueniẽs, nõ interuenit cum effectu, imò interim est in pendenti, scilicet vtrùm solutio facta procuratori, habeatur rata,vel nõ. Nã si habetur rata:tunc effectus (acceptilatione medio tempore facta) annihilatur: & sic soluto medio,fictio fingit retro. Sed in casu nostro medium contrarium non corrumpitur. Et quòd illius actus medij effectus sit in pendenti, patet per rationem;quia cum possit ad nihilum reduci(vt supra dixi) ergo interim non recipit perfectionem,vt.ff.de dona.l.donationes in concubinam.§.fin. & l.non videtur. ff.de dona.causa mor.& hoc no.ad intellectum dictorum iurium,in quorum contrarietate Bart.dixit se dubitare. Ad alias autem rationes facilis apparet responsio, per prædicta.

Ex Secundo dubio princ. tertiæ disputationis.

S V M M Æ.

1 *Verba vbi sunt certa,non admittunt voluntatis quæstionem.*
2 *Statuti verba sunt intelligenda secundùm proprium, & verũ significatum,non secundùm improprium, & fictum, & quomodo intelligatur.nu.24.*
3 *Iura loquẽtia in personã facientis,non cõprehendunt mandantem,nec ratum habentem, qui non debent verè, sed fictè facere.*
4 *In his,quæ specialiter,& contra iuris reg.& naturalem rationem statuuntur (velut in exorbitantibus) fienda est stricta interpretatio, vt à verbis nullatenus discedatur, nec aliqua fiat extensio.*
5 *Filius nõ natus legitimus,licèt fingatur natus legitimus à tempore*

pore suæ natiuitatis, tamen hoc non contingit secundùm veritatem naturæ, sed ex quadam legis dispositione, & sit statutum loquens de legitimo, non verificatur in legitimato per sequens mat. & ratio.

6 *Ciuiliter non sufficit quid fieri, nisi & naturaliter fiat, quod in quibus verum sit, videas.num.26.*

7 *Legitimus ex proprio significatu ille tantùm dicitur, qui originaliter ex legitimo matrimonio nascitur, & de tali legitimo intelliguntur verba statuti, natum legitimum in iure primogenituræ præferentis.*

8 *Qualitas, vel solemnitas aliqua substantialis, aliquo certo, & determinato tempore in actu requisita, si non reperitur adesse tempore necessario, licèt adsit ex primo facto, nihil operatur, & quomodo verum hoc intelligatur. nume.27.*

9 *In dignitatibus, & prærogatiuis requiritur habilitas tempore limitato, scilicet tempore, quo ipsa dignitas, vel prærogatiua defertur, vnde superueniens nihil operatur.*

10 *Quæ naturaliter insunt, vel naturaliter contrahuntur, censentur tolli, vel immutari non posse, imò continuò censentur inhærere subiecto, quod quemadmodum intelligatur, videas.nu.29.*

11 *Fictio nunquam fingit retro in præiudicium iuris iam quæsiti tertio. quod intellige verum, quando est efficaciter quæsitum.nu.30.*

12 *Fictio non trahitur retro ad tempus, quo sequi posset iuris repugnantia.*

13 *Legitimans nunquam præsumitur velle præferre legitimatum legitimo, & naturali.*

14 *Quando duo requiruntur ad perfectionem alicuius actus, si antequàm illa duo interueniant, actus expediatur cum tertio, licèt postea primus actus perficiatur: tamen hæc perfectio non nocet medio, cum quo actus primò perfectus fuit. quod declara verum, prout nu.34.*

Quis non potest succedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.ibidem.

15 *Legitimatus per subsequens matrimonium, gaudet prærogatiua statuti, vt admittatur, & præferatur in feudalibus tanquam primogenitus vigore ipsius statuti postea natis ex legitimo matrimonio.*

16 *Tale quid esse à principio, vel ex post facto reduci ad tale, paria sunt.*

17 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi, cui adiungitur.*

18 *Reuersus ab hostibus fingitur nunquam captus, & omnes posteriores excludit.*

19 *Per legitimationem filius nanciscitur iura legitima in successione paterna, quod declara.nu. 31.*

Fictio licèt non fingat retro in præiudicium iuris alteri iam quæsiti, tamen vbi nondum ius est quæsitum, potest retro fingere, licèt ex hoc consequenter alius afficiatur. quod declara, & intellige, prout.nu.32.

20 *Matrimonij sacramentum nedum à fidelibus, sed ab infidelibus quoque est approbatum, & diuinitus institutum.*

Item habuit originem in paradiso.

21 *Nihil, dictio habet vim vniuersalis negatiuæ.*

22 *Legitimati simpliciter per rescriptum, non succedunt in feudo, sed legitimati per matrimonium, sic.*

23 *Priuilegium Principis debet semper in dubio intelligi concessum sine alterius iniuria.*

25 *Ex lege dicitur esse, quod est ex verbis, & mente ipsius legis.*

28 *Decret. innotuit. de elect. declaratur, in quibus terminis loquatur.*

33 *Reg. quæ habet, quòd illa, quæ valent ex tempore, retro non trahuntur, declaratur, & limitatur vera in his, quæ ita valent ex nunc, quòd retro valere non possunt, quę ratio fuit vna ex alleg. sup. per Ioan. Andr. ad alias respondeas, vti infra nu.34. & 35.*

Descendo (hoc præsupposito, quòd legitimatio inducta fuerit) ad secundum dubium principale, scilicet an faciat hunc legitimatum præferri (tanquam primogenitum) inter legitimos virtute dicti statuti. Et antequàm eius examinationem assumam, præmitto supponendam esse validitatem statuti primogenitum præferentis: de qua licèt posset in dubium refricari: hic tamen insistere aliquatenus non intendo, sed remitto ad not. per Hostien. & post eum per Ioan. Andr. in not. extra de voto, & vo. redem. in c. licèt. ¶ Item & in facto supponendum est, ꝙ casus propositus non sit ab interpretata in loco illo consuetudine declaratus; tunc enim dubium nullũ existeret, ꝙ ad illã recurrendũ esset. ff. de legi. l. de quibus. & l. si de interpretatione. & C. quæ sit lon. consu. l. 1. quia si appareret per antiquatam obseruantiam statutum ipsum intellectum de primogenito naturali, & legitimo, vel etiam de legitimato: tunc illi standum esset, nec amplius inquirendum tanquam de casu certo, cum in incertis & cæt. ff. de verbor. obligat. l. continuus. §. cum ita. Simile dicitur,
1 quòd vbi † verba sunt certa, non admittunt voluntatis quæstionem. C. de lib. præ. l. 3. & ff. de reb. dub. l. in ambiguo. ¶ Hoc præmisso, arguo ad partes. Et primò ad partem negatiuam, quòd non debeat præferri tan-
2 quam primogenitus. & sic. Verba statuti † debent intelligi secundùm proprium, & verum significatum, non secundùm improprium, & fictum, l. 3. §. hæc verba. & ibi not. ff. de nego gest. & l. si seruum. §. non dixit Prætor. ff. de acquir. hæred. & ibi per Iacob. de Aren. & Rayn. Et propterea dicunt Doct. in l. hæc verba. ff. de adult. & in l. si quis id, quod. §. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. quòd lo-
3 quentia † in personam facientis, non comprehendunt mandantem, nec ratum habentem; quia non debent verè, sed fictè facere, l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi ar. in verb. videor. coniucta glo. Sed certum est legitimatum per matrimonium fictè, & non verè dici legitimum, l. cum quis. in fin. C. de natura. libe. Quod etiam patet; quia vbi fictio locum habere non potest, ibi cessat legitimatio per matrimoniũ, l. Paulus respondit. ff. de statu hom. & l. & si contra. & ibi not. Cyn. & Doct. C. de nupt. Si sic est; ergo talis legitimatus non potest comprehendi à verbis dicti statuti; ergo nec ab eius dispositione, ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauem. maximè attento, quòd statuta sunt stricti iuris. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obligat. & l. constitutionibus. ff. ad municip. cum similibus.
4 ¶ Secundò confirmatur. In his, quæ † specialiter, & contra iuris regulas, & naturalem rationem statuuntur (velut in exorbitantibus) fienda est stricta interpretatio, vt à verbis nullatenus discedatur, nec aliqua fiat extensio. ff. de leg. l. quod verò contra. & in regu. quæ à iure. de regu. iuris lib. 6. cum similibus. Sed clarum videtur, quòd hoc statutum disponit expresè contra formam iuris communis omnes filios æqualiter admittentis sexus: & omni alia differentia (etiam in tempore natiuitatis) reiecta. C. de libe. pręteri. l. maximum vitium. & in Authen. quibus modis natur. effici. sui. §. non autem differentiam facimus. l. 1. §. post suos. ff. de sui, & le-

gi. & Inſtit.de exhæred lib.§.veſtra verò. Cui & iuris di-
uini ratio conſonat,vt probatur numeri cap.27.Eſt et ge-
neratiuum rancoris,& inuidię inter fratres.patet in Eſau,
qui mortem minatus eſt Iacob fratri ſuo, eo quòd per
eius ſupplantationem primogenita meruerat ab Iſach pa
tre eius, Geneſis 27.ergo eius verba (prout de legitimo)
ſentit ſumenda propriè & ſtrictè: & ſic verificanda ſo-
lùm in propriè, & verè legitimo. ¶Pro hoc; quia na-
turales non poſſunt haberi ſine mortali peccato.28.q.4.
c.nemo ſibi blandiatur. ergo non eſt veriſimile, quòd
ſtatutum de talibus cogitauerit. ¶Tertiò confirma-
5 tur,quia dato,quòd talis Gaius fingatur retro natus† le-
gitimus à tempore ſuæ natiuitatis. Tamen certum eſt,
quòd hoc non contingit ſecundùm veritatem naturæ: ſed
ſecundùm quandam ciuilitatem, vel diſpoſitio legis; er-
go in eo non poteſt verificari dictum ſtatutum, quaſi vi-
deatur cogitaſſe de legitimo naturaliter, non ciuiliter.ff.
de leg.2.l.ſi ita quis.§.1.& C.de his,qui veni. æta. imp.l.
fin. Eſt enim regulare, quòd non ſufficit quid fieri ciui-
6 liter † niſi & naturaliter fiat.ff.de verbor.obligat.l. ex ea
parte.§.in inſulam.& de leg.2.l.cum pater. §. hæredita-
tem.cum ſimilibus. ¶Quartò verba ipſius ſtatuti præ
ferunt in iure primogenituræ primò natum legitimum.
Sed iſte Gaius (quomodocunque legitimatus) non eſt le-
gitimus: ſed appellatur legitimatus, vt notat gloſſ.in l.1.
ff.ad municip.in gloſſ. mag. & patet in nominis diuerſi-
tate. Nam aliter legitimus, aliter legitimatus appella-
tur, vt C.de codicil.l.ſi idem. de proprio enim ſignifica-
7 tu ille tantùm dicitur † legitimus, qui originaliter ex
legitimo matrimonio naſcitur, Authen. quibus modis
natu.effici. ſui. §. legitimi quidem ſucceſſores. & in l. fi-
lium.coniuncta gloſſ.ff.de his, qui ſunt vel alie. iur. dici-
tur enim legitimus, quaſi ſecundùm legem natus. Sic er-
go non eſt in caſu iſto legitimus: ſed habetur pro legiti-
mo. At certum eſt aliud eſſe, quem eſſe legitimum, aliud
haberi pro legitimo, vt dicitur in ſimilibus. Aliud quem
eſſe abſentem. Aliud eſſe verè præſentem, ſed haberi
pro abſente.ff.de adul.l.ſi maritus. §. legis. Et aliud eſt
eſſe mercem, aliud haberi loco mercis. ff. de verbor. ſi-
gnificat. l. mercis appellatione, & ibi not. Et aliud eſt
eſſe ciuem, aliud haberi pro ciue. not.Bart.in d. §. legis.
& in l.ſi is qui pro empto.ff.de vſucap. ¶Quintò quan
8 do † qualitas aliqua, vel ſolemnitas ſubſtantialis requi-
ritur aliquo certo & determinato tempore, ſi non repe-
ritur adeſſe tempore neceſſario, licèt adſit ex primo fa-
cto, nihil operatur, l.obligari.§.tutor.& ibi not.ff. de auc.
tut. Facit.C.de proba.l.matrem.& quod not.Iac.Butrig.
& Bart.in l.quid ergo.in prin.ff.de infami.& Bart.in l.bo
norum.ff.rem ra.ha.& Ci.in l.fi.C.ad Maced.facit etiam
quod not. Innocen. de conſuet.in c. cũ conſuetudinis. &
Ioan.Andr. de reb. eccle. non alienan.in c.1.lib.6.cũ ſi-
milibus. Sed iſta qualitas, ſcilicet legitimatio, hic vide-
tur requiri tempore natiuitatis, vt patet per illa verba
[primogenitum inter legitimos.] Qualitas enim adiun-
cta verbo, intelligitur, ſecundùm tempus verbi ſui adiun
gitur, l.in delictis.§.ſi extraneus.& fin.ff.de noxa. & l.Ti-
tius priuſquam.ff.de milit.teſtam.& not. plenè per Bart.
in l.ex facto.ff.de vulg.& pupill.Conſtat autem, quòd le
gitimatio tunc non affuit; ergo licèt poſtea ſuperueniat,
nil operatur, vt ſic dicamus, quòd caſus iſte tanquam à
ſtatuto vel conſuetudine omiſſus, habeatur pro omiſſo.
C.quæ ſit longa conſuet.l.1.& de ædifi. priua. l. an in to-
9 tum. ¶Sexto confirmatur. In dignitatibus † & præro-
gatiuis requiritur habilitas tempore limitato, ſcilicet
tempore, quo ipſa dignitas: vel prærogatiua defertur.
Vnde ſuperueniens, nihil agit. extra de elec.c.innotuit.
& c.dudum.& c.cum in cunctis.& in eis nota. Sed ius pri-
mogenituræ cõſiſtit hic in quadam præeminentia, vt no.
gloſſ.7.quæſt.1.c.quàm periculoſum.vbi not.in quo con-
ſiſtat hoc ius primogenituræ. Hanc autem præeminen-
tiam habet hic primogenitus inter alios fratres, eoipſo
quòd primogenitus eſt.22.q.2.c.fin.circa princ ergo ne-
ceſſariò requiritur, quòd adſit ſecundùm tempus, quo vt
primò naſcens in eſſe producitur, vt ſic reperiatur primũ
validum: quod eſt ſubſtantiale, & potentiſsima pars rei.
ff.de orig. iur. l. 1. & in quo conſiſtit radix, & verum fun
damentum; ergo deſtructo principio, deſtruitur totum
eſſe rei. Pro hoc in ſpecie videtur caſus.ff.de pęn.l. fra-
10 tres. 2. reſponſo. ¶Septimò. Quæ naturaliter † in-
ſunt, vel naturaliter contrahuntur, cenſentur tolli vel im-
mutari non poſſe: imò continuò cenſentur inhærere ſu-
biecto.Inſti.de legi.agna.tut.in §.fi. de iure naturali gen.
& ciui.§.ſed naturalia.& ff.de pact.l.ius agnationis. Sed
illegitimitas, & naturalitas à natura contrahuntur; ſta-
tim enim quòd quis ex concubina naſcitur, producitur
naturalis & illegitimus. licèt ergo poſtea matrimonium
contrahatur, non poteſt vitium hoc naturale tolli, nec
fieri, quò minus ita natus fuerit.arg.ff. de cap. & poſtlim.
re.l.in bello.§.factæ.imò etiam (ſecundùm veram Theo-
logorum doctrinam) nec Deus facere poſſet, quominus
ita natus fuiſſet; quia hoc implicat contradictionem.
Deus autem poteſt quicquid facere, non implicat con-
tradictionem. licèt ergo poſtea propter legitimationem
poſsit haberi pro legitimo: non tamen, quin illegitimus
natus fuerit; ergo à ſtatuto prædicto comprehendi non
11 poteſt. ¶Octauò confirmatur. Fictio † nunquam
fingit retro in præiudicium iuris iam quæſiti tertio.not.
gloſſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff. de lib. & poſthu.
& probatur extra de reſcrip.i c.quãuis. lib.6.& ff. de de-
cur.l.2.in princ.Sed in caſu iſto, filio legitimo & naturali
nato ex medio matrimonio (ex quo ipſe fuit, & erat tem
pore ſuæ natiuitatis primogenitus legitimus) ſtatim vi-
dentur quæſita iura primogenituræ.22.quæſt.2.c.fin. cir
ca princip. ergo in hoc potior eſſe debet. In vno enim,
eodemque genere dignitatis, prior eſſe debet, qui prius
meruit dignitatem. C. de conſul. l. 1.lib. 12. Et ſic in ſui
præiudicium, & excluſionem, non debet poſſe iſte legi-
timatus fingi retro legitimus. argum. prædictorum. &
maximè quia per hoc excluderemus legitimum à iure
iam ei quæſito præter factum ſuum, contra reg. iuris.
quod noſtrum. imò & quaſi decepta reperiretur nobi-
lis fortè Domina, quæ cum hoc Barone contraxit, & pri-
mogenitum ex eo procreauit legitimum, non fortè alias
contractura, ſi vidiſſet illi iam natum alium ad ſucceſ-
ſionem habilem. Paratur etiam naturali cauſa in eius
mortem conſpirandi, ſi ſperet ſe poſt mortem legitima-
ri poſſe, & ius conſequi primogenituræ. Et hoc in æqui
tate pro hac parte Io.And.plurimùm ponderauit.
¶Nonò. Fictio non trahitur retro ad tempus, quo ſe-
qui poſſet iuris repugnantia. C. de donatio. inter vir.
& vxor.l. donationes. Sed hic poſſet ſequi repugnan-
tia iuris; quia naturalis & legitimus ſuccedere deberet, &
actu aliter fuit in actu ſuccedendi, prius quàm naturalis
fuiſſet legitimatus.& ideò lex ſuam fictionem ad hunc ca
ſum non extendit.C.de cõd.inſer.l.2.& no.ff.de leg.1.l.ta
lis ſcriptura.in fi.¶Præterea vbi pſonæ conditio eſt muta
ta, vel vbi induceret vitiũ rei: fictio non trahit ad initiũ. ff.
de milita.teſt.l.ſi certarũ.§.fin.ff.de capt.l. in bello.§. co
dicilli.

dicilli.& C. de manumiss. testam.l. 1. ¶Item fictio non potest trahi ad initium,cum nuptiæ in parte tẽporis cõsistere potuerunt,& in parte non;aliàs sequeretur, quòd in parte temporis erit legitimatus,& in parte non:quod esset absurdum,arg. C.de cura.furio.l.cum alijs.& hæc fuit ratio Iaco.de Bel. ¶Decimò ad idem. Certum est,quòd legitimi,& naturales fuerunt legitimi ab initio,priusquã naturales essent legitimati. Sed inter plures legitimos,& ex ordine natos, ex tempore prærogatiua sumitur: sicut etiam in duabus dotibus, in quibus fictio locum habeat. C.de rei vxor.l.1.in princ.& qui po. in pig.hab.l. fina.§. exceptis.& ista etiam fuit ratio Iaco. de Belui. quam etiã in effectu sensit Ioan. An.¶Vndecimò.Nõ est verisimile,
13 legitimantem† voluisse præferre legitimatum legitimo,& naturali;ergo ad casum,& effectum istum non est trahendus iste legitimationis effectus,arg.ff.de vulga.& pupilla. l.ex facto.post princ.ver.igitur[ibi.nec enim]&c.¶Duodecimò pro ista parte videtur casus apertus in 10. coll. si de feu. def. conten. fue. §. naturales filij. vbi dicit litera. filios naturales licèt postea legitimatos ad successionem feudi nec solos,nec cum alijs vocari. ¶Et hanc partem tenuit Odof.in tractatu suo feudorum in titu.qui feu. suc. pos.post primam col.dum simpliciter dicit naturalem legitimatum,etiam per matrimonium(vt patet per iura per eum alleg.) in feudorum successione non admitti. Hanc etiam partem videtur tenere And.de Iser. in d.c. naturales.dum dicit,quòd etiam per matrimonium vitium illegitimationis non purgatur, tanquam vitium naturale, & ossibus affixum. ¶Hanc etiam partem tenuit Bart.Brix. & Io.And.vt scribit ipse Io. And.super reg. sine culpa.de reg.iur.li.6.vbi alias adducit rõnes:& sic hæc legitimatio nõ trahit retro;quia nec ex tempore,Auth. qui.mo.natu. eff.sui.§.si quis ergo.circa fi.ibi[quo facto ex hoc]&cęt. & gloss.ibi exponit, ex hoc.s.tempore. Ad idem adduco. C.de nup. in fin.ibi [editionis tempus] sed quæ ex tempore valent,retro non trahuntur,extra de despon.impub. c. 1.lib.6.ergo si retro non trahitur,valet vt ex nunc; ergo non potest tollere ius iam quęsitum.¶Item quia quando
14 duo † requiruntur ad perfectionem alicuius actus, si antequam illa duo interueniant,actus cum tertio expediatur,licèt postea primus actus perficiatur:tamen hæc perfectio non nocet medio, cum quo actus primò perfectus fuit,l.quotiens.C.de rei vendi.ff.quæ res pi.ob.pos.l.Titius.& qui po.in pig.hab.l.1.& de concessio.præben.c. si soli.lib.6.& in c. fin. de spon. duorum.;& de præben.c. si tibi absenti.lib. 6. ¶Item inducit rationem arguendo à sufficienti partium enumeratione,quod argumentum est validum in iure,l. patre furioso.ff. de his, qui sunt sui,vel alie. iur. & sic. Quia aut dicemus per hoc matrimonium subsequens, induci cõfirmationem legitimationis, aut legitimationem conferri,aut induci restitutionem legitimationis.Si conferatur confirmatio legitimationis:tunc hæc confirmatio non fingit retro in præiudicium iuris primogenituræ filio legitimo, & naturali suscepto iam quæsiti, vt in c. si apostolicæ.de præben. lib.6. Si confertur legitimatio: tunc hæc legitimatio non confertur in præiudiciũ iuris antedicti medio tempore quæsiti, arg.de rescript.c. si pro te.lib.6.Si inducitur legitimationis restitutio, nec ista potest prædicto iuri præiudicare, de rescrip.c.quamuis.lib.6.Hanc partem etiam tenuit Iac.de Belu.in Auth. quib. mod. natura effi. sui.§. tribus autem. & ibi allegat Ioan.And.ita tenuisse, & tamen Ioan.And.in d. reg.sine culpa. in hoc dubio allegat Iaco. de Belui. hoc tenuisse. Ita quòd quis eorum in hoc præcesserit, ignoro.
15 ¶Econtra quòd imò iste legitimatus † admittatur, & gaudeat prærogatiua statuti, vt præferatur. Primò paria
16 sunt à principio quid esse tale,† vel ex postfacto reduci ad tale,l.fin.ff.rerum amo.l.Vranius.in princ. ff. de fideiuss. ff.ad Maced.l.sed Iul.§.perinde.& C.ad Maced. l. fin.cũ simil. Sed si iste naturalis à principio fuisset legitimus, clarum est,& indubitatum, quòd fuisset vsus prærogatiua dicti statuti; ergo & nunc debet ea vti, cum legitimationem adeptus sit per matrimonium antedictum, d. c.tanta.cum simil. supra alleg. Nec est verum, quòd hoc statutum sit multum exorbitans;quia non præfert,nisi in feudalibus, & Comitatu, qui sui natura diuidi non debet, de prohi.feu.alie.per Frid.c.Imperialem.§. præterea ducatus.facit extra de præb.c.maioribus.sic in his, in quorum gubernatione primogenitus diligentior erit, arg. ff. de fide instrument.l. fin. Est & causa tollendi discordias inter ipsos fratres, quæ à communione vt plurimùm generantur.ff.de lega.2.l.cum pater.§. dulcissimis.& maximè in regimine. Nam vt dicit Seneca in lib.tragœd.tragœdia octaua de Agamẽnone, actu secundo. Nec regna socium ferre, nec te deserunt. Et Lucanus in primo

Omnisq; potestas.

Impatiens consortis erit.

Regnũ ẽt per eũ solũ vi simili meliùs gubernabitur; quia vnus Princeps (secundùm philosophum) facit.7. q. 1.c. in apibus.& quod ibi not. ¶Secundò confirmatur. Quali-
17 tas † adiuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi, cui adiungitur,l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.&.ff.de mili.test.l.Titius.not.etiam Bar. in l.ex facto. ff.de vulg.& pupilla. Sed illa verba [legitimus,primogenitus] respiciunt verbum,succedat, & successionibus effectum; ergo ipsius legitimationis effectus consideratur secundùm tempus,quo succedi debet:& sic tempus mortis defuncti. Non enim prius debet de cuiuscunque conditione quæri, quàm hæreditas,vel legatum ad eum pertineat,ff.de leg.2.l.non oportet.& de lega. præstan.l. interuenit. Nam & hoc tempus mortis, scilicet spectatur in successione, ratione proximitatis.Insti.de legiti.agna. succ.§.proximus.& ff.de iniusto testam.l. si filio exhæredato.in princ. & ad iudicandum de capacitate, vel incapacitate prohibiti.ff.de his, qui.vt indi. l. in fraudem.§. 1.& de iure fisc.l. intelligitur. §. quando autem. Eo autem tempore (scilicet mortis)constat hunc naturalem esse legitimum verè; ergo illud tempus, quod magis legitimato expedit, attendendum, C. de nat. lib. l. nuper. ad fin.maximè attento, quòd cum legitimatio, & illegitimatio sint inuentæ de iure ciuili, vt in Authen. quib. mod. natur. effici.sui.§.si quis ergo.ibi [non enim fuit in principio] &cæt. & in Authen. quib. mod. natura effici. legit.& supra tetigi in euident. ergo per contraria iura ciuilia, in totum, & propriè (sine aliquo auxilio fictionis) tolli possunt, argu.ff.de reg. iur.l. nihil tam naturale. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Instit. de iure nat. §.sed naturalia.& not.per Bart. in l. si is qui pro emptore.ff.de vsucap. facit etiam quod not. gloss. in l. facta. ff. de ædil. edicto. ¶Tertiò. Statutum præferens primogenitum, non debet operari contrarium eius, ad quod emanauit, argu. ff. de adi. lega. l. legata inutiliter. & de condit. & demonstra.l.cum tale.§.fina.cum simili.Emanauit autem ad augendam successionem primogeniti, non ad eam minuendam,vt de se patet. Sed hic diminueret eam,si hunc legitimatum non comprehenderet, quod patet; quia legitimatus cum alijs legitimis ad successionem bonorum paternorum vocabatur, vt in Authen.qui. mod.natura effi.sui.§.reliqui.in princ. Item & ex hoc videtur sequi fauor patris defuncti; nam per hoc augetur

numerus successorum habilium ad succedendum in Regno. lex autem disponit iura successionum dilatanda. Insititu. de bon. possess. §. adhuc autem. ¶Quartò ad idem. Legitimatus per matrimonium admittitur ad dignitates spirituales, not. extra de electio. i c. innotuit. & qui fi. sint legiti. i c. tanta. ergo multò magis debet admitti ad dignitates, & prærogatiuas temporales, qualis est ista primogeniturae, vt not. 7. q. 1. in c. quàm periculosum. & supra tactum est. cum spiritualia iura cæteris tẽporalibus tantò altiora, & pretiosiora consistant, quantò aurum metallis cæteris noscitur præfulgere. 96 distin. c. duo sunt. & c. per venerabilem. qui filij sint legi. & de maio. & obe. c. illud.
18 & c. solitæ. ¶Quintò pro hoc. Reuersus † ab hostibus fingitur nunquam captus, & omnes posteriores excludit, l. postliminij ius. ff. de capti. & de iniusto testamen. l. si quis filio. §. sed si pater. & de bonis liber. l. si necem. §. si deportatus. ergo & iste legitimatus fingi debet retro nunquam fuisse illegitimus, aliàs videtur sequi absurdum, quod esset partim naturalis, partim legitimus: quod esset quidem monstruosum. extra de clandest. desponsa. c. cum inhibitio. & d. c. per venerabilem. Et eadem res diuerso iure censeretur, contra id, quod habetur. ff. de vsucapio. in l. eũ, qui ædes. de rerum permu. i l. 1. de offi. Præto. i l. fi. & C. de codicil. in l. fi. & extra de doti. in c. ad audiẽtiam. cũ similibus. ¶Sextò. Non debet esse minoris potentiæ legitimatio superueniens per matrimonium, quàm illa, quæ per rescriptum Principis; cum in matrimonio, saltem interueniat consensus parentis, qui in nuptijs plurimùm ponderatur. ff. de reg. iur. l. nuptias. extra de spon. duo. c. fin. quod non est in rescripto, vel restitutione Principis superueniente post mortem patris. Sed certum est, quòd legitimatus à Principe, vel habente ab eo potestatem, habetur perinde, ac si medio tempore macula illegitimitatis nunquam fuisset aspersus, probat text. ad litteram. ff. de nata. resti. in l. 2. & clarius in l. fi. Facit. C. de nupt. l. imperialis. ergo haberi debet perinde, ac si omni tempore fuisset legitimus. bene facit quod not. Bart. in l. si is, qui pro emptore. in tertia quæstione principali. ff. de vsucap. Et quia priuilegium æquipollet naturæ. Io. And. de consue. in c. fin. lib. 6. in nouella. & Bald. C. de proba. in l. siue possidetis. Si hoc est in legitimato per rescriptũ; ergo fortius in eo, qui per matrimonium. An autem legitimatus à Principe in temporalibus censeatur legitimatus, etiam quò ad spiritualia, vide gl. 10. dist. in c. lex Imperatorum. & 10. dist. c. vno. & per Innocen. & Hostien. in d. c. per venerabilem. & per Guil. in Specul. de legato. §. postremo. versic. sed illud quæritur. ¶Septimò hoc suadet; quia (vt statim dicam) per legitimationem competit legitimato ius succedendi, quod est principale; ergo fortiùs qualitas primogenituræ, quæ ad hoc ius succedendi videtur se habere tanquàm annexa, & accessoria: & sic debet limitari, & regulari secundùm naturam sui principalis, vt in reg. iuris. c. cum principalis. vt sic habilitatus ad principale, intelligatur etiam habilitatus ad accessoria: & ad totũ intelligatur habilitatus, & ad partem: maximè attento, quòd hoc est quoddam beneficium sacramenti, idest matrimonij vtroque iure approbati; ergo latissimè interpretandum. ff. de constitu. prin. l. fin. ¶Octauò ad idem. Propter vnumquodq; tale, & illud multò magis. C. de sacrosan. eccl. Auth. multo magis. sed ius primogenituræ conceditur primogenito legitimo; quia legitimus retinet iura succedendi, quod quidẽ ius succedendi concessum est ipsi legitimato. Auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. filium. ergo & ipsum ius primogenituræ. Et si dicatur, dato quod sit primogenitus: non tamẽ est primogenitus legitimus, quod statutum videtur requirere. Respondeo, quòd potest dici, illud verbum appositum, vt denotaret prærogatiuam hanc competere habili ad succedendum, & remouere inhabiles. Et sic non remouet hunc legitimatum, cum habilis sit: nec ad eius exclusionẽ videtur appositum. Est & primogenitus naturaliter, ergo. ¶Præterea cum statutum non faciat expressè differentiã inter legitimum, & legitimatum: & legitimatus habeatur pro legitimo, per iura supra allegata in sexta ratione; maximè quia text. in d. l. imperialis. dicit [omni macula penitus direpta] & cæt. & de natura. libe. l. cum quis. in fi. ibi [eadem lance trutinari] & cæt. debemus istud taliter interpretari, quòd non discordet: sed concordet cum iure communi. Nam & verba dubia statuti declarantur secũdùm iura communia. C. de nox. l. 2. extra de consue. c. cũ dilectus. sic & verba conuentionis dubiæ, casus est no. in l. curatores. §. fin. ff. de administ. rerum ad ciui. perti. & dubia verba rescriptorũ. C. de inof. test. l. si qñ. & not. Inn. de rescrip. in c. cum causam, quæ. & maximè hoc attento, quòd promptum est iura iuribus concordari. C. de iur. doti. l. vnica. & extra de elec. c. cum expediat. lib. 6. ¶Nonò ad idem & fortiùs. Per legitimationẽ † filius nanciscit
19 iura legitima in paterna successione, d. §. filiũ. Auth. quibus mo. natu. effici. sui. Bene facit Auth. quib. mod. natu. effi. legit. §. & quoniam variæ. ibi [nihil dissimilis legitimis] adeo quòd etiam vbi agitur de impugnatione testamenti paterni, legitimatio superueniens fingit eum retro natum legitimum, vt patris testamentum, in quo præteritus erat, rumpatur. Et hoc per plures rationes tenuit Iaco. de Belui. in Auth. quibus mod. nat. effi. sui. ergo fortiùs hoc dicendum in casu proposito, vbi de nulla impugnatione testamenti paterni agitur. ¶Decimò hanc partem suadet; quia licèt dicatur, quòd fictio non fingat retro in præiudicium iuris alteri iam quæsiti, vt in iuribus alleg. supra ad partem contrariam: tamen vbi ius nondũ est quæsitum, potest retro fingere, licèt ex hoc consequenter alius afficiatur. Faciliùs enim impeditur fiendum, quàm tollatur iam factum, argu. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel, alie. iur. & faciliùs impedit obligatio contrahi, quàm contracta tollatur; patet. C. de actio. & oblig. i l. sicut. cum cõcor. ibi. Sed hic ius nondum erat effectualiter quæsitum alicui ex legitimis & naturalibus, patre suo viuente: sed sola aderat spes. ff. de lib. & posthu. l. in suis. Patet, quia & bona sua omnia potuisset abijcere, vt dicit gl. C. de inoffi. donat. in l. 1. facit de cond. & demon. l. Mænius. ergo superuenientia legitimationis de facili potuit impedire hanc acquisitionem, quæ fienda erat: & per hoc tollitur principale fundamentum allegatorum supra pro parte contraria. Et miror, quòd præfati Doct. hoc in facto ponderasse non videantur. ¶Vndecimò etiam pro hoc facit; quia cum matrimonium sit sacramentum
20 † apud fideles, & infideles approbatum, extra de diuor. c. gaudemus. & diuinitus institutũ; quia ortum habuit in Paradiso, vt dicit not. Innoc. extra de spon. in c. iuuenis. per illa verba [hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea] & Gen. 2. non debet ab eo quisquam retrahi. Sed si diceremus per hoc matrimonium talem non legitimari, nec effici successibilem (tanquã primogenitũ) de facili poterit iste Baro, vxore extincta, nolle contrahere cũ tali cõcubina: & sic à matrimonio abstraheret, quod esset iniquum. ¶Duodecimò pro hac parte vr̃ casus expressus in Auth. quib. mo. natura. effi. sui. §. reliqui. circa princ. ibi [quas habent hi, qui ab intestato legitimi sunt] & §. si qs ergo. circa fi. ibi [nihil à legitimis filijs differentes] colla. 7. & in Auth. quibus modis natura. effi. legi. §. liceat igit.
circa

21 circa fi.ibi [& nihil à legitimis filijs: differentes verò† nihil] quæ dictio habet vim vniuersalis negatiuæ: & sic requirit cessare concursum omnium particularium, l. legitimos. §. an ergo. & quod no. ibi. ff. de legiti. tuto. ¶Et hác partem disputans tenuit Ricard. Malumb. maximè per rationẽ tex. in l. filio, quem pater. ff. de libe. & posthu. qua si iste non sit nouus filius: sed qui primò erat, redditus videatur, bene facit. ff. de iusti. & iure. l. manumissiones. & quod not. Innocen. de rescrip. in c. cum aliquibus. lib. 6. ¶Hanc etiam partem (salua semper omni reuerẽtia DD. contrarium terminantium, de quibus supra) de iure reputo veriorem, scilicet in casu proposito, quo hæc legitimatio superuenit per matrimonium. Est enim multò fauorabilior, quàm ea, quæ per rescriptum, maximè propter id, quod tetigi supra in sexta ratione pro hac parte. In superueniente ergo per rescriptum, & post mortem patris posset dici procedere allegata sup. pro prima parte.

22 ¶Pro hoc bene facit; quia † legitimati simpliciter per rescriptum, non succedunt in feudo: & tamen legitimati per matrimonium sic. Et ita not. limitatur text. in d. c. naturales filij. in 10. col. si de feu. contro. fuerit. & hoc tenent ibi Iacob. de Belu. & Bald. facit quod not. Bernar. extra de elec. in c. innotuit. Et potuit fortè esse ratio illius c. quia

23 † priuilegium Principis semper debet in dubio intelligi concessum sine alterius iniuria. C. de emã. lib. l. nec auus. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. meritò. &. §. si quis à Principe. cum similibus. Sed ibi fieret iniuria Domino, qui ad feudum vocatur, vasallo moriente sine hærede legitimo, idest sine filio legitimo. probatur in tit. qui feud. dare pos. §. cum verò Conradus. & de aliena. feudi. §. si clientulus. Et per hoc patet, quòd illud. c. non obstat huic parti. ¶Similiter & ad plura alia inducta pro prima parte, patet responsio per rationes. s̃. pro hac parte inductas.

24 ¶Non enim obst. prima ratio; quia ei respondetur† per secundam in contrarium. Et hæc responsio procedit de plano, tenendo quòd legitimatio requisita per statutum, requiratur, & attendatur tempore paternæ successionis, vt includit d. 2. ratio. ¶Sed supposito, quòd requireretur tempore natiuitatis, quo tempore hic legitimatus nõ potest dici verè legitimus: sed fictè; licèt hodie sit verè legitimus, sm̃ doctrinam Bart. in l. si is, qui pro emptore. in 5. principali q. circa princ. ff. de rescrip. posset responderi, ꝙ licèt fictum non contineatur verbis statuti in personam concepti: continetur tamen ex mente ipsius statuti, vt not. Bart. in l. si quis id, quod. §. fin. ff. de iurisdi. om. iud. & Iacob. Butrig. C. de legi. in l. non dubium. in princ.

25 & sic potest dici ex statuto prouisum; quia † ex lege dicitur, quod est ex verbis legis, & quod est ex mente. ff. de verbor. signific. l. nominis, & rei. §. verbum. facit quod no. Bart. in l. 1. post princ. ff. de oper. nou. nunc. & l. Prætor. §. 1. eod. tit. hanc autem mentem potius, quàm verba (ex quo de ea constat) mutare nõ debemus, vt d. l. non dubiũ. & not. Dyn. in c. fi. de regul. iur. lib. 6. etiam in statutis, cũ prædicta interpretatio potius sit declaratiua, quàm extensiua, secundùm not. in l. 2. C. de noxa. & extra de consti. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ. ¶Plus videtur attentari posse, vt dicamus, quòd licèt hæc interpretatio esset extensiua ad hoc: non tamen sit incompatibilis in statutis, imò statuta eam recipiunt. patet in verbis Prætorum, quę quãquam sint stricti iuris, l. constitutionibus. ff. ad municip. & d. l. 3. §. hæc verba. de neg. gest. tamen hanc interpretationem recipiunt, etiam in pœnalibus, & odiosis, l. si quis id, quod. §. penul. ff. de iurisd. om. iud. & in l. 1. in prin. coniuncto. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. Et hanc partem videtur tenere Iac. de Are. in l. si seruum. §. non autem Prætor. ff. de acquir. hæred. & etiam quidam alij, de quibus Cin. facit mentionem in l. non ideo minus. in penult. q. C. de accus. & eam firmat Bald. in materia feudorum in tit. de feudi succes. circa fin. & hæc pondera; licèt sic in discursu festinantis calami sint relata. ¶Non ob. 3. ratio, quòd non sufficit quid ciuiliter fieri & cæt. quia potest respon-

26 deri illud verum † in his, quæ nil habent naturalitatis, vt in filio adoptiuo, & similibus. Sed per legitimationem filius non efficitur ciuilis filius: sed potius macula illegitimitatis per ius ciuile contracta, per contrarium ius ciuile submota, restituitur primęuæ naturæ, & antiquæ ingenuitati Authen. qui. mo. natu. effi. legi. §. liceat igitur sicut diximus. colla. 6. & in Auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. si quis igitur filios legitimos non habens, & cæt. & dixi. s̃. in 2. ratione. ¶Non ob. quarta ratio; quia imò legitimatus est verè legitimus, & propriè, vt patet per iura allegata sup. in sexta ratione. Et gloss. quæ in d. l. 1. ad municip. appellat legitimatos, facit solùm, vt euidentiùs ostendat, de quibus loquitur. ¶Non obst. quinta ratio, quòd quando solemnitas requiritur aliquo certo tẽpore & cæt. quia

27 hæc maior † vera in his, quæ retro non trahuntur nec potentia, nec actu: vel saltem non actualiter; licèt potentialiter se aspiciant retro, vt ratihabitio: sed quando actus trahitur retro, vt est actus legitimationis, vt in iuribus supra allegatis in sexta ratione, sufficit quandocunque interueniat, vt probatur in d. l. bonorum. in ratione sui. Et si diceretur, tunc hæc legitimatio non adesset verè, sed ficte: & sic non comprehenderetur verbis statuti; quia respondeo, vt dictum est supra ad primã rõnem. ¶Non ob. et sexta rõ per Decre. innotuit. & cæt. quia potest respon-

28 deri, ꝙ potius facit pro, q̃ cõtra. Nam in dignitatibus, †& similibus volunt requiri habilitatem tp̃e, quo dignitas cõfertur; ergo tp̃e successionis, quo tempore dignitas, & legitimatio hic aderat, & verè, vt dictum est supra. Vel si cõtradicant, dic ꝙ loquuntur in tali habilitate. quæ licèt postea superueniat: retro non trahitur, vt in habilitate morum, vel scientiæ: secus in ea, de qua loquimur, quæ trahi-

29 tur retro, vt dictum est. ¶Non ob. 7. rõ. ꝙ quæ naturaliter insunt, & cæt. quia illa maior vera in illis naturalibus, quæ per accidens superueniens non sunt alterabilia. & sic loquitur cõtrariũ. Sed quando naturaliter cohærẽs est alterabile per superueniens accidens: tunc accidens superueniens tollitur, & in aliud accidens commutatur, l. si eadem. ff. de offi. asses. & de postu. l. 1. §. bestias. Sed in casu nostro illegitimatio ꝑ legitimationẽ superuenientẽ funditus tollitur, vt patet. s̃. in prima, & secunda ratione pro hac parte. ¶Nõ ob. 8. ꝙ fictio nunquã fingat retro, & cęt.

30 quia illud † verum, quando ius est efficaciter quæsitum. Secus si tantùm spe, vt in casu nostro, vt patet supra. in 10. ratione. de hac autem spe non curatur, vt in l. post emancipationem. ff. de lib. legã. & ibi no. Bar. & in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. & hoc voluit in simi. Iac. Butr. in tempore appellandi in l. furti. ff. de his, qui no. infa. ¶Vel subtilius dic, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ ius non fingit in pręiudicium iuris tertio iam quæsiti, illud verum, quando est quæsitum facto hominis, puta ex concessione Principis. Ita loquitur c. quamuis. Sed quando ius est alicui quæsitum (etiam ex facto legis) præter aliquod factum eius, cui est quæsitum, puta per amotionem, vel interpositionem alicuius obstaculi: tunc tale ius, sicut præter aliquod eius factum, est quæsitum sibi: ita solo contrario facto legis potest tolli. Patet in filio deportato, quo per deportationẽ de medio sublato, nepoti quæruntur (& verè) iura suitatis, præter aliquod factum suum: deinde filius restitutus recuperat iura suitatis, quæ perdiderat præter ali-

quod factum nepotis,vt hic probatur in l. 1.§.fi.ff.de cõ tra tab.& l. 3. §. si vocē.ff. de bon.liber.& de iure patr.c. siue patronus.&.ff.de his,qui sunt sui, vel alie.iur.l.si qua pęna.ita est in casu nostro. Nam propter irrogatam macu lam illegitimatis huic primo nato beneficio legis, secundo nato fuerunt quęsita iura primogenituræ; ergo &cæt. ¶Nõ ob.gl.in l.Gallus.§.& quid si tñ.quam Bar.& oēs allegant.ff.de lib.& posth.quia loquitur in restitutione de portati,quæ retro non trahitur,vt l.fi.& ibi not. C.de sen.
31 pas.¶Non obstat 9.ratio;quia negatur,†quòd in casu nostro primus legitimus,& naturalis fuerit in actu succedendi, ante legitimationem istius legitimati, licèt fuerit potentialiter, vt de se patet ex.§.allegatis.¶Non obstat ēt
32 decima ratio,ꝙ fictio† non trahitur retro,si exinde sequeretur rei vitium &cæt. quia hic nullum vitium sequitur; sed potius persona habilis habilitatur, & restituitur primęuis natalibus,& primęuo iuri,vt patet ex prædictis. Ex quibus ēt patet responsio ad 11.& 12.rationem. ¶Ad rationes ēt Io.And. pro hac parte posset responderi,ꝙ illa,
33 quæ valent ex tempore,retro † non trahuntur, est verum, quando ita valent ex nunc, ꝙ retro valere non possint, & sic loquit.c.1.de desponsa. impube.lib.6.Secus tamē est in actu legitimationis,quæ & nunc, & retro valere potest; licèt ergo nunc in esse producatur effectus: tamen ius retrotrahitur. Vel dic,ꝙ §. si quis ergo.per eum allegatus, non loquitur in legitimatione,quæ fit per matrimonium; sed in ea,quæ fit per rescriptum,vt ibi patet. ¶Item non
34 obstat aliud,ꝙ quando duo requiruntur &cæt.quia†illud verum in actibus retro non fingentibus: & ita loquuntur omnia iura per eum allegata.Nam propter defectū extremi à quo impeditur in dictis iuribus retrotractio: secus in iuribus,quę retro trahuntur;quia tunc etiam si actus cū alio perficiatur,fit retrotractio in præiudicium medij, cui interim fuit effectualiter ius quæsitum, probatur in l. potior.& l.qui balneum.ff.qui potio.in pigno.ha. ¶Nõ ob-
35 stat etiam arg. eius vltimū à sufficienti† partium enumeratione;quia propriè loquendo, legitimatio nullum illorum trium operatur:sed potius operatur amotionem velaminis,& obstaculi,quo naturale, & primęuum ius fuerat etiam oppressum,sic dicitur in l.manumissiones. ff.de iusti.& iure. Vel posito, quòd induceret restitutionem legitimationis,ob.contrarium,per ea,quæ dixi supra in responsione ad octauam rationem.

Ex tertio dubio principali tertiæ disputationis.

SVMMAE.

1 *Ratio legis, potissimum in scriptis redacta, vbicunque potest habere locum,ipsa quoque lex (etiam si verba hoc non patiantur)dicitur habere locum, & ratio.*
2 *Causa proxima impedimenti sublata,tollitur & ipsum impedimentum,& effectus eius,& quid ex hoc sequatur.*
3 *Principalis effectus eorum, qui ex matrimonio subsequenti sequuntur, est,vt præteritus coitus,abolita macula,filios ad iura legitimorum adducat.*
4 *Matrimoniū,quod est ipso iure nullum, solo nomine (virtute eius) filios aliàs illegitimos, ad iura legitimitatis adducit.*
5 *Ratio, cur secundùm quosdam spurij nati ex damnato coitu, non legitimentur per sequens matrimonium.quæ sit.*
6 *Actus semel improbatus, regulariter à sequenti approbatione non validatur.*
7 *Legitimatio,quæ fit per matrimonium, fit vigore retrotractus ficti ad tempora primi coitus, & natiuitatis filiorum.*
8 *Filius spurius non dicitur habere patrem, nec censetur filius.*
9 *Contrahat si quis cū muliere matrimoniū, cū qua non poterat sine dispensatione contrahere, & nascantur filij, tales non legitimantur, licèt postea superueniat dispensatio.*
10 *Potestas legitimandi an sit delegabilis, cum sit de reseruatis Principi.*
11 *Legitimatio ad quid inducta fuerit.*
12 *Ius illud potentius est,quod quæritur per legitimationem (per quam quis primæuis restituitur natalibus)quàm per adop.*
13 *Filiationis,& agnationis iura adhoc,vt inter aliquos contrahantur, & vnus efficiatur habilis ad successionem alterius, (quod cõtingit per legitimationem) requiritur consensus amborum, nempè patris legitimantis, & ipsius filij legitimati.*
14 *Legitimationis filij per rescriptum,potestas, & effectus est limitatus ad alterum de duobus modis,aut patre eum per preces Principi offerente, aut illum appellante legitimum.*
15 *Legimitatio per rescriptum non permittitur, nisi in subsidium, scilicet si matrimonium non potest contrahi cum matre legitimati,impossibilitate iuris,vel facti, & adsit defectus legitimorum filiorum.*
16 *Legitimatio facta per habentem potestatem à Principe, censetur facta ab ipso Principe, tanquam per eum repræsentato.*
17 *Legitimatio est actus voluntariæ iurisdictionis, & ratio.*
18 *Legitimatio est actus extraiudicialis.*
19 *In legitimatione, vt teneat, quando per rescriptum impetratur,non requiritur expressio qualitatis spuriositatis, vel illegitimatis.*

Circa tertium dubium principale,an superueniēs legitimatio Sempronij de iure sortiri potuerit effectum. Aduerte hoc quæsitum diuersis respectibus attingi posse. Primò respectu casus impliciti, qui est, vtrùm dici potuerit,Sempronium legitimatū per sequens matrimonium. Secundò respectu casus expliciti,scilicet superuenientis legitimationis per rescriptum. Et hoc potest considerari tripliciter. ¶Primò respectu potestatis legitimantis, sed eam infra supponam. ¶Secundò respectu temporis,quo facta fuit, & solemnitatis in legitimatione seruatæ. ¶Tertiò respectu personæ legitimatę, quæ supponitur fuisse infans. ¶Quò ad primum (licèt satis expeditum videatur, vt infra tangam) tamen vt disputantium morem seruem, arguo ad partes. Et primò ad affirmatiuam,quòd per sequens matrimonium fuerit legitimatus. Primò sic. Vbicunque locum habet ratio
1 † legis potissimè in scriptis redacta, locum habet & ipsa lex (etiam si verba hoc non patiantur) cum nil aliud sit lex,quàm ipsa mens legis,l. non dubium. & ibi no. C.de legi.&.ff.eod.tit.l.contra legem.& de verb.significat.l.nominis,& rei.§. verbum.& l. si finita. §. deinde ait Prætor. vers.de cæteris locis publicis.ff.de dam.infec.Sed ratio legitima per matrimonium est, quòd amores filiorum susceptorum in figura matrimonij, attrahunt patrem ad nuptialia instrumēta contrahēda,patet.C.de natu.libe.l. cum quis.& clariùs in Auth.qui.mo.nat.effi.legi.§.liceat igitur.cum duob. seq. quæ ratio maximè cõplectitur istū spurium,tanquam recentius editū; ergo & legis effectus, indignè enim à legitimorū numero segregaretur, qui matrem instrumentis nuptialibus dignā fecit, vt in simili dr in l.eum, qui probabilem.C.de episco. & cleri. ¶Secun-
2 do. Sublata † causa proxima impedimēti, tollitur & ipsū impedimentū,& effectus ipsius.ff.de cond. ob tur.cām.l. si ob turpē.& C.quod met. cā.l.2.cū si. Facit & illud generale.

nerale. Sublata causa, tollitur effectus. l. generaliter. & ibi
no. C. de epis. & cle. Sed matrimonium postea subsequutũ
tollit, & abolet omne vitium, & maculã adulterij præteri
ti, l. si vxor. §. fi. ff. de adul. i ver. aboleuit. & ex eo. tit. c. quæ
situm. in fi. & extra. de iureiuran. c. quemadmodum. quod
adulteriũ est causa proxima, & immediata spuriositatis,
& damnationis filij. Auth. qui mo. natu. effi. sui. §. fin. &
Auth. licet. C. de natu. lib. ergo & macula, vel defectus
spuriositatis tollitur: & sic remanet in primæuo iure, scili-
cet legitimitatis, Auth. qui. mo. nat. effi. leg. §. liceat igi
tur. secundùm quòd diximus. ¶ Tertiò. Inter alios effect⁹.
3 qui ex matrimonio sequuntur, est, vt † præteritus coitus
(abolita macula) filios ad iura legitimorum adducat. l. cũ
quis. & l. nuper. C. de natu. libe. Insti. de nup. §. si. extra qui
filij sint legi. c. tanta. hunc autem effectum matrimonium
secum trahit. Vel potest dici, quòd simul in esse producun
tur, vt videtur probari in d. c. tanta. in princ. Sed adulteriũ
præcedens non potest impedire matrimonium contrahi.
extra de eo, qui duxit. in mat. c. significauit nobis. & c. fin.
& quasi per totum. & in Auth. de rap. mulie. quæ proprijs
rapto. §. pen. col. 9. ergo nec debet posse impedire effectũ:
qui necessariò sequitur, & producitur cũ eodem. ¶ Quar-
4 tò. Matrimonium, † quod est ipso iure nullũ, solo nomine
(virtute eius) filios alias illegitimos, ad iura legitimita-
tis adducit, casus vnicus, & singularis de iure ciuili in l.
qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. & extra qui filij sunt
legi. c. cum inter. & c. ex tenore. ergo multò magis matri-
monium, quod est validum: vel saltem æquè debet posse
filios (licèt maiori macula, puta adulterij affectos) ad ea-
dem iura erigere; quia difficiliùs, quod nihil est, aliquid
(licèt minimum) agit, q̃ quod aliquid est: licèt mai⁹. l. 1.
circa prin. C. de rei vx. act. & hæc ratio formaliter etiam fa
5 cta fuit s. circa primũ dubiũ. ¶ Quintò. Ratio, † propter
quam potissimè dicitur in oppo. spurios natos ex damna
to coitu non legitimari per sequens matrimonium (quod
multi tenuerunt in l. Paulus. ff. de statu ho. & tangam sta-
tim ad aliam partem) est; quia matrimonium non potest
fingere illo tempore, quo verè operari nõ potuisset. Et
sic (secundùm hoc) legitimatio proueniret ex retrotractu,
qui insurgit ex matrimonio postea sequenti. Sed ista ratio
videtur falsa, & contra tex. l. cum quis. C. de natura. li. er-
go, & quod infertur ex ea. Quòd sit falsa, patet; quia si præ
dicta esset ratio; ergo antequam fuisset promulgata, l. cum
quis. C. de natura. li. filij primò nati per sequens matrimo
nium fuissent legitimati, cum ius retrotrahendi, etiam iure
antiquo iam foret inuentum, patet in iure postliminij. l.
postliminij ius. & l. pater instituto. & quasi per totum. ff.
de capti. patet etiam in l. potior. & l. qui balneum. quod
tamen non erat ante promulgationem dictę leg. vt ibi pa
tet in litera. Dicamus ergo, quòd ius, & potestas matrimo
nij æqualiter possit legitimare spurios: sicut & naturales.
¶ Sextò hoc videtur hodie decisum, saltem iure Authenti
corum, quo disponitur, quòd per sequens matrimonium
filij nati, etiam eo tempore, quo matrimonium verè con-
trahi nõ potuisset, legitimentur, Auth. sed constitutio no
ua. C. de natura. li. & in cor. vt liber. de cætero. §. si quis.
col. 6. quod etiam iure canonico videtur expeditum, secun
dùm glo. in l. si quis incesti. C. de incest. nup. probatur ex-
tra qui fi. sint legi. in c. ex tenore. & c. cum inter. facit c. 1.
de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adul. ¶ Et hoc tenen
do responderetur ad c. tãta. 2. respon. qui fi. sint legi. quòd
debeat intelligi, quãdo aderat solus spurius, & sic nullum
præcedebat extremum habile: cuius respectu fictio posset
retrotrahi. Secus si adest spurius, & naturalis, vt est in casu
proposito; tunc enim, cũ naturalis sit, secundũ omnes, me

diũ matrimoniũ nõ ob. quin legitimet. d. c. tãta. 1. resp.
fictio trahit retro, & in ipso retrotractu transit per ipsum
spurium: & in ipsum influit, & legitimat sui potestate; &
sic dicere possumus, quòd consequitur per alium, quod
per se consequi non posset, & hæc erit vera limitatio ad il-
lum tex. Et tenendo hanc partem, frustra disputaretur in
casu propusito de alio modo legitimationis, scilicet per
rescriptũ. quia legitimatio in legitimo nil operatur. C. de
manu. vin. l. 2. ¶ Econtra aũt q per sequens matrimonium
6 legitimatus non fuerit, probatur primò. Actus † impro
batus semel, regulariter à sequenti approbatione non vali
datur. ff. de solu. l. dispensatorẽ. in fi. & in reg. iur. l. quod
semel. Sed coniugato est à lege à inhibitus omnis alius
coitus, idest cũ alia muliere: imò omnis damnatur. Auth.
qui. mo. natura. effi. sui. §. fi. & C. de nup. l. & si contra. ergo
talis filius omni tempore debet censeri ex coitu damnato
editus, & sic spurius, argum. ff. de sta. ho. l. vulgo. & l. cum
legitimè, & sic improbatus. ergo non debet postea posse
7 hoc modo legitimari. ¶ Secundò legitimatio, † quæ
fit per matrimonium, fit vigore retrotractus ficti ad tem-
pora primi coitus, & natiuitatis filiorum, vt probatur. in l.
cum quis. in fi. C. de nat. libe. & expressius in l. imperialis.
§. præsenti. C. de nup. ibi [nam omni macula] & cæt. & col
ligitur ex no. per glo. & Docto. in l. Paulus respondit. ff. de
sta. ho. Sed inhabilitas extremi ad quod vitiat, retrotra-
ctionẽ; quia fictio non fingit super impossibili. ff. si cert. pe
ta. l. si filiusfa. & no. in l. 2. C. de inoff. donat. & ff. de adop.
8 in l. adoptio. ¶ Tertiò. Filius † spurius non dicit habere pa
trem, nec censetur filius, d. l. vulgo. Auth. qui. mo. natura.
effi. sui. §. fin. & C. de natu. lib. Auth. licet. in fin. Sed quod
non est, non videtur posse recipere qualitatem confirma-
tionis, argum. ff. si cert. pet. l. eius, qui in prouinciam. & sic
de eo non potest dici à lege confirmante, vel inducente, in
dubio cogitatum. ¶ Quartò ad idem. Si matrimonium
redigeret spurios ad ius legitimorum, ergo inuiti redige-
rentur in patriam potestatem. Sed istud consequens est fal
sum, & contra l. fin. ff. de sta. homi. & ff. de adop. l. qui li-
beratus. ergo & antecedens. Consequentia probatur; quia
ad matrimonium sufficit solus iugalium consensus. ff. de
regu. iuris. l. nuptias. Auth. de nup. §. nuptias. coll. 4. & ex-
tra de spon. duorum. c. fi. cum simil. ¶ Quintò pro hac par
te facit. C. de natu. lib. l. cum quis. in princ. & l. seq. à con-
trario sensu. & ibi p Cin. & quod tangit gl. in l. & si contra
mandata. C. de nup. Apertiùs videtur probari in Authen.
qui. mo. natura. effi. sui. §. si quidem nos. coll. 7. vbi Impe-
rator plenè discussis tribus modis legitimandi, videlicet
per dationem curiæ, vt in §. si quis igitur. per interuentum
instrumentorum dotalium. ibi [si quis igitur dotalia scri-
pserit.] Item tertiò per rescriptum Principis ibi. [Si quis
ergo filios legitimos non habens.] in fi. & in d. §. vlt. dicit
filios spurios, & natos ex coitu damnato non habere parti
cipium eiusdem legis, ibi [non habebit quidquam] & cæt.
& sic priuat eos omni benificio legitimationis. ¶ Sextò
hoc idem videtur probari per casum in d. l. Paulus respon
dit. ff. de statu. ho. per quam dicit ibi no. Guil. quòd partus
natus ex coniunctione improbata, nõ legitimatur per ma
9 trimonium. Et ideo terminat, quòd si contrahat † quis cũ
muliere matrimonium, cum qua non poterat sine dispen-
satione contrahere: & nascantur filij, tales non legitiman-
tur, licèt postea superueniat dispensatio. quod est singula-
riter not. & sic licèt legitimari possint spurij iure ca-
nonico: tamen talis legitimatio per matrimonium nõ tra
hitur retro ad iam natos. quod etiam tenet ibi Cin. quod
etiam tetigit in d. l. & si contra mandata. C. de nup. ¶ Vl-
timò pro ista parte (non violando) est casus in d. Decre.

tanta.secundo respon. Et hanc partem conclusiuè puto veram. ¶Quò ad secundum, scilicet de effectu legitimationis per rescriptum, potestatis ipsius legitimātis potest du
10 bium causari. Primò quia hæc potestas † non videtur delegabilis; quia legitimare, videtur de specialibus reseruatis Principi, probatur in Auth.quib.mo.natu.effi.legi. in §.liceat igitur.colla 6.ibi [offerre Imperatori preces] idē & in Auth.qui mo.natu.effi.sui.§. si quis ergo filios legitimos.no.Bar.in l.non ambigitur.ff.de legi.& l.Imperium. §. de iurisd.om.iudi.Secundò; quia dato, quòd sit delegabilis: tamen Princeps (hoc concedendo) videtur concedere solùm in casibus, in quibus aliàs illegitimatio de iure permittatur. Sed extātibus legitimis (vt erat in casu proposito) nō videt̄ permitti. Auth.qui.mo.natu.effi.legi.§.si quis ergo filios.in princ.¶Sed his nō obst. sine alia prosequutione puto eā delegabilem de iure.& dico probari per casum l.non enim.coniuncta.l.2.ff.de adop. Et hanc potestatem delegatam alicui in beneficium, deriuantem ab ipso Principe latè interpretandam. ff. de consti.princ. l. fin. vt sic possit etiam in casu proposito legitimare; licèt enim necessaria non sit: nec ad eam aptè deueniatur, legitimis extantibus, vt.d. §. si quis ergo. non tamē per hoc tollitur potestas Principi legitimandi naturales, etiam legitimis extantibus: & per consequens nec habenti ab eo potestatem.¶Supposita ergo simpliciter potestate legitimantis, videndū est de effectu ipsius legitimationis, respectu temporis, & solemnitatis in ea seruatæ: & etiam personæ legitimatæ, quæ supponitur fuisse in factis. Et ad vtrunque istorum simul arguo. Et primò ad partem negatiuam.

11 ¶ Legitimatio † ad hoc inducta fuit, vt filij naturales, vel spurij iura filiorum, & agnationem recuperarent. C. de natu.lib.l.cū quis.in fin.& Auth.qui.mod.natu.effi.sui circa princ.ibi [& ex naturalibus ad legitimos eleuare] &cæt. Sed hæc iura post mortem patris recuperare non possunt; non enim plus potest fictio, quàm veritas.ff.si cer.peta. si filiusfa. sed naturaliter cōtrahi nō possunt, vt de se patet; igitur nec fictè, seu per actum ciuilem, argum. ff.de adop. l.adoptio. Et quia post mortem desinunt, ergo hoc tempore inchoari non possunt, argum. ff. de vsufru. l. Titio cum morietur. ¶Secundò. Potentius est ius, quod quæritur
12 † per legitimationem, per quam primæuis quis natalibus restituitur, l.quæris.& l.fin.ff.de natal.resti.quā per adop. sed adoptio post mortem patris (etiā per rescriptum Principis) confirmari non potest, nisi filijs, & alijs (quorum interest) requisitis.l.adoptio.& l.nam ita Diuus.ff. de adop. ergo minus legitimatio.¶Pro hoc bene facit, quod no. Ia. de Are.in l.1.ff.de nata.resti.vbi dicit, quòd ad hoc vt legitimatus succedat, requiritur consensus aliorum agnatorum. Idem etiam videtur tenere Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantū.& ff.de libe.& posthu.¶Item pro hoc; quia si hoc permittit, illis requisitis, quorū interest; ergo aliter videtur prohibitum, argum. ff.de iudi.l.cum Prætor.C. de procura.l.maritus.& ff.de cond.& demon.l.cū ita.§.fin.¶Tertiò principaliter non videtur, quòd talis legitimatio te-
13 neat; nam ad hoc vt inter aliquos contrahantur † iura filiationis, & agnationis, & vn⁹ efficiatur habilis ad successionem alterius (quæ contingunt per legitimationem) videtur requiri consensus amborum, scilicet patris legitimātis, & ipsius filij, qui legitimatur.ff.de adop.l.is, qui. & l. si is, qui. Sed hoc casu consensus patris non potest interuenire, imò extinctum indicatur per mortem eius velle, vel nolle.extra de rescrip.c.si gratiosè.lib.6.& ne sed.vacā.c. 1.in fin.eo.lib.mors enim omnia soluit. Auth.de nup.§.di
14 sponat.coll.4.cum similibus.¶Quartò potestas, † & effectus legitimationis per rescriptum videtur limitatus ad alterum de duobus modis, videlicet, vel patre eius Principi preces offerente: vel ipso patre filium instituente, & appellante legitimum, & volente fieri legitimum. Auth.qui. mo.natu.effi.legit.§.liceat.& §. si verò solūmodo. coll.6. & qui.mo.natu.effi.sui.§. si quis ergo filios.& in Authen. præterea.& in Auth. item si quis sine legitimis. C. de nat. rest. sed neutrū istorū in casu nostro interuenit; ergo legitimatio nulla. ¶Quintò. Hæc legitimatio per rescriptum non videtur permitti, nisi in subsidium, videliter si matrimonium nō potest contrahi cum matre legitimati impossibilitate facti, vel iuris, & adest defectus liberorum legitimorum, Auth. qui. mo.natura.effi.sui. §. si quis ergo filios.in princ.ibi [legitimis, sicut prædiximus, nō existentib⁹] & Auth.qui.mo.natura effi.legiti.§.liceat igit̄.in pric. & in medio ibi [aliter nāque hoc in talibus casibus] &cæt. trāsumptiuè in Auth.p̄terea.C.de nat.rest.Sed in casu nostro adest vtrunque, videlicet, & copia matrimonij, & imò iam contractum fuerat, & existentia filiorum; ergo cessare videtur causa finalis permissiua legitimationis, & consequenter eius effectus impediri. ¶Sextò pro ista parte videtur casus in Auth.qui.mo. naturales effi.sui. §.vltima. vbi expressè innuit spurium non gaudere aliàs commodo dictæ legis; & per consequens commodo legitimationis per rescriptum. Ad idē in Auth.qui.mo.natura.effi.legi.§. si quis ergo non habens.ibi [naturales autem tantummodo] & qui.mo.natura.effi.sui.§.si quis ergo filios, &cæt. ibi [sed tantūmodo naturales] Ad idē.C.de nat.rest.l.legem.¶Septimò hanc partem suadet; quia detrahendum est (inquantum fieri potest) huic legitimationi tanquam odiosæ, & exorbitanti à iure ciuili, communi, & diuino; si enim per eam spurij ad successionem habilitētur, via aperitur adulterijs, & illicitis fornicationibus, contra id, quod habetur.32.q. 4. in c. nemo sibi blandiatur.cum ibi not. Item & venitur cōtra legis diuinæ præceptum, dicentis [nō succedet filius ancillæ cum filio liberæ] Gen.22.& 35. q. 7.c.quid est. Item, quòd non tenuerit alio respectu, probatur. Nam facta fuit de infante, cum quo nec cōtentiosum, nec voluntarium iudicium procedere potest. Primum probat in l.1.§.sufficit.ff.de admin.tu.& in l.quique. ff. de in ius vo.& ī l.fi.C.qui legi.pers.Secundum patet; quia redditur, & exercetur inter volentes, l.2.& ibi no.ff.de offi. Procon.& lega.Sed infans non habet velle, vel nolle; quia eius ætas, &cæt.C.de fal.mo.l.1.& l. quamuis. §. infans. ff. de acq.possess.& l.infans.de fica.& rem pu.fal.fo.l.fi.Et æquiparatur furioso.vt dictis iuribus. In quo deest animus.ff. loca.l.qui ad certū.& l.2.§.furiosus.ff.de iure cod. ¶Pro hoc etiam; quia requiritur oblatio precum per patrem, si viuit: vel eo mortuo per ipsum filium. Auth.qui. mo. natura.effi.sui.§. si quis igitur filios. quod hic non interuenit, nec potuit interuenire; quia infans, nec potest per alium peti, l.post mortem.§.1.& ibi no. ff. de adop. ¶Item pro hoc, quia per talem actum legitimatus obligatur; quia redditur vinculis paternis, vt d.§.generaliter.in Authen. qui. mo.natura.effi.sui.& in Auth.qui mo.natura.effi.legi.§.liceat igitur. ergo nedum infans (vt in casu nostro) sed nec etiam per pupillum hoc videtur posse fieri, l. obligari. in prin.ff.de auc.tu.de ver.ob. l.1.& Inst.de auc.tu. in princ. ¶Item pro hoc; quia actus, per quem quis ad patriam potestatem reducitur, non cadit nisi in volentem.l. fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alie.iur. & de adop. l. qui liberatus. Non enim possunt legitimari inuiti; quia legitimatio est beneficium, quod inuito non confertur.ff. de dona. l. hoc iure.§.non potest.& reg.inuito.de reg.iur. Et iustam habent causam contradicēdi propter commoditatem vsuf. qui quæritur patri in bonis eorum, cum in patriam potestatem

statem reducti sunt, secūdùm l.cum oportet. C.de bo.quæ libe. Et ideò lex statuit, quòd non compellantur, Authen. qui.mod.natu.effic.sui.§.& illud. Et hoc tenet Guiliel. de Cu.ff.de leg.i l.benignius. ¶Itē pro hac parte videt̄ casus ī terminis ī Auth.quib.mod.nat.effic.sui §.gnraliter.coll. 8.vbi requiritur, quòd cōsentiant legitimationi; ergo bene patet, ꝙ non est actus cadibilis in infantē. Et per illum tex.potissimè dn̄s Ang.de Peru.hic pro ista parte consuluit. ¶Ecōtra, ꝙ ista legitimatio tenuerit, pōt multipliciter demonstrari. ¶Primò sic. Ista legitimatio fuit facta per ha
16 bentem potestatem à Principe; ergo censetur † facta ab ipso Principe; quia qui per aliū facit, &cęt. vt in reg.iur.qui per alium.concord.ibi. Sed Princeps est legibus solutus. ff.de leg.l.Princeps.ergo contra actum eius, nullus videtur obijci posse defectus, & maximè attento, quòd legitimatio, & illegitimatio sunt actus inducti de iure ciuili Romanorum Principum, vt probatur in Auth. quib. modis natu.effi.sui, §.palā est nāque.vt ibi not.glo. super ver.natura si quidem.ergo super eis reseruata videtur Principi potestas liberè dispensandi, potissimè cum non possit sibi legē imponere, &cæt.l.Diuus.§. licèt.ff. de iure codic.& de le.3.l.si quis.in princ.& de leg.1.l. si mihi, & tibi.§. in le-
17 gatis. ¶Secundò hæc † legitimatio est actus voluntariæ iurisdictionis. quod patet; quia expeditur inter volētes tantùm, & coram quocunque iudice, & in omni loco fieri potest, vt in Auth.qui.mo.natura.effi.sui.§.generaliter.coniuncta.l.2.& quod ibi not.ff.de offi.Procon.& lega. ff. de adop.l.emancipari.in princ.& §.1.cū simil.ergo in ea non videtur requiri partis citatio: cuius omissio in casu proposito potissimè obijci poterat. Citatio enim videtur requiri solùm in iurisdictione contentiosa.ff.de in ius vocan. l. 1. coniuncta glo.suā.& Instit.de pœna teme.liti.§.omnium. cum simil. ¶Pro hoc & tertiò; Quia citatio videtur requiri illorum, quorū præsentia poterat actum impedire, aliàs frustratoria esset eius requisitio. Non enim fit, nisi vt citatus possit suas allegare defensiones, quæ defensio dicitur iure naturali competere, vt in Clem. pastoralis. de sen. & re iud.& no.Bart. in l.filiusfam.ff. de dona. Sed iste actus legitimationis pēdebat à sola Principis voluntate abstracta ab omni voluntate; & facto fratrū, vt probatur in d.§. sit ergo licētia. Auth.qui.mo.natura.effi.legiti.ergo eorū. requisitio necessaria non videtur. ¶Præterea quòd nec ipsorum requisitio fuerit necessaria, facit. quia certum est, quòd ipsi fratres, & alij agnati poterāt alio modo successione fraudari (etiā illo non legitimato) scilicet alijs institutis; ergo non interfuit eorum, vt vocari deberent, & hæc fuit ratio Vber.de Bob.in d.l.nam ita Diuus. Et pro hac parte videtur in specie casus, eod.tit.in l.cū adoptio. ¶Cōfirmatur etiam; quia citatio requiritur in actu, solùm ad effectum potestatis contradicendi vt proximè dixi, in l.nā ita Diuus. Sed fratrum contradictio in proposito nil potuisset operari: quod probo. Nam per talem legitimationem, quæ fit post mortem patris, contrahuntur solùm iura agnationis: sed talia iura contrahi possunt, etiam inter non consentientes, nec citatos, nec requisitos. l. si is, qui nepotem. secūdùm verùm intellectum, & l.cum adoptio. & l.cum nepos.coniuncta glo.ff.de adop.& no.gloss.Inst. eod.in §. licèt autem.ergo. ¶Confirmatur & quintò, ꝙ fratrum citatio nullius fuisset effectus. Nam per talem actum in nullo damnificari videntur, nec eorum ius in aliquo diminui, ergo, &c. quod hoc sit verū, probo. Superueniēs legitimatio ius legitimitatis legitimato restituit, quo iure ciuili priuatꝰ fuit, vt.d.§.si quis ergo filios legitimos. & §.sit igit licētia. Auth.qui.mo.nat.effi.sui.& dixi latiùs. s.in princ.in euidē. quod ius acquisitum nemini fuerat; fratres enim legitimi suo, & proprio iure legitimitatis gaudebant, vt in simil.no.in l.manumissiones.ff.de iusti.& iure.& sic patet, quòd in actu legitimandi non tractatur de aliquo iure abdicando à fratribus, & huic legitimato conferendo: sed simpliciter de reintegrando eum suo iuri naturali, tollit enim legitimatio solùm obstaculum iuris ciuilis: quod debet posse fieri (etiam illis inuitis) cum si qd̄ ius fuit istis fratribus quæsitum in paterna success. euenit propter impedimentum dicti legitimati, vt probat text.in l.1.§.f.ff.de contra tab.ergo damnificari non possunt; ergo, &cæt. ¶Sextò ad idem, quòd citatio nō fuerit neces-
18 saria, probatur; quia legitimatio † est actus extraiudicialis: at in extraiudicialibus non requiritur citatio; ergo, &cæt. Ita dicit notabiliter Inno.in c.fi. ad fin.extra de trāsla.præla. ¶Septimò pro hac parte etiam facit; quia ista legitimatio emanauit per viā priuilegij, vel rescripti, quod est licitum etiam contra ius, si non tendit ad alterius læsionem, & petenti prodest. C.de preci. Imper.off.l.rescripta. ¶Octauò pro hoc videtur esse casus in Auth.qui.mo.natura.effic. legiti.§.si verò solummodo.& in Auth.qui.mo. natura.effic.sui.§.si quis filios, &c.in fine.vbi pater instituerat filium naturalem, & mandauerat, quòd deberet legitimari, cuiꝰ institutionis (ante legitimationē erat) incapax: & sic irrito facto testamento hæredis incapacitate, hæreditas fuit deuoluta ad venientes ab intestato: & tamen ipse filius (illis non citatis, nec requisitis) potest Principem adire, & petere se ad legitimitatē produci. ¶Item, quòd tenuerit (nō obstante, quòd obijciatur eam factam de infante) facit; quia per eam solùm attingitur in omnibus commodum legitimtati; nam tollitur illegitimatis macula successionis, & aliorum, quæ legitimis tātùm competunt, via ei paratur: nec vinculis patriæ potestatis in casu nostro redigitur; quia pater iam mortuus est; ergo talis actꝰ adaptari potest ad personam infantis; quia tacentis, & absentis; præsumit huic. n. actui consentire, argumen.ff. mand.l.qui patitur.& l.si verò non remunerandi.§.si passus.& l.quo .n. in prin. & ibi not. per Bar. ff. rē ratā hab. ¶Pro hoc; qa vbi de minoris cōmodo tractatur, cōsensus tertij tacentis præsumitur, casus est in hoc singularis in l. cum ostendimus.§.fin.ff.de fideiusso.tuto.ergo fortius ipsius minoris, quem perpendiculariter commoditas ipsa concernit. Si potest fieri eo absente, & tacente, ergo, & infante, argum.prædictorum. ¶Pro hoc etiam; quia in adoptione, emācipatione, legitimatione, & similibus, quæ ex voluntate procedunt, quis habet pro volente eo ipso, quòd non contradicit, casus est in l. in adoptionibus.ff.de adop.hoc etiam not.gloss.in Auth.quibus mo.na.effi. legit.§.liceat igitur.super ver. neque fraudare. ¶Item pro hoc; quia emancipatio, & legitimatio æquiparātur, vt probatur in l.iubemus.C.de na.li. quod etiā patet; quia quilibet istorum actuum est voluntariæ iurisdictionis l.2.ff.de offic.Proconf.& lega.Authen.quibus mod.natu.effi. sui. §.generaliter.& no.Innocen. extra qui fil. sint legiti. in c. per venerabilem. Sed emancipatio (etiā de infante facta) tenet.l.iubemus.in fin.C.de emancip.liber.ergo & legitimatio. Imò plus dixit Bar. quòd licèt maior infante spurius, vel naturalis tantùm non possit legitimari inuitus: secus tamen in infante, per d.l.iubemus. Ita dicit Bar.in l. fin.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iuris. ¶Et hanc partem conclusiuè in casu proposito reputo veriorem per alleg.s. pro hac parte. ¶An tamen præiudicet fratribus non vocatis, poterit colligi decisio ex his, quæ concluduntur in sequenti dubio principali. ¶Adde tamen circa prædicta, ꝙ
19 in † legitimatione (vt teneat) quando per rescriptum impetratur, non requiritur, ꝙ qualitas illegitimitatis, vel spurio-

riositatis sit expressa, puta ex tali cōcubina, vel ex tali monacha, &c. Sed sufficit, quòd exprimatur spuriositas, vel illegitimitas in genere. Ita tenet Io. And. de filijs presbyt. in c. fin. in notab. Item nec est necesse, quòd Principes apponant clausulā [non obsta.] quando rescribunt specialiter, & ex certa scientia. hic verò ex certa scientia expressa in literis, l. qua in prouincia. §. 1. ff. de ri. nup. vbi etiam incestuosos legitimat ex certa scientia: & hoc tenet Bald. in d. c. naturales filij. si de feu. contro. fuerit.

Ex vltimo dubio princip. tertiæ disputationis.

SVMMAE.

1 Legitimatio filij vltimò nati ex damnato coitu, quę tenuit quò ad bona feudalia, an porrigatur etiā ad bona paterna, & sic pariter in eorum successione admittatur, de quo videas per totum dubium.

2 Legitimatus etiam post mortem patris, recuperat bona, & hæreditatem eius.

3 Causa, quæ ab initio impediebat, ex post facto superueniens, tollere debet effectum eius, quòd videbatur processisse de iure.

4 Restitutio Principis non fingit retro.

5 Legitimatio quare, & in quo dicatur ęquipollere restitutioni in integrum.

6 Legitimatio quid sit.

7 Legitimatio per oblationem curiæ, & ea, quæ fit per rescriptū, æquiparantur.

8 Imperator, & habens potestatem ab eo, an possit legitimare in terris ecclesiæ, & contra, an Papa idem possit in terris Imperij.

9 Legitimatio facta in terris Imperij ab habente ad id potestatē ab Imperatore, an porrigatur etiam ad bona eius, de cuius successione tractetur, sita in terris ecclesiæ, & de quo videas etiam nu. 22.

10 Actus validus ratione personæ, censetur validus ratione bonorum.

11 Sententia iudicis inter litigantes probata, sub cuius iurisdictione sunt ipsi constituti, habet effectum in rebus etiam situatis extra suum territorium, & ratio.

12 Actus efficiens, & concernens personam, comitatur ipsam, quocunque vadat, & nedum in foro afficientis, sed vbilibet suum vigorem extendit.

13 Instrumentum confectum à tabellione auctoritate imperiali, habet vim in terris etiam ecclesiæ.

14 Adiens hæreditatem ex testamento confecto secundùm particularem consuetudinem loci (puta coram tribus tantùm testibus) porrigitur ad bona vbilibet existentiæ, licèt ibi talis consuetudo non seruetur.

15 Legitimatio est actus indiuiduus, ex quo fit, quòd quis nō possit legitimari pro parte, quin legitimetur & ad omnia

16 Iurisdictio voluntaria potest exerceri inter non subditos.

17 Legatus ante ingressum prouinciæ, ad quam destinatus est per Pontificem, potest conferre beneficia prouinciæ sub sua legatione inclusæ,

18 Papa si potest (etiam in terris imperij) dispensare super matrimonio, dispensando cū his, qui contraxerunt in gradu prohibito de iure canonico, per consequens poterit etiam super hæreditate.

19 Iudex si ius dicat, etiam inter suos subditos (de possessionibus tamen extra territorium suum existentibus) sententia est ipso iure nulla. Item nec eam exequi potest in illis bonis, quæ sunt in alieno territorio, nisi iudex illius territorij hoc faciat ad literas iudicis iudicantis. nue. 20.

21 Datio tutoris in bonis alterius territorij facta per iudicem, qui habet ipsum pupillum sub sua iurisdictione, est nulla.

22 Habilitatus per priuilegium, non est habilitatus ad res existentes extra iurisdictionem habilitantis.

Descendo ergo ad quartum, & vltimum dubium principale quæstionis propositæ, attento ordine quæsitorum. Et vt de se clarè patet, hoc est dubium bipartitum, & sic quælibet eius pars distinguenda, & examinanda per se ¶ Vidēdum ergo primo, supposito, quòd legitimatio tenuerit, an extendatur
1 † ad paternam successionem: quod satis est dubitabile, & in quo inter scribentes reperitur variatum. ¶ Et primò arguo, quòd sic, vt sic etiam auferat bona his, qui ad illa vocati erant. Nam talis legitimatus potest dici quodamodo fingi nunquam fuisse illegitimus: & sic hæreditatem pro eius parte, idest quæ cum numero aliorum contingere poterat, haberi pro non delata, vt dicitur in reuerso ab hostibus, qui fingitur nunquam captus ff. de iniusto testa. l. si quis filio exhæredato. §. sed si pater. & de hæred. instit. l. illa institutio §. 1. & C. de capt. l. captum. cum similibus. sed si nunquā fuisset illegitimus, clarum esset, quòd excluderet remotiores: vel cum alijs paribus admitteretur; ergo & nunc, facit. ff. de bon. libe. l. si necem. §. si deportatus. in fi. & de cōtratabul. l. 1. §. sed & si ab hostibus. & de secundùm tabul. l. qui ex liberis. §. 1. ¶ Secūdò ad idem. Le
2 gitimatus (etiam post † mortem patris) bona, & hæreditatem recuperat, Auth. qui mo. natu. effi. leg. §. si verò solummodo naturalium. & qui. mo. natura. effi. sui. §. si quis ergo filios. C. de natur. lib. Auth. præterea. & Authen. item si quis sine liberis. ¶ Tertiò ista legitimatio videtur æquipollere restitutioni, quæ fit à Principe natalibus. Auth. qui. mo. natura effi. sui. §. & si quidem. Sed restitutus à Principe, recuperat bona. l. 3. & 4. C. de senten. pass. ergo & in proposito. ¶ Pro hoc; quia Princeps pōt ex causa alicui bona auferre, & dare tertio. l. item si verberatum. ff. de rei vend. & de euict. l. Lutius. & not. in l. 1. ff. de const. princ. Sed iustissima videtur in proposito causa intelligendi hunc legitimatum habilitatum ad bona, nā certum est, quòd naturaliter ad eum spectabāt; licèt de iuris ciuilis rigore (absque sui culpa, & vitio tantùm alieno) ab eis excluderetur: & sic ei fauendum. C. de natura. liber. l. legem. non enim dicitur talia lucrari: sed potius non perdere, vt dicit not. glo. in l. 1. §. si quis propter. ff. de itine. actuque pri. ergo, &cæt. allega. etiam, quòd locupletabuntur fratres cum eius iactura, cōtra l. nam hoc natura. ff. de de condi. indeb. & de regu. iur. c. locupletari. lib. 6. ¶ Item
tenditur,an ſit ab eo petita,vel non prorſus appareat ei⁹
contumacia, vel negligentia in cauendo vel non, de quo
per Doct.in l.1.C.de vſufr.& per Bar.ĩ l.vxori.ff.de vſufr.
8 leg.Sed in caſu propoſito vr̃ à lege deciſum,† quid ſeruan
dum in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.vbi dr̃,
quòd in rebus mobilib⁹ dẽt ſatisdare, aliàs nõ petat à fi
lijs,ſed filij econtra ſatisdant, vt ibi. In immobilibus aũt
ſatis poteſt concludi, ꝙ ſi agat ad vſumfructum, & exci-
piatur contra eam,poterit repelli,ſi cautionẽ non offerat,
per regulam l. Iulianus.§.officij.ff.de act.emp. eſt.n.cer-
tũ,quòd nõ implenti ꝑ parte ſua id, ad quod tenetur,nõ
competit ius agendi,vt ibi,& l.quæro.§. inter locatorem.
ff.locat.¶Quò ad quartum variæ fuerunt opiniones.Cin.
& Bal.in Auth.ſed cum teſtator.C.ad l.Falc.tenẽt,quòd
9 Trebellianica † admittatur ꝑꝑ omiſsionem confectionis
inuentarij;pro qua opinione ſatisfacit, quia lex præſumit
non

non conficientē inuētariū aliquid subtraxisse, & sic semp aliquid habere penes se, sed Iac. de Belu. Bar. & alij tenēt opinionem contrariam. s. quod non amittatur, & quælibet opinio sine dubio disputabilis, & defensibilis est. In casu tñ proposito æquius est, & iustius puto seruare primam opinionē attento, quòd si in casu isto mater aliquid con-
10 sequatur, habet † illud contra voluntatem defuncti; patet; quia vocat in testamento filiam vniuersaliter, & sic ad totum, vt in simili dicit Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. quem non debemus præsumere voluisse vxorem vocare in exclusionem filiæ, arg. ff. de condit. & demon. l. cum auus. & C. de fideicomm. l. cum acutissimi. potissimum cum appareat, quòd de ea institutione non fecit mentionem, & cæt. ¶ Ex his patet, quid in effectu mater prædicta consequi possit in dictis bonis; legitima enim in casu isto debita filio masculo, fuit tertia hereditatis; quia est tertia ei*, quod habituri essent abintestato. C. de inoff. test. l. cum
11 quæritur. nec in ea partem fecit ei soror fœmina; † quia per statutum erat exclusa à successione intestati, stantibus masculis, & sic in legitima non facit partem fratri secundùm no. in l. Papinianus. §. quoniam autē quarta. & l. pater filium. ff. de inoff. test. Et sic ex persona filij mater habet istam tertiam: propter tamen transitum ad secundum matrimonium, ad eam spectabit solùm vsusfructus, sed proprietas debet reseruari filiæ suæ, vt dictum est. Reliqua autem omnia spectant ad dominam Elisabetam, iuris dispositione attenta, & sic in istis nulla restitutio est necessaria, quasi ipso iure in eam transiuerint iura per supra allegata, vt & alias in simili dicitur in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Treb. Et ita puto cōcludendū ego Florianus de San. Pet. Anno Domini. 1436. legens iura ciuilia saluo. & cæt.

Consilium III.

SVMMAE.

1 *Ad appellationem prosequendam qua de causa, atque intra quod tempus concedatur restitutio, per totum cons.*

CONSILIM III.

IN Christi nomine amen. Visa comparitione, & petitione facta nomine Petri super restitutione temporis ad prosequen-
1 dum causam appellationis, † vt in dicta eius petitione continetur: dubitari videtur, an talis restitutio debeat concedi: cui sub breuitate respondeo, quòd stantibus causis iusti impedimenti (de quibus supra) quę satis iustæ, & notoriæ esse videntur, non est dubiū, quòd restitutio debet ei concedi; quia aut instantia istius causæ appellationis regulatur secundùm ius commune, ex cuius dispositione datur annus, & ex causa biennium ad prosequendum, secundùm formam Auth. ei, qui. C. de tempor. appell. & tūc est clarum, quòd modicum quodcunque impedimentum contingens in primo anno, facit concedi secundum annum: Sed si contingat impedimentum in secundo anno, restituitur quatenus fuit impeditus. Et prima restitutio fit ipso iure. Secunda verò facto iudicis, vt declarat Inn. in c. ex ratione. extra de appell. & not. Doct. in d. Auth. ei, qui. Aut ista instantia regulatur secundùm particularem dispositionem statuti alicuius loci: & tūc dico idem, quòd debet restitui totum tempus iusti impedimēti; quia eadem æquitas subest, imò maior; quia instantia est minor, quàm sit illa iuris communis, & respondetur; quia statutum simpliciter loquens, debet intelligi, & trahi ad dispositionem iuris communis, vt extra de consuet. c. cum dilectus. Et sic sicut de iure communi huiusmodi tempora impedimenti subducuntur, vt dictum est, ita & de instantia statutaria subduci debent, & hanc partem suadet æquitas omni respectu, vt appellāti non tollatur sua defensio, & etiam per hoc non tollitur, nec vulneratur ius partis appellatæ: licèt modicùm differatur. Sed ex aduerso pars aduersa appellans periclitatur in iure suo, si sententia remanet firma. Concludo igitur, vt supra restitutionem esse concedendam. Et ita dico, & cōsulo ego Florianus de S. Petro Anno Domini. 1436. legēs iura ciuilia Ferrariæ saluo, & cæt.

Consilium IIII.

SVMMAE.

1 *Legitimæ supplementi petitio tollitur spatio. 30. annorum.*
2 *Substitutio fideicommissaria non trahitur ad bona grauati.*
3 *Nec filiæ in dote substituitur.*
4 *Dos, quæ dicitur proprium patrimonium mulieris, neque eius augmentū non venit in fideicommisso vniuersali.*

CONSILIVM IIII.

CIRCA primum quæsitum, & quod circa illud incidenter subiungitur, scilicet quanto tpe tollat ius agēdi ad supplemētum, pro nūc nil dicitur, nec aliquā partem eligo; maximè quia alia informatio circa hunc articulum erit necessaria, & me refero, ad id, quod scripsi. C. de inoffic. testam. in l. si filiū. pro
1 communi opinione contra Bart. s. quòd requiratur † lapsus. 30. annorum vnde transeo ad aliud principale, videlicet an dos relicta Ioanninæ filiæ tam in testamento, quàm in codicillis, postea aucta veniat in substitutione facta ipsi Ioanninæ, si decederet in pupillari ætate, vel postea quandocūque sine filijs. &c. Clarè videtur dicēdum, quòd non, vt est sup. conclusum; est enim certum, quòd talis sub-
2 stitutio † in persona Ioanninæ fuit fideicommissaria, quæ appellatur onus; & ideo non trahitur ad bona grauati, vt est casus in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. dos autem antiquo iure appellabatur proprium patrimonium filiæ, vt ff. famil. ercis. l. Pomponius Philadelphus. Et ideo in casu nostro non videtur dubitandum, quòd talis substi-
3 tutio ad istam dotem † nō extendatur, quod etiam de iure apertè deciditur per casum. d. l. à filia. & no. Cin. in d. l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. act. & Bar. in d. l. fin. §. filiæ. ff. de leg. 2. Hoc etiam in casu nostro eò certiùs dicendum est, quoniam hoc videtur fuisse de expressa mente Almerici testantis, qui apertè noluit d. dotem in d. substitutione
4 † comprehendi, dum dixit [residuum omnium suorum bonorum distribuatur inter pauperes] & cæt. de tali ergo dote distribuenda non cogitauit, imò potius contrarium. Cōcludo ergo idem, scilicet quod dicta dos non veniat in fideicommisso vniuersali, de quo in puncto. Ego Florianus de S. Petro. I. V. D. de Bononia. Saluo, & cæt.

Consilium V.

SVMMAE.

1 *Substitutioni (& si ambo sine filijs decedant) non est locus, nisi vtroque mortuo, quod si alter tollat filios, substitutio prorsus euanescit.*

2 *Vt succedat soror sorori prædefunctæ, in cuius persona facta fuerat à patre substitutio fideicommissaria, & pro qua parte filia superstes concurrat cum matre.*
3 *Legitimæ nullum onus, nec substitutionis quidem, imponitur.*
4 *Successio in terminis.§.cum ita.ad Treb. qualis.*
5 *In fideicommissi restitutionem non venit, quod cohæres à cohærede capit, idque quomodo procedat.*

CONSILIVM V.

IN Christi nomine amē. Viso testamēto. Domini Nannis, & cōtētis in eo, & maximè substitutione de dictis filiabus, dico igitur, quod mortuo.D.Nāne, ad eius successionem vniuersale vocatæ fuerūt dictæ filiæ titulo institutionis factæ de
1 eis: substitutio † autē eis facta per dicta verba, & si ambæ decederent, &cæt. habuit istam naturam interpretatione iuris, quòd non vocētur substituti, nec vocati intelligūtur, nisi demum ipsis filiabus mortuis sine filijs, vnde isto casu Vgolinæ primò defunctæ sine filijs, substituta videtur
2 † Alasia eius soror, & substituti ad nihilum vocati, vt est casus in l.pen.C.de impub.& alijs substit.& hoc est clarum, & sic Alasia habere deberet totum. Quia tamen in facto proponitur, quòd in persona mortuę reperitur substitutio fideicōmissaria facta, vnde sequitur, quòd cum talis sub-
3 stitutio † sit onerosa, non tenet in legitima, secundùm not. in l.ex tribus.C.de inoff.test.& in l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vulg. & pup. Alasia filia vnà cum matre admitti debuit ad successionem d.Vgolinæ ab intestato defunctæ, iuxta formam Auth.defuncto.C.ad Tertull.ista forma videlicet, quòd Alasia primò habeat dimidiam illorum bonorum, quæ obuenerunt illi Vgolinæ, & propter substitutionem, quę intelligitur de se facta per patrem, postea alia dimidia, quæ consistit in legitima, & Trebellianica, diuidatur æqualiter inter ipsam Alasiam, & eius matrem secundùm d.Auth. defuncto. Nec in huiusmodi bonis Ceccus, & Philippus substituti, potuerunt aliquod ius prætendere; quia præmortui, nec aliquis ex eis superest hæres, qui dicere possit, quòd veniat ex persona.d.Cecchi, & Philippi, vel alterius eorum ad aliquam partem. Superest solùm dubium in persona Sutij, qui allegatur nepos ex filio dicti. Sutij, & sic hæres primi Sutij substituti, an quantum ad eum dici possit euenisse casum substitutionis factæ in dicta Alasia filia secunda cum filijs; quia decrepita, & de dictis bonis vellet disponere. Et ille Sutius allegat, quòd in quantum superuiuat, debent ei restitui virtute dictę restitutionis, & verè quò ad eam vltimam morientem sine filijs
4 videbitur in eius persona verificata conditio, per text. † in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.& sic bona debent sibi restitui pro vna dimidia. Sed aduertendum est, quid, & quantum veniat in dicta restitutione, & clarum est, quòd pars, quam lucrata est ipsa Alasia de bonis, & parte Vgolinæ eius sororis ab intestato defunctæ, non venit in fideicō misso, vt d.l.cohæredi.§.cum filiæ. De parte autem, quam
5 † habuit de bonis Nannis patris sui, clarum est, quòd dimidia ante omnia potest detrahi tam pro legitima, quàm pro Trebellianica. Et de ista potest ista Alasia liberè testari, & quoquomodo voluerit pro libito disponere. Reliqua autem dimidia subiacet fideicommisso.& ex his apparet ad omnia quæsita responsum esse. Et ita consulo ego Florianus de S.Petro, Ferrariæ legens, &cæt.

Consilium VI.

SVMMAE.

1 *Arbitratoris, itemque arbitri sententia ratione iniquitatis, ac læsionis reducitur ad arbitrium boni viri. Non obstante iuramento nec statuto.*
2 *Peccata etiam de iure ciuili corrigenda sunt.*
3 *Statuta, & prouisiones, quæ prohibent reductionem ad arbitrium boni viri, quando non valeant, vt cum per gratiā, aut sordes pronunciatum est.*
4 *Ad arbitrium boni viri reductio per pactum, statutum ve remitti non potest, quando tendit ad delictum.*
5 *Satutum de compromisso faciendo post litem motam, non habet locum in compromisso voluntario.*
6 *Verba enunciatiua instrumenti regulariter non disponunt, & quomodo hoc procedat.*
7 *Compromissum semel factum ex forma statuti, an si expirauit, iterum fiat, & quomodo.*
8 *Sententiæ, vel laudo renunciare videtur, qui consentit eius retractationi; quia facit actum contrarium.*
9 *Approbatum semel non reprobatur.*
10 *Instantia an, & quando dicatur suspendi, cū Iudex interloquitur terminum non currere, donec, &cæt.*
11 *Iudicis factum repræsentat factum partis.*
12 *Instantia triennalis currit in compromissis, & arbitris compromissarijs, & quanti præiudicij sit lapsus instantiæ.*
13 *Stylus attenditur in concernentibus ordinem iudicij.*
14 *Renunciat pars commodo suo per consensum.*

CONSILIVM VI.

CIRCA prædicta dubia pro veritate iustitiæ, & indagatione veridica præmitto, quod secundùm omnium doctrinam sententia arbitratoris euidentem partis continens læsionem, potest de iure communi peti
1 reduci † ad arbitrium boni viri, secūdùm not.in l.societatem.§.arbitrorum.ff pro socio.& in c.quintauallis.extra de iureiuran.& idem est in sententia arbitri, cui licèt iura ciuilia mandent stari omnino.l.diem proferre.§.stari.ff.de recep.arbit. tñ hoc est verū, nisi illa sententia contineat manifestam iniquitatem, vel euidentem partis læsionē: quo casu debet talis iniquitas per iudicis officium emendari. Ita innuit tex.extra de arbit. c.2.& est ratio; quia continet tunc talis sentētia peccatum, & sic quia emendandū, non stabitur hoc casu, & hoc; quia ēt ius ciuile
2 mandat peccata † corrigi, vt in Auth. vt non luxu. contra nat.in prin.multò magis cum sordes, & euidēs gratia, vel dolus ex animo ipsius Arbitri, vel Arbitratoris arguatur, eius sententiæ impugnatio admittitur, quod satis suadet æquitas, & probatur in l. arbitrorum. C. de arbitr. Et isto casu iuramentum, vel alia quæuis lata prouisio reductionem non impedit, vt. j. tangam. ¶ Ex his infero,
3 quòd omnia † iura, statuta, prouisiones, & ordinamenta, quæ tales reductiones in casibus prædictis impediunt, vt continentia apertè peccatum, & contra iuris vtriusque mētem prodita non valent: vnde omnia talia refrenāda sunt, & contra ea iuridicus quilibet insurgere debet ad earū impugnationem; ergo non videtur de iure dubium, quòd reductio petita, de qua supra in puncto fit mentio, de iure communi debuit admitti, etiam si esset insertum iuramentum, quod esset restringendum, & limitandum secundùm ipsam conuentionem præambulam.l.fi.C.de non num.pecu.& reductionem non impediret, vbi allegatur dolus, sordes,

des, vel gratia arbitratoris, de quibus in petitione reductionis fit mentio, vt claré dicit Ioan. de Ta. in q. quam disputauit, cuius decisionem ad literam sequitur Ioan. And. in additionibus ad Spec. in tit. de arbit. de qua re me pro nunc non extendo, cum de ea hæsitatio nõ sit, & presertim cum in casu nostro nõ fuerit iuratum. Sed dubium facit prouisio, siue reformatio, quę incipit. Honestatem sequentes, &cæt. secundùm quam reiecta videtur petitio reductionis, dum dicit [omni appellatione, annullatione, in integrum restitutione, vel supplicatione prorsus reiectis] & subdit, quòd laudum illud arbitratum inter partes habeat pro emologato ipso facto. ¶Huic tamen responderi potest simpliciter, & primò, quia cum hæc prouisio sit odiosa, & exorbitans à iure communi, vt supra deduxi, debet sumi strictè, argum. l. constitutionibus. ff. ad municipal. & l. quicquid astrigendæ. ff. de verbo. oblig. & sic cum de reductione ad arbitrium boni viri nihil dicat, nõ est ad eam trahenda. Præterea, & secundò causa reductionis nõ potest verificari in casu reductionis petitæ propter sordem, gratiam, vel euidentem dolum Arbitrorum; quia hoc casu statueretur contra publicam honestatem, & bonos mores, iuxta ea, quæ habentur in c. qui rectè. 11. q. 3. & in c. quatuor. cum seq. ead. q. 3. de arbitr. c. 2. & de re iudic. c. 1. lib. 6. Nec credendum est etiam statuentes hoc voluisse; quia se sociassent peccato arbitratoris, & etiã quia verba prouisionis dicunt, & loquuntur, quando est compromissum in vnum probum, idest bonum, & iustum, & constat, quòd qui arbitratur dolosè, vel per gratiam, non facit vt probus, vel bonus vir; quia in bonum non cadit mentiri emolumenti sui causa, secundùm Tullium. in 3. offic. bene facit. 3. q. 7. c. iudicet. ibi [bonus iudex] &c. Præterea & si hoc expressè disponeret ipsa prouisio: non tamen videtur de iure posse comprehendere talem casum, &cæt. quod sic probo. Id, quod potest fieri per pactum partium, potest & per statutum, & è conuerso, facit. l. impossibile. & quod ibi not. ff. de pact. & l. nec à Prætorio. ff. de reg. iur.
4 cum sim. Sed per pactum non posset remitti † reductio istis casibus, vt dictum est; quia tendunt ad delictum. Item futurus dolus remitteretur, contra id, quod habetur. ff. de pact. in l. si vnus. §. pactum. & §. illud. cũ sim. Ergo nec per statutum, &cæt. Præterea, & quod plus est, etiam si circum scriberentur omnia præcedentia, dico, quòd illa prouisio. [Honestatẽ sequentes] &cæt. non disponit, nec in aliquo dat formam compromisso, de quo agitur. quod probo, tũ quia (vt dixi) est exorbitans, & in multis cõtra ius commune; tum etiam quia compellit ad compromissum, ad quod regulariter quis non potest compelli. Igitur strictè est põderanda, prout loquitur. Sed si verba eius, & dispositio põderentur, dat formam compromisso ineundo post litem motam, & sic tali compromisso, quod propriè, & largè potest appellari quædam transactio, quæ requirit litem motam, l. 1. ff. de transact. & de isto intelligatur glo. 3. in Authen. vt differ. iud. §. si verò. colla. 11. & l. sub prætextu. C. de transact. in casu autẽ proposito nulla erat mota lis, cũ sponte ad compromissum sit deuentum; ergo est aliud cõpromissum, quàm quòd loquatur statutum, &cæt. Præterea, & si bene officium, quod oritur parti litiganti coram Iudice, vt fiat compromissum secundùm formam illius prouisionis. Honestatem, &cæt. requirit necessariò subiectum, super quo fundetur, & cui deseruiat, & sic litem mo-
5 tam. Ergo ad casum voluntarij compromissi † nulla mota lite non trahitur, nec trahi potest. ¶Nec obstat, si dicatur, quòd imò hoc cõpromissum regulari debeat secundùm formam dictæ prouisionis Cõmunis Ferrariæ, &c. quia dico, quòd illa verba sunt enunciatiua tabellio-
6 nis, quæ de sui naturâ † nõ disponũt regulariter, sm̃ not. in l. ex illis verbis. C. de testa. & licèt dicatur, vel dici possit, quòd disponant saltem inter partes, vt l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. tamẽ hoc est verum in his, quæ tunc per partem possunt induci, per not. in l. 1. C. de fide instrum. & iur. hast. lib. 10. sed tunc partes non potuissent facere, quòd in illo casu lis reperiretur mota per libellũ, vel aliquam petitionem, de qua loquitur prouisio. Cõcludo ergo, quòd quò ad hoc d. prouisio. Honestatem, &cæt. non comprehẽdit compromissum, de quo agitur: & ex his cessare videntur plura alia dubia formata, & maximè dubium, quod insurgit ex noua prouisione, quæ incipit. Cupientes, &cæt. ¶Circa aliud dubium, quod est (eorum ordine non attento) an compromissum, de quo in themate fit mentio, fieri debeat virtute dictarũ prouisionum, & maximè primæ, in qua videtur facere dubium; quia hic
7 in facto supponitur † inter istos cõiunctos semel compromissum esse, & laudatum; ergo tales prouisiones loquentes de compulsione coniũctorum ad compromissum, cum sint exorbitantes à iure communi, & sic eorum verba strictè sumenda, vt in præcedenti deduxi, verificabũtur in primo, & vnico compromissionis articulo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. cum simil. nec trahentur ad aliud; quia aliàs nunquam videretur esse terminus petitionis cõpromissi inter coniunctos, cum de facili coniunctus refricaret in dubium contra coniunctum de eo, quod inter ipsos laudatum fuisset, & sic litem facerent de nouo, & nouo compromisso locus esset, quod non est de mente iuris, quæ est, vt abbreuientur lites. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. cum simil. nec de mente dictarum prouisionũ, quæ tendunt ad extirpanda iurgia, & rancores inter ipsos coniunctos, aliàs quotidie controuersiæ mouerentur, nec eis reperiretur finis impositus. ¶His tamen non obstãtibus, oppositum puto de iure; quia cum sit verum dicere inter coniunctos litem motam, & super hoc petitio est reductionis, & iurgium inchoatum maximè post pronunciationem Vicarij; quia pronunciauit laudum non esse exequendum, obstante reductione ad arbitrium boni viri, & super reductione procedendũ, quæ pronunciatio transit in rem iudicatã, l. quod iussit. ff. de re iud. &cæt. ¶Nec obstãt allegata in oppositum; quia cum primum compromissum non fuerit comprehensum per dictas prouisiones, vt dixi in primo dubio, in nullo regulatur ab illis, & sic perinde est, ac si factum non esset, & noua hodie lis oriretur: quo casu sine dubio, cũ hoc esset primum compromissum (secũdùm omnes) locus esset compromisso per dictas prouisiones. Præterea & si diceremus dictas prouisiones, & earum dispositionem ad primum cõpromissum trahi: tamẽ hoc casu non videretur petitio noui compromissi. Nam cum supponatur in puncto, quòd post dictas pronunciationes, pendente dubio, an nouum compromissum faciendum esset, nec ne: partes inter se conuenerunt de eligendo vnum, vel duos, qui habeant videre, & cognoscere, in quibus partibus dicta sententia esset iniqua: non videretur dubium, quòd pars, in cuius fauorem latum erat primum
8 laudum, videretur illi renunciasse † per consensum huius reuisionis de nouo; quia iste actus reuisionis est de directò contrarius; ergo per hoc sm̃ cõpromissum dicitur à primo recessum, argumen. eius, quod habetur extra de constitut. in c. cũ M. & ff. locat. l. cum in plures. §. locator horrei. & not. C. de pac. in l. pacta nouissima. quomodo ergo dẽt audiri volens negare deueniendum esse ad nouum compro-
9 missum, quod ipsemet elegit? certè non videtur, † quòd aliquo modo: imò si diceretur sine præiudicio, quod à principio resistere potuisset, hodie cogitur acquiescere, argum. l. iuris.

l.iuris.§.Prætor.ff.de pact.coniuncta.l. sicut. C. de actio. & oblig.facit quod.ỹ.dicam super vltimo dubio.& facto hoc cōpromisso,nō posset aliud sup eodē postea peti,&sic nō obstat, quod ī oppositū allegabatur. Cōcludo ergo lo cum esse huic nouo compromisso, &cæt. Circa aliud dubium, quod est in effectu, an per interloquutoriam, qua fuit pronunciatum terminum nō currere,donec per ipsum Vicarium foret declaratum, an ipsum compromissum pe-
10 titum esset faciendum,vel non,fit suspensus cursus † instā tiæ,de quo in quæsito fit mentio:puto dicendum,quòd sic; quia cum ista sententia transiuerit in rem iudicatam quo ad partem,vt dixi.d.l.quod iussit.cum simil.præcludit viā super ista allegatione peremptioni instantiæ, quæ de ipso iure tenet, cum nullum habeat errorem expressum in ipsa; ergo ei debet stari. l. 1. C. de re iudic. imputet ergo sibi quòd non reclamauit, vel eam per iudicem reuocari non petijt, vt d. c. cum cessante. de appell. & d.l. quod iussit.& super illa declaratione per iudicem facienda diligens non fuerit.hoc etiam esse verum probatur,& fortiùs,
11 quia factum iudicis † repræsentat factū partis,l.si ob causam.ff.de euictio.sed si pars istam instantiam proroga sset, vel suspendisset,nō est dubium,quòd non cucurrisset fal-
12 tem vsque ad finem legalis instantiæ,† idest triennij, quæ etiam in compromissis, & arbitris compromissarijs locū habet,licèt quidam dixerint etiam vltra triennium durare arbitrorum potestatem,de quo tangit gloss.in l.si compromissum.ff.de recep. arbit.& Spec. eod.tit.§.differt. cir ca fin. versic. Item aut. ỹ.triennium.& Cin.in l.properandum.§.fin autem.in medio in vlt.quæst.C.de iudi. & Bar. in l.si quis arbitratu.ff. de verb. obliga. Quòd autem non cucurrisset,si pars prorogasset,dico rectè intuenti probari per casum in Clem. quandiu.de appellat. attenta paruitate præiudicij,quod infertur per lapsum instantiæ appellationis,super qua fundatur illius Clementinæ dispositio;vnde secus dicitur in instantia causæ principalis,vt not. Bar. in d.l.properandum.in princ. & attento præiudicio, quod generatur per lapsum huius instantiæ;quia omnino iudicatis compelleretur acquiescere, vt dicitur in causa appellationis. Hoc etiam confirmatur per stylum, qui dicitur
13 † in loco vigere, ad quem constat in istis concernentibus ordinem iudicij recurrēdum esse,vt probatur.ff. de testib. in l.3.§.fi.facit quod not.Bar.in l. cunctos populos. C. de sum.trin.& fid.cathol. Concludo ergo cursum dictæ instā tiæ fuisse in suspenso.¶ Ex his infert ad aliud dubiū,quod est, scilicet an noua prouisio tollat defensiones partis, & iura ei q̃sita,maximè virtute vltimę conuentionis de eligēdo nouos arbitros super reuisione æquitatis, vel iniquitatis dicti laudi,de qua dictum est. Et nō est aliquod dubiū, quòd non tollit.primò quia non cōprehendit casum istius compromissi,de quo agitur,vt supra in alijs dubijs declaratum,& probatum est.Secundò, & si comprehenderet: tñ in quantum dicta noua prouisio disponit exequutionem faciendam reiectis exceptionibus, &cæt. concernit com-
14 modum partis, cui pars † ipsa indubitàter per suum consensum potuit renunciare,argu.C.de pact.l. si quis in con scribendo.& C.de episco.& cler.l.si quis. Pro hoc autem, quòd ad nihil aliud emanauit prouisio, nisi vt discordias sedaret inter cōiunctos,& lites præcideret, vt ad concordiam reducerentur. Si ergo modum deueniendi ad hæc sponte partes eligerunt, debent id ratum habere, vt in simili dicit tex.not.ad propositum. in l. 1. §. & post operis. in fi.ff.de nou.ope.nun.Et ita dico,& consulo ego Florianus de S.Petro de Bononia.

Consilium VII.

SVMMAE.

1 *Vendens rem alienam,obligatur ad interesse emptoris,si euincatur.*

2 *In emptorem rei alienæ non transfertur dominium.*

CONSILIVM VII.

PROPONITVR in facto,quòd quædam domina Mabilia tempore,quo cōtraxit matrimonium cum quodam Andræa de Boglionibus dote in alijs per eam constituta, sibi reseruauit præcipuas quasdam petias terræ ad ipsam Dominam Mabiliam solam pleno iure spectantes,& pertinentes: quo matrimonio durante,ipsa domina Mabilia vēdidit dictas terras cuidam Magallo: Andræas verò prædictus,constante adhuc matrimonio inter ipsum, & D. Mabiliam easdem terras emit à prædicto Magallo pro lib. 100. min. de sua propria pecunia, & eas continuò possedit,stante matrimonio:demum mortuus est Andręas,dictis terris in eius hęreditate remanētibus, superstitibus Nicolao,Ioanne Antonio,& Petro ipsius Andreæ filijs,& ab intestato hęredibus, & filijs etiam eiusdem D. Mabiliæ:postea ipsa D. Mabilia viduata contraxit matrimonium, quo durante: quia istas terras retinebat,absentibus, & ignorantibus dictis filijs, ipsas vendidit;quæritur,an prædicti filij possint terras recuperare ab vltimo emptore. ¶ Circa quod sub breuitate potest responderi, quòd ex quo sunt hæredes Andreæ patris,& emptoris,& adita eius hæreditate fuit eis quæsitum dominium bonorum hæreditatis. ff. de rei uindi. l. si ager. ideo omnia bona patris,vt succedentes in ius ipsius, possunt à quocunque vendicare. Nullum igitur aut modicum est dubium, quòd cum dicta Mabilia vendiderit rem alienam, licèt venditio tenuerit in eius præiudicium.
1 l.rem alienam.ff.de contrahen.empt.quòd obligatur † ad interesse emptoris,si contingat rem euinci. C. de euictio.l. super emptione. Non tamen in præiudicium domini
2 rei venditæ,imò nec in emptorem potuit transferre † dominium; quia non habebat illud: & clarum est,quòd nemo plus iuris in alium transferre,&cæt.l.nemo plus iuris. ff.de reg.iur.Superest ergo filijs dicti Andreæ in casu pro posito ius uindicādi,ex quo domini sunt.l.in rem. in prin. ff.de rei uendi.Nec ab alio possunt repelli;quia sunt hæredes dicti Andreæ, qui in nullo venditioni consentit: imò post mortem eius fuit sequuta venditio,& ideo cum tempore mortis dicti Andreæ terræ istæ reperirentur in eius hæreditate, & sic spectarent ad filios, non potuerunt per eorum matrem, quæ in illis bonis nullum ius habebat, sine eorum consensu, & voluntate, in alium tranferri dominium.ff.de acquir.rer.domin.l.traditio.Ideò istis filijs cōpetit ius talia bona auocandi, & recuperandi à possessoribus eorum, & quia clarum est,vlteriùs non insisto. Ego Florianus de S.Petro de Bononia,&c.

Consilium VIII.

SVMMAE.

1 *Donatio supra quingentos solidos aureos non insinuata,in eo, quòd excedat,rescinditur.*

2 *Pater est legitimus administrator in bonis aduentitijs filij.*

3 *Patria potestas non attenditur, vbi tractatur merè de obligando filium.*

Filius

4 *Filius non alienat in patrem (etiam cum consensu ipsius) bona, in quibus pater habet vsumfructum, maximè immobilia.*
5 *Auctoritatem nemo sibi ipsi accommodat.*
6 *Pater sibi ipsi non præstat auctoritatem, contrahens cum filio, etiam stante statuto, quòd filius non contrahat sine consensu patris.*
7 *Donatio facta patri per filiam, antequam nubat, reuocatur postea per superuenientiam filiorum.*
8 *Donatione facta liberis, vel pijs locis, si deinde alij nascantur, ipsa reuocatur vsque ad legitimum tantùm.*
9 *In successione patrum prima est causa liberorum.*
10 *In dispositione l. si vnquam. C. de reuo. don. parentes habentur loco extraneorum, cum extant nepotes ex filijs.*

CONSILIVM VIII.

QVAERITVR, an filius in potestate possit cum consensu patris contrahere super bonis, in quibus patri acquiritur vsusfructus, & an ipse pater possit consentire filio in commodum suum, stante statuto, quòd filius non possit sine consensu patris contrahere cum aliquo: super quo (omissis allegationibus, quæ fieri possent hinc inde) videtur breuiter dicendum, quòd contractus super alienatione aduẽtitiorum patri non valet. pro cuius declaratione aduertendum est, quòd
1 si dicta donatio † excedat valorem quingentorum solidorum, in eo, quod excedit, non valet, cum non fuit insinuata secundùm formam l. sancimus. & l. in hac. C. de donatio. Item, & secundò aduertendum est, quòd ex quo ipse filius est minor vigintiquinque annis, licèt dicatur fuisse maior decem & octo: respectu bonorum immobilium ipsa alienatio indubitanter non valuit; quia illa non possunt alienari sine decreto iudicis, vt l. 1. & per totum tit. ff. de reb. eorum. & l. si prædium. C. de præd. mino. Respectu autem aliorum est magis dubium: tamen videtur idem dicendũ ex eo maximè, quia iura, & bona aduẽtitia sunt bona, quæ
2 veniũt aliunde, in quibus pater † est legitimus administrator, iuxta id, quod plenè legitur. & not. in l. 1. C. de bon. mater. per totum. & potissimè in casu nostro dictus filius in alium non potuisset alienare absque cõsensu patris, per l. fi. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. & potissimè isto casu; quia erat minor vigintiquinq; annis, licèt diceretur maior decẽ & octo, per ea, quæ habent. in l. curatorem habens. ff. de in integ. restit. mino. & l. 1. per totum. C. de minor. & notat Bar. in l. fi. §. 1. ff. de verb. obli. Nec obstat prædictis. d. l. fin. quia ibi agebatur merè de obligando filium vel fi-
3 liam, quo casu patria † potestas non attenditur: sed hic tractatur de alienatione rerum, in quibus pater habet vsumfructum: & tunc bene attenditur, vt patet in d. l. fi. §. filijs autem. vbi Bar. & in d. l. fin. §. 1. Imò plus videtur, quòd cum donatio non censeatur de administratione, vt. ff. de cur. furio. quòd ex quo ipse esset filius, & esset minor vigintiquinque annis, non potuisset etiam cum consensu patris alteri donationem facere, per d. l. fin. Hoc præmisso, videtur clarè concludi, & inferri posse, nullam donationem valere; quia ex quo non potest ipsa bona, & iura sine patris consensu in alium alienare, vt patet in iuribus præallegatis, & maximè in d. l. fin. §. filijs autem. non potest alie-
4 nare † donando ipsi patri; cũ non reperiatur in facto pro-
5 prio sibi ipsi auctorari † posse contra id, quod legitur, & not. in l. 1. ad fin. de aucto. tuto. & ibi expresse hoc videtur tenere glo. & Bar. & idẽ voluit Bar. in l. frater à fratre. ad fi. in 3. col. ver. tertiò quæro. & idẽ in vlt. col. iuxta fi. ff. de cõd. indeb. Hoc ẽt coadiuuari potest, si statutũ diceret, quòd nullus cõtractus filij habentis patrẽ teneat sine consensu patris, & per consequens non valebit, quando fit cum ipso patre, vt fuit in proposito nostro; quia pater non põt cõ-
6 sensum † præstare ad sui commodum, sicut nec auctorari; vt voluit gl. sing. in l. 1. §. fi. ff. de auct. præst. vbi etiam Bar. & si in communi vsu loquentium in loco statuentium appellatione contractus intelligitur omnis actus alienationis, vt est donatio; & clarè procederet hæc ratio, arg. l. librorum. §. quòd tamen Cassius. de leg. 3. & l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fund. instru. & not. Bar. in l. non dubiũ. C. de legi. & in l. omnes populi. in materia interpretationis statuti, aliàs esset dubium, an procederet, per ea, quæ leguntur, & no. in l. ab eo. ff. de verb. signi. per glo. & Bar. Ex alio etiam capite dico, quòd hæc quæstio non habet dubium, quòd hæc donatio ipso iure sit reuocata; nam aduertendum est, quòd dicta filia donauit patri suo, & demum
7 nupta genuit filium: quo casu per superuenientiam † filij (de quo nõ fuit cogitatũ) donatio ipso iure reuocata fuit. C. de reuoc. dona. l. si vnquam. & filio competit facultas vendicandi, & eius hæredibus ab auo, vt no. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. & l. 1. C. de inoff. dona. & dico, quòd reuocatio, & superueniẽtia liberorum fuit facta in totum;
8 nam licèt si esset facta alijs liberis, reuocetur † vsque ad debitum bonorum subsidium tantùm, vt l. si totus. C. de inoffi. donat. Et idem si facta esset locis pijs. 17. q. 4. c. fin. in alijs tñ inuenio indistinctè reuocari in totũ. non enim præsumendum est filiam voluisse liberis suis, etiam paren-
9 tes præponere; cum in successione † prima causa sit liberorum, C. de suis, & legiti. Auth. si in successione. & paren-
10 tes tunc eis liberis extãtibus † habentur loco extraneorũ, & habet locũ ipsa l. si vnquam, etiam si donata sit res certa, secundùm Bar. in d. l. Titia. §. Imperator. licèt secundũ alios, ita demũ, si in aliqua parte, vt not. Bald. C. de inoffi. dona. in l. 1. col. vlt. tamen non solũ quotam bonorũ suorũ donauit, sed etiam omnem hæreditatem matris suæ. Et ex prædictis concludo dictam filiam non potuisse cum patre contrahere super dictis bonis, nec ipsum in suum commodum consentire, per ea, quæ supra dicta sunt.

Florianus de S. Petro.
Ioannes de Imola.
Antonius de Roscellis de Aretio.

Consilium IX.

SVMMAE.

1 *Verba sequentia declarantur ex præcedentibus.*
2 *Legatum factum in codicillis, in dubio regulatur secundùm facta in testamento.*
3 *Matrimonium secundum graue marito etiam defuncto.*
4 *Dictio, dum, conditionem inducit.*
5 *Statutum quod extantibus masculis, &cæt. num etiam loquatur patre intestato.*
6 *Legatum pro dote est conditionale, secus quò ad legitimam.*
7 *Filia à statuto exclusæ an dos sit loco legitimæ, ita vt de ea testari queat ante nuptias, nec substitui ei possit.*
8 *Succedere prohibitus ab intestato, non prohibetur succedere ex testamento.*
9 *Statuentium mens in primis attendenda.*
10 *Vsuras dotis non solutæ non præstant hæredes non interpellati, maximè si vxorem aluerint.*
11 *Cessante ratione dispositionis, cessat dispositio.*
12 *Hæredem non censetur testator velle grauare duplici onere.*

CON-

CONSILIVM IX.

CIRCA primum quæsitum dubium facit; quia ipsa D. Ioanna vxor dicti Petri testatoris vocata videtur ad legatum prædictum vsusfructus tot bonorũ, quæ sint valoris centum florenorum. etiam in casu, in quo nolit habitare cum filijs dicti testatoris, vt patet ex verbis codicillorum; ergo etiam in casu, quo nouum contraheret matrimonium, & maximè per verba testamenti præcedentia, quæ in legato quinquaginta florenorum dixerat in casu viduitatis, seu alio modo: ex quibus potest dici etiam declarari verba codi-
1 cillorum, cum ex præcedentibus † declarentur sequentia. l. si seruus plurium. in fin. de leg. 1. Contrarium verius puto in casu præmisso, quòd cum nouum contraxerit matrimonium, legatum vsusfructus ipsa non debeat habere, sed finiatur. Et primò ex verbis testamenti, & codicillorum; apparet enim, quòd in testamento vocata erat ad vsum, & ad habitationem domus, donec vitam vidualem, & honestam seruauerit post mortem ipsius testatoris: similiter, & illud legatum D. Massariam, & vsufrumctuariã, &cæt. Er-
2 go, & eodem casu interpretandum est illud legatum † in codicillis ascriptũ esse, in quibus expressè habuit respectum ad relicta in testamento. patet in codicillis ibi [& omnem alium vsumfructum reuocauit dicto casu relictũ eius vxori] &cæ. Et sic eodẽ casu tantũ, & non alio debẽt intelligi relicta, arg. ff. de cõd. inst. l. cũ seru᷒. & de cõd. & dem. l. auia. in prin. cũ ibi no. Secũdò hoc colligit ex mẽte dispo-
3 nentis; cum enim per secundum † matrimonium dicatur primi viri anima contristari, vt in Auth. de nupt. §. nos igitur. non est verisimile, quòd in dicto casu voluerit in vxorem aliquod commodum conferre, qui casus si ei in mẽtem venisset, verisimiliter fuisset magis turbatus, quàm inuitatus ad aliquid relinquendum. Circa secundum de relicto à Domina Elisabetta dictæ Dom. Ioannæ eius matri, an de iure peti posset per ipsam à dictis hæredibus, plura prima facie colorata allegari possunt quòd non. Et primò; quia cum non appareat, quòd Elisabetta haberet aliquid aliunde, quàm ex bonis patris sibi ꝓ dote relictis, nihil videtur de illis disponere potuisse; quia institutio facta de ea in florenis. 150. aurei fuit suspensa in tempus nuptiarum; nam dicit [dum nuptui traderetur] quæ dictio
4 † Dum, conditionem inducit. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. 3. & sic requirebat cum effectu nuptias contrahi. C. de nupt. l. sancimus. quæ nuptiæ nunquàm interuenerunt; ergo talis institutio (veluti conditionalis) videtur defecisse, & sic de tali relicto Elisabettam disponere nõ potuisse. l. j. §. finautem sub conditione. C. de cadu. toll.

¶ Secundò principaliter; quia cum extarent fratres eius masculi, ipsa Elisabetta videtur à successione paterna exclusa per illud statutum. de success. ab intest. quod licèt loquatur in successione intestati: tamen videtur in fine eius
5 extendi etiam ad casum, quo ex testamento † succeditur per illa verba statuti. vers. declarantes, quòd quò ad prædicta fœmina intelligatur dotata, &cæt. & subijcitur, vel eidem in testamento, vel alia vltima voluntate assignata. Ex quib᷒ infertur, quòd ipsa Domina Elisabetta de huiusmodi bonis eidem à patre relictis, testari non potuit, & sic habens aliunde bona, institutio per eam facta de eius matre in cẽtũ florenis aurei, remanet inutilis, & inefficax; ita quòd hæredes pro illa quantitate cẽtum florenorum molestari non possent. ¶ Contrarium verius puto in casu
6 proposito. Certum est enim; quòd, & si legatum † pro dote & de Arnesibus isto casu cẽseatur conditionale ex formula verborum; tamen quatenus ascenderet legitimã ipsius Elisabettæ iure naturæ sibi debitã de bonis prædictis, iudicatur, vt de puro, & de purè relicto, cum hodie omnis conditio, dilatio, & grauamen de illa, tollatur, l. quoniã in prioribus. C. de inoff. test. & no. plenè in l. si pater. C. de instit.
7 & subst. sub cond. fac. & sic de illa testari † potuit, & in matrem conferre, nisi aliud impedimentum extet, & ipsa solèniter testata sit. Nec obstat, quòd pater substituit ipsi filiæ decedenti suos hæredes, &cæt. quia ex quo Elisabetta iam pubes effecta erat, patet, quòd in eius persona ista substitutio fuit fideicommissaria; talis enim substitutio in legitima non tenet, l. cohæredi. §. cum filio. vbi est casus. ff. de vulg. & pup. substit. Nec obstat dictum statutum de successio. ab intest. quia, vt de se patet, loquitur eo casu, quo filia vellet ab intestato succedere cum masculis: sed in casu nostro ad relictum sibi in testamento paterno, erat inuitata ex testamento, & ex expressa patris dispositione: quo
8 casu clarum est, quòd in hoc nulla durat cõtra eam † prohibitio; licèt enim quis sit prohibitus per legem ab intestato succedere. non tamen prohibetur vocatus ex testamento, tex. est sing. in l. si patronus non aluerit. ff. de bon. liber. Nec obstat, quod subijcitur in eodem statuto in versic. declarantes, &cæt. in verbis superiùs ponderatis; quia loquitur alio respectu, solùm quò ad declarandum, quomodo poterat dici filia dotata, vel ei dos assignata, non quò ad effectum excludendi à successione testati illam ad aliquid vocatam; quia apertè disponeret cõtra omnem æquitatẽ, & patris voluntatem impediret, quæ in disponendo libera esse debet. C. de sacros. eccl. l. 1. Quinimò, & determinatio tii legis expressè contradiceret, d. l. si patronus. quod nullatenus est dicendum, nec credendũ voluisse statuentes, quo-
9 rum mens † in huiusmodi est ponderanda, vt dicit notabilis glo. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Ad aliud, de quo vltimo loco dubitari dicitur, an d. Domina Ioanna possit petere ab hæredibus pro tempore biennij, quod cucurrisse reperitur, ante quã dos restituta fuerit sibi, respõdetur ad rationem sex pro centenario, dubium possent facere verba statuti: quæ tamen non vidi, nisi quatenus supra præsupponitur in puncto; ex quo enim verum est dicere dotẽ non solutam, videtur succedere dispositio illius statuti, quòd hæredes teneant ad sex pro centenario pro vsufructu dotium, quasi ista accessio veniat in omnem casum retardatæ solutionis dotis, vt deciditur in simili ad propositum in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. Contrarium tamẽ puto dicendum in casu proposito, quo maximè non propo-
10 nitur vnquam ad talem restitutionem interim † interpellatos hæredes, & ipsam dominam in domo alimentatam fuisse; cum enim talis accessio de sex pro centenario subrogata sit loco eius, quæ à iure cõmuni taxata erat, in d. l. 1. §. exactio. & illa erat in locum subuentionis, & alimentorum ipsius mulieris, & ita maximè hodie iudicandum est, ne aliàs talis accessio sapere posset in aliquo vsurariã prauitatem, iuxta no. per Host. & Io. And. in c. salubriter, extra de vsur. & appareat ipsam Dominam interim alimẽtatam in domo, cessat finaliter illud statutum, & ideo ces-
11 sare debet illius † dispositio, argum. ff. de pact. l. quod dictum. cum simil. & ista decis. clarè videtur posse colligi ex no. in d. §. exactio. & credi debet, quòd fuerit de mente defuncti, quem non debemus credere voluisse vxorem ali de proprijs bonis, & interim etiam habere reditum suarum
12 dotiũ, & sic hæredes suos duplici † onere grauare. ff. de leg. 2. l. Titia. §. qui inuita. sed potius voluisse illos ab illa obligatione legali interim liberare, per no. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matr. vbi Iac. de Aren. Bar. & alij in Authen. præterea. C. vnde vir, & vx. & illam partem iustiorẽ, &

&humaniorem puto, & sic concludo, quòd isto respectu dictos hæredes molestare non possit. remanet tamen ipsi Dominæ ius petendi florenos vigintiquinque, de quibus in dicto testamento, & codicillis fit mentio. Florianus de Sancto Petro I.V.D.

Consilium X.

SVMMAE.

1 *Coniecturis non est locus in claris.*
2 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
3 *Gabellam publicæ necessitates inuexerunt.*
4 *Gabella non fraudatur, ne rescripto quidem ob eam causam obtento.*
5 *Gabella omnes afficit, nec facilè præsumitur remissa.*
6 *Princeps non intelligitur sub verbis generalibus comprehendisse, quæ aliàs in specie non concessisset.*
7 *Argumentum à causa finali valet.*
8 *Commodum ibi sit, vbi & incommodum.*
9 *Verba dubia interpretamur cōtra eum, qui illis nititur, debuit enim apertius ea concepisse.*
10 *Gabellarum libris de iure credi debet.*
11 *Libris censualibus ecclesiarum creditur etiam in earum fauorem.*
12 *Gabellam qui pluries ante præstitit, & nunc eam præstet.*
13 *Solutio facta cum titulo etiam generali præcedente obligat in posterum.*
14 *Species derogat generi.*
15 *Rei appellatio latissima, ita vt salem etiam complectatur.*
16 *Verba etiam ampla ex subiecta materia intelliguntur.*
17 *Verba præcedentia declarantur à sequentibus.*
18 *Immunitas alicui concessa pro certis prædijs non trahitur ad postea acquisita.*
19 *Gabella aliàs munere superioris, vel negligētia publicani remissa, deinceps tamen peti potest.*
20 *Gabella exigi potest, etiam postquam merces transiuit, quando descripta est in libro publicani; quia id scripsisse præsumitur animo exigendi.*
21 *Principi superiori non præiudicat vasallus, etiam in portorio.*

CONSILIVM X.

VISIS pactis aliàs iam diu initis, & successiuè sæpius renouatis, declaratis, & diuersimodè suppletis inter Illustre Cōmune Venetiarum, & Ducale eius Dominium ex parte vna, & Communitatē Ferrariæ, ac D.D.Marchiones Estēses, d quibus, & de quo tempore fuerint, in dictis capitulis continetur, quæ capitula etiam confirmata fuerunt de anno 1313. per Clementē Papam Quintum, vt patet ex tenore bullæ supra ante dicta capitula, & conuentionis registratæ. Occurrēte casu, quo D.D. Veneti miserunt, ac etiā mittere volunt salem ad terras Lombardiæ, & maximè ad aliquas nouiter à modico tempore citra per eos acquisitas, & transitum facere per Ferrariam, & passus eius, vbi certa gabella regulariter soluitur, & semper solui consueuit, dubitari dicitur, an Commune Venetiarum ad illam gabellam soluendam teneatur, an verò dici possint exempti, attento maximè tenore dictorum capitulorum.
¶Circa quod prima facie dicendum videretur dictum Commune ad talem solutionem gabellæ salis nullatenus obligatum. Primò ex tenore dictorum capitulorum, quæ sonare videntur in eorum exemptionem, & sic ad
1 nullam coniecturam, † vel aliam interpretationem recurrendum, arg. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. hoc esse verū colligi videtur primò ex illo capitulo in 2. cart. ibi. Quòd omnes homines Venetiarum, & eius districtus sint salui, & securi in personis, & rebus eorum stantes, & redeuntes non soluentes aliquod datium, &cæt. in aliquo loco districtus Ferrariæ &cæt. aliqua occasione, exce
2 ptis tribus denarijs. Not. exceptionem, † cuius natura est firmare regulam in non exceptis. ff. de leg. l. in his. Et idem in alio c. j. reperitur. Hoc idem iuuatur, & in specie salis, de qua quæritur. j. in vers. Item quòd licitum sit Venetis omnibus, qui veniunt Ferrariam cum sale discaricare, extrahere, ac dimittere ipsum salem &cæt. & sine aliquo datio &cæt. Quod etiam inferius confirmatum est ibi. Item vbi dicit superius &cæt. de anno 1230. tempore Papæ Gregorij post etiam per Clementem. infra etiam in ver. Et quòd omnes homines Venetiarum &cæt. prouisum est, quòd intelligantur habere saluumconductum in personis, & rebus &cæt. & in nouis capitulis factis anno 1273. ex quibus, si bene legantur, videtur omnimoda exemptio posse per Venetos allegari. Pro quo etiam plurimum facere videtur, quod præsupponitur in facto verum, quòd post acquisitas aliquas terras Lombardiæ per ipsum Dominium Venetorum, miserūt ad illas terras salem, & nil soluerunt pro aliqua gabella Ferrariæ. Si qd̄ ergo ante aderat dubium, an deberet ipsum Dominium soluere, vel non, modò potest dici sublatum, & euidenter declaratum quòd non, ex quo nihil solutum est, nec exactum fuit dicta de causa. ¶Econtra autem pro iustitia, & iure Dom. Marchionis, & Communitatis Ferrariæ in casu, de quo quæritur, attendenda sunt plura. Primò, quod impositio eiusmodi gabellarum, quæ diuerso
3 modo in ciuitatibus frequentantur, causam habuit † à necessitatibus, & dispendijs publicis, quæ ipsa loca tolerare non desinunt, dicit text. in l. fin. C. de vectig. & commis. Et ideo talis præstatio ab omnibus, qui negotiationis, & transferendarum mercium curam habent, æqua debet ratione dependi, dicit text. in l. omnium. eod. titu. adeo quòd nec fraudari debet, imò firma, & perpetua manere, nec aliqua super hoc à superiore supplicatione
4 † obtenta remoueri, vt dicit text. in l. vectigalia. eod. titu. Imò omnes ad talem solutionem oportet vrgeri, dicit tex. in l. omnes. C. de annon. & tribu. lib. 10. Et circa omnes
5 † par, atque æqualis forma seruari, eod. tit. l. in fraudem. ¶Secundò attendendū est, quòd cum in solutione talium vectigalium versetur publica commoditas subditorum, non est verisimile Principem de facili eius remissionem concessurum, quia eius dicitur interesse subditos habere locupletes. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. §. fin. & habiles ad subueniendum necessitatibus, & dispendijs publicis; & ideo de tali remissione, & speciali exemptione oportet expressè constare, aliàs nunquam præsumitur, maximè vbi in verbis remissionis potest cadere dubitatio aliqua, cum contrariam habeat iuris interpretationem. d. l. vectigalia. & l. omnium. cui non debet videri in dubio derogatum, argum. C. de inoffic. testamento. l. si quando. & sic volens vti commodo talis exemptionis, debet clarè suam intentionem probare, aliàs remanet sub regula obligatoria, & ad soluendum de iure po-

test arctari tam ex præsumpta mente contrahentium, & superioris auctorantis, qui non creditur voluisse sub ista
6 generalitate † verborum concedere, quod verisimiliter in specie non concessisset, arg. ff. de pign. l. obligatione generali. & l. qui peculij. cum simil. quam et æquitate hoc suadente, de qua infra, & et interpretatione iuris, ad quã in dubio recurrendum est, vt ext. de consuet. c. cum dilectus. de cler. non resid. c. ad audientiam. ff. de iure dot. l. sed hoc nisi. cum glo. & l. curatores. §. fi. ff. de admin. rerũ ad ciuit. pertin. Pro hoc, quòd de ista remissione verisimiliter cogitatum non fuerit, potest adduci. Nam attenta finali causa dictorum capitulorum, idest propter quam ad
7 illam deuentum fuit, & à qua † potest argui, vt probatur in l. fin. ff. de hæred. instit. quæ fuit, vt inter dictas partes bonum pacis, & concordiæ stabiliter perduraret, vt patet in prin. confirmationis factæ per Clementem Papam Venetis anno Domini 1313. non potest dici hoc bonum pacis, quietis, & bonę societatis posse inter dictas partes seruari, arg. ff. pro socio. l. si non fuerint. §. Aristo. ibi [iniquissimum enim genus societatis] &cęt. & maximè; quia per hanc interpretationem si fieret in Venetorum fauorem, quòd non tenerentur, veniretur contra antiquam consuetudinem, quam partes prædictæ videntur voluisse seruari, vt patet ex tenore ipsorum capitulorum, sequeretur iniquitas, quòd Commune, & homines Ferrariæ obligarentur ad tenendum viam Padi, & alias stratas omnes per totam suam fortiam, & districtum, tam per aquam, quàm per terram securas, &cæt. vt patet ex particulari capitulo, quod incipit. Promiserunt, &cæt. car. 16. & hoc sua expensa, sine aliqua spe commodi inde percipiendi,
8 quod satis videtur iniquum; quia vbi † incommodum, ibi debet rationabiliter commodum collocari. C. de furt. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. facit ratio dicti. §. Aristo. Item pro ista parte, quòd datia Ferrariæ conseruentur, videtur fuisse de mente Venetorum, dum accepto magno commodo resultante, promiserunt non ire versus Lombardiam per alueum alterius fluminis, quàm Padi, vt patet in literis confirmatorijs Papæ Clementis. ¶ Item pro ista parte, quòd pro solutione gabellæ salis duret necessitas Communitati Venetiarum saltem pro eo, quod ad alias terras transmittitur, de quo quæritur, videtur à parte posse allegari prouisio dictorum capitulorum, in versic. excepto videlicet, quòd & datio salis. De quo datium accipi debet, patet car. 17. vbi apertè asseritur datium salis deberi, & ita confirmatur per ipsos Venetos, vt patet ex illa parte relata ad præcedentia, in quibus de immunitate ipsorum Venetorum tractatum erat clarius, infra in versic. promittentes prædicti Ambasciatores, & syndicici. &cæt. in car. 19. capitulorum. ex quibus duobus capitulis videtur hæc dubitatio terminari. Nam cum in primo dixerit datium salis accipi debere à Venetis, secundùm quod ordinatum est in pacto inde facto inter Commune Venetiarum, & Commune Ferrariæ, vel quòd de cætero fuerit ordinatum, & postea in pręfato cap. Promittentes, &cæt. ordinatum sit, & declaratum quantum pro quolibet centenario, & pro quolibet modio accipi possit, & non plus, satis potest colligi mutuo partium consensu illud datium specialiter reseruatũ; aliàs dicta capitula nil operarentur contra id, de leg. 1. l. si quando. & de priuileg. c. si Papa. lib. 6. Et si fortè diceret aliquis, quòd illa capitula debent intelligi, quando sal conduceretur per alios mercatores, non per ipsam Communitatem Venetiarum, vel eius nomine; ergo nõ debent trahi ad casum, de quo quæritur, quo Communitas ipsa ad terras suas, & pro eius necessitatibus conducit, attentis maximè immunitatibus, & exemptionibus pluribus factis per Cõmune Ferrariæ, & D.D. Marchiones. Potest responderi, quòd imò debent intelligi etiam in casu isto, quo Communitas ipsa Venetiarum conduceret pro suo facto: aliàs enim esset in potestate illius dominij annihilare totaliter mittendo semper omnem quãtitatem salis, quæ conduceretur sub nomine ipsius Dominij Venetorum, quod absurdum, & iniquum foret; ideo ad istum casum non sunt restringenda verba capituli, argum. ff. de bon. liber. l. nam absurdum. & maximè attẽto, quòd si hoc voluissent, illud specialiter expressissent, vt dicit tex. in l. vna. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & quòd si in hoc aliqua adest dubietas, con-
9 tra ipsam Communitatem Venetiarum interpretatio † facienda est, quasi hoc debuerit apertiùs declarari, ex quo eius vtilitatem continebat, & concernebat, secundùm no. in l. Labeo. & in l. si in emptione. in princ. ff. de contrahen. empt. & in l. veteribus. ff. de pactis. aliàs remaneant inclusi sub generali prouisione, quę est, quòd omnes, qui ab antiquo per Padum versus partes superiores salem conduxerunt, soluant datium, & ita soluere consueuerunt ipsi Veneti, vt dicitur clarè constare per libros datiorum, vel
10 gabellarum super hoc confectos, quibus de iure credi † debet; quia de manu Notarij, vel officialis ibi de publico deputati sunt scripti. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quoties.
11 & etiam quia in similib. libris † censualibus Ecclesiarum, etiam in fauorem ipsarum Ecclesiarum creditur, vt not. ext. de præscrip. in c. ad audientiam. & ex hoc potissimè videtur sumi posse decisio casus, de quo quæritur; talis
12 enim diuturna † præstatio cum titulo obligationis generaliter præcedentis, & obligantis quemlibet ad soluendum (etiam si ille titulus aliter non probaretur, dummo
13 do allegetur) inducit † necessitatem ad præstandum in futurum, secundùm not. in l. cum in rem verso. ff. de vsur. & l. si certis annis. C. de pactis. & l. seruitutes. ff. de seruitut. vbi plenè scripsi. ¶ Ex his satis patet, quòd non obstant, quæ superiùs sunt in contrarium allegata; nam licèt per illa capitula videatur concessa Venetis generaliter immunitas, & cæter. tamen ista intelligi debent; nisi respectu datij, quod pro sale solui debet,
14 quasi generalis † prouisio non trahatur, nec complectatur illa, quæ habent specialem prouisionem, argumento. ff. de verbor. oblig. l. doli clausula. & de alimen. & cibar. legat. l. alimenta. §. Basilicæ. cum simil. Præterea verba alterius capituli. Et quòd omnes homines Venetiarum habeant saluosconductos, vbicunque per totam suam fortiam, & districtum, eundo, stando, & redeundo in personis, & rebus, & cæt. licèt videantur multùm latè prolata, saltem eo respectu, quo dicit de
15 rebus, quod est nomen † generale aptum sui natura omnia comprehendere, l. 1. in fin. ff. si cert. peta. & sic videatur complecti salem, & omnia alia: tamen videntur iustè restringenda ad illa, quæ vsus sui tantùm causa portant, l. vniuersi. C. de vectiga. & commiss. & quæ dicantur vsus sui causa portari, declaratur in l. lege censoria. ff. de verbor. signific. & hoc respectu illa verba sic latè prolata intelligantur, quasi ius ita interpretetur, & sermones sint intelligendi secundùm subiectam materiam. ff. locati. l. si vno. ¶ Nec verbũ, rei, isto casu possit comprehendere saltem id, de quo specialiter in contrarium est prouisum, vt supra dixi. Nec etiam tam generaliter sumi; quia aliàs frustratoria esset particularis diuisio de canali portando; nam per sequentia.

16 tia declarantur † præcedentia. l. si seruus plurium in fi. ff. de legat. primo. Vel verificabuntur in familiaribus, & rebus eorum, pro quibus aliàs debuissent solui de iure. l. si quis pro vxore. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Præterea & si diceretur sine veritatis præiudicio, quòd illa capitula importarēt libertatem D.D. Venetorū etiam respectu salis (quod tamen superius est denegatū)
17 non foret ab surdum dicere, quòd † talis concessio, etiam si emanasset per viam priuilegij, & sic videretur latè sumēda: restringi tamen debet ad terras, quas possidebant secundùm tempus dictorum capitulorum, arg. ff. de aur. & argen. legat. l. si ita. non autem trahi ad terras postea, & nouiter per eos acquisitas, & sic etiam pro illarum necessitate non debeant posse sine illa gabella taxata conduce-
18 re. Nam immunitas † possessionum alicui concessa, nō extenditur ad possessiones postea quæsitas, arg. ff. de const. pecu. l. nec enim. & probatur de legat. 3. in l. Iulianus. ad fin. & de dam. infec. in l. damni. §. Sabini. & de auro & argen. legat. in l. si ita. & in Clem. literas. de rescrip. & hoc tenet Guil. in l. omnia priuilegia. C. de episc. & cler. facit qđ not. Ioan. And. ext. de priuil. in c. quia circa. & in Spec. de cens. §. nunc dicendum. vers. quid si vniuersitas fecit pactū rustico. Vbi in addit. concludit Guido. de Suzar. tenuisse istam partem. Non obstat aliud capitulum, quòd liceat Venetis, qui veniunt Ferrariam cum sale &cæt. quia loquitur specialiter de sale, qui portatur Ferrariam, vt ibi vendatur vel vendi possit, patet; quia dicit scaricare, & extrahere scilicet de naui, & ponere in terra, & ibi vendere, & facere mensurari per assaggiatores communis ipsius Ferrariæ; vt verba ipsius capituli probant. Non loquitur ergo de extractione, idest portatione extra ad aliū locum, maximè; quia aliàs contradiceret alijs capitulis particulariter super hoc prouidētibus. ¶ Non obstat etiā quod vltimo loco allegabatur, quòd Communitas Venetiarum miserit aliàs salem Brixillium, & ad alias suas
19 terras, & nihil soluerit pro gabella † Ferrariæ. primò q̄a si etiam de gratia Domini Marchionis, vel Gabellarij super hoc deputati, vel cum eorum patientia super quantitate illa salis transmissa, nil exactum, vel solutum foret, non præiudicaret in futurum, quò minus cum mitteretur, consuetum, vel aliàs debitum datium, vel gabella exigi, & iuridicè peti possit; patet clarè per tex. ff. de public. in l. licitatio. §. earum. Imò quod fortius est, potest dici, q̄ licèt pro prædictis conductionibus salis ad dicta loca nil fuerit solutum: si tamen non apparet expressè remissum ius petendi datium, pro illo de iure competat, quamuis enim tunc datium petitum non fuerit; non tamen fuit per hoc (alio non apparente) remissum: imò concessa licentia, animo tamen datium debitum consequendi, ex quo illa quantitas salis, & omnes aliæ, quæ quo-
20 tidie introducuntur, & extrahuntur, tunc † descripta fuit in libro Communis, vbi similes gabellæ, & præstationes, & quantitates salis describuntur, vt mihi in facto proponitur, probatur in l. Nesennius. & ibi not. ff. de nego. gest. Et quod fortius est, dicitur mihi tūc scriptū fuisse Domi. Venetorū per Dñm Marchionē pro solutione talis gabellæ, & per Dñm Ducem illius Communitatis nomine responsum, quòd pro tunc propter aliquod festum, vel aliqua ei incumbentia, non poterant prouidere, sed aliàs p̄uidebunt. Ex quo etiam percipi potest, quòd non crediderunt, sicut nec credere debebant se à tali solutione immunes. Pro hoc etiam facit; quia vbi talis remissio concerne-
21 ret ius † Superioris, prout videtur facere ista, non posset sine eius licentia fieri, ita quòd in hoc præiudicare posset iuribus ī ipso loco cōpetētibus Superiori, arg. ext. de maio. & obed. c. cum inferior. Ex quibus omnibus diligenter pensatis euidenter cōcludi potest dictam Cōmunitatem Venetiarum ad illam gabellam soluendam teneri, nec de iure posse allegare aliquam exemptionē virtute dictorū pactorum, & capitulorum aliàs inter dictas partes initorum, & Superioris auctoritate cōfirmatorum. Imò ex quo talis solutio antiqua, & consueta est omittere, vel detrectare solutionem, peccatum esset, secundùm not. per Archi. 14. q. 3. in c. si quis Romæ petas. Deo Gratias. Et ita puto concludendum de iure, & consulo ego Florianus de Sancto Petro de Bononia. V.I.D.

Consilium XI.

EPITOME.

¶ Punctus talis est Museto Hebreo fœneratori in Ciuit. Raue. furto noctis tempore subtractæ fuerunt quàm plures res sibi pignoratæ sub vsuris, in hac forma videlicet, quòd ex quadam sala cuiusdam domus, in solatio existenti, vbi pluribus annis ipse, & alij fœneratores soliti erant res eis pignoratas retinere, fracto muro, apposita scala, duæ vestes sirici, siue veluti, & quā plures loricæ fuerunt subtractæ, & ex quadam cassa in ea existenti, in qua annulos, & tessutos argenteos tenebat, fuerunt tessuti, & annuli plures subtracti. Modò hi, qui res antedictas pignorauerant, dicunt, & negant furtū prædictū factū fuisse, & in casu, quo appareret factum, dicunt factum fuisse culpa, & negligentia dicti Museti, & eò maximè cum proponatur ipsum tessutos, & annulos tenuisse in cassa quadam, quæ claudi, & serari poterat, & fracta non apparet. ¶ Ex aduerso Musetus dicit se eam diligentiam adhibuisse, quam quilibet diligens facere, & adhibere solitus est, & faceret, seu adhiberet: quæ comprehendi posse dicit ex eo; quia dicta pignora erant in quadam sala solarata, ad quam accedi non poterat ab extra, nisi cum scala, & erat in loco satis publico, & muris erat circundata, & maximè versus partem, ad quam fures venerunt, & murum fregerunt, & dato quòd cassa non appareat ex parte exteriori fracta: tamen ex parte interiori apparet fracta quadam stangeta ferrea, quæ dictam cassam claudebat. Et parte dicti Museti, per testes familiares, & domesticos iudeos tantùm probari potest, quòd res subtractæ erant in dicta sala in locis antedictis, & de furto, siue casu dicitur satis apparere, eò quòd murus de mane ruptus, seu fractus inuentus fuit, quod omnibus apparuit. Modò quæritur, an casus, seu furtum sit probatum per fracturam muri, & testes antedictos; & testes prædicti, licèt iudei, sint idonei testes, & ad quem spectet periculum rerum antedictarum: & si non spectat ad Musetum, an debitores teneantur sibi Museto creditum soluere.

SVMMAE.

1 *Vbi amissio rei est causa intentionis allegantis, semper allegās debet eam probare siue agendo, siue excipiendo.*
2 *Quomodo amissio hic probari debeat.*
3 *Furtum non numeratur inter casus fortuitos.*
4 *Qui malè agit, odit lucem.*
6 *Præsumptio transfert onus probandi in illū, contra quem insurgit.*

7 *Quilibet diligens tenetur solùm de dolo, lata, & leui culpa.*
8 *Hæbrei sunt idonei testes contra Christianos in casu furti.*
9 *Valet argumentum à contractibus ad delicta.*
10 *Domestici familiares, & alij prohibiti admittuntur ad probandum furtum occultè factum.*

CONSILIVM XI.

CHristi nomine, eiusq; matris virginis gloriosæ, ac totius cælestis curiæ triũphantis. Amen. In casu proposito dubietas prima, & principalis est, quis teneatur ad furtum hic allegatum: an iste Musetus furtum passus, an verò aduersarij, & creditores furti, volentes recuperare sua pignora, quòd casus allegatus sequutus non fuerit, vt eum possint cõpellere tãquam obligatum ad restitutionem pignorũ,
1 & clarum est de iure, † ꝙ vbi amissio rei est causa intentionis allegantis, semper allegans debet eum probare siue agendo, siue excipiẽdo. C. de pign. act. l. si creditor. & ideò si in isto casu cõuentus ad restitutionem rerum allegatarũ dicat se perdidisse, dẽt probare casum amissionis. similiter & si ageret ad quãtitatem super ipsis pignoribus mutuatã, & debitores excipiẽdo peterẽt restitutionẽ pignorum obligatorum, compelleretur ipse Musetus probare
2 amissionẽ. Quomodo aũt probaretur, † clarũ est, ꝙ si allegaret casus fortuitus, vt manibus hostiũ, vi tẽpestatis maritimæ, vel casuali loci ruina, vbi reposita erãt pignora, terremotu forte, vel simili modo; vel ꝙ tpe tumultus forte in ciuitate fuerit derobatus, & istud probare sufficeret ꝑ regulam l. quæ fortuitis. C. de pign. act. licẽt non probaretur aliter in specie, ꝙ res ibi essent, vel aliter deperditæ fuerint, arg. C. de naufr. l. quotiẽs. & de re milit. l. non oẽs
3 §. à barbaris. † Sed dubium est in proposito; quia allegãt furtum, quod non numeratur inter casus fortuitos, vt not. glo. in l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. ꝓ soc. & sic eius allegatio non vr̃ iuuare eum. Sed dico considerandum, ꝙ propter difficultatem probationis, quę vera nõn põt haberi, vel saltem multùm difficulter, vt est in his, quæ clandestinè committuntur, vt est furtum, & similia maleficia,
4 quæ clam committuntur; † quia qui malè agit, odit lucẽ. admittuntur ideò probationes, quæ possunt haberi, s. per
5 verisimiles coniecturas, † vt quia offensus dicat se furtũ passum noctis tpe, & inuentum hostium apertum cameræ, vel murus loci, vbi rẽs reponitur, erat fractus: nã tales coniecturæ loco plenæ probationis habentur, vbi aliter veritatẽ scire quasi impossibile esset. ff. de leg. 1. l. licẽt Imp. & de manumiss. test. l. si quis locuplex. Isto autẽ casu, quo probatum est damnum, dubitari põt, cui incũbat onus probandi culpam, vel non culpam. Et hoc ꝑꝑ varias opiniones notatas in l. si creditor. C. de pign. act. puto, ꝙ, quia allegatur perditio per casum, qui communiter solet euenire, præcedente culpa, vt est furtum, de quo quærit, vt d. §. damna fatalia. debet iste Musetus probare, ꝙ in tali damno à furto causato non interuenerit eius culpa, &
6 se exuere à præsumptione talis culpæ; † quia præsumptio transfert onus probãdi in illum, contra quem insurgit. ff. quod met. cau. l. non est verisimile. in princ. C. de probat. & l. siue possidetis. cũ sim. ¶ Probabitur autẽ hoc probando, ꝙ istæ res subtractæ repositæ, & reconditæ erant in camera, solario, vel horreo, vbi tam ipse, q̃ alij fœneratores conseruare cõsueuerant pignora, sicut in casu nostro factũ narratur, tex. probat ad literam, in l. pignus. C. de pignor. act. Dicit enim ibi tali casu pignora debitoribus perijsse, quam decisionem iuuat ratio, & æquitas legis alibi in l.
7 argentum. ff. de comod. † quare faciendo, quòd illud, qđ quilibet diligens fecisset, nil potest ei imputari, cum teneatur solùm de dolo, lata, & leui culpa, quæ in tali obligatione versatur eius, & debitorum commodum. l. sed vt certo. §. nunc videndum, &. §. sed interdum. ff. commo. & sic hoc probato, non est obligatus debitoribus pro pignorib' eorum surreptis; imò non obstante tali amissione, in integrum habet ipse Musetus contra debitores actionem pro eo, quod apparebit eis super dictis pignoribus mutuatũ. Ita dicit tex. in d. l. pignus. quæ videtur satis clarè decide-
8 re ad nostrum propositum: † sed an isto casu Hebrei sint idonei testes contra Christianos, & videtur prima fronte, quòd non, per tex. in l. quoniam. C. de heret. ¶ Contrarium puto verius; nam in casu, quo talia clam, & furtiuè committuntur, & sic malè possunt probari, dispensatur à iure super modo probationis, & admittuntur in testes, quales nõ deberent admitti, patet. C. de repudijs. in l. consensu. & ext. de testi. i c. veniẽs. & ideò in casu isto etiã Hebrei testimonium debet audiri, probatur in d. l. quoniã. ad fin. in ratione sui ibi [propter vtilitatem necessarij
9 vsus] † & in versi. contractibus, de quibus ad delicta licitum est arguere. ff. de iud. l. omnem. & sicut in contra-
10 ctibus admittuntur, vt ibi, ita & in delictis. ¶ Pro hoc in specie facit; quia hic agitur de probanda innocentia, ad quod etiam domestici familiares, & alij prohibiti admittuntur, secundùm Guil. in Spec. de inquisit. §. 1. ver. sed nunquid eas. Ex quibus concludo sine alia prosequutione, attentis maximè supra narratis, & alijs, quę adduci possent, tale damnum in casu proposito non debere afficere dictum Musetum, nec quò ad emendam subtractorum; nec etiam quò ad excludendum eum à consequutione sui debiti. Et ita puto de iure concludendum, vnde ita dico & consulo ego Florianus de S. Petro & cæt.

Consilium XII.

SVMMAE.

1 *Collecta non potest imponi prædijs ecclesiasticis, sed iam ritè imposita durat, dato quòd ad Ecclesiam perueniat.*
2 *Hypotheca contrahi non potest ante personalem.*

CONSILIVM XII.

PRoponitur, ꝙ stante Ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Codoronco: accedit ei quædam capella, quæ dotatur de certa possessione æstimata in communi Saxiliuni, & pro qua consueuerunt collectæ exigi in dicto Communi: quæritur, quia dicta possessio transiuit in Ecclesiam, an sit amodo exempta ab oneribus, & collectis dicti communis, ita ꝙ pro illa à Rectore dictæ capellæ nihil peti, vel aliquid imponi, vel peti possit pro futuro tempore. Ad hoc autem sub breuitate respondeo, quòd cum ista possessio transitum facit in Ecclesiam, vel eius Rectorem, & sic in personam priuilegiatam, licẽt respectu oneris iam impositi tunc non vtatur exemptione, vel priuilegio; quia est onus iam formatum, vt dicit gloss. in l. incola. ff. ad mu-
1 nic. † tamen quò ad imponendum collectam bene potest vti suo priuilegio, & euitare onerum impositionẽ. Ita formaliter ad nostrum propositũ decidit Iac. But. in re fumatis æstimata, in Auth. Item nulla cõitas. C. de episc. & cle. quem

quem omnes alij Doct. sequuntur. Bene facit. ad idē, qd not. Bart. in l. rescripto. §. fi. ff. de mun. & hono. Plus dico, quòd etiam si statutum illius communitatis prouideret, quòd omnia bona fumantium, vel æstimatorum forent obligata pro collectis imponendis, non potest verificari,
2 nisi postquam impositæ fuerint;† nam hypotheca non potest contrahi ante personalem, & certum est, quòd in talibus collectis personalis obligatio non contrahitur, nisi postquā impositæ fuerint, vt not. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. ac tpe, quo ammodo imponerentur, reperiretur mutata conditio bonorum, idest illius possessionis, & taliter, quòd ammodo collectari non posset; quia transiuit in personam priuilegiatam; ergo nullo modo ad talia onera teneretur. Ita etiam concludit Iaco. Butr. in d. Auth. item nulla communitas. ¶ Non ob. si diceretur, ista possessio non fuit data Ecclesiæ, sed illi capellæ, vel altari; quod tamen Ecclesiæ accedit; ergo aliud iudicandum videtur isto casu, quàm si ipsi Ecclesiæ data foret. Quia pōt responderi, ꝙ illa capella est vnita, vel coniuncta, vel accedens ipsi Ecclesiæ; ergo de illa iudicari debet idem, quod de Ecclesia, secundùm not. in c. 1. ext. ne sed. vac. & sic eodem priuilegio exemptionis, & libertatis gaudere debet. Concludo ergo, ꝙ pro dicta possessione nō potest per dictum commune aliquod onus, vel collecta de cætero imponi, nec imponenda de iure exigi. Et ita puto de iure dicendum. Vnde ita dico, & consulo ego Florianus de Sancto Petro &cæt.

Consilium. XIII.

SVMMAE.

1 *Tutor, qui tempore reddendæ rationis tutelæ, aliquid occultauit, vel negauit ad se peruenisse, præsumitur acceptasse pecuniam animo deprædandi.*

2 *Paria sunt negare, & subtrahere.*

3 *Tutor non potest petere aliquod salarium pro tempore administrationis suæ, nisi à principio conuentum fuerit.*

CONSILIVM XIII.

QVIDAM Ser Thadeus de Ronco ab intestato decessit de anno Domini 1424. de mense Octob. remanentibus ex ipso, & Domina Peregrina eius vxore legitima, Andrea annorum sex, & Bartolomea mensium sex ætatis, dictorum Thadei, & Dominæ Peregrinæ communibus filijs legitimis, & naturalibus: quibus quidem filijs de mēse Nouembris incontinenti sequuti dicti anni, fuit decretus tutor, dicta eorum matre illam recusante, quidam magister Andreas magistri Stasij de Ronco, vt proximior in gradu dictis pupillis, qui tutor decretus per iudicem tutelam suscepit, & inuentarium omnium bonorum dictæ hæreditatis cōfecit, vt tenebatur, nullo reperto creditore dictæ hæreditatis præter ipsam Dominam Peregrinam matrem ipsorum pupillorum pro dotibus suis: quæ continuè dictos eius filios gubernauit, & cum ipsis permansit vidua, viro recusato in domibus eius patris, relictis omnibus bonis dicto tutori, & eorum gubernatori: qui tutor incontinenti incepit vendere de bonis mobilibus, & immob. dictæ hæreditatis, videlicet, granum, vinum, terras, domum, & vestes. ex quibus calculata per reuisores rōne, habuit lib. 361. sol. 8. bon. quas modò reperitur tutorem penes se retinuisse, & habere, & de ipsis expendisse in summa in vna parte annuatim vsq; ad annum 1436. in expensis minutis, lib. 151. & sol. 14. bon. & in alia pro collecta Cōis, & capellæ taxata in summa lib. 49. & sol. 10 bon. & illum tutorē de præsenti remanere debitorē dicto pupillo in lib. 160. & sol. 4. bon. dicto tutore conuento ad reddēdam rōnem per dictum Andream, & eius curatorem, & iudicialiter conuicto per sententiam &cæt. Modò attenta iniquitate dicti tutoris, dictus Andreas petere vellet vsuras pupillares, seu interesse dictarum eius pecuniæ quantitatum tam diu per dictum magistrum Andream tutorem retentarum, & quæritur, an illas, seu illa tanquā interesse, vel alio iure possit petere. Vltra quæritur, an illas, seu illa tanquā interesse, vel alio iure possit petere, & exigere: & si potest, vltra quæritur, quo iure, & quantum pōt petere, & exigere. Item quo modo, & de quibus pecuniarum quantitatibus pōt, & an expensę per ipsum tutorem annuatim factę in collectis Cōis, & capellæ, etiam in alijs rebus, de quib' est detractio facta in reportu, cōsilio, & sententia, habeant aliquod de dictis interessibus defalcare & si habuit, quomodo, & à quo tempore habet defalcare. Item an dictus tutor petere possit aliquod salarium propter onus dictæ tutelę, attenta eius inutili administratione, & damnosa facta. ¶ Stante facto, & alijs sup. seriosè pernarratis, attento etiam ordine quæsitorum, stat principalis dubitatio, cū appareat re vera dictum tutorem restasse debitorem dicti quon. Andreæ pupilli, in certa summa, secundùm repertum dictorum reuisorum, de quorum officio, & potestate loquitur l. cum seruus. ff. de cond. & dem. & tāgitur per Bart. in l. si cui libertas. eod. tit. & in l. 2. C. de iu. fis. lib. 10. quod repositum postea fuit, & benè per dictum D. Potestatem confirmatum: licèt per iudicium consultoris assumpti fuerit postea in aliquo reformatum, & quantitas, quæ dicebatur debita, diminuta, an saltem de eo, quod apparet ipsum tutorem remansisse debitorem, dici possit ipsum teneri ad aliquas accessiones, & in quantum
1 &cæ.† circa quod aduertendū est, primò, quòd re vera talis tutor, qui finita tutela, & sic tempore reddendæ rationis aliquid occultauit, vel negauit ad se peruenisse, præsumitur acceptasse tutelam animo deprædandi l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. Ita dicit not. Bart. in l. si pu-
2 pilli. §. sed & si quis. ff. de neg. gest. † Sunt enim paria negare, & subtrahere. l. hæreditatum. §. fi. ff. ad l. Falc. quod etiam confirmatur, cum postea negauit reddere rationē, vt fuit in casu proposito, vt in facto proponitur: & sic eius conditio non modicum onerata est apud bonos, & graues homines. ¶ Secundò principaliter aduertendum est, ꝙ licèt tutor non teneatur fœnerari cum pecunia pupillari: tamen debet eam locare, vel aliter ea vti ad licitum, & honestum quæstum, secundùm Bart. in l. Diuus. ff. ad l. Falc. & mouetur per tex. de donat. int. vir. & vxo. in c. per vestras. Ex quo apparet in proposito, quòd non videtur absurdum dicere, quòd ipse tutor teneri debeat ad illas accessiones, quæ verisimiliter honestè percipi potuissent per ipsum pupillum, attento communi modo mercandi, conditione personarum, consuetudine loci, & similibus ad arbitrium bonorum virorū, qui de talibus informati adhiberi debent, arg. iurium prædictorum. & intelligo de pecunijs, quę ad eum peruenissent, & penes ipsum tutorem remāsissent ex venditione bonorū, vel redditiū, vel aliunde qūocunq; occasione ipsius pupilli, & acquisitorū ex eius bonis, deductis onerib' expensarū in soluendis collectis Cōis, & alijs incūbentibus d. pupillo, & eius bonis, quę defalcari debent successiuè, & tpe, quo factæ sunt; & sic redditus minuerunt, & minuunt, vt notissimū est. Et per hoc
3 vr̄ ad plura quæsita respōsū, & satisfactū. ¶ Ad† id autem,

& quò vltimatè quæritur, an tutor ipse posſit petere aliquod ſalarium pro tempore, quo adminiſtrauit tutelam, &cæt. Reſpondeo ſub breuitate, quòd non, niſi aliquid fuiſſet eidem conſtitutum per iudicem, tempore decretæ ſibi tutelæ, tex. eſt in l. actoribus. §. fin. ff. de admin. tuto. Laus Deo. Et ita puto de iure concludendum ego Florianus. &cæt.

Conſilium XIIII.

EPITOME.

¶PRVDENS teſtator in ſolemni ſuo teſtamento hæredem inſtituit fratrem ſuum, & Titium, Sempronium, & Gaium eiuſdem teſtatoris filios, & quemlibet poſthumũ ſuum maſculum æquis portionibus, & eos inuicem ſubſtituit vulgariter, compendioſè, reciprocè, & per fideicommiſſum. Quæritur de validitate ſubſtitutionis, an dicta ſubſtitutio, quæ de iure videtur intelligi, ſi deceſſerit ſine filijs, per l. cum acutiſsimi. & l. cum auus. debeat intelligi, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, adeò quòd fęminæ non excludant ſubſtitutos, attento quòd in loco eſt ſtatutum, quòd filiæ fęminæ excludantur ab inteſtato per fratres, & patruum, vt communiter ſunt in Italia.

SVMMAE.

1 *Filiæ fęminæ excluduntur ab inteſtato propter fratres, & patruos.*

2 *Voluntas teſtatoris ſeruatur, & ſi non ſeruatur in totum, ſeruatur tamen, inquantùm ſeruari poteſt.*

3 *In caſu vno expreſſo, alius non includitur.*

4 *In fideicommiſſo vniuerſali relicto à filio poſt mortem ipſius, ſubintelligitur conditio, ſi filius grauatus per fideicommiſſum deceſſerit ſine filijs.*

5 *Filia, vel filiæ ab inteſtato, exiſtentibus fratribus, vel patruo, non ſuccedunt.*

6 *Statutum vbi diſponit, quòd frater excludat ſororem, intelligitur de tali fratre, qui ſuccedere poſsit.*

7 *Teſtator vbi etiam expreſsè dixit ſubſtituendo, ſi filij mei deceſſerint ſine filijs, ſubſtituit talem, iſti filij poſiti in conditione, ad nullum commodum hæreditatis inuitati intelliguntur.*

8 *Ex præſumpta voluntate teſtatoris, excluditur ſubſtitutus.*

9 *Neptis ſuperexiſtentia non facit deficere fideicommiſſum.*

10 *Frater teſtatoris, ſi decederet cum filijs, vel filiabus, non deficeret fideicommiſſum quò ad filios inſtitutos, & ſubſtitutos.*

11 *Determinatio vna quando determinat plura, debet illa determinare ſub vno modo ſignificandi.*

12 *Hæredes quando plures ſunt, exiſtentia ſuitatis non operatur.*

CONSILIVM XIIII.

IN Chriſti nomine amen. Verba in prædicto teſtamento ab ipſo prudente teſtatore expreſſa, quò ad inſtitutionem hæredum diligenter ponderanda ſunt, dũ hæredes inſtituit fratrem ſuum Sempronium, Titium, & Gaium eiuſdem teſtatoris filios, & quemlibet poſthumum ſuum naſciturum æquis portionibus, & in hoc verba (quò ad caput inſtitutionis) ſunt clara, & indubitata, habentia certum modum ſignificandi, & quò ad effectum iuris, quælibet dictarum perſonarum vigore dicti teſtamenti inuitata, & vocata intelligitur ęqualiter ad ratam portionis hæreditatis, &cęt. quò ad caput perſonarum in ſubſtitutionibus expreſſarũ ab ipſo teſtatore, dum ſimul, & cumulatè teſtator expreſſit plures ſpecies ſubſtitu. dum dixit, & eos inuicem ſubſtituo vulgariter, compẽdioſè, reciprocè, & per fideicommiſſum: quæ ſubſtitutiones ſunt diuerſi nominis, & diuerſum iuris effectum important, & notabiliter differũt, l. ſi idem codicilli. C. de codic. Et de effectu harum ſubſtitutionum ſic ſimul in eodem teſtamento ab eodem teſtatore expreſſarum, not. in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Treb. Orit̃ dubitatio, quòd quia idem teſtator legauit duabus ſuis filiabus, quas habebat, pro earum dotibus ducenta, & voluit eas fore cõtentas, & tacitas: & cum alter ex dictis inſtitutis deceſſerit cũ vna filia, vel cum pluribus filiabus fœminis, an ſuperexiſtentia filiarum faciat deficere quãlibet ſpeciem dictarum ſubſtitutionum expreſſarum à teſtatore. Et quò ad præmiſſum dubium adhibenda, & inueſtiganda eſt omnis, & æqua iuris interpretatio, ſiue ex dictis verbis expreſsis in dicto teſtamento, ſiue ex præcedentibus, & ſequentibus diſpoſitionibus in eodem teſtamento factis, ſiue ex coniectura, & ex veriſimili mente te-
1 ſtatoris, adiuncta diſpoſitione ſtatuti dicti loci, quòd † filiæ fœminæ excludũtur ab inteſtato per fratres, & patruos; oĩs etenim interpretatio fauens teſtamento, aſſumenda eſt, de reg. iur. l. in teſtamentis. Et de naturali iuſtitia eſt, quòd
2 † voluntas teſtatoris ſeruetur, & ſi non ſeruatur in totũ, ſeruetur tamen in quantũ ſeruari poteſt, vt dixit Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. alleg. l. ſi peculium.
3 in §. 1. ff. de pecul. & maximè ĩ ſubſtit. in quibus † vno caſu expreſſo, alius non includit, vt dixit ipſe Bal. in l. in teſtamento. C. de teſtam. mil. in fi. & prima interpretatio in iure Cæſareo, & Imperiali expreſſa, & ſcripta reperitur, quòd
4 † in fideicommiſſo vniuerſali relicto à filio poſt mortem ipſius ſubintelligitur conditio, ſi filius grauatus per fideicommiſſum deceſſerit ſine filijs, vt eſt expreſſum in l. cũ acutiſsimi. C. de fideicom. & l. cũ auus. ff. de cõd. & dem. præſumptio namque iuris in veriſimili mente teſtatoris fundata eſt, teſtatorem ipſum cogitaſſe in ſuam poſteritatẽ, & in filios bona ſua deuenire, & ipſos prædilexiſſe, ipſi ſubſtituto. Et huic adnecto aliam iuris interpretationẽ, quæ ſcripta in iure eſt, vt non dicatur decedere ſine filijs, qui etiam cum vna filia decedit, vt ſupra eſt expreſſum in l. 1. C. de cond. inſer. Ex quibus duobus iuribus videtur dicendũ prima facie, quòd ſi alter ex dictis filijs deceſſerit, ẽt ſuperuiuente vna filia, ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ dicitur onus, & in qua non veniũt, niſi bona teſtatoris euaneſcit, vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. in verſ. nec fideicommiſſo. niſi teſtator ipſe expreſsiſſet ſine filijs maſculis; quia tunc excludere videtur teſtator filiam fęminam, l. cum ita. ff. de cond. & demo. vbi autem deceſsiſſet cum maſculis, & fęminis, dixit Bar. in d. l. cum auus. quòd de æquitate, & fauore teſtamenti, & inſtitutionis conſeruandę, conſeruatur fideicommiſſum: de rigore verò ſecus eſt, vt not. in l. ſi ita. ff. de lib. & poſthu. & ita in fideicommiſsis, quod eſt onus, d. l. ſi ita. non habet locum: ſed conditio fideicommiſsi defeciſſe intelligitur in caſu præmiſſo, l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. quę iura procedere videntur indubitatè de iure communi ſuccedendi: quo iure exæquata eſt conditio maſculorum, & fœminarum, quò ad iura, ſublato, & correcto maximo vitio. l. maximũ vitium. C. de lib. præt. quæ iura tamen ſuccedendi fundata in mera iuſtitia poſitiua iuris communis mutari poſſunt per ſtatuta locorum, quæ ſtatuta dicuntur ius ciuile populi, l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. Et talia ſtatuta communiter vigentia per Italiam, mero iure ſuſtinentur fauore agnatorum, apud

apud quos (intereſt etiã Reipubl.) vt diuitiæ conſeruentur in honorẽ agnatorũ,l. 1. §.publicè. ff. de vent. inſpi.
5 & ideo cum † filia, vel filiæ ab inteſtato,exiſtentibus fratribus,vel patruo non ſuccedãt, & excluſæ ſint à iure ſuccedendi, ratione huius excluſionis non dicuntur habere tacitam voluntatem defuncti in ſuccedendo.l.conficiuntur.in prin.& l.ſi quis cum nullũ.ff.de iur.codicill.nec tacitè, nec expreſsè de ipſis filiabus inhabilibus ad ſuccedendum ab inteſtato,exiſtentibus filio,vel patruo, teſtator ipſe cogitaſſe nõ intelligit, vt exiſtẽtia filiarũ, quæ ab inteſtato ſuccedeř non poſsũt, diſponẽte ſtatuto,faciat deficere fideicõ. cũ nõ ſit veriſimile teſtatorẽ de talib⁹ filiabus cogitaſſe, attẽta rõne.& cauſa finali, qñ iuris auctoritas interpretata eſt, ꝙ ſubſtitu.ſimpliciter facta ipſi filio poſt mortem,intelligatur,ſi filius deceſſerit ſine filijs;quia teſtator intelligatur conſeruaſſe,& prætuliſſe filios, & filias filiorum ipſi ſubſtituto, quæ filiæ propter obſtaculũ ſtatuti ſuccedere non poſſunt: cogitauit nanque teſtator iuris præſumptione velle præferre filiã ipſis ſubſtitutis in ſucceſsione bonorum ſuorum; quando ab inteſtato ſuccedere poſsint; quia tunc ſuperexiſtentia talis filiæ,nõ facit deficere fideicõmiſſum,ſicut in ſimili dixit Bal. in l.iureiuran.in §. ſi liberi. ff. de oper. lib. in quæſt. de emphiteo ſi ſtipulata per patrem pro ſe,& ſuis filijs maſculis, & fœminis. Nam ſtatuto diſponente,quòd filiæ fœminæ nõ ſuccedant,exiſtentibus maſculis, fœminæ non ſuccedẽt uiuentibus maſculis; quia ordine ſucceſsiuo videntur inuitati. quod non contingit alia ratione,niſi quòd pater recipiẽs, non videtur de talibus filiabus cogitaſſe,quæ obſtante ſtatuto ſuccedere non poſſunt: ſecus autem eſt dicendum,ſi ſuccedere nõ poſſent;quia tunc ſuperexiſtentia talis filiæ, nõ facit deficere fideicõmiſſũ ſicut ĩ ſimili dicit Bar.in l. 1.§.ſi pater. ff. de coniungen. cum emanc. libe. de ſtatuto diſponente,ꝙ filia non ſuccedat exiſtentibus maſculis, quæſiuit enim Bar. an filius exhæredatus obſtet filię volenti ſuccedere, & diſtinguit, ꝙ aut exhęredatio eſſet annullata aliquo modo,tunc perinde eſt habenda, ac ſi non eſſet facta:ſed ſi eſt exhæredatus ritè,ita quòd teſtamentum non poſsit rumpere: tunc ſi filia vult ſuccedere tanquam ſua, non poteſt;quia tempore mortis filius maſculus eam pręcedit: ſed ſi fœmina vellet venire per querelã, quæ oritur poſt aditam hæreditatem, & ſic eo tempore, quo filius habetur pro mortuo: tunc poſſet ſuccedere. ſi autem agimus de excluſione filij ratione ingratitudinis: tũc à lege reperiť excluſus,ideo alios nõ excludit. vbi aũt excluditur per factum hominis,hoc eſt per exhæredationem,quæ habet effectum poſt aditam hæreditatem, vnde non excludit eos,qui veniunt poſt aditam hęreditatem,& ſic non excludit eos,qui veniũt ante aditã hæreditatẽ. ſed ſi quis tuetur ſe ex iure,quod oritur ante aditam hæreditatem:tunc ipſe filius obſtabit volenti ſuccedere. Et ideò cum iſta filia excludatur vigore ſtatuti à iure ſuccedendi, quod ius ortum eſt ante aditam hæreditatem,eius ſuper exiſtẽtia non facit deficere fideicommiſſum, quia ceſſat cauſa, quare verba teſtamẽti interpretãda ſunt,vt ſubſtitutio facta intelligat, ſi filius deceſſerit ſine filijs, vel filiabus,vt ſic dicta interpretatio iuris,locum habeat, quãdo filius, vel filia ſupereſt cum ſucceſsionis effectu; ſecus ſi obſtante ſtatuto ſuccedere nõ poſsit,ad quod facit, quod notauit Bald. in l. maximum vitium. C. de libe.præter.
6 vbi † ſtatutum diſponens,quòd frater excludat ſororem, intelligitur de tali fratre, qui ſuccedere poſsit, & valeat. Et ideò ſtatutum locum non habet in fratre,qui renunciauit hæreditati; quia paria ſunt fratrem nõ extare, vel extare,& ſuccedere nõ poſſe. Idem dicit de eo,qui ſuccedere nõ poteſt de iure;vt quia erat frater minor, de quo ibi per Bal.& ſic ſcire debuit ipſe teſtator, & ſcire pſumi dẽt ſtatuti diſpoſitionẽ, quòd filia exiſtentibus fratribus, vel patruo,non poſsit ſuccedere, vnde de tali filia, cui⁹ ſuper exiſtentia facit deficere fideicommiſſum, teſtatorem ſenſiſſe intelligi non debet,cum ipſa interpretatio, vt ſubaudiatur ſubſtitutio ſimpliciter facta poſt mortẽ filij,intelligatur,ſi filius,vel filia ſuccedere non poſsit,obſtante ſtatuto,de quo ſtatuto ius commune non cogitauit,arg.eorum quæ no.in l.ſi.C. in quib.cauſ.in integrum reſt. nõ eſt nec eſ.in quæſt.in diſpoſ.illius l.vt nulla præſcriptio incipiat currere;cum minorem locum habeat in pręſcriptionibus ſtatutarijs ſequentibus dictam l. de quo etiam not. in c. cõſtitutus.de reſt.in integ.& contra premiſſa facit, quod notauit Bal in l.eam,quam.C.de fideicommiſsis.vbi dixit referendo Io.Andr.in addi. Specu. quòd liberi excludunt ſubſtitutum, quos liberos teſtator ipſe prętuliſſe intelligitur ipſi ſubſtituto: Et ideo glo.in l.Lutius.ff.de hæ
7 red. inſt.dixit, quòd † vbi teſtator etiam expreſsè dixit, ſubſtituendo,ſi filij mei deceſſerint ſine filijs,ſubſtituo talem, quòd iſti filij poſiti in conditione, ad nullum commodum hæreditatis inuitati intelliguntur; Et ideo dixit glo.in d.l.Lutius.quòd ſuccedunt ab inteſtato, non ex teſtamento; quia iſta verba conditionalia non inducunt inſtitutionem,nec diſpoſitionem. ff.de hæred. inſt. l. ſi quis hæres. Et per hoc dicebat Iaco. de Are. quòd ſi primi filij repudiant hæreditatem paternam, quòd filij filiorum poſiti in conditione, tanquam ſubſtituti venire ad hęreditatem teſtatoris non poſſunt; cum talia verba diſpoſitionẽ non inducant. Et idem videtur tenere Cin.in l. 1. C.de cõdi. inſt. & Bald. in d.l. eam, quam. dixi, quòd tales filij in conditione poſiti,ad nullam hæreditatem vocati intelligũtur, nec ex ordinatione teſtatoris,nec natura. Et refert ibi Ioan.And.dixiſſe verbum notabile, quòd iſti filij in conditione poſiti,non impediunt, nec reuocant alienationem factam per filium grauatum de reſtituendo,alienatione facta in extraneam perſonã; ſi ergo ſubſtitutione facta expreſsè à teſtatoř ipſi filio, ſi deceſſerit ſine filijs, ipſi filij filiorum poſiti in conditione,ad nullum cõmodũ ex teſtamento inuitati intelliguntur, idẽ p oĩa dicendum videtur, quando tales filios inſtituit ſubſtitutione ſimpliciter facta, qa ſubaudit cõditio,ſi inſtitutus deceſserit ſine filijs,vt tales filij intelligantur poſiti in conditione, & quia teſtatoris verba illa nõ inducunt diſpoſitionem,nec ſubſtitutionem, ita nec in diſpoſitione legali, vt ſufficiat ſuperuiuere filios filiorum,eſto quòd non ſint hæredes,vt eſt expreſſum in l.filius.§.cum quis hæredem.ff. de lega. 1. & ibi plenè per Bar. vbi diſtinguit, quando ad hoc, vt deficiat conditio fideicommiſsi,ſufficiat, quòd filius extet,vel requiratur, quòd ſuperuiuat cum ſucceſsionis effectu, & tandem concludit, quòd omnia iura prædicta ibi allegata per eum,procedunt,& locum habent,quãdo excluditur filius poſitus in conditione ex voluntate ſua, vel teſtatoris.ſi autem alter excludatur aliqua alia cauſa; vt quia deportetur,& tunc non faceret deficere cõditionem fideicõmiſsi; & ideò ſi aliquis decedat cum filio, qui ſit de ordine minorum:tunc videtur decedere ſine liberis, & ſic videtur, quòd ſiue filia ſuperuiuens poſsit ſuccedere, & actualiter ſucceſsit,vel nõ ſucceſsit, omni caſu facit deficere fideicommiſſum,& ſubſequenter ſtatutũ,quòd filia fœmina non ſuccedat. ¶Sed p æmiſsis non obſtantibus contrarium arbitror de iure dicendum rationibus,& iuribus infraſcriptis. Et primò ex præſumpta voluntate teſtatoris, qui filias prædilexit in quantitate quadringẽtorum flor. aur. honorabilẽ titulum inſtitutionis in eas

conferendo.l.si quis.ff. ad Trebell.ipsum autem suum fratrem, & filios masculos hæredes vniuersales instituit, & substituit eos inuicem vulgariter, compendiosè, reciprocè, & per fideicommissum: vnde præsumi non debet, quòd ex quo filias primi gradus.ipsi fratri, & filijs institutis nō prædilexit in bonis suis, de nepte, vel nepotib' verisimiliter non cogitauit, quòd earum superuiuentia faceret deficere fideicommissum, nec in hoc casu lex verisimiliter cogitauit, quòd superexistentia filiæ faceret deficere conditionem fideicommissi, & præsumptiones legum non verisimilibus adaptandæ non sunt, vt no. in l.fin. C.de hæredi.inst.& ibi per Bal. Et mens testatoris est illa, quæ regit omnia in testamentis. l.in conditionibus primum locum. ff.de cond.& demon. quæ mēs testatoris, quādo est dicta, & scripta, tunc indubitatè standum est ei: sed quando non est dicta, nec scripta in specie, ex dictis, & scriptis suprà, vel infra, potest præsumi: tunc standum est menti, & ideo ex dictis, & scriptis præcedentibus, & sequentibus præsumi debet, quòd testator, nec etiam ipsa lex de filia filij cogitauit, ad quod facit l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad

8 Trebell.vbi † ex præsumpta voluntate testatoris excluditur substitutus; & ideo si testator dixit, in omnibus bonis meis talem substituo, talis adiectio, omnium bonorum, facit, vt substitutus admittatur, omnibus institutis mortuis, nec sufficit conditionem existere in persona vnius tā tùm, d. l. hæredes mei. §. cum ita. facit quod no. in l.Lutius.§.Gaio.ff.ad Trebell.& ff.de vul.& pupill.in l.quidā testamento Proculum.& conditio, si sine hærede decesserit, expressa à testatore, ex præsumpta voluntate testatoris exponitur in suis filijs, l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. & sic non est verisimilis præsumptio, quòd testator de filiabus senserit, ex eo quòd testator filias in dicta quantitate instituit: vnde de ipsius nepotibus nec testatoris dispositio, nec iuris interpretatio cogitauit, ad quod facit l.qui filium.§.Sabinus. vers.Imperator.ff.ad Trebell. Quod etiam quò ad casum præmissum probatur alia ratione, vt † superexistentia neptis nō faciat deficere fideicommissum; nam & si volūtas legis sit, vt sequeremur verba testamenti: tamen lex interpretatur, vt verba simpliciter à testatore prolata, substituendo talem post mortem filij, intelligātur testatorē instituisse, si institutus decesserit sine filijs, vel filiabus, vt dicta l. cum acutissimi. & ratio est ibi scripta, ne testator videatur alienam sobolē in successione sua, soboli propriæ anteponere. Ex qua ratione scripta in lege argui potest, vt causa finali, ampliādo, vel restringendo dispositionem leg. vt no. in l.fin.ff.de hæred. inst.notauit Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.præt. tamen illa interpretatio locum habet, quando testator simpliciter substituit filio, vel filijs post mortem ipsorum: quo casu succedit legis huius interpretatio, vt talis substitutio intelligatur, & præsumatur facta, si filius, vel filij decesserint sine filijs, vbi autem in insti. filiorum admisisset extraneum, instituendo fratrem testatoris, & filios suos, & eos inuicem substituit: tunc vnitas sermonis quò ad plures personas diuersæ conditionis, & naturæ determinatæ per vnum verbū principale orationis, respectu substitutionis, vt sūt illa verba, eos inuicē substituit, talis, inquā, vnitas sermonis inducit, ꝙ inter institutos, & substitutos seruanda sit æqualitas, nedum quò ad speciales substitutiones, quæ in virtute comprehensiua verborum inuicem substituit, vt.l.hæreditatem.& l. quāuis. C.de impu.& alijs subst. l. iam hoc iure ff. de vulga.& pup. sed quò ad omnem aliū iuris effectum, ita quòd vna, & eadem substitutio disparibus partibus facta operet̄ æqualiter quò ad prædictos institutos, & inuicem substitutos, cum cōstet testatorem simpliciter tam in institutione, quàm substitutione institutos, & inuicem substitutos æqualiter dilexisse, cum ex communi verbo, inuicem substituit, voluntas testatoris præsumi debet, quòd fuerit indifferens ad eos inuicem substitutos, ex qua mixtura personæ extraneæ idest fratris ipsius testatoris, cum ipsius filijs, causatur singularis affectus, vt

10 sicut † si frater testatoris decederet cum filijs, vel filiabus, non deficeret fideicommissum quò ad filios institutos, & substitutos, in quo locū non habet interpretatio d. l. cum acutissimi. ita hoc casu cessat interpretatio d. l. quò ad filios, vt videlicet substitutio expiret, si alter filiorum decesserit cum filijs, maximè si decesserit cum filia vna alter ex filijs institutis, de qua testator ipse nullatenus cogitasse videtur, & sic hoc casu locum habet etiam l. 1.C.de cōd. inser. cum non sit verisimile testatorem de nepotibus cogitasse ex vnitate sermonis, instituendo extraneum, & filios inuicem substituendo, cum determinatio illius verbi, omnia, ad illud verbum principale relata, determinet illa pariter, & vniformiter, vt d.l.hæreditatem.& l.quamuis. Et ideo sicut mortuo fratre remanente filio, vel filia, non expirat substitutio, cum ratione personæ extraneæ adiectæ in institutione, & substitutione declaretur verbis efficacia substit. sicut dicimus, quòd ratione adiuncti, verbum dubium declaratur, argum.l.si seruus plurium.§. fin.de leg. 1.& ff.pro soc.l.nec adiecit.cū l.sequenti.facit, qd notauit Bar.in l.Cēturio. ff. de vulg. & pup.in quæstione, quando tacita pupillaris habeat excludere matrem, vt sic inæqualitas prædictorum institutorum, & inuicem substitutorum, & admissio extraneæ personæ in institutione, & substitutione, & vnitas sermonis respectu dictarum personarum regulata ab vno verbo principali operatur, quòd quò ad omnes personas vniformis, & æqua iudicanda sit ipsa substitutio, & sicut quò ad fratrem decedētem cum filijs, non expiraret substitutio, ita mortuo altero ex filijs non expirat substitutio, nec quò ad fratrem, nec quò ad filios, esto quòd ille decesserit cū vna filia; hoc etenim casu cessat mirabilis dispositio illa l.cum acutissimi. Valde, & etiam absurdum videtur, quòd personæ vniformitas prædilectæ ab ipso testatore tam in capite institutionis, quàm substitutionis, diuerso iure iudicentur contra mentem, & voluntatem testatoris, qui voluit ipsas personas æquales esse: quinimo est contra legis regulas, vt l. eum, qui ædes.ff. de vsuc. Et ideo Bald.in l.in testamento.C.

11 de test.mil.dixit, † ꝙ quādo vna determinatio determinat plura, debet illa determinare sub vno modo significandi, & non sub diuersis, vt probatur in iuribus superius allegatis. In præmisso namque casu cessat illa mirabilis dispositionis interpretatio l.cū acutissimi. quæ ita probat in litera, ibi [mirati] &cæt. Est mirabilis dispositio, ꝙ cū deficiāt verba testatoris, deficiat et̄ mens testatoris, & cum in casu præmisso deficiant verba testatoris, deficit et̄ mens testatoris, & adest inæqualitas personarum. vnde in hoc casu locum non habet d. l.cum acutissimi. saltem ex præsumpta voluntate testatoris, quæ permaximè debet attendi, cum etiam ex præsumpta voluntate testatoris coniūctus præferatur substituto. l.quidam testamento Proculum. ff. de vul.& pup. Imò ex eadem præsumpta voluntate testatoris veniens ab intestato, præfertur substituto. ff. de hæred.inst.l.si quis hæres ita instituatur. qua etenim ratione per dationem cohæredis extranei, vel substituti vulgaris cessat existentia suitatis, vt. l. si fratris. C. de iur. delib. ex prouidentia quadam ipsius testatoris: eadem ratione ex prouidentia testatoris, qui tam in institutione instituit extraneos, & filios, & eos inuicem substituit, cessat, & locum non habet prouisio l. cū acutissimi. quę procedit

cedit vbi filij tantùm sunt instituti; nullo hærede extraneo instituto vna cum eis, & inuicem substituti, vnde in terminis proprijs loquitur, & locum habet d. l. nec ad alium casum diuersæ rationis est trahenda, cum quò ad alium casum deficiant verba d. l. & sic cessat d. l. si filiũ.§.non dixit.ff.de acqui.hære.& l.illã.C.de coll.ad prędicta facit quod no. dixit Bald. in l. si filius, qui patri.ff. de vulg.& pup.qui soluendo contrarium l.apud Iulianũ.
12 §.idem Iulianus. vbi† quando plures hæredes sunt, existentia suitatis non operatur, dicit, quòd illud procedit, quando inter institutos est institutus aliquis extraneus: secus quando omnes sunt sui; quia tunc non qualitas institutorum, sed qualitas hæredum inducit, vt suitas non operetur, & quæ sic ratio differentiæ, dicit Bar. dixisse, ꝙ qñ extraneus hæres instituitur, hoc fit ex voluntate testatoris: sed quando suus instituitur, fit ex necessitate legis, & ideò actus factus ex voluntate, derogat prouisioni legali, sed non actus necessarius, vt. l. fin. C. de pact. conuen. & dicit, quòd ista sunt verba Bar. Ex qua determinatione inferri potest, quòd cum ipse testator, non ex necessitate, sed ex volũtate instituerit extraneum cũ filijs, quòd sicut, secundùm Bar. cessat dispositio legalis quò ad suitatem, & eius effectum, ita in casu præmisso cessat dispositio legalis dictæ l. cum acutissimi. quod puto notabile, & nouum, & verum esse in casu præmisso causis, & rationibus prædictis, & ita dico, & consulo.

Consilium XV.

SVMMAE.

1 *Conditione non purificata, nata non est actio.*
2 *Nemo sine actione experiri potest.*
3 *Porrectio libelli, & litis contestatio requiruntur in iudicio.*
4 *Contrarius sibi est repellendus.*
5 *Veritas, quæ iudici innotescit, debet esse vnita cum iustitia, & iuris solemnitatibus.*
6 *Clausula (sola facti veritate inspecta) tollit omnem solemnitatem iuris, & nu. 8.*
7 *Natura dictionis taxatiuæ est includere taxatum, & alios excludere.*
8 *Princeps debet semper secundùm veritatem iudicare, & vti clausula, sola facti veritate inspecta.*
9 *Veritas vbi constat, de bona fide agitur, non de iuris apicibus disputatur.*
10 *Veritas in iudicando tantùm consideratur.*
11 *Vis tanta est veritatis, quòd erroribus aliquibus non vitietur.*
12 *Veritas omnia vincit, & propter eam in contrarium gesta retractantur.*
13 *Iudex ad recuperandam veritatem, habet largas habenas, vt recuperet eam.*
14 *Iudex quando concipit veritatem, contra ipsam non potest cum libera, & secura conscientia aliquid attentare.*
15 *Fides veritatis, verborum adminicula non desiderat.*
16 *In iudice duo debent adesse sales, scientiæ.s.& veritatis, & sine sale scientiæ aliquid attentare est diabolicum.*
17 *Non probatum probabitur, non deductum deducetur.*
18 *Iudici dicitur notorium esse id, quod constat per publicum instrumentum.*
19 *Causa de præterito superueniens, habet validare iudicium.*
20 *Veritas iudici dicitur cõstare pluribus modis, per testes conformes, per instrumentũ publicũ, & per semiplenas probationes.*
21 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
22 *Probationes semiplenæ duę quando faciant plenam probationem, & iungantur ad probandum.*
23 *Perfectum vnum surgit ex pluribus imperfectis tendentibus ad eundem finem.*
24 *Probare nil aliud est, quàm iudicem ad fidem indubitatam inducere.*
25 *Probationes tunc sufficiunt, quando iudex eis taliter informatur, quòd firmiter credat, vel credere debeat.*
26 *In casu multum antiquo sufficit probatio de auditu.*
27 *Fama publica prodest satis in factis de antiquo.*

CONSILIVM XV.

IN causa appellationis, quæ vertitur inter Petrum appellantẽ ex parte vna, & Christophorũ ex parte altera, mihi ad consilium transmissa. Visis, & diligenter inspectis primò rescriptis Magnifici Domini Georgij, tam in prima, quàm in secunda causa, ac etiam visis actis, & actitatis, & consilio reddito in prima causa, ac etiam allegationibus vtriusque partis, omissis superfluis duntaxat, ex quibus motus mei animi inducetur principaliter ad causæ decisionem. Et prima facie plura fortiter videntur obstare ipsi Petro appellanti, ex quibus videt ostendi posse bene fuisse iudicatum, & malè appellatũ. Et primò; qa ipse magister Petrus in prima causa egit conditione pendente, cum nondum liqueret, an sibi magistro Petro competeret ius agendi ex persona Rosetæ pupillæ posthumæ ipsius Georgij, & tanquam tutor,
1 cum tẽpore, quo agere inchoauit, nõ† foret purificata conditio inserta in testamento Georgij, & sic actio nata non erat, vt l. cedere diẽ.ff.de verb.signifi.& l.pecuniam.si cer.
2 pet.cum simil. vnde sine actione experiri† non potuit, vt l. si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest.& l.vbi pecuniam. de transact. ¶Secundò sibi obstare videtur; nã & si actionem habuisset, tamen non seruauit solemnia iudiciorum; quia
3 nõ apparet de porrectione libelli, †nec de litis contest. quæ de iure requiruntur, vt l. 1. C. de lit.contest. & in Authen. offeratur.& in l.prolatam.C. de sent. cum ibi plenè nota. nec videtur etiam releuari ab hoc, si dicatur, quòd sufficiat produxisse rescripta; quia illa cõcludunt iudici, & nõ parti, vt in Authen. generaliter. C. de episcop. & cleric. & in l. prima. C. de precib. Imp. off. & in l. prima. C. quãdo lic.princ.da. in quibus hæc habentur. ¶ Tertiò sibi videtur obstare: quia non videtur probasse incumbentia, & illa, quæ narrauit in supplicatione: vnde actore non probante, reus debet absolui, etiam si nihil probetur ex parte rei, vt l.actor qđ asseuerat.C.de proba.& l. qui accusare. C.de eden.cũ simil. ¶ Quartò sibi fortiter obstare videtur; quia in primo iudicio tam in precibus porrectis, q̃ etiam in articulis dixit testamentum Georgij continere ipsum magistrum Petrum fuisse relictum hæredem, inquãtum venter non pareret, vel pareret fœminam, nunc verò orta fœmina, in iudicio appellationis asserit ipsam Rosetã fœminam fuisse hæredem, & venit tanquam eius tutor, &
4 sic tanquam sibi contrarius † videtur repellendus, vt l. 1. C.de fur.& plenè per Bar.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquir.poss.& fortius etiã hoc videtur obstare; nã ex quo in primo iudicio in precibus porrectis affirmauit se hæredem, in quantum fœmina nasceretur; ergo videtur dicendum, ꝙ eo casu adueniente, qui tamen nondum aduenerat, voluerit agere, & petierit tanquam hæres, & sic cõditione purificata, iustè dicitur habuisse sententiam contra se; quia testamentum Georgij hoc casu eam non faciebat hæredem, nec videtur in causa appellationis hoc obstaculum posse tolli, cum non sit articulus dependens, nec connexus cum prima causa, & sic non habet locum l. per hãc.

C. de

C.de tēp.app.cū sua materia;nihil enim habet cōmune iudicium agitatum proprio nomine cum iudicio,quod postea agitur in causa appellationis per ipsum,tanquam per tutorē Rosettæ.¶ Prædictis tamen non obstantibus,arbitror, quòd in contrarium se habeat veritas,si forma primi rescripti, & intentio ipsius domini rescribentis diligenter attendat. Et est aduertendū; quia duo sunt casus principaliter aduertendi. Nam interdum Princeps rescribit, committendo causam de iure, & secundùm veritatem decidendam, & hoc casu non intelligitur tollere solemnitates iu-
5 ris,sed debet† veritas, quæ iudici innotescit,esse vnita cum iustitia,& iuris solemnitatibus,& hoc modo loquitur Bal. ī l.nemo iudex.circa fi.C.de sent.& ī l.pe.ff. de iust.& iur. ex quibus dictis se fundauit eximius legum Doctor. D. Ant.Pratensis consultor in prima causa ad dicendū,quòd verba rescripti primò non tollebant solēnitates requisitas à iure ciuili:interdum verò Princeps committit, dicendo,
6 fiat ius sola† facti veritate inspecta.Et hoc casu dummodo constet iudici de veritate meritorum causæ, non curantur solēnitates iuris, sed dicuntur sublatæ: nam hoc operantur illa verba [sola facti] quæ sunt taxatiua, & exclusiua cuiuscunque alterius solemnitatis requisitæ, & sic impor-
7 tat† natura dictionis taxatiuæ;nam includit casum taxatū, & alios excludit,vt l.serui nomine.de vsucap.& l.his solis. C.de reuocan.dona.cū simil.Et ad hoc induco expressam decisionem Bal. in c.2.circa fin.de noua for. fidel. 10.col. vt ad literam dicit, vt.s.dixi.Et subdit,quòd bonus Princeps semper debet causam committere,vt fiat ius, sola fa
8 cti veritate inspecta,& addit, quòd ipse Princeps† secundū veritatem semper debet iudicare, non obstante,quòd solemnitas iudiciorum non fuerit seruata,& adducit ad hoc tex.not.extra de accu.in c.ad petitionē.vbi hoc probatur. Quemadmodum ergo ipse Princeps non curat de solēni-
9 tatibus processus,vt sibi constet† de veritate;ita nec debet curare commissarius suus, cum sua causa committitur secundùm ea,quę sunt de prerogatiuis ipsius Principis:secus est,quod sola veritate inspecta iudicet. Nec curādū est de conclusione huiusmodi, tum quia Bal. vt dixi. s. expressè decidit, & aliàs dicta verba [sola facti veritate inspecta] partim operantur contra.l.si quando.ff.de leg.1. tum etiā quia solent sapientes inhærere veritati,reiectis subtilitatibus,& cauillationibus quibuscunque;quoniam vbi de veritate constat,de bona fide agi oportet,& non de iuris apicibus disputare,vt l.fideiussor.§.quædam.ff.mand. maxi-
10 mè in actu† iudicandi,vbi aliud,quàm veritas nō desideratur, vt l.illicitas.§.veritas.ff.de off.proconf. & l.1.& l.nemo.C.de sent.& interlo.& l.qđ si Ephesi.ff.de eo,qđ certo
11 loco. Porro tāta est† uis veritatis,quòd errroribus aliquibus nō vitiatur, vt d.§.veritas. in tex.& in summa semper
12 omnia vincit† veritas, vt habetur in sacra pagina,& ob eā retractātur in contrarium gesta.80. dist. c. quicunque. &
13 ibi no.& ad ipsam† recuperandam iudex habet largas habenas, & debet conari quantū potest l. iudex.C.de iud. &
14 l.maritus.in fin.ff.ad leg.Fal.& dū iudex† concepit veritatem,contra ipsam non potest cum libera, & secura consciētia aliquid attentare,vt dicit tex.in c.abbate sanè.vers.sed quid.extra de re iud.& l.si seruum.§.sequitur.ff.de verbo. oblig.facit etiam tex.in l.quoniam sororē.C. de his,quib.
15 vt indig.dum dicit, quòd fides† veritatis verborum adminiculum non desiderat,facit etiam quod no. Bald. in l. 2.
16 C.de sent. dum dicit,quòd in iudice† debēt esse duo sales, scilicet scientiæ,& veritatis: subdit, quòd absque sale veritatis diabolicum est aliquid attentare.Ex quibus patet ad propositum inferendo, quòd cum ipse Mag.D. Geor. teneat locum Principis in ciuitate Fauentiæ,& causam commiserit, sola veritate inspecta, quòd suus Cōmissarius nō debuit,nec potuit(quamuis solēnitates iuris fuerint omissæ) si sibi de veritate constitisset, omittere, quin proferret sententiam secundùm veritatem,& pro ipso actore,& eodem modo hodie agēdum est per iudicem appellationis, qui aliud non habet inspicere,nisi an bene fuerit iudicatū, vel malè,inspectis,& cognitis nedum illis,quæ acta fuerūt coram primo iudice, sed etiam nouiter actitatis corā eo:
17 quia† nō probatum, probabo, & nō deductum deducam, &cæt.vt l. eos.§.1.& l.per hanc.C.de appell.& l. per hāc. C.de tempo.app.Et ex prædictis deductis (vt.s.)tolluntur plura allegata contra magistrum Petrum agentem.Et primò tollitur,quod dicebatur de libello,litis contest. & iuramēto de calumnia,&cæt. Nam omnia ista cessant propter verba rescripti,sola facti veritate inspecta,&cæt.vt.s. dixi. Nec arbitror attendēdum,an Dominus præfatus ciuitatis Fauētiæ huiusmodi solēnitates tollere posfit:quia hoc attentare in ciuitate Fauentiæ,esset quodammodo crimen læsæ Maiestatis contra ipsum Dominum.Præterea(saltem ex consuetudine) huiusmodi rescripta semper obseruata fuerunt cum eorum importantia in ciuitate prædicta,quod satis est,vt patet ex no. per Cin.in l. 2. quæ sit lon. consu. & per Doct. in l. de quibus. ff. de leg. Item ex prædictis sublatum est etiam aliud,quod dicebatur,quòd productio rescripti cōcludit iudici,& non parti. Nam hoc totū de subtilitate iuris est,& satis est, quòd alteri parti constiterit de tenore rescripti per citationem factam de ea,& assignationē copiæ, seu assumptionē cum termino ad opponendum contra,& sic non fuit denegata defensio,quæ iuris naturalis est,& tolli non potest,vt l.vt vim.ff.de iusti.& iur.Insuper etiam sublatum est,quod dicebatur de contrarietate, quòd dixerat in primo rescripto, & in articulis,scilicet magistrum Petrum fore hæredem,si fœmina nasceretur:nam quamuis prudentibus fecisset nata fœmina saltem allegare errorem, & illum probare per productionem testamenti,vt l.si adulterium cum incestu.§.idē Pollioni.ff. de adulterijs. tamen quia vt dixi, vis veritatis, erroribus aliquibus non vitiatur,vt d.§. veritas.& omnia veritati cedunt,ita quòd retractari debent in contrarium gesta,vt d. c.quicunque.dico, quòd inquantum inferius ego concludam,quòd iudici constet de veritate,& quòd dicta vinea, de qua vertitur litigum,sit,& esse debeat ipsius Rosettæ,& ad ipsam pertineat, quòd talis error non habet obstare, quin sententia sit ferenda in fauorem agentis,cum constet
18 euidenter de errore per† publicum instrumentum,& testamentum productum in actis, & sic sibi iudici dicitur esse notorium,vt in c.ex insinuatione. de appell.¶ Itē sublatū est,& aliud,quod dicebatur,quòd egerit conditione pendēte,tum quia satis est etiam de iure, quòd superuenerit ius ex causa de præterito,pendente iudicio,vt fuit in casu isto; quia superuenit ius propter natiuitatem Rosettæ ex causa de præterito,scilicet testamentum ipsius Georgij,quod ha
19 bet † validare iudiciū,vt l.si rem.§. fin.ff. de pigno. act.& quod ibi not.per glo.& Bald.& in l.non potest.ff.de iud.tū ēt quia saltē vbi de mera agitur veritate,vt in casu isto,non expedit dubitare, an iudiciū validet propter superuenientiam iuris. ¶ Restat modò vltimatè videre, & probare ad suprascriptū, videlicet, quòd iudici appellationis cōstet, & appareat veritas,qualiter dicta vinea, quę petitur, fuerit Belli,& per ipsum Bellum data fuerit in dotem Dominæ Gnudulæ alij vxori dicti Georgij, & quòd ex dicto Georgio,& Domina Gnudula remanserit Cecchinus, & tandem decesserit Cecchinus, superstite Georgio testatore eius patre legitimo, & naturali, & postea decesserit Georgius relicta dicta Rosetta ex alio matrimonio nata;
&

& quia verba rescripti dicunt, sola facti veritate inspecta, necessariò incumbit videre, quòd veritas prædictorū omnium inspiciatur per ipsum iudicem, vt requirunt verba
20 rescripti, ad quæ ostendendū præmitto, quòd iudici † de veritate constare dicit pluribus modis. ¶ Primò si constaret hoc per publicum documentum, vt de fide instr. per totum. ¶ Secundò quando cōstaret per testes conformes, &
21 contestes duos, vel plures; quia † in ore duorum, vel trium stat omne verbum, vt c. cum esset. & c. relatum. de test. cōiūcta. l. in exercēdis. ff. de fide instr. ¶ Tertiò iudici de veritate cōstare dicit etiam, quando sibi constat, nedum (vt dixi) per plenam probationem, sed etiam si sibi constat per duas semiplenas probationes, & diuersi generis. Nam duæ
22 † semiplenæ faciunt vnam plenam, vt puta vnus testis, & confessio etiam si sit facta absente parte, vt in c. fi. de suc. vel etiam si sit vnus testis, & fama publica, vt in c. 1. ex de appel. & no. gl. in l. 3. §. eiusdē quoq; Principis. ff. de testib. & idem in omnibus alijs casibus similibus, in quibus resultarent duæ semiplenæ probationes. Nam ex pluribus
23 † imperfectis, semper resultat vnum perfectum, quando tendunt ad vnum, & eundem finem, vt est in pluribus semiplenis probationibus, quæ tendunt ad hunc finem, vt fidem faciant iudici, quam fidem iudex non potest solùm colligere ex vno genere probandi, sed ex pluribus, vt d. §. eiusdem quoque Principis. Et ita expresè firmat, & concludit Bar. & est ipsa veritas, in l. admonendi. ff. de iureiuran. in quæst. quæ inci. His præmissis. quicquid senserit Bald. in Auth. nisi rogati. C. de test. Et ad prædicta
24 facit; quia probare † nil aliud est, nisi iudicem ad fidem indubitatam inducere, vt ff. de proba. l. quinquaginta. & no. Bar. in d. l. admonēdi. Nec debet iudex ad vnā speciem probationis se astringere, sed ex multis, & diuersis argumentis animum suum informare, & ideo dicimus, quòd
25 probationes † testium sunt multùm arbitrariæ, & tūc dicū tur sufficere, quando iudex ex eis taliter informatur, quòd firmiter credat, vel credere debeat, vt patet ex notatis per Bar. in l. si quādo. circa fi. C. vnde vi. & in l. Lutius. in fi. ff. de insa. & Bal. in l. non hoc. C. vnde cognati. & quod not. Ioan. And. de testib. in c. 1. super verb. iuramentorū. Nunc autem apertè ostenditur, quòd ex multis semiplenis probationibus simul iūctis, & etiam ex aliquibus plenis, quò ad aliquos effectus probata, sit intentio ipsius actoris, adeo ꝙ iudici potest de veritate constare. ¶ Primò nāq; constat ex dictis testium, vineam, de qua agitur, fuisse Belli, & per eum fuisse tentam, & possessam, & maximè ex dicto Rigotti, Ioannis, & magistri Iacobi testium productorum. ¶ Secundò, quòd dicta vinea per ipsum Bellū data fuit in dotem Georgio pro Domina Gnudola vxore sua. Hoc deponit clarè quidam testis vocatus Andreas examinatus Rauen. qui dixit se pertractasse parentelam inter dictam Gnudolam, & Georgium de voluntate dicti Belli, & quòd parentelam conclusit, & quòd dictus Bellus dedit in dotem ipsi Dominæ Gnudolę dictam vineam, & ponit vocabula, & confines, & sic iam habemus vnum testem clarè probantem dictam vineam datam fuisse in dotem: insuper etiam ad hunc finem habemus alium testem nomine Signorinum probantem confessionem dicti Belli, & dicentem Dominæ Beneuenutæ suæ vxori, quòd debet dictam vineam tradere ipsi Georgio, & Dominæ Gnudolæ. Porrò etiam sunt & alij testes ad hunc finem, licèt deponant de auditu, vnde non est dubitandum, quò minus istæ probationes semiplenæ, & imperfectæ scilicet visus, confessionis, & auditus, omnes debeant in simul coniungi ad causandum officium perfectum probationis, vt superiùs probatum est, & deductum, & per Bar. expresè. in d. l. admonendi. quod maximè est verum in casu isto, qui est
26 multùm de antiquo, in quo † sufficit probatio auditus. & per Bald. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & in l. si quidem. ff. solu. mat. & in l. proprietatem. C. de proba. vbi dicit, ꝙ satis, quò ad hoc dicitur esse factū de antiquo, quando sunt anni quadraginta, vel circa, prout directè est in casu nostro. Insuper etiam coadiuuantur prædicta; quia plures alij testes deponunt, quòd viderunt ipsum Georgium dictam vineam tenuisse, & possedisse per multos annos, dum mora trahebat in ciuitate Fauentiæ, & ali qui sunt dicentes, quòd habuerunt ab eo in affictum dictam vineam bene per quinque annos, & per consequens insurgit præsumptio, quòd etiam tenuerit ex causa dictę dotis, vt l. quædam mulier. ff. de rei vend. Quinimo etiam dicunt testes de prædictis fuisse, & esse publicam vocem, &
27 famam, quod testimonium † satis prodest in factis de antiquo, vt in l. de minore. §. tormenta. de quæst. per Bar. & per Ant. de But. in c. cū causam. in secundo notabili. extra de proba. & in c. veniēs. & in c. qđ ꝑ nouale. de testib. per Innocen. Insuper etiam probatum apparet de morte Cecchini confessata per partem in articulis productis in dicta causa, & hæreditatem matris pertinuisse ad dictum Georgium, mediante persona dicti Cecchini sui filij, quamuis non appareat fuisse aditam per Cecchinum, constat per formam statuti ciuitatis Fauentię sub Rub. Quòd hæreditas non adita transmittatur, &cæt. & etiam hodie constat de morte Georgij, & de natiuitate Rosettæ constat per confessionem partis. ergo ex omnibus istis simul iunctis sequitur manifesta cōclusio, quòd iudici appellationis ad quem, in videndo, an sit bene iudicatum per primum iudicem, vel non, oportet, quòd inspiciat formam commissionis primi rescripti, quæ fuit, quòd sola facti veritate inspecta deberet iudicare. Clarè constare dicitur de veritate, & iustitia pupillæ, & magistri Petri tutorio nomine agentis, coniunctis nouiter deductis, & allegatis coram ipso iudice appellationis, cum illis, quæ fuerant deducta, & probata in prima causa, & per consequens partes ipsius iudicis sunt, & esse debent in pronunciando malè iudicatum, & bene appellatum, & in condemnando dictum magistrum Christophorum reum conuentum ad dictam vineam relaxandum præfato Petro tutorio nomine, &cæt. & ita consulo.

Consilium. XVI.

SVMMAE.

1 *An mediatores cuisdā concordiæ sint proxenetæ, & an eorū dictis, & attestatis in causa credatur.*

2 *Exercitium actus vnius artis facit quem denominari, & dici ab illa arte.*

3 *Nomina verbalia significantia officium, siue artem, vel alium actum voluntarium, & licitum, non verificantur ex vnico actu, seu exercitio.*

4 *Mercator non dicitur quis ex vnico actu tantùm mercantiæ, sicut nec hospitator ex vnica hospitatione.*

5 *Nomina verbalia significantia delictum ex vnico actu tantū verificantur.*

CON-

CONSILIVM XVI.

IN Christi nomine Amen. Quidam Andreas, & Euangelista fuerunt mediatores
1 res † cuidam concordiæ. Demũ in causa dictæ concordiæ adducuntur pro testibus, & citati deposuerunt. Opponitur contra eos, quòd sunt proxenetæ, & non probant, maximè cum non deponant volentes, vt in Auth. de test. §. quoniam verò. coll. 7. de quo vide elegans consilium D. Ioan. de Imo. sup. quodam suo consilio, quod incipit. An procurator ad negotia, vel iudicia, & an proxeneta. Et quòd dicti Andreas, & Euang. fuerint mediatores, apparet verbo, & facto ipsorum testiũ; quia interrogati dixerunt se fuisse mediatores. Item proxenetæ officium exercuerunt, vt apparet ex eorum facto,
2 facit; quia per exercitium † actus vnius artis quis dicitur, & denominatur ab illa arte, vt notat Bar. in l. mariti. §. quæstum. ff. de adult. Nam ex vnico actu quis dicitur raptor, effractor, & expilator. Idem dixit Bart. prædictus in proœmio Digest. arg. inducto per dicta ipsiusmet
3 Bart. in locis præalleg. & in l. legatis. §. si ex officio. ff. de leg. 3. vbi concludit, quòd ista nomina † verbalia significantia officium, siue artem, vel alium actum voluntariũ, & licitum, non verificantur ex vnico actu, seu exercitio.
4 vnde non dicitur quis mercator † ex vnico tantùm actu mercantiæ, nec hospitator ex vnica hospitatione. l. 1. §. 1.
5 ff. de exercit. secus si nomina verbalia † sint significantia delicti, vt raptor, effractor, & hospitator; quia tunc ex vnico actu quis dicitur raptor, & effractor, & sic de sim. Sed in proposito nostro mediator non significat actum illicitum, & sic ex vnico casu quis non dicitur mediator, vt scilicet censeatur proxeneta, habens artem, vel officiũ: & sic non erit ille, de quo iura prohibentia eum testificari, loquuntur. Ex quo concluditur, quòd nisi aliter sit probatum, quòd ipsi Euangelista, & Andreas exerceant dictam artem, vel officium, seu artem proxeneticam, quòd non repelluntur à testimonio prædicto, nec eorum fidei aliter derogatur, cum edictum de testibus sit prohibitorium certarum personarũ, vt not. sup. Rub. ff. de test. per Summistas, & per Spec. in tit. de testib. circa princ. & facit tex. in c. cum apud. ex. de spons.

Consilium XVII.

EPITOME.

¶ Factum fuit compromissum per quosdam in quendam arbitrũ, & arbitratorem, &c. de quibusdam. Arbiter, & arbitror prædictus laudauit de quadam re, & satis magna in compromisso nullo modo deducta. Partes tpe pronunciationis fuerunt præsentes, & approbauerunt prædictam pronunciationem, & promiserunt nõ cõtrauenire. Quæritur modò, quid iuris. viso quodã statuto, quo cauetur, ꝙ sententiæ arbitrorũ debent exequutioni demandari, quemadmodũ sentẽtiæ iudicũ, & instrumenta quarentigiata, dũmodo non laudatũ sit vltra, vel extra cõpromissum: sed de rebus in compromisso deductis.

SVMMAE.

1 *Laudum latum extra id, quod conuentum est in compromisso, non valet, nec tenet.*
2 *Sententia lata super nõ petitis, & non deductis, non valet, nec tenet, ratio.*
3 *Excipere non est necesse contra eum, qui actionem non habet.*
4 *Prætor neminem sine causa audit.*
5 *Reus non debet se defendere, nisi fundata intentionis actoris.*
6 *Iudex potest supplere defectum partis in illis, quæ sunt iuris.*
7 *Exceptio licèt denegetur: non tamen denegatur implorari posse officium iudicis loco exceptionis.*
8 *Compromittentes non præsumuntur compromittere etiam ex generalitate verborũ in aliquem extra ea, quæ in compromisso sunt, nisi sint leuis præiudicij, & dependentia, & siue connexa.*
9 *Declaratio non obligat, sed id, quod est, detegit.*
10 *Obligatio est de futuris astrictio, nõ de præsentibus declaratio.*
11 *Consensus non operatur vltra id, cui consentitur.*
12 *Arbiter quisque non est de eo, quod non deuenit in compromissum. & nu. 2.*
13 *Simplex sicut se habet ad simplex, ita secundum quid habet se ad secundum quid.*
14 *Compromissum non valet, vt arbiter ferat certã, et determinatam sententiam.*
15 *Arbitri non sunt sumendi ad ferendum certam, & determinatam sententiam.*
16 *Exceptio doli datur, quando quis per inuolucra verborum conuenit facere aliquid.*
17 *Promittens dare id, ad quod non tenetur, nulla causa expressa, videtur potius promisisse per errorem, quàm quod velit donare.*
18 *Errans supinè non excusatur, quando tractat de damno vitando.*

CONSILIVM XVII.

IN Dei nomine amen Reuocando in dubium, an laudum latum inter Soldum, Aldrouandum de Zebertolis de Pistorio ex vna parte, & Bartholinũ Ioãnis de Lazaris ex alia parte per Ser Philippũ Marchi, sit exequutioni mandandũ in ea parte, qua petitũ fuit exequutioni de mãdari per dictũ Soldũ aduersus dictum Bartholinum coram sapiente viro Dño Bartholomeo iudice causarum ciuilium ciuitatis Pistorij. Viso laudo præfato, & cõprom isso facto inter dictum, & Philippũ, & ratificatione, & emologatione partium, quæ post dictũ laudum describuntur, & sunt. Et videtur de iure dicendum, ꝙ dictum laudũ non sit exequutioni demandandum; & hoc potissimè duabus rationibus. Et primò; quia arbiter predictus laudauit extra compromissum, videlicet de intellectu, & interpretatione cuiusdã stipulationis dotis, de qua nõ erat, nec tũc esse poterat lis inter par-
1 tes; cum adhuc constaret matrimoniũ, & nulla † mentio de eo in compromisso facta erat, ex quibus infertur de iure laudum non teneri. ff. de arb. l. non distinguemus. §. de officio. & l. item si iubeat. & §. fin. & l. de rebus. eo. tit. & meritò nullum censetur arbitrium, qđ fertur super eo, de quo nõ est cõpromissum; quoniã de his non est arbiter; nam &
2 sententia † iudicis lata super non petitis, & non deductis in iudicium, nõ tenet; quoniã de his non est iudex, quæ nõ sunt redacta ad iudicium. ff. de iud. l. non potest. & de ædil. ed. l. ædiles. §. item sciendum. & C. de fideicom. l. final. ¶ Non obstat pactum appositum in compromisso in eo; quod compromiserunt, nõ obstante, quòd laudum sit extra ea, de quibus est compromissum; quia sine aliqua oppositione, quæ fieret, iudex de se non debet audire illum, qui

3 qui sine actione experitur;non † enim est necesse excipere
contra eum,qui non habet actionem. ff. de neg.gest. l. si
pupilli,§.videamus. & de admin.tut.l. quotiens.§. item
si temporali. & not.C.de transact. in l. vbi pactum. per
4 glo.& Doct. sine causa † enim neminē audit Prætor. ff.
de transact. l.cum hi. §. in eum. & C. de eden. l. qui ac-
cusare.satis est enim reo, & si nihil pro eo allegatur,quòd
actor non possit ostendere petitionem suam iustam esse:
5 nam non † habet reus defendere se,nisi fundata intentio-
ne actoris, dicta l. qui accusare. & C. de rei vend. l.fin.
& de except. l. si quidem. cum similibus. Præterea iu-
6 dex † potest, & debet supplere defectum partis ex offi-
cio suo in his, quę sunt iuris. C. de error.aduoc. l. 2. &
ista allegatio consistit in iure,ergo non est necesse partem
7 opponere. ¶ Præterea licèt alicui † denegetur posse exci
pere: non tamen denegatur officium iudicis posse implo
rari loco exceptionis. ff. de petit. hæred.l.fin.Sanè quod
8 plus est, paciscentes † non vidētur voluisse ex illa gene-
ralitate verborum concedere arbitro, vel dēnegare sibi-
ipsis posse obijcere contra arbitrum, si arbiter excedat
compromissum in re magni præiudicij: sed solùm in quā
tum excederetur in quibusdam leuibus,&dependentibus
à rebus commissis; nam commiserunt in eum, tanquam
in bonum virum: & sic sperant modicè lædi, non autem
excessiuè grauari. ff.de oper.liber.l. si libertus ita iuraue
rat.& ff.de arb. l.si de meis.§.recepisse.cum sua materia:
sed non est modica læsio, si cogatur dotem restituere ei,
cui non deberet; quia si solueret ei,non liberaretur.Præ-
terea & quantitas non est modica. ff. de dolo.l. si oleum.
ergo non vidētur in hunc casum à se potestatem cōtra lau
dum abdicare. ¶ Secunda ratio principalis; quia exe-
quutio prædicta est perperam petita; quia dictum laudū
in ea parte non est obligatorium; quia non iubet dari:
sed est declaratorium alterius contractus retrofacti, vi-
9 delicet stipulationis dotalis:vnde ex declaratis † non fuit
agendum: quia non inducit obligationem: sed eam,quæ
est,detegit.ff.de acq.rer. dom. l.adeo. §. cum quis. ff. de
10 depos.l.Publia Mæuia.§. fin.& ibi not.obligamur †enim,
cum ad aliquid in futurum adstringimus nos, non cum
præteritum declaramus. l. 5. §. stipulatio. ff. de verbor.
oblig. ¶ Non obstat prędictis, nec in aliquo opitulatur
actori emologatio partium,quæ subsequuta fuit, siue di-
ctum laudum; quia consenserunt in declaratione facta
ab arbitro, ideo id vidētur voluisse, & non ad aliud se a-
11 stringere. Nam consensus † non operatur vltra id, cui cō
sentitur. ff.de pact. l.si vnus.§ ante omnia. Sed supposita
ista declaratione, pro vera, & legitima non potest idem
agi. l. Publia. §. fin. ff. depos. ergo non operatur dicta e-
mologatio id, ad quod inducitur, videlicet ad validandā
exequutionem ex laudo fieri petitam; hoc enim laudum,
cum sit tantùm declaratorium alterius contractus, nulla
exequutione indiget: sed secum exequutionem trahit, in
quantū teneat; quia non indiget hæc declaratio facto ho-
minis, cum veniat solùm ad detegendum, vt d. §. cum
quis. Præterea & aliter ostendo, quòd ista emologa-
tio nil operatur hoc casu, & nullius est effectus; nam non
operatur in virtute illius emologationis, de qua loquitur
l. cum antea. C. de arb. quia illa loquitur, quando arbi-
12 ter laudauit super compromisso,&non extra; quia † quò
ad id, quod non deuenit in compromisso, non est arbi-
ter, vt d. §. de officio. & prælleg.l.de rebus.ff.de arb.
& ideo iura loquentia de sententia arbitri non compre-
hendunt hunc casum; quia verba non comprehendunt
eum. l. hos accusare.§. omnibus. ff. de accus. & sicut se
13 habet simplex † ad simplex, ita se habet secundum quid
ad secundum quid.ff.de testa.tut.l.in testamento.in prin.
si ita est,ergo iste arbiter quòd ad id,de quo non est com-
promissum,ita se habet, sicut si in eo nullum de re aliqua
factum esset compromissum. ¶ Item non operatur hæc
emologatio in vi ratihabitionis, quasi mandato compa-
retur; quia si sic fuisset arbitro mandatum, vt fuit ratum
14 habitum,scilicet vt ferret † talem sententiam, certè non
tenuisset compromissum. ff. de arb. l. qualem. ideo enim
hæc ratihabitio sic super certa sententia non potest opera
ri in vim mandati;quia tale mandatū esset inutile. Non e-
15 nim debent sumi † arbitri ad ferendum certam, & deter-
minatam sententiam,vt d.l.qualem.& not. ff. de re iud.in
l. si conuenit. & per Iacob. de Are. & Cin. de iurisd.om.
iudi. in l. prima. ¶ Pręterea ista conuentio facta in fine
huius laudi, in quantum referatur ad ea, quæ arbiter lau
dauit extra compromissum, videtur ex errore emanasse;
quia sine causa iste conuenit per quoddam verborum in-
uolucrum, stare illi parti laudi, quæ non tenebat: vnde
16 contra dictam† conuentionem habet exceptionem doli.
l. 2.§.circa. ff. de doli except. quando enim ille, qui non
17 tenetur, promittit † id, ad quod non tenetur, nulla causa
expressa,potiùs videtur id promittere,ad qđ putat se te-
neri,quàm quòd velit donare.l.cum de indebito.§. fin. ff.
de prob.& quod ibi not. & l. generaliter.C. de non num.
18 pecun. Nec obstat sibi; quia † videtur supinè errasse,
cum ipse certet de damno.l. sed si me putem. ff. de cond.
indeb. Ex quibus iuribus videtur dicendum exequutio-
nem laudi petitam locum non habere,& de iure fieri non
debere. & ita ego consulo. &c.

Consil. XVIII.

SVMMAE.

1 *An in inquisitione speciali requiritur locus, & tempus.*

2 *Quando prima vxor legitimè non dimittitur,non adulterium, sed stuprum committitur.*

3 *Quinquennio præscribitur potestas accusandi de adulterio.*

4 *Nemo etiam Iudæus potest habere duas vxores eodem tempore.*

5 *De iure,& de consuetudine est licitum Iudęo repudiare vxorem ex causa.*

6 *Sacerdos Iudæorum cognoscit inter eos,an, & quando possit quis mittere repudium vxori, & non Episcopus, vel noster Sacerdos.*

7 *Iudæi habent eorum seniores,proceros, & maiores,qui super matrimonijs,& superstitionibus eorum cognoscunt.*

8 *Incidenter Iudex laycus,& Christianus cognoscit de causis matrimonialibus,& superstitionibus Iudæorum.*

9 *Per quemcumque iudicē causæ matrimonialis Iudæorum cognoscatur, deciditur tamen secundùm eorum ritus, & consuetudines.*

10 *Iudæi non arctantur legibus, vel canonibus in eorum matrimonijs,& superstitionibus.*

11 *Omnes ritus Iudæorum, qui non sunt in contemptum Christianorum, debent per omnes Christianos obseruari.*

12 *Iudæi sunt ex ouibus Christi, sed ex alio ouili.*

13 *Papa habet protegere etiam Iudæos; quia ei dicit Christus,pasce oues meas.*

14 *Pœna Iudæis extruendi nouam sinagogam publicam, & non oratorium priuatum.*
15 *Sinagoga est idem Iudæis, quod Ecclesia Christianis.*
16 *Licet etiam Iudæo habere in domo sua priuatum oratorium.*
17 *Determinatio Ioann. de Ligna. & Collegij Bononiens. Canonistarum.*
18 *Iudæi propriè non sunt hæretici.*

CONSILIVM XVIII.

INquisitio prædicta, quantùm ad vltimũ intentum contra Vitalutium, nullo modo procedit, primò ratione formæ. Nã
1 in † ea deficit locus delicti, & sic inquisitio nulla. Instit. de publ. iud. in princ. & ibi glo. C. de accus. l. pen. & ibi gloss. ff. de accus. l. libellorum. & ibi tex. Certè dicta iura loquũtur in accusatione: sed in inquisitione videtur secus, vt no. glo. prædicta. Insti. de publ. iudi. Quid dicendum? Iacob. Butr. Insti. de act. in fin. dicit, quòd quo ad solemnitatem inquisitionis, & accusationis, dicit verum illa glo. quia iudex supplet: sed quò ad locum, & tempus secus; quia cũ hæc sint inducta, vt instruatur reus, & certus reddatur, non potest fieri sine loco, & tempore. Præterea tunc in inquisitione iudex supplet personã accusatoris, accusatore non existente: sed accusatore existente, debet apponi, ergo, &c. & ita saluat illam glossam. Doct. aliqui dicũt glossam illam intelligi debere in inquisitione generali, de qua in l. cognitio. de off. Præs. & in c. bonæ memoriæ. ex. de elect. per Innoc. Nam cum per eam non veniatur ad condemnationem: sed per eam procedatur ad specialem inquisitionem, meritò non requiritur ista solemnitas loci, & temporis; fit enim generaliter, aut de personis, aut delictis, & sic locus, & tempus non possunt, nec debent ita necessariò describi, & hæc quando fiunt ad aliquem puniendum: secus si ad aliquem remouendum ab aliquo officio; quia non requirunt dictæ solemnitates, vt in Authe. quomodo oportet ep. §. si quis autem tale. & ita intelligitur l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tu. & gloss. prædicta, & quod not. glo. Insti. de suspect. tut. in princ. & ista est communis
2 doctrina. ¶ Item deficit in alio; quia si prima † vxor nõ fuit legitimè dimissa, cum secunda non committitur adulterium, sed stuprum, vt C. de adult. l. eum, qui duas. vbi est text. Cum enim matrimonium non sit cum secunda, non potest dici commissum adulterium: sed stuprum, ergo, &cæt. ¶ Præterea, & si stuprum esset intentatum, non
3 posset procedi; quia † lapsum est quinquennium; ergo præscriptum est. ff. de adult. l. mariti lenocinium. §. quinquẽnium. & not. Insti. de pub. iud. in §. item lex Iulia. de adul. ¶ Et si dicatur continuè tenuit vsque ad kalendas Martij præsentis. Resp. ergo inepta ratione t̃pis, & loci, vt. s. proximè dixi, ergo, &cæt. ¶ Hoc præmisso quantùm ad modum, & formam inquirendi, videamus, an sit delictũ,
4 & videtur, ꝙ sic. Nam lege prohibitum est † duas vxores eodem tempore haberi, vt d. l. eum, qui duas. C. de adul. & l. 1. §. final. & l. quid ergo. §. 1. Instit. de nupt. §. affinitatis. & C. de donat. ante nup. l. ea, quæ. & est specialiter in Iudæis prouisum, vt C. de Iudæ. l. nemo Iudæorum. in fi. & ibi text. Nulli enim subdito Romano Imperio licet duas vxores eodem tempore habere, vt l. neminem. C. de incestis. nupt. sed Iudæi sunt sub Romano Imperio, vt l. Iudæi. C. de Iudæis. ergo, &cæt. Nec vlli vnquam licuit duas habere vxores, nisi cui fuerit diuina reuelatione cõcessum, vt extra de diuor. c. gaudemus, & hoc est, quod dicitur Genesi. 2. c. dum dicit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. vt dicto c. gaudemus. ¶ Et aduertendum est, quòd inquisitio dicit, sola libidinis causa subsistente, nullo iuris ordine, studiosè, & appẽsatè eam repudiauit, & si ita esset, sine dubio deliquisset; nam prima vxor durasset, & per consequens secundam habere non potuisset, quando prima nõ est legitimè repudiata, vt l. penult. ff. de adulter. ¶ Sed in contrarium est veritas in facto scilicet, quòd legitima causa subsistẽte, repudiata fuit, & in forma solemni secundùm ritus, & consuetudines Iudæorum, vt in facto probatur, ergo, &c.
5 Et quòd † de iure sit eis licitum ex causa mittere repudium, dando libellum repudij, est text. Deutorono. c. 23. in fine. & 32. quæst. 1. c. dicit Dominus. in Euangelio, & Mathæi 19. c. & 32. quæst. 7. c. omnes orationes. cum multis similibus, vnde cum secundùm eorum ritus, & consuetudines possint ex causa, libello repudij dato, primæ vxori, secundam accipere, maximè (vt habent ipsi per eorum ritus, & consuetudines) quando ex prima non possunt habere filios, meritò puniri non debent, nec possunt. Et licèt secundùm legem diuinam peccarent eam repudiando, vt innuit text. in dicto c. gaudemus. versic. verùm absonum. & cæter. tamen lege permittente hoc facere possunt, idest consuetudinibus, & ritibus eorum. non tamen sufficeret sola portio libelli repudij, vt innuit text. in dicto c. 23. Deuteronom.
6 sed præsentia † sacerdotis ad cognoscendum de hoc, qui tunc de hoc inter eos sententiam diuortij facere debebit. Imò (quòd minus est) non debebat fortè dicere. Permittimus, quòd vxorem tuam dimittas, sed debebat dicere, lex permittit, quòd vxorem tuam dimittas: sed non sine peccato tuo. Sacerdos autem interueniebat, ne quis quandocũque vellet, hunc libellum daret: sed certis casibus hoc tantùm licebat. Ita dicit Innocen. in dicto c. gaudemus. in prima gloss. ¶ Et hic aduertendum: quia dicit, quòd interueniebat sacerdos, tamen debet intelligi de sacerdote eorum, non de iudicibus nostris, & sic non de Episcopo, vel alio ordinario. Nam bene sciuisset Innocen. dicere de præsentia Episcopi, vel alterius iudicis, si voluisset. ¶ Præterea huic est derogatum per desuetudinem, quam habet, & habuit à longissimis temporibus, cuius contrarij memoria non existit, contrariam habens annexam consuetudinem: & tunc sine dubio per desuetudinem derogatur, & abrogatur legi, vt Insti. in procemio. Causæ enim Iudæorum, quæ respiciunt eorum ritus, & consuetudines, scilicet circa matrimonia, & similia, an teneant, & debeant coram eorum iudicibus tractari, vt not. Bart. in l. Iudæi. C. de Iudæis.
7 † habent enim eorum proceros maiores, ac seniores, vt l. nemo exterus. in fin. & l. nemo. & l. si qua. in fine. & l. Iudæorum. & l. 2. in princip. C. de Iudæis. nisi alijs causis inciderent, quarum cognitio ad iudices se-
8 culares pertineret; quia tunc † incidenter de causis matrimonialibus eorum, & de causis superstitionis eorum, bene possent iudices seculares cognoscere, vt dicta l. Iudæi. & ita eam intelligit ibi Bart. Certè siue per iudi-
9 ces Christianos, siue per alios cognoscatur, debet secundùm eorum ritus, & consuetudines decidi; cum quantum est in matrimonijs, & alijs supestitionibus, secundùm ritus, & consuetudines eorum ipsi non ar-
10 ctentur † legibus, vel canonibus. tex. est in dicto c. gaudemus. probatur & alia rõne. Nã nos videmus, quòd licèt causæ

causæ Ecclesiasticæ, vel spirituales tractentur coram iudice sæculari: tamen debent sm̃ Cano. terminari, vt not. glo. in c. clericis. de iudi. pro quo facit in Authe. de eccll. titu. §. si verò ecclesiasticam. collat. 9. & extra de testamen. c. relatum. & not. Hostien. in Summa. de maledi. in fin. & probatur in l. omni innouatione cessante. C. de sa-
11 cro sanct. Eccles. Omnes enim ritus † eorum, pur quòd non sint in contemptum Christianæ religionis, debent per Principes ecclesiasticos, vel sæculares inter eos seruari, vt l. Iudæos. in fi. C. de Iud. & l. die sabbato. eo. ti. ¶ Prætерea & Papa eis cõfirmauit eorũ cõsuetudines. Sed istud est verissimũ in facto, ꝙ de consuetudine eorũ est sic facere. Nec ista consuetudo obstat primitiuæ legi, & Ecclesiæ primitiuæ, secundùm quam ipsi viuunt, & colunt se ipsos; ergo, &c. Vnde cũ non deliquerit iste Vitalutius: sed sit innocens, licèt sit Iudæus, obteri non debet, vel molestari, aut puniri, vel lædi sine ratione, vt C. de Iudæ. l. nullis. Iudæis enim nil tentantibus turbulentum, legique contrarium non debet iniuria fieri, vt l. Christianus. C. de pagan. & sacerdo. eorum. licèt enim Iudæi sint: tamen sunt ab Ecclesia protegendi; quia computantur inter oues
12 † Christi, creatione, gubernatione, & redẽptione ex parte Christi. Vnde dixit Dominus. [Alias oues habeo, quæ nõ
13 sunt ex hoc ouili.] .s. Ecclesiæ. Io. 10. c. vnde & Papa † eos protegere habet, sicut oues suas, quas ei inter alias cõmisit, cum Petro dixit [pasce oues meas] Io. c. vlt. non distinguens inter has, & illas, ergo &c. ext. de ma. & obe. c. solitæ. vt tenet Inno. in c. quod super his. de voto. Cũ ergo pascere debeat verbo, exemplo, & humanitate, nõ debet eos impugnare, nec permittere, vt lædantur, facit ext. de na. ex lib. uentre. c. 1. Vnde cum dictus Vitalutius non scienter, & appensatè, non libidinis causa, non ommisso eorum consuetudinis ordine: sed eo seruato, legitimè repudiauerit primam eius vxorem, meritò puniri nõ debet, per iura prædicta; debet enim multùm aduertere Dominus spiritualis, qui super hoc inquirit, quoniam isti Iudæi non ita ex abrupto prorumpunt ad obuiandũ eorum ritibus, & consuetudinibus. Et si inquisitio generalis, vel inuestigatio de hoc crimine facta fuisset, sine dubio fuisset repertum, vt dixi sup. scilicèt quòd ex legitima causa (secundùm eorum ritus) repudiata fuit, & sic ad inquisitionem specialem non fuisset deuentum.

¶ Descendo ad aliud caput inquisitionis, scilicet de finagoga (vt dicitur) facta per istum Vitalutium. Et præmitto, quòd quicquid sit de iure, in accusationibus, & in inquisitionibus, est hoc, quòd possunt plura, & diuersa delicta in eadem inquisitione intentari, vt in c. in tantùm. extra de collu. Hoc præmisso dico, quòd dicta inquisitio peccat in forma; quia non habet locum, ergo &c. per dicta supra in primo cap. inquisitionis.

¶ Descendo ad factum principaliter intentatum, & si inquisitio esset acta; quia haberet solemnia sua, & essent vera in ea narrata, sine dubio deliquisset, & incidis-
14 set in pœnam † publicationis dictæ sinagogæ, in 50. libr. aurei, tex. est in l. fi. C. de Iud. vbi tex. dicit. [ne qua iudaica sinagoga in nouam fabricam surgat.] & subdit [vel sinagogam extruxerit,] &cæt. Et subdit [qui sinagogæ fabricam fecerit,] &cæt. & in l. sinagoga. eodem titul. & extra de Iudæis. c. consuluit. & c. Iudæi. ¶ Sed in veritate non est verum, subijciatur locus oculis, & videatur, & apparebit non esse delictum. Nam licèt habeat in domo sua habitationis locum solitarium, in quo eius libros teneat, & lampades accensas, & ipse cum alijs Iudæis ibidem secundùm eorum ritus orent, non propterea dicitur sinagoga. Nam (vt ait Archidiac. in c. fun-
15 damenta. extra de elect. lib. 6. in princip.) sinagoga † apud Iudæos idem est, quòd Ecclesia apud nos. Nam sicut Ecclesia est conuocatio fidelium, sic apud Iudæos sinagoga est congregatio Iudæorum. Vnde sicut in Ecclesia conuocatur populus fidelis ad vnam fidem, & Christi cõuiuium, sic in sinagoga congregabantur Iudæi ad suas ceremonias exercendas: vnde est idem iudicium de sinagoga apud Iudęos, quod de Ecclesia apud Catholicos, vt not. Arch. de consecr. dist. 1. c. Ecclesiæ. & 1. q. 1. c. extra catholicam. & per Io. An. in c. consuluit. de iudi. in nouella. & sicut quilibet locus constructus apud catholicos ad orandum, non dicitur Ecclesia, quia cuilibet priuato licitum est habere oratorium priuatum, in quo põt habere sedilia ad sedendum, & lampades accensas ad populi deuotionem, & tenere libros clausos propter officium dicendum, in eorum armarijs clausis, & aperiri, & claudi in domo sua, qđ non dicitur Ecclesia, de consecra. dist. 1. c. vnicuique. & c. ecclesiasticos. & not Inno. in c. inter dilectos. de don. & hoc videmus quotidie, & communiter in
16 domibus valentium virorum, & cuilibet Iudæo † licet in domo propria habere locum priuatum ad orandum, & Deũ contemplandũ, pro ipso, & alijs suis, qui propriè nõ dicitur sinagoga; vbi ergo iura prædicta permittunt antiquas sinagogas reparari, & inhibeant nouas fieri, vel construi, intelligi debet de sinagogis publicis: alia aũt loca priuata habere possunt. Nam sicut in istis oratorijs catholicorum ædificandis non requiritur aliqua canonica solemnitas, sed in Ecclesiis sic, vt habetur extra de eccles. ædi. Sic, & in istis sinagogis, & ita con-
17 sulendo determinauit †. Dom. Ioann. de Lignan. & totum collegium Canonistarum Bonon. ¶ Et quòd sinagoga accipiatur pro loco publico, in quo publicè se congregant, & non pro priuato, qm̃ se in priuatis habitationibus recipiunt, est text. qui ponit, vt species differentes in l. nullus. C. de Iud. & in l. in sinagoga. & in l. Iudæorũ. eod. tit. & hoc est, quod textus dicit in d. l. fin. C. de Iudæis. [ne qua noua sinagoga in nouam fabricam surgat] Et sic loquitur totus ille text. de sinagogis publicis in locis publicis, non de his, quę fiunt in domibus eorum priuatim, & hoc patet, Nam hæreticis prohibetur expressè habere non solùm loca publica, sed etiam priuata, vt l. 2. in princip. C. de summa trin. & C. de hæret. l. 3. quæ prohibitio ad Iudæos non extenditur, vt not. in dicta l. 2.
18 per Doct. nã Iudęi non sunt hæretici † propriè, quod patet ex diuersitate titulorum, tam in C. quàm in Decret. & quia Iudæi habuerunt principium veritatis, vt not. Doct. in d. l. 1. Item per rescriptum non posset hæreticis concedi, vt d. l. 2. Quod secus esset in Iudæis. Præterea non ne hoc videmus vbiq;, ꝙ Ecclesia tolerat istos Iudæos non solùm in domo propria, & priuatim, sed in loco remoto, non tamen publico, vt publicè per quemlibet accedi possit, sicut ad Ecclesias nostras. Imò tenent eas clausas, & sic Ecclesia eos tolerat in testimonium fidei nostræ, sic & ritus eorum, iuxta not. per Innocen. in d. c. quod super his. de voto. Vnde cum vbique (vt videmus) Iudæi habeant ista loca, non iudicabitur de eis, vt sinagogis prohibitis: sed illa prohibitio tenebitur propriè, & in suis terminis accipiendo sinagogam; quia ista sunt odiosa, & ideo meritò non extendenda, &cęt. Et quia consuetudo hoc approbat, & Papa, & omnium Ecclesiarum Prælati hoc tolerant, ergo, &cæt. Et sic concludo & consulo.

Consilium XIX.

SVMMAE.

1 *Lex noua municipalis facta post motam litem in causa principali an extendatur ad actus postea fiendos in causa appellationis.*
2 *Lex solet dare formam futuris negotijs, nec ad præterita, vel pendentia extendi.*
3 *Lex generaliter loquens, si in aliquo, vel aliquibus casibus inueniatur per alias leges restricta, præter illos casus lex remanet in suis terminis, & incorrecta.*
4 *Lex ligat à die publicationis post duos menses.*
5 *Lex nõ extenditur ad præterita, quò ad decisionem causarum: sed quò ad ordinationem iudicij sic.*
6 *Legis dictum ad illum casum restringitur, ad quem restringitur ratio.*
7 *Lex non diuinat.*
8 *Ratio legis tantùm valet ex mente eius, & exposita, & intellecta, sicut per legem expressa.*
9 *Quò ad litis ordinationem inspicimus statutum loci, vbi iudicium agitur: sed quò ad litis decisionem, inspicimus statuti loci contractus.*
10 *Arguere licitum est de loco ad tempus.*
11 *Negotium, verbum est multum generale.*
12 *Lex facta post contractum super conceptione libellorum, seu litis contestatione, vel alijs articulis, qui sunt ad decisionẽ causarum, dicitur facta super futuro negotio.*
13 *Capitula separata, vbi plura sunt, & non connexa, iudicatur de eis, vt separatis, & pluribus, & quod tangit vnum, non tangit aliud.*
14 *Iudicium plures actus distinctos habet, vide ibi.*
15 *Obligatio oritur ex contractu, ex qua actio, & iudicium nascitur.*
16 *Ius, quod est in toto, quò ad totum, videtur esse in parte quò ad partem.*
17 *Litibus finis est imponendus, & abbreuiandæ sunt.*
18 *Lex noua trahitur ad veteres contractus, quantum respiciat actum futurum.*

CONSILIVM XIX.

CAVSA inchoata per Ioannem super cõ
tractu pendente ante definitiuam sentẽ-
1 tiam, condita fuit quædam † lex muni-
cipalis in loco iudicij, & contractus,
quæ inter cætera continebat, quòd qui-
libet iudex, cui facta fuerit aliqua cõ-
missio, teneatur, & compellatur reddere consilium à die
factæ commissionis infra mensem vnum sub certa pœna.
Et nihilominus iudex, corã quo causa fuerit, teneatur pro
cedere in dicta causa, non obstante commissione facta. Et
cum est ipse mensis elapsus, intelligatur ipsa commissio
expirata, &cæ. Modò ante latam definitiuã sñiam in cau-
sa principali, & causa appellationis condita fuit lex præ-
dicta, postea lata definitiua sentẽtia, & ab ea extitit appel
latum. Et in causa appellationis facta fuit cõmissio ad cõ-
sulendum definitiuè sup ea, à cuius cõmissionis scientia,
elapsus fuit mensis. ¶ Nunc quæritur, an dicta lex munici
palis facta post litem inchoatam in causa principali, extẽ
datur ad commissionem in causa appellationis, ita vt in-
telligatur expirata commissio, nec ne. Et quòd non de-
2 beat extendi, potest allegari; quia † lex solet dare for-
mam futuris negotijs, nec ad præterita, vel pendentia ex-
tendi, nisi specialiter cautum fuerit, vt ad ea trahantur, vt
l. leges. C. de legi. & quod ibi not. Sed hic lex est facta sup
causa pendente, & inchoata; ergo ad eã non extẽditur lex
noua. Præterea hoc videtur decisum per glo. positã super
dicta lege. Nam quæritur ibi per eam, si fiat lex de contra
ctu dudum inito ante causam inchoatam, an lex de no-
uo condita extendatur ad dictum contractum, & dicitur
ꝙ non, vt ibi not. multò magis, vbi de contractu lex est in
choata, ergo, &c. Præterea pro hoc videtur casus in Auth.
vt cum de ap. cogno. coll. 8. vbi dicitur in causa appella-
tionis seruari illas leges, in quibus principaliter debuit de
finiri. Et ad hoc possunt induci oẽs leges pro concor. alle-
gat. in d. l. leges. & in Auth. vt cũ de ap. cogno. Et hoc est,
qđ pro hac parte allegari efficacius posse prima facie vide
tur. ¶ Sed medullitus intuendo contra credo. s. ꝙ in hac
causa debet seruari lex noua, adeo ꝙ dicta commissio in-
telligatũ expirata virtute legis prædictæ nouæ, & hoc iuri-
3 bus, & rõnib⁹ infrascriptis. ¶ Primò lege cauetũ, ꝙ lex † ge
neraliter loquens, si in aliquo, vel aliquibus casibus inue-
niatũ per alias leges restricta, post illos casus, lex generalis
remanet in suis terminis. l. præcipimus. in fi. C. de ap. Sed
4 lex est generaliter posita, ꝙ cõstitutiones † quæcunq; no-
uiter factæ, ligẽt post duos menses alleg. publicationis, vt
patet in Rub. quæ est generalis. in cor. vt factæ nouæ con-
stitutiones. Et sic tex. debet intelligi gñraliter: licèt ẽt lex
generalis pro interpretatione reperiatũ scripta, vt non tra
hatũ ad præterita. Præterea in certis casibus particularibus
remanet lex generalis, & firma. Casus ergo singulares, qui
interpretantur, & legẽ illam restringunt, sunt plures, vt in
Auth. quæ innouat cõstitutiones. §. 1. coll. 5. & ĩ Auth. hæc
constitutio innouat præce. §. 1. & in Auth. vt cũ de ap. co-
gno. in prin. cũ ibi not. & de triẽt. & semi. §. si verò effusa.
coll. 6. Sed oẽs isti casus rediguntur ad vnã regulam. s. qñ
5 † lex noua tendit ad decisionem antiqui casus, vel pceden
tis, vt in eis patet; ergo lex præallegata remanet firma in
casu, vel casibus, vbi lex noua cõditur, non ad decisionẽ:
sed ad ordinationem litis præsentis super cõtractu præte-
rito; qa in tali casu nulla lex in mundo est, quę hoc vetet;
ergo antiquæ stabimus figuræ, vt dictũ est. Sed lex noua in
casu nostro nõ est promulgata ad decisionem articuli præ
cedẽtis, vel præteriti, ergo pallegata lex, & similes ĩ casu
nr̃o nõ habent locũ: sed lex generalis, quæ dicit, ꝙ iudex
infra mẽsem, &c. ergo ista ligabit: & hoc manifestè innui
tur in pallegatis cõcordantijs, vt cũ de ap. cogno. vbi dicit
[examinentũ, & terminentur] copulatiuè; nõ enim dicit or
dinentur ad decisionẽ, & hoc statim ibi seqtur in tex. vbi
Imperator respondit terminũ dare, &cæ. & nõ dicit ordi-
nem dare negocio, &cæ. Et quòd dictæ leges interpretati
uè intelligi debeant, quantũ ad litem, vel decisionẽ articu
li, colligitũ in glo. in præalle. concor. quæ glo. incipit. nouæ
legis. in fine. vbi dicit, quòd lex noua non trahitur ad præ
sentẽ litẽ, seu causas in iudicio inchoatas, ẽt si expresse ex
primatũ. Sed alia lex dicit, quòd vbi lex noua fit ad litis or-
dinationem, trahitur ẽt ad præsentia, & pendentia in iudi-
cio, si hoc non dicatur, vt l. fi. C. de iur. calum. ergo patet,
ꝙ solũ in lege decidente causam, locũ habet, hoc solũ suffi
ceret, qa nunquam memini me legisse legẽ, quæ hoc vetet
in his, quæ spectent ad ordinationem causæ. ¶ Sed ex abũ
6 danti hoc probatur aliter. Certum est, ꝙ ad illum † casum
solum restringitur dictum, ad quem ratio legis expressa,
siue loquatur de ratione hominis, siue legis, vt l. cum pa-
ter. §. dulcissimis. de leg. 2. Siue de ratione legis inanima
tę, vt l. hæc actio. ff. de calum. & l. si is, qui. de acquiren.
pos. Ratio vr̃, quare lex cõdita nouiter ad præterita, & pẽ
dentia nõ extenditur est; quia lex antiqua præcedens, per
quam

quãm contractus celebratus debet decidi, non potuit de
futuris diuinare, quid enim peccauit antiquitas? C. de te-
ſtam. l. iubemus. in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §.
final. colla. 2. & in Auth. de nupt. §. quòd verò. ſed ratio
hæc legis locum habet ſolùm in his, quæ lex iam deciſit:
quia tm̃ ſtatuẽdo, & decidẽdo proceſsit ſuper cõtractib',
qui fiebant tunc, & non potuit de futuris negotijs diuina-
re; ergo & dictum in illis tantùm locum habebit, vt in eis
patet. Sed caſus præſens non pertinet ad deciſionem cau
ſæ, & ſuper hoc arbiter aliquid per legem antiquam ſta-
tutum ſequitur. & cæt. quòd per nouã ſuper hoc potue-
8 rit ordinari. ¶ Præterea ad idem, tantùm valet ratio † le
gis ex mente eius poſita, & intellecta, ſicut p legẽ expreſ-
ſam, probatur in l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patr. & l. ſi
conuento in princi. C. de ope. lib. & l. qui neque. ff. de reb.
eorum. Sed in mente legis dicentis legem nouam non
trahi, niſi ad futura negotia, ratio poteſt colligi, ſcili-
cet ratio euitandæ abſurditatis, & iniquitatis, ideò lex ſta
tuit contrahentiũ propoſitum reſpicientium certã legem
poſt ea vigentẽ. vnde per legẽ nouã non derogaret, & hoc
innuitur in dictis concor. de inceſt. nupt. Sed hæc ratio ini
quitatis, ſeu abſurditatis euitandæ, ceſſat in caſu propoſi
to; quia nulla iniquitas inſurgit, & in nullo derogatur pro
poſito contrahentium, nec in aliquo alteratur iudicium,
ſiue cõtractus; ergo patet dictũ in hoc caſu ceſſare. ¶ Præ
terea ſicut habitantibus noua lex, quæ de nouo fiat, hic di
citur lex noua, ita habitantibus hic, ſi ad alium locum va
dant, lex, quæ ibi erat antiqua (quantùm ad iſtos) dicetur
noua; quia de nouo poſtquam illuc venerunt, dicuntur ea
ligari: & hoc eſt certum. ¶ Pone ergo, cõtrahimus hic. ſu
mus aſtricti lege vigenti, vadimus ad alium locum, & ego
te conuenio ibi, eſt alia lex, quàm hic, vbi cõtraximus, quã
9 ſeruabimus. Certè ſi eſt † ad litis ordinationem, ſeruabi-
mus legem loci iudicij, ad quẽ iuimus poſt contractum, &
poſt contractum incepimus ligari nouiter, vt patet in l. 3.
§. fi. ff. de contrah. emp. ſecus ſi ad litis deciſionem, vt l. ſi
fundus. ff. de euic. ergo ead. rõne dicemus habitantes hic
aſtringi ad ſeruationem legis nouæ, ſuperueniẽtis poſt cõ
tractum ad litis ordinationem: ſecus ſi ad deciſionem,
10 & max. cum ſit † licitũ arguere de tpe ad locum, vt l. vinũ
ff. ſi cer. pe. & l. fi. de tritica. ¶ Præterea rectè intuẽti, huius
quæſtionis eſt caſus in l. leges. C. de legi. quæ allegatur
pro cõtraria, vbi dicitur, ꝙ lex dat formã futuris negotijs,
& verbũ, negotiis, eſt verbum multũ gñale, vt patet in toto
tit. de neg. geſ. C. & ff. Sed licèt contractus ſit prçteritus,
& cauſa ſit præſens, nihilominus cõmiſſio eſt futuri nego-
tij; qa nihil habet facere cũ cõtractu, ergo ſi fiat lex ex no
ua cauſa (puta ſuper mõ cõmiſſionis) lex erit facta futuro
negotio, & ſic valebit. Sic no. Pe. de Bell. ſup dicta l. leges.
11 dicẽs, ꝙ ſi poſt cõtractũ fiat lex † ſup cõceptione libellorũ,
ſeu litis cõteſtatione, vel aiijs articulis, q ſint ad ordinatio
nẽ cãæ, ꝙ illa lex dr̃ facta ſup futuro negotio, & ita credo
intellexiſſe, & iſtũ reſpectũ habuiſſe Io. An. in c. licèt cãm.
ext. de elect. li. 6. in fi. ſuæ glo. ¶ Præterea ad cõfirmatio-
12 nẽ pdictorum accedit. Certũ eſt, ꝙ vbi † ſunt plura capitu-
la, & actus nõ cõnexi, iudicatur de eis, vt de pluribus, & ſe
13 paratis, adeo qđ † tangit unum, nõ tangit reliquũ, ut patet
in l. Labeo. ff. de arb. & l. quãquã. & l. ĩ hoc iudicio. ff. fam.
14 erc. Sed iudiciũ † habet plures actus diſtinctos, & ſepara
tos, ut eſt libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum
calumniæ, iurium productio, itẽ ſñiæ prolatio, & aliquan
15 do commiſsio, ante iſta omnia præcedit † contractus, ex
quo oritur obligatio, vt l. licèt. §. ea obligatio. ff. de proc.
ſup qua fundatur iudiciũ, ſiue actio, vt l. ſi pupilli. §. fin. ff.
de negot. geſt. Si ergo lite pendente, fiat noua lex, & ge-
neralis ſup cõmiſſione, & ſic ſuper actu ſeparato à cõtra
ctu obligationis, patet, ꝙ talis noua lex ad cõtrtractũ nõ
extendit, nec ad alias partes iudicij. Sed iſte actus cõmiſ-
ſionis ſeparatus eſt oĩo, ergo vr̃, ꝙ lex noua ad iſtã cõmiſ-
ſionẽ potuit extẽdi, tãquã facta ſup futuro negotio ¶ Præ
terea adhuc ad cõfirmationẽ prædictorũ, videtur, ꝙ idem
16 † iuris, qđ eſt ĩ toto, quo ad totũ, idẽ ẽt ſit partis ad partẽ,
vt l. ſi duo. de admi. tut. maximè vbi eſt eadẽ ratio, quæ eſt
in toto. Hãc ſolutionẽ ſentit gl. in l. qui ſic. ff. de vſur. quia
ſi lex fuit facta ſuper cõtractu obligationis, ĩ toto iudicio
futuro, non eſt dubium, quòd valeat, vt dicta l. leges. er-
go eadẽ ratione valere debet, vbi ſuper alijs partibus, vel
articulis prædictorũ, quæ oriuntur, habuit reſpicere actũ
futurum, & nullo modo præteritum, vel prçſentem, cum
ſit eadẽ rõ in hac parte, quæ eſt in toto. Sed cõmiſſio erat
actus futurus, ergo, &c. ¶ Præterea ſi rectè conſiderem'.
Cõmiſſio quç fit cõſultori, nullũ tãgit contractũ, nec obli
gationem, & eam non alterat, vel mutat. Item, nec eſt de
ſubſtantialibus, nec de ſolemnibus cauſæ, cum ſine hac
poſſet etiã decidi. Item, qđ plus eſt, hæc lex ſuper tẽpore
quantũ ad plus, poſſet durare, & vltra illud expirat. ſi expi
rat, nil depit parti; qa iudex ex actis nil noui facit ſup hoc
leui tã ſeparato, per quẽ nihil minuitur, & nihil deperit;
ideo nõ video, quo colore poſſit dici non ſolùm iudicari
talem legem non trahi ad hanc, maximè cum nulla ex
hoc inſurgat iniquitas, & nulla abſurditas, imò deuenitur
17 ad rationem legis, quæ † eſt, vt finem litibus imponant,
vt breues ſint lites, in l. litibns. C. de agri. & cenſi. & l.
factis. C. de tranſact. ¶ Vltra hoc induco legem, quæ
expreſsè determinat rectè intuenti. Antiquitus erat ſta-
tutum, ꝙ poſſet pro debito quis ſtipulari vſuras, tempo-
re illius legis, ſtipulatur quis vſuras vltra duplum, poſt
iſtum contractum facta fuit lex Codicis, quæ taxauit
modum vſurarum, vt l. eos. C. de uſuris. Sequitur prç-
terea in alia lege. an lex prima habeat locum in con-
tractu facto ante iſtam interpretationem per l. illã. quòd
in præteritis, l. eos. locum non habet: ſed pro annis fu-
turis ſic, & ſi quando initus fuiſſet contractus, vt l.
18 de uſur. C. de vſur. per quam legẽ habes, quòd lex † noua
trahitur etiam ad veteres contractus, in quantùm reſpi-
ciat actũ futurum, ſic & hic lex contractus, qui fuit ante
hanc legem celebratus; cum in his, quæ reſpiciunt om
ninò futurum, ſcilicet nouam commiſſionem, lex noua
locum habebit, & hæc procedunt per eandem viam, ſi
commiſſio facta fuiſſet in cauſa principali, & modò de
facili ad omnia eſt reſponſum, & ad leges, quas indu-
xi pro hac parte, & ad alias, quas induxi, quæ loquuntur
de decidentibus caſus præteritos. Sed hic enim eſt ita
vt ex ſuperioribus clarè patet, & ita dico, & conſulo.

Conſilium XX.

SVMMAE.

1 *Proceſſus factus die feriato non valet.*
2 *Arguere licèt de tẽpore ad locum, & econtra.*
3 *Citatio facta extra locum eſt nulla, & an ſit verum.*
4 *Quando citatio fit tempore debito, ad diem feriatam valet.*
5 *Facere per alium per ſe videtur facere.*
6 *Qui per ſe facere non poteſt, nec per alium.*
7 *Citatio eſt realis, & verbalis, & quando vtraque fieri poſſit.*
8 *Album proponebatur, vt citatio deueniret ad notitiam citati & quæ ſit.*

9 *Quinterni, & scripturæ succedunt in locum albi.*
10 *Iussus factus, per literas citatorias in exequutione sententiæ dicitur sententia.*
11 *Citare per nuncium, & citare per litteras paria sunt.*
12 *Actus non iudiciales, & non contentiosi possunt omni tempore exerceri, & loco.*
13 *Testis potest deponere die feriato iuratus in actis voluntariæ iurisdictionis.*
14 *Citatio dicitur emanasse à iudice, dato quòd non veniat in notitiam citati, nisi per notificationem citationis factam per nuncium, vel epistolas.*
15 *Præceptum, vel iussus de citando die feriata, fieri non potest: quia citatio est de processu.*
16 *Præco non debet parere iudici, si iusserit, quod ad suum non pertinet officium.*
17 *Admonere, verbum respicit iudicium, & interpretatur pro innotescere.*

CONSILIVM XX.

QVIDAM Iudex loco, & tempore competenti, imposuit, & mandauit nuncio suo iurato, quòd citaret Titium, quòd tali die iuridico debeat comparere coram eo. Nuncius recepto mandato, die sequenti, quæ fuit dies Dominica, notificat Titio hanc citationem (fortè dicendo) cito, vel requiro te ex parte talis iudicis, & cæt. Iste Titius interim non comparet. Quæritur vtrùm debuerit comparere, vel nō. ¶ Et primò videtur, quòd non; quia omnia iura cla-
1 mant, quòd processus † factus die feriato, non valet, vt ff. de ferijs. l. 1, C. eod. l. fin. 15. quæst. 4. per totum. etiam corā arbitro. C. eod. l. crimine. & ff. eo. l. si feriatis.
2 ¶ Præterea licet † arguere de tempore ad locum, & econ
3 tra. ff. si cert. peta. l. vinum. Sed certum est, quòd † citatio facta extra locum iurisdictionis, est nulla. ext. de constit. c. 2. lib. 6. l. final. ff. de iuris omn. iud. & de re iudi. c. pastoralis. §. vt illud. Sed contra de foro. competent. c. vno. §. si verò. vbi citatio facta die solemni valet. Item valet citatio facta extra locum suæ iurisdictionis, vt de foro competen. c. Ioanna. §. contrahentes. lib. 6. & videtur casus. C. de Episc. & cler. in l. omnis. §. si verò. ratio quia talis citatio fit ad locum permissum. Sic vbi fit citatio ad tempus permissum, argumen. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. si certum. §. fin. & l. se. ¶ Circa hoc sciendum est, quòd Inno. & Hosti. tractarunt de ferijs
4 in c. fin. quòd † citatio facta tempore debito ad diem feriatam valeat. Sed ista non est quæstio nostra: sed de illa materia est notatū per Guil. in Spe. de citatione. §. 5. ver. itē excipitur, ꝙ citatio fit ad diem festiuā, &c. Item Arch. no. 15. quæst. 4. in c. fin. An citatio facta die feriata, scilicet per iudicem valeat, & ista non est quæstio nostra. Sed est, an citatio facta per nūcium, idest notificatio, & explicatio iussus iudicis citantis habeat vitiare ex eo; quia talis notificatio fit die feriata. Et talis notificatio fieri pos-
5 se non videtur; nam † qui per alium facit, ipse facere videtur, extra de reg. iur. c. qui per alium. cum sim. Et quod
6 per se facere non posset; † nec per alium, vt ibi not. Sed iudex per se illa die citare nō posset, ergo nec per nunciū, ad hoc facit, ext. de electio. c. bonæ. il 2. vbi dicitur, quòd citatio non arctauit citatum; quia facta tempore non competente. ¶ Circa quòd sciendum est, quòd citatio
7 est duplex, vna † realis, alia verbalis. Et hæc realis fieri non potest, nec per iudicem, nec per exequutorem, vel apparitorem, cum quis per personam ad iudicium inuitus trahitur, hoc non potest fieri tempore, vel loco non competenti, & in hoc nemo videtur assentire. Alia est verbalis, quæ fit per nuncium, vel Prætorem per literas, vel per iudicem, de prima. C. vbi temp. act. l. 2. de secunda. C. de ferijs. l. vltima. de tertia. C. quomodo, & quā iudex. l. consentaneum. de quarta. ff. de arbit. l. si interpellatus. de quinta. C. de iud. l. sancimus. in fin. ¶ Sed videatur, quid operabatur olim citatio facta per edicti propositionem. Ponamus enim, quòd die iuridica in
8 albo scriptum erat. † Præco citet talem tali die iuridica, iste sic citandus die Dominico, videt illam talem scripturam, nunquid arctabitur ad ueniendū, certè sic, ideo in publico fiebat talis scriptura, vt ad eius notitiam posset peruenire, & arctatur, ac si per nuntium citatus esset, ad quod facit constitutio noua de iudi. c. 1. in Clem. non enim est curandum, quomodo ad eius notitiā peruenerit se citandum. ad hoc. ff. de pet. hæred. l. item veniunt. §. petitam. & ext. de iureiuran. c. cum contingat. & melius de elect. c. tanquam. in fin. in Clemen. vnde cum hodie
9 † quinterni, & scripturæ succedant in locum illius albi, in Spec. de dona. §. restat. sequitur, quòd qualitercunque citatio facta per iudicem in scriptura, vel quinterno doueniat ad notitiam, sufficiat quocūque loco, & tēpore. Sed ne quis possit se excusare prætextu ignorantiæ; quia illa acta paucis innotescunt. habemus vsus præconum, & nunciorum, qui habent notificare tales citationes, vnde propriè nuncius non citat: sed notitiam citationis deducit. Exemplum, quando citans per literas cū suo noto sigillo ipsas per familiarem suum mittit ad reum. Po-
10 ne ergo, quòd in die iuridica † in exequutione citationis iussit fieri literas citatorias, qui iussus vocatur sententia, vt C. de exhib. reis. l. fin. vnde per familiarem mittit illi literas, vtrùm sufficiat, vtique sic, & tn̄ literæ nō citant, nec loquuntur, ext. de elect. c. fi. lib. 6. sed iudex citat, nec
11 tunc, sed die præcedenti, & paria sunt † quem citari per nuncium, & per literas, vt dictis iuribus. & de offic. deleg. c. prudentiam. circa principiū. & hoc clarè not. Host. de dolo. c. in fi. vbi dicit, quòd ille, qui non potest vices suas subdelegare in citando: potest tamē citare per literas, vel per nuncium; quia non nuncius: sed iudex citat, nec tunc, sed quando pronunciat citandum, & sola opera funguntur nuncij. Nam arbiter, qui iurisdictionē nō habet, citat per nunciū, vel literas, & iste actus, quē exercet hic in citādo, vel in literis notificando, non est actus iudicialis; quia non à iudice, nec in iudicio, & partib' absentibus, & tales act'
12 † qui non sunt iudiciales, nec contentiosi, possunt omni loco, & tempore expediri, vt C. de ferijs. l. actus. & ff. de off. præfect. vrb. l. final. & de off. proconf. l. 2. vnde tali die
13 † potest testis iuratus deponere, vt in Specul. de citatione. §. 2. ver. quid si. Ratio; quia talis actus, non est actus iudicialis, hoc etiam probatur, ext. vt lit. penden. c. fin.
14 in Cle. vbi probatur, quòd citatio † dicitur emanasse à iudice, dato, quòd non veniat in notitiam citati, nisi per notificationem citationis factā per nunciū, vel epistolas, vel qualitercunque; quia actus nuncij, vel epistolæ nō est citatio, sed notificatio, quamuis citatio prędicta non afficiat citatum, nec etiam lex, vel statutum, nisi quando statutū præsumitur, vt de const. c. 2. lib. 6. & de decre. ab ord. fac. l. final. ¶ Concludo ergo, & dico, quòd præceptum,
15 † vel iussus de citando, non potest fieri die feriata; quia citatio est de processu, vt ext. de prob. c. quoniam. de off. deleg. c. pastoralis. il 2. & sic not. Archid. 15. q. 4. & vlti. & in Spec. de citatione. §. prææalleg. Sed contra de for. cōp. c. 1. §. si verò. in Clem. Sol. ibi est spālis casus. vbi nō intelligit, ꝙ tali die fiat notificatio citationis, vel iussus iudicis, videlicet

videlicet descriptus in actis.& sic realiter loco, & tẽpore emanauit citatio per iudicem, dico per communem modum citandi verbalem, dicta citatio potest notificari eidem, omni tempore, & loco;eum talis actus non sit propriè citatio, sed notificatio, nec actus iudicialis sit,& talis citatio,quæ aliàs notificatio appellari potest,potest fieri in alieno territorio, ad locum tamen debitum, vt in c. Romana. §. contrahentes: extra de foro compet. &. §. si verò.supra allegatis. Et similiter potest fieri tempore feriato ad diem iuridicam. Et hoc sentit Cin. in quæstione, quam disputauit Senis, quæ incipit. Actor ciuitatis Senarum. ¶Sed manifestè videtur obstare l.fin.C.de ferijs.supradicta.ad quã potest responderi,quòd tota intelligitur hoc modo, quòd die Dominico nuncius vel apparitor ex mandato iudicis sibi facto ea die nihil faciat ad suum officium pertinens: non tantum ratione sui,quantum ratione
16 iudicis, qui iussit die Dominico, quod † iniungere non potuit nuncio,vel præconi, vel apparitori,quòd faciat sic, & sic non debet obedire;quia præcepit quod ad suum officium non pertinet.vt ext. de reg.iur. c. ea quæ lib.6.Et
17 hoc † vult dicere, dũ dicit, admoniti,quod verbũ sonat in iudicio.vt C.quomodo, & quando iudex.l.2. Item sonat hoc verbum, delitescat,quod respicit diem iuridicam,aliter absurditer intelligeremus. Idem quòd dicit ibi, quòd debet cessare exequutio, id est realis, vel iudicialis vigore illius.l. quia die illa non exigit, nõ aũt ea, quæ aliquo mõ nõ sunt iudicij. ¶Sed certũ est ob hãc citationem, & notificationem istum cogi non posse ad aliquem actum iudicij. Pone, quòd aliquis est citatus ad domũ, familia sua notificat die Dominico talẽ citationẽ, vtrũ dicat ignorans? certè non,ad quid .n.requirerẽtur amici,& cõsanguinei?vt de dolo.c.causam,quæ & l. de pupillo. §. nunciationem.cum ibi not.per Doc.ff.de oper.no.nunc. citatio.n. eum arctat, cum sciat, vel scire præsumatur, ergo potest dici citatus, ante quàm perueniat in notitiã, licèt non arctet notificatio eum. Nam notificatio non est actus iudicialis,vt dictum est supra, quia extra territorium potest fieri notificatio, ideò debet responderi ad dictum c.pastoralis.de re.iud.sup.alleg.quod est contra. quòd parum intellexit conditor illius. c. vel secundũ D. Paulũ de Leaz. respõde, quòd ibi citatus fuit extra Imperiũ non subditum. Et sic consulo, &cæt.

Consilium XXI.

EPITOME.

¶Factum sic proponitur. Quædam mulier nomine Righina de Villa Salbadorũ.ciuis montis Florum diu,quasi quadraginta sex annos stetit in legitimo matrimonio, cũ magistro Antonio Cicchini de dicto Castro, cui pro dote ipsius Dñæ fuerunt traditæ quadraginta libræ denariorũ, qñ se matrimonio secum copulauit. Qui magister Antonius veniens ad mortem suum vltimum condidit testamentum,in quo quidem testamento legauit eidem Dominæ in hac forma,videlicet. Item reliquit eidem D. Righinæ dictus testator iure dotium suarum, quas asserit se recepisse ab ipsa, & pro eius dotibus, quando se cum ea matrimonialiter copulauit libras quadraginta Rauẽnat. Item reliquit eidem D.Righinæ iure legati,omnes pãnos lineos,& laneos ab eius dorso, & ad eius vsum.¶Item reliquit eidem iure legati in vita sua tantũ, & dum ipsa stabit in habitu viduali,& volet in domo eius stare, & habitare cum infrascripto eius hærede,victum,& vestitum, & calciamentum in pannorum lineorum eius corporis, & personę oportunitatẽ, & ea forma, in qua habebat à se testatore eius marito tẽpore eius testatoris vitæ,sine vlla cõ traditione infrascripti eius hæredis, vel cuiuscũq; alteri⁹ personæ,cum hoc quòd in casu prædicto dicta eius vxor dictas dotes, & legata sibi relicta semper in domo tenere debeat,& dimittere stare,& eam laborare pro domo,prout tpe vitæ eius testatoris. Et in omnibus alijs suis bonis hæredẽ vniuersalẽ instituit Cecchinum eius fratrem,& relicta domina Nobili filia ipsius testatoris, & eius dñæ Reghinę,cui certam quantitatem iure institutionis reliquit. Et narratur dictam Dominam Righinam superstitem remansisse pauperem, & inopem, & nihil in bonis habentẽ proprijs, nisi dictas quadraginta libras, vel si quid aliud habet,non ascendere ad quantitatem centum librarum. Narratur ẽt dictũ D. Antoniũ decessisse diuitem, & locupletem secundùm qualitatem suæ personæ. Narratur secũdò dictam D.Righinam in domo sui mariti permãsisse,& ibi alimenta percepisse ab hærede prædicto, & etiã alia prout tempore vitæ testatoris habebat. Narratur tertiò dictum magistrũ Antoniũ defunctum prædictum stetisse, & per longa tempora in conuentione cum dicto Ciccho eius fratre in eadem domo ad eundem panem,& idẽ vinum,& communem mensam: veruntamen dictus magister Antonius erat mercator & artifex, quia sartoriam ad apothecam suam, & fratris tenebat; videlicet quia domus apothecæ erat communis, & ibat per varia mercata, nundinas, & diuersas ciuitates emendo pannos, bombicem,& alia, nec non mercabatur etiam boues,& alia animalia, & quando dictos pannos alijs reuendebat, & qñ de suis laboribus alijs credentiam faciebat,semper scribi faciebat in personam ipsius,nulla facta mentione de dicto Ceccho, nec in titulis librorum. Et similiter quando dictas bestias dabat ad soccidam pro maiori parte sibi ipsi soli faciebat instrumenta exponi, licèt in quàm pluribus instrumentis dictarum soccidarum, & de ipso Ceccho reperiatur facta mentio,puta,quia stipulatus est,& ꝑ dicto Ceccho,propter quas mercantias, & artem, dicitur multa quæsiuisse,videlicet boues, denarios, & alia:quando tamen immobile emebat,cõmuniter instrumenta exponi faciebant:dictus verò Cecchus nullatenus industriosus,circa prædicta se non intromittebat,sed tantùm circa agriculturam colendo, & coli faciendo possessiones cõmunes ipsorum,portando fructum ad domum, & ligna, & alia secundùm possibilitatem suam. Et vltra dictus magister Antonius industriosus valde dictos fructus administrabat, venales vendendo, conseruãdos conseruando, collectas,& omnia alia onera tam realia, quàm personalia supportando, & similiter expensas,quæ pro domo occurrebant. Narratur & dictum Cecchum conquestum fuisse, quòd sibi post mortem dicti sui fratris fuerãt furto subtracti mille floreni auri de quodam ordeolo,& sic cõfessus fuit pluries,aliqñ absente dicta D.Righina,& aliqñ præsente, quos florenos dicebat extraxisse de capsa dicti sui fratris. Ex quib⁹ oriũtur quatuor dubia.¶Primũ, an dicta D.Righina vt inops,& pauper possit petere ratã aliquam hæreditatis dicti sui mariti locupletis,& diuitis, cõdictione ex Auth.preterea.C.vnde vir,& vxor.¶Secundum an per perceptionem alimentorũ, quam fecit dicta Domina dicatur sibi præiudicasse in petitione dictę quartæ.¶Tertiũ an inter dictos fratres non dicatur contracta fuisse dicta societas omniũ bonorũ pro augmento dictæ quartæ.¶Quartum,an per querelam, seu confessionem dicti Cecchi prædicto modo facta de dicto furto,sit probatum dictos mille florenos fuisse in hęreditates prædi-

cta in augmento dictę quartæ, cum quilibet debeat secundùm sui animi conscientiam loqui, aliàs ędificat in gehennam, vt extra de rest. spol. c. ad literas. Ideo ego consulo secundùm meam puram conscientiam. Primò dicā Erue nebulas tenebrarum, Iesus totius creaturæ conditor, qui diuina gratia dirutis vngulis seruitutis ad libertatem nos pristinam reduxisti. 12. q. 2. c. cum redemptor, & ad Galatas quarto.

SVMMAE.

1 *Vxor, vt vxor posit intentare remedium Auth. præterea. C. vnde vir et vxor, requiritur, quòd matrimonium sit sine dote.*
2 *Succedens contra testamentum, videtur succedere contra volūtatem defuncti.*
3 *Referens debet intelligi secundùm id, ad quod refertur.*
4 *Pauper non dicitur ille, qui habet vnde viuat.*
5 *Artem habens, non dicitur adeo inops, quòd non conueniatur, nisi in quantum facere potest.*
6 *Ratione cessante, cessat dispositio.*
7 *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. cur introducta.*
8 *Exceptio, dolo facis, petere & cæt. licèt non competat contra eum, qui citò restituturus est; fallit tamen si restitutio concessa sit miserationis causa.*
9 *Vxor admittitur inops contra ius commune ad quartam bonorum mariti.*
10 *Vir pręmoriens, tenetur relinquere vxori inopi quartam suorum bonorum.*
11 *Institutio est caput testamenti.*
12 *Quarta vxori inopi adeo est sibi debitum legale, vt afficiat etiā feudum viri.*
13 *Vir instituens (etiam extraneum) tenetur relinquere vxori inopi quartam.*
14 *Lex iubet vxorem statim, & immediatè succedere in quartam.*
15 *Vxor adhoc vt habeat quartam, non solùm extraneos, & ascēdentes, sed etiam liberos excludit.*
16 *Vxor licèt non posit venire ex iure prælationis: venit tamen ex iure delationis.*
17 *Vir cum accipit vxorem inopem sine dote, videtur contrahere, vt vxor habeat quartam.*
18 *Sponsus, qui osculatus fuit sponsam, non potest abdicare dimidiam iocalium ab ipsa.*
19 *Statuta debent intelligi secundùm ius commune, & vt minus lædant ius commune, quàm posit.*
20 *Legem extendere nostrum non est, nisi secundùm legem. & nu. seq.*
21 *Censura eadem esse debet, vbi est eadem ratio.*
22 *Parum, & nihil æquiparantur, & dispositum in vno, habet locum, & in alio.*
23 *Lex noua per legem antiquam extenditur, & distinguitur.*
24 *Legum correctio per suppletiones, & tacitos intellectus non inducitur.*
25 *Parua dos dicitur illa, sine qua ali non potest.*
26 *Causa semper est consideranda, cui habet deseruire.*
27 *Pauper quis dicatur.*
28 *Consuetudo est altera natura.*
29 *Quilibet debet honorari secundùm sui qualitatem.*
30 *Fauoris causa inducta, non debent in læsionem retorqueri.*
31 *Contra legem dicere non possumus.*
32 *Acceptando quis alimenta, videtur consentire testamento.*
33 *Hæreditatem ille adire videtur, qui facit id, quod citra ius, & nomen hæredis fieri non potest.*
34 *Legatum ille videtur agnoscere, qui facit id, quod citra ius, & nomen legatarij fieri non potest.*
35 *Voluntas testatoris est seruanda.*
36 *Quis præsumitur habere ex causa aliquid, quæ præcessit.*
37 *Improbare non potest defuncti voluntatem, qui eam agnouit.*
38 *Vxor stans in domo viri, an videatur stetisse, causa iurium suarum dotium conseruandi, an agnoscendi legatum.*
39 *Agnitio legati ante aditam hæreditatem non valet, etiam si expressè fieret.*
40 *Habens voluntatem tacitam, idest conditionem, ea pendente acceptare non potest.*
41 *Negatiua non potest acceptari in parte, quin in totum acceptetur.*
42 *Posidens, siue retinens rem alienam vigore plurium iurium, seu titulorum, videtur retinere & posidere respectu validioris iuris sibi possessori competentis.*
43 *Dos ante annum peti non debet, quæ est in pecunia numerata.*
44 *Iuri, quod ignorat quis, renunciare non præsumitur.*
45 *Testator faciens codicillos, videtur velle bona sua vadere aduenientes ab intestato.*
46 *Quarta debita vxori potest detrahi ante omnia legata, deducto ære alieno.*
47 *Societas contrahitur consensu.*
48 *Consensus factis, & verbis datur intelligi.*
49 *Dubitatio non est necessaria, vbi verba sunt expressa.*
50 *Societas oritur ex tacito contractu.*
51 *Ex actibus tacitis dissoluta præsumitur societas.*
52 *Societas tacita præsumitur per insimul habitationem, lucrorū in communem collationem, & eius, quod alter superlucratur, non redditam rationem. Et quando præsumatur & num. seq.*
53 *Actus voluntarij non extenduntur vltra intentionem nostram.*
54 *Illatio non fit de actibus diuersis, & separatis ex vno ad aliud.*
55 *Leuissima culpa cadit in hæredem.*
56 *Confessio vna probat contra cōfitentem, facta parte præsente, & confessio etiam enunciatiua.*
57 *Confessio bona dicitur, quando est facta diuersis temporibus.*
58 *Voluntarius actus postea efficitur necessarius, ideo non officit.*

CONSILIVM XXI.

CIRCA primum dubium, primò videndum est, vtrùm dicta D. Righina posit dici pauper, & inops, ita ꝙ posit intentare conditionē ex Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. Et prima faciè videtur dicendum, quòd non, primò quia requi
1 ritur, quòd † matrimoniū sit sine dote, vt in dicta Auth.
præterea. & in corpore, in tit. de exhiben. reis. in §. quoniam verò. & in Auth. vt liceat ma. & auiæ. §. quia verò legem. cum ergo præsupponatur dotem fuisse datam, videtur fatendum eam non habere beneficium, seu cōditionē dictæ Authen. eo quia certum est dictā Auth. prouidere, exequi eam, ne nouissima superuiuant inopia, vt in dicta Auth. præterea. & in dicto corpore vnde sumitur. quæ ęquitas non videtur habere locum, nisi cum coniūx decedit intestatus, non autem quando decedit testatus, quia
2 tunc veniat contra voluntatem † defuncti, saltem tacitam. arg. l. maritus. C. de procur. & not. in l. cū Prætor. de iudi. Et sic videtur, hac secunda ratione, cum hic præsupponatur testamentū conditum, non habere locum dictā Auth.
3 præterea. quod taliter comprobatur. Nā cū dicta Auth. ponatur super l. 1. C. vnde vir, & vxor, quæ l. loquitur ab intestato,

3 intestato,cum † referens debeat intelligi secundùm id, ad quod refertur, vt l. institutio talis.de condi. insti. Præte-
4 rea nõ†videtur pauper ille,qui habet vnde viuat, probat in l.pen.de cessi.bono.& l.1. C. eod. & l.sunt hi. cum ll. sequenti.& in l. miles.in princ. ff. de re iudi. imò habens
5 † artem,non dicitur adeo inops, quòd non conueniatur, nisi in quantum potest facere, quasi ipsa ars sufficiat ei ad alimenta,vt est glo.& Bar.in l.si maritus . la picciola. ff.so.ma.sic vr̃ in sim.hic,cum præsupponatur ei relicta ali
6 menta,& sic videt̃ cessare ratio† dispositionis dictæ Auth. ergo eadem dispositio cessare debet,l.quod dictum.ff.de pac.& l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pat. sicut et posset cõ
7 probari aliter; nã† miserationis,& pietatis cã est introducta ꝓuisio d.Auth.ne cõiux superstes nouissima superuiuat in inopia; ergo talis impietas ampliari nõ dẽt, sicut & similiter dr̃ ĩ l. & si post tres.ff. si q̃s cau.ĩ tmino dato à lege miserationis cã,& ĩ l.si donaturus.& l.si q̃s indebitã.ff.
8 de cond. ob causam . ꝙ licèt aliàs † exceptio, dolo facis petere,&cæt.non competat contra eum, qui restituturus est in diẽ:tñ fallit, si contra restitutionem introducta sit à lege miserationis causa, vt l.si socer.§.Lucius.solu.matr. coniuncta.l. vnica.§.exactio.C.de rei vxor.act.Præterea
9 d.Auth.ꝑterea.in casu inopiæ prouidet superstiti† contra dispositionem iuris communis,quod ius commune nolebat admitti,nisi deficientibus agnatis,& cognatis,vt in d. l.1. ergo debet strictè intelligi, cum & iure singulari hoc introducatur,vt in l.quicquid adstringẽdę.ff.de verb.obl. & vult Bart. in l. si verò.in §. de viro.sol. mat.& in l.tunc hæredes.§.1. de acquir. poss.& in l.ius singulare. de legi. ¶Præterea dato,quòd illa Auth. haberet locum, condito testamento : tamen in casu mortis non videtur habere locum, cum testator prouidẽdo dictę D.Righinę,legãdo sibi alimenta, videtur voluisse eam excludere à beneficio dictæ Auth.vt C.de pac.cõuen.l.fi.& l.maritus.C. de ꝓcur.& de vulg.& pup. l. cum ex filio.ergo si admittendũ, veniret contra voluntatem testatoris (quod non videtur posse) cum secundùm Bal.si apponeretur clausula,quòd plus petere non possit, non haberet locũ dispositio dictæ Auth.& in corpore,dum de hac quarta loquitur, semper dicitur per verbum denotans successionem , & sic ab intestato . Ex quibus omnibus videbatur concludendum dictam D.Righinam non admitti.¶Sed his non obstantibus, contrarium puto verum de iure per dictam Auth. præterea. & in corpore.vnde sumitur,dum dicit,ꝙ si præ
10 moriens † reliquerit superstiti minus quarta , postea hoc compleri ei debet.Ita dicit tex.ĩ Auth. de exhi. re. versus si.tamen legatum relictum in quartam partem imputat, & ꝙ loquatur ex testamento,satis videtur innuere text. in dicta Auth.de exhi. reis.in d. §. quoniã verò.in vers. qm̃ & alia lex est &cæt.ibi dum dicit, nisi moriens,vel legatum , vel aliquam partem institutionis reliquerit. Not.
11 verbum † institutionis,quæ caput est testamenti,vt l. 3.de lib.& posth.cum sim. ergo pur habẽt respectum ad testamentum,pro hoc facit optimè gl. in tit.de inuestitura in re aliena.in vsibus feu.in §.fi.vbi dicit glo. de hac quarta iure Romano repeiretur, videlicet , quòd si maritus sine dote vxorem acceperit, & præmoriatur maritus, vxorq; superstes inopia laboret,quartam partem suorum bonorum,si tres liberos,vel pauciores, vndecunque habuerit, reseruare compellatur,quæ videtur velle,quòd vir ab vxo
12 re cõpellatur † ei relinquere, pro hoc quod dicit Bar. ibi, dum dicit,quòd adeo istud debitum quartæ , quæ debet vxori,dicitur,& est debitũ legale per prædicta iura, adeo quòd videbatur etiam feudum viri afficere , & hanc dicit fuisse rationem dubitandi in illo tex. hanc partem tenuit Nicolaus de Mattarellis hic, similiter sumit Bal. in summario Auth. præterea.dum dicit , maximè ab intestato , quasi idem ex testamento , idem tenet in processu totius materiæ,dum multas prosequitur quæstiones ; nam vult Bal. ꝙ siue vir in testamento instituat filios,siue extraneos , siue aliquid relinquat vxori,siue nihil,quòd vxor semper habeat conditionem ex illa Auth. Pro hoc optimè facit Auth.presbyteros.C. de epis.& cle.nisi filij,vel ascendentes debeant habere tertiam partem,& intelligitur siue testentur,siue aliter disponant, imò plus dicit not.D.Bal.ꝙ
13 si vir instituit † extraneos , adhuc credo idem , secundùm quod adhuc coniũx suam quartam petet etiam contra voluntatem defuncti , arg. dictæ Auth. presbyteros . & in Auth.vt liceat ma.& auiæ.quia not.legem ibi[si verò mulier talis ex eo filios non habuit]&cæt.Et hoc dicit tenere Nicolaum de Mattar.& ita teneas, dicit ipse.Et sic apparet,ꝙ per istam Auth.succedendum est per pactum,quod
14 est nota.dignũ , secundùm eum.Iubet enim † lex mortuo viro , vxorem venire in quartam partẽ, vt Auth. vt li.ma. & auiæ.§.quia verò.vers.si verò talis mulier &cæt. ꝓ hoc facit quod not.Bald.idem in dicta Auth. præterea.in qua est illa,quid si liberi non supersint,sed ascendentes;dicit.n.
15 ꝙ si vxor excludit † filios,multò magis ascendẽtes,& multò magis extraneos,vt in casu nostro.Nam Auth. præterea.duo facit.s.quia defert , & præfert ; defert.n.quartam vxori,& in hac quarta præfert coniugem liberis ; vnde li-
16 cèt coniux,non extantibus† liberis,non veniat ex iure prælationis (quæ prælatio requirit iura sua , non extranea) venit tamen ex iure delationis,allegat.ff.de contra tab.l. post mortem.§.fi.& ff.de bon.poss. l. sed cum patrono. ꝓ
17 hoc facit.Nam ex quo vir accipit † vxorem sine dote, videtur tamen contrahi inter ipsos, quòd vxor debeat hãc quartam habere,vt ff.de acquir.hæred.l.si duo.in fi. sicut in prin.dicit Bal.in lucro,quod debet consequi uir ex forma statuti; ergo si vigore dicti contractus est debitum iã radicatum in persona mulieris, prout dicit idem Bald.ibi quam rationem etiã habuit gl.in dicto tit.de inuesti.in re alie.in §.fi. dum glo.subdit in fi. quòd iure Longobardorum hanc quartam cogitur vir vxori relinquere, dicendũ videtur , ꝙ contra voluntatem testantis coniũx superstes admittatur ad dictum debitũ consequendum,arg.l.sicut. ff. de act. & obl. & Insti. de fideicom.hæred.§.si hæres.& l.3.§.idem scribit.de pecu.sicut etiam in sim. dicitur per
18 Cin.in l.si à sponso. C.de dona. ante nup, quòd† sponsus, qui osculatus fuit sponsam,non posset, testando abdicare dimidiam iocaliũ ab ipsa spõsa,quasi ipsa lex sit,quę alienat quodammodo dictam dimidiam dictæ sponsæ . Pro hoc facit ; nam stante statuto, quòd mortua vxore sine liberis,vir lucretur dimidiam dictæ spõsæ, certam partem dotis , sicut si vxor decedit testata, & reliquit viro certam partem,illa pars relicta imputatur viro in parte debita ex forma statuti,quæ debetur ipsi viro,non facta distinctione,vtrùm ipsa vxor decedat testata,vel intestata , quæ distinctio fieri deberet,si dicta Auth.pręterea.haberet locũ
19 solùm ab intestato; cum statuta † debeant intelligi secundùm ius commune , & vt minus ius commune lædant , q̃ possit,vt vult Bar.in l.omnes populi.de iust. & iur.& in l. cunctos populos.C.de sum.trin.& fi.ca. Et de dicto statuto not.Bar.in dicta Auth.præterea.& in l. si comparendi. & ibi per Bar.ff.de hæred.inst. licèt aliqualiter Bar.contrarietur in dicta Auth. præterea.in dicta computatione fienda.Et sic est concludendum dictam Auth. habere locum,etiam ex testamento,& etiam in casu extranei instituti, vt est in casu nostro contra uoluntatẽ testatoris , sm̃ Bal.in d.Auth.præterea. ¶Nõ obstant contraria superi* allegata.

allegata. Et primò non obstat, quod dicebatur de dote,
20 quæ faciebat cessare dictam Auth. præterea. cum † non sit nostrum legem extendere. l. si verò. §. de viro. sol. matr. l. de pretio. de publi. de colla. l. illam. & de acquir. hær. l. si seruus. §. non dixit. ¶ Sed hoc non obstante, dicendum est dictam D. Righinam nō excludendam etiam à petitione
21 dictæ quartæ; quia † eadem est ratio in modica dote, quæ est in nulla dote, ergo eadem videtur cēsura. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum sim. ratio autem est, ne coniux infelix mendicare cogatur; nā satis dicitur matrimonium sine dote, quod est sine congrua dote. ¶ Nō ob. quia non est nostrū legem extendere; quia etiam hoc concesso, respōdetur, ꝙ nos non extendimus legem, imò antiqua est, quæ extēdit.
22 Nam † parum, & nihil æquiparantur. l. quamuis. ff. de cōd. & demo. & id, quod dicitur in vno, dicitur in alio; lex er-
23 go † noua per legem antiquam distinguitur, & extenditur, sicut in sim. dicitur in l. si quis seruo. ff. de furtis. coniūcta l. non tantùm. §. 1. de ser. cor. & sicut etiam in simili dicit per Bart. & Ang. in Authen. sed cum testator. C. ad legem Falc. coniuncta. l. Marcellus. vers. quod autem. ff. ad Trebell. in quæstione, an testator possit prohibere Treb. & sic apparet responsum ad id, quod dicitur per glo. in c.
24 cupientes. §. viginti. de elec. in 6. quòd per † suppletiones, & tacitos intellectus non inducitur legū correctio, alias enim sequeretur absurdum, quòd si esset dos in vno nummo, excluderetur ab alio beneficio, quod esset inconueniens. Ita firmat Bald. & D. Bar. de Saly. & communiter omnes Doctores in dicta Auth. præterea. facit glo. singularis in l. licèt. C. de iure dot. vbi si etiā esset magna dos, & vir superstes inopia laboraret, succedit in dictam quartam, quemadmodum matrimonium esset sine dote, hoc non esset profectò propter aliud, nisi propter dictam rationē. ¶ Viso quòd dicta Auth. habeat locum, etiam si sit parua dos, videndū est, an xx. ducati dicatur parua dos. Et omissis his, quæ possent in contrarium dici, dicendū
25 est hanc dotem xx. ducatorum esse paruam dotem. † Nam licèt arbitrio iudicis relinquatur, secundùm Bal. in dicta Auth. præterea. tamen iudex debet illam arbitrari paruā dotem, si ex ea ali non potest, vt dicit. nam aut sufficit ad victum congruum, & dic, ꝙ non est parua dos, aut non sufficit, & erit parua: sed ꝙ ex viginti ducatis nemo possit ali toto tempore vitæ suæ, sed vno anno quasi, patet vnicuiq; ideo non est opus, ꝙ magis me extendam. D. Bar. de Saly. tenet idem, videlicet ꝙ illa dicatur parua dos, quantùm ad dispositionem dictæ Auth. præterea. ex qua vxor alere se non posset propter identitatem rationis. idem videtur sentire Bart. in simili in l. si cōstante. in prin.
26 sol. mat. dum dicit † causam semper considerandam, cui habet deseruire, licèt loquatur in paupere. ¶ Non ob. ꝙ dicebatur non posse dici pauperem, cui sunt relicta alimenta, vt in casu nostro. Primò est benè aduertendum,
27 quis dicatur pauper, & inops, & vna opinio est de eo, † qui nō habet quinquaginta aureos in bonis. Alia est de eo, ꝗ non habet cētum, vt est glo. in Auth. de exhib. re. §. fi. Sed glo. in dicta Auth. præterea. dicit iudicis arbitrio relinquēdum, per l. si dementis. C. de epi. audi. Sed dictus Bald. in dicta Auth. præterea. concludit, ꝙ aut lex facit mentionē de paupertate respectu certi, & determinati actus, puta vt soluatur tale debitū Romæ, & ille dicitur pauper, cuius facultates non sufficiunt pro soluēdo tali debito. Aut lex loquitur simpliciter, & dicit glo. verum dicere. s. ꝙ iudicis arbitrio relinquatur, per d. l. si dementis. Et iudex debet arbitrari secundū quantitatem suæ personæ, vt. ff. de leg. 3. l. si filiæ. idem tenet Bart. in d. l. si constante. ꝙ ex quo hic de magno præiudicio tractat, iudicis arbitrio debeat relinqui, non attenta opinione Iacobi de Are. sequentis glossam indistinctè in l. vbi adhuc. C. de iure do. Bene ergo secundùm Bar. scrutabitur iudex rusticitatem, & nobilitatem, & causam, cui habeat deseruire, per not. in l. nepos. ff. de verb. sig. & i l. sed si susceperit. in §. 1. ff. de iudi. & l. in condemnatione. de reg. iur. & aliter in viro, aliter in muliere, aliter in antiqua, quæ nullam artem habet, ar. dictæ glo. & l. si maritus. la picciola. ff. sol. matr. plura. n. mulieri antiquæ requirūtur, quā viro, & iuueni, arg. no. i l. cū in ius. §. fi. & ibi gl. fi. ff. de alim. & cib. lega. & arg. dictæ gl. in l. si maritus. & no. C. de dona. in l. si quis argentum. §. sed & si quis. in gl. donauit. & in Auth. de trien. & semi. §. 1. in gl. idonei. coll. 3. & per Bar. de lib. agnos. l. si quis à liberis. §. sed & si filius. & vide Bar. C. de mend. validis. l. 1. lib. 11. his enim diligenter perscrutatis, iudex arbitrabitur, & quid in hoc arbitrari debeat, apparet. Nā præsupponitur vltra quadraginta annos vixisse cum dicto testatore in magna quasi delicantia, saltem post tempus mortis patris dicti testatoris, & sic assuefacta est, & consueta bene viuere, & secundùm qualitatem maiorum domina-
28 rum montis floræ, quæ † consuetudo est alia natura, vt. ff. ad Macedon. l. 1. in gloss. 2. dicitur etiam ea antiqua, & pauca bona extra dictam dotem viginti ducatorum habere, & si illa pauca bona transirent ad quantitatem centum florenorum viri, & respectu paucarum facultatum, etiam de suis bonis haberet fortè centum florenos, in quo tamen non insisto, tunc præsupponitur eam habere pauca bona, imò paucissima vltra dictam dotem, tum respectu eius personæ, quæ bene viuere cum viro suo solita erat, ex quo naturam quodammodo altiorem assumpsit, per dictam glo. 2. in d. l. 1. ff. ad Maced. tum etiam respectu eius antiquitatis, quæ malè posset suis manibus aliquid lucrari, & extra suam consuetudinem, tum quia mulier, cui attenta qualitate eius, non aliter liceret ei acquirere in aliquibus: quæ tamen viro bene licerent, cum quili-
29 bet secundùm sui † qualitatem honorari debeat. l. vt gradatim. de mu. & hon. itaq; rectè concludendū iudicem arbitrari debere dictā D. Righinam esse inopem, & pauperem, & debere habere dictam quartam in bonis dicti defuncti, non obstante dicta dote, maximè cum sm̄ iuris cursum hodiernum ex possessionibus, & trecentis florenis propter immensa onera pauci redditus habēt, quibus sustentari nequiret, & hoc est manifestū; probabit ergo dicta domina dictas circunstātias, quibus probatis arbitrabitur eo modo, quo supra, quæ omnia bene colliguntur ex notatis per Bar. in d. l. si cōstante. in prin. ¶ Nec ob. quod dicebatur de alimentis sibi relictis; quia ad hoc vt quis dicatur inops, & pauper in casu dictæ Auth. præterea. non considerantur bona relicta per coniugem defunctum, sed solummodo bona propria, si tot haberet, quòd non posset dici pauper, vt bene colligitur ex tex. in dicta Auth. de exhi. re. in §. quia verò. dum dicit, quòd si mulieres aliquas habet, retinet, & habet nihilominus quartā, & dum dicit in text. quòd vbi minus quarta parte relinquitur, hoc ei computabitur, & bene probatur per glo. in dicto tit. de inuest. aliena. §. fi. vbi glo. dicit, quòd hæc quarta non debet transcendere centū libras auri. Et subdit ibi glo. ꝙ dum de hac quarta leges loquutæ fuerunt, habuerunt respectum ad magnam dotem. Negari ergo non potest, quin tempore viri locupletis dicta vxor ratione quasi contractus inter eos celebrati, vel saltē post mortem ante aditam dictam hæreditatem, & ante agnitionē legati dicatur pauper. Et hoc sufficit per prædicta iura, nō obstantibus legatis sufficiētibus ad alimēta; quia si dicta alimenta considerarentur, quando essent sibi relicta iura, non

non fuissent locata de supplemento vsque ad quartam, ꝓ ut iura loquuntur, sed prouidissent solummodo, vsq; quo potuissent sustentari. Et nihilominus voluerunt iura, ne dum inopiæ reparare, sed superstitem inopem habere dominium dictæ quartæ, non extantibus filijs communib⁹, vt in d. Auth. præterea. ¶Nec ob. quod dicebatur de prouisione, quia imò facit pro. Nã testator legando vxori, hoc
30 facit in eius fauorem; † ergo non debet in eius læsionem retorqueri l. nõ eò minus. C. de procur. l. quod fauore. C. de legi. hoc idem firmat Bal. in d. Auth. præterea. imponit ergo lex metam vsque ad dictam quartam, quemadmodum in legitima filiorũ. in Auth nouissima. C. de inoffic.
31 test. ergo contrarium † dicere non possumus. l. de pretio. de publi. l. illã. de coll. & l. sancimus. de test. maximè cum sit debitum legale, & necessarium, maximè in casu isto, cũ non filius, sed extraneus sit institutus. s. fratris, per no. in l. quotiens. ff. de hæred. instit. Ex quibus omnibus concludo dictam D. Righinam, etiam contra voluntatem dicti testatoris venire, ar. d. Auth. presbyteros. ¶Nec ob. quod dicebatur de miseratione, & de exorbitatione, & de iure singulari; quia responsum est per supradicta. ¶Quantùm ad
32 secundum dubium, videtur dicendum, ꝙ hæc † domina stando, & se ibi alimentando, dicatur agnouisse legatum, per l. parentibus. de inoffic. testa. cum sim. Primò quia cer
33 tum est, ꝙ is † videtur hæreditatem agnoscere, qui aliqd facit, quod fieri non potest citra ius, & nomen hæredis, vt l. pro hærede. in princ. & quod ibi not. de acquir. hæred. & l. qui erat. ver. & ideo antequam quis. & cæt. ff. fam. ercis. & l. & puto. §. si dolo. eod. ti. & sic à simili, is videtur agno
34 scere legatum, † qui aliquid facit, vt legatarius, & qđ citra ius, & nomen legatarij fieri non potest; ergo nõ potest dici percepisse aliter alimenta, quã vt legatarius, & sic nullo modo potest mutare propositum, vt d. l. parentibus. C. de inoffi. testa. in glo. super vers. relictum. si agnouit voluntatem defuncti, ergo plus petere non potest, quod de voluntate, & mente testatoris fuit, dum voluit eam habere dicta alimenta, nisi ea tenente, & laborante pro domo, & quam diu honestè, & iustè vixit cum dicto Ceccho, & sic potest comprehendi prædicta sub conditione reliquisse, & sub grauamine; ergo multò minus voluit eam ad maiorem
35 portionem admitti, & sic voluntas † sua seruanda est, in Auth. de nup. §. disponat. l. & in conditionibus primũ locum. ff. de cond. & demo. ¶Et primum etiam comproba-
36 tur; quia † præsumitur habere possessionẽ ex causa legati, quæ præcessit, iuxta notata in l. quædam mulier. ff. de rei vend. in gl. vltima. & in l. marito. ff. pro socio. ergo im-
37 probare † non potest voluntatem defuncti, cum eã agnouit, vt l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. & præallegata l. parentibus. & l. si vxor. in fine. ff. de adult. & l. si mulier. ff. sol. matr. cum sim. ¶Sed his non obstãtibus, dico, ꝙ si ista D. Righina potest probare, vel per instrumenta, vel per testes, vel per confessionem partis, qualiter fuerit data pro ea dos dicto suo viro, stabitur eius declarationi, vtrùm
38 steterit in domo † ex causa legati, vel ex causa conseruandorum iurium hypothecariorum pro dotibus suis. Et qđ dicitur de legato, haberet locum, nisi ignorauerit seriem testamenti in totum, vel in partem; nam tunc non videtur ex causa legati agnouisse, vt. ff. de reg. iuris. l. in totũ oia. & de inoffi. test. l. mater decedens. §. præterea. idẽ si ante
39 aditam hæreditatem agnouit; nam ex capite legali † non valeret agnitio, nec sibi præiudicaret etiam expressè agnoscendo ex causa legati, vt ff. quorum lega. l. 1. §. quod ait
40 Prætor voluntate. nam cum tacitam † habeat voluntatem. l. conditionem. s. si hæreditas adeatur. ff. de leg. 3. l. hæc verba. pendente cond. acceptare non potest. ff. de leg. 2. l.
41 si ita scriptum. §. si sub conditione. Item † legatum, quod habet onus annexũ, non potest pro parte acceptari, quin in totum acceptetur, de leg. 2. l. si ex duobus. & l. 1. & 2, ff. de acquir. hæred. vnde requiritur scientia totius, aliàs non potest valere acceptatio, & sic cum fuerit in muliere, isto casu præsumeretur ignorans, arg. eorum, quæ dicuntur in l. de his. de transac. maximè cum requiratur mulierẽ certiorari, vt iura sunt vulgaria, dicendũ ergo videt̃ stetisse in domo, vt creditrix pro conseruatione iũrium hypothecæ dotis per eam datæ, per not. per Bart. in d. l. gerit. vel si ipsa notitiam habuisset testamenti, probaret, vel si ipsa diceret, staretur tunc declarationi suæ, ex qua causa dicatur
42 agnouisse. Et hoc clarius deduco. Omnis † possidens, seu rem alienam retinens, qui vigore pluriũ iuriũ, seu respectu titulorum, dicitur tenere, & possidere, retinet, & possidet respectu validioris, commodioris, & pinguioris tituli, seu iuris ipsi possessori competentis, imò omnia ex illo pinguiori, & validiori titulo detinuisse videtur, vt. ff. de rei vend. l. quædam mulier. & ff. si seruus ven. l. si à te. & C. de acquir. poss. l. minus instructus. & ff. pro socio. l. marito. Sed in proposito, si diceremus dictam dominam in domo stetisse ex causa legati, ne dum quod esset sibi vtilius, imò damnum euidens, à dicta quarta esset exclusa; forti⁹ ergo dicendum est retinuisse vigore hypothecæ dotis suę, vt vtilioris sibi tituli, & non ex causa legati, vel aliqua cautela in obueniẽtibus, quæ sibi de iure cõpetere possit, & hoc fortè sustentabilis foret de iure. ¶Nec obstarent tunc in contrarium allegata; quia nego, ꝙ citra nomen legatarij non potuit esse in domo; quia imò vt creditrix. Et si dicis, percepit alimenta, quæ non potuit percipere, nisi vt legataria, quando cũ ea nulla erat obligatio necessaria. Respondeo duobus modis, primò quia præsupponendo eam ignorasse testamentum, non esse possibile eam ex causa legati agnouisse, vt supra. Vel alio modo, dato ꝙ sci
43 uerit, potest dici, quòd ex quo ibi dotes † in pecunia habebat, & sic ante annum petere non poterat. l. vna. §. ex actio. C. de rei vxo. ac. cõueniẽs ẽt erat ibi alimẽtari, arg. l. manifestissimi. §. 1. C. de fur. & in c. qui modum. de reg. iur. in 6. nisi diceres, quòd illã dilationem voluit testamenti tollere, dum sibi legauit dotem: quo casu responde, ꝙ alimenta debent detrahi de dote, habita consideratione ad id, quod dos fructasset interim. Et hoc quia commodius, & vtilius esset vxori, cum aliàs præclusisset sibi viam à petitione dictæ quartæ, si non ex causa hypothecæ stetisse diceretur in domo. ¶Non ob. quod dicebatur per l. quædam mulier. quia fateor, sed causa dotis est præcedens cã, imò prior est causa legati: sed si prædicta non pręcederent, aliquis dubitaret, quòd ignorantia præsumeret in muliere prædicta, potest aliàs dici, & fateri, ꝙ legatum dicatur agnouisse nõ ex causa dotis, & ꝙ nihilominus nõ fecerit sibi præiudicium in petitione dictę quartę, cum de directo non veniat contra voluntatem defuncti petendo supplementum dictæ quartæ, nec potest mulier hic di-
44 ci † renunciasse iuri, quod ignorabat sibi cõpetere. ꝑ not. in l. 1. C. de pac. & in l. si soror. C. de coll. cum sim. & maximè cum in renunciationibus mulierũ, requirantur certiorationes, & alia, quæ hic interuenire non potuerunt, cũ ignorauerit prædictum beneficium sibi competere, & matrimoniũ, cũ & multi periti fortè ignorarẽt, & nec apparet ex mente, nec ex verbis, quòd adeo veniat contra voluntatem defuncti, quòd nihilominus dictam quartam petere nõ possit, quod probatur, nam ẽt retento ꝙ dicta Auth. præterea. habeat locum, solum condito testamẽto, licèt veritas sit in contrarium, vt supra: põt tñ petere supplementum, & tamen testator faciẽdo codicillos, videtur

velle

45 velle, quòd bona ſua † vadant ad venientes ab inteſtato,
vt not.in l. precibus.C.de impu. & alijs ſubſtit. non ergo
attenditur, quòd veniat contra tacitam voluntatem de-
functi,imò etiam dicendum in caſu noſtro, ꝙ contra vo-
luntatem defuncti expreſſam peteret dictum ſupplemen
tum. Ex quo ab ipſa.leg. dubiũ eſt iam radicatum in per-
ſona vxoris, vt dicitur in legitima debita filiorum,vt d. l.
ſi quando.§.fi.C.de inoffi.teſt.& adeo poſſet dici procedi
46 à pari hæc † quarta cum debito iuris naturæ, quòd debe-
bit detrahi de ſubſtantia dicti teſtatoris ante omnia lega-
ta,deducto tamen ære alieno,vt no.in l.in quartã.ff. ad l.
Falc.& in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inoffi. teſta. Et
quia iſta debet petere ſupplementum, per prædicta iura,
dicendum eſt breuiter,quòd ſi ipſa poteſt probare dotem
prædictam fore datam, eam præcipuam habebit, arg. in
Auth.de exhi.reis. §.ſuperius allegato, dum dicit [ali-
quas res habuerint] &cæt.aliàs ſi non poſſet probare, dos
computaretur in ipſa quarta:& tunc peteret ſupplemen-
tum,computato legato pannorum:nõ autem petitur ſup
plementum alimentorum, cum de ipſis haberi conſidera
tio non poſsit; ex quo hæc quarta debetur de propria ſub
ſtantia teſtatoris,vt in d. Auth.§.quia verò.& §.ſi verò. &
ſic debetur quarta,& fructus quartæ,vt l.ſcimus.§. reple-
tionem.C.de inoffic.teſta.& l.iubemus.C.ad Trebell.Et
ſic alimenta habebit ex dicta quarta, non autem conue-
niens eſſet,ꝙ haberet alimenta,quartã, & fructus quartę.
¶ Circa tertium dubium primò videtur dicendum eſſe
contractam ſocietatem inter dictos fratres, ꝙ contractus
47 † ſocietatis,& obligationis inde ortæ cõtrahuntur,& oriũ
tur ex conſenſu,vt l.cõſenſu.ff.de action.& obligationib⁹.
48 Et Inſti.de obl.quæ ex conſenſu.in princ.† qui conſenſus
datur verbis,& inſtrumentis intelligi,vt l. de quibus.de le
gibus.& l.reprehẽdẽda.C.de inſt.& ſubſt.vbi autẽ verbis
49 † expreſſum eſt,prædicta dubitatio non eſſet neceſſaria.l.
ſi conuenitur.ff.pro ſocio. Sed ipſis verbis ceſſantibus, vt
præſupponitur in dicto dubio, recurrendum eſt ad actio-
50 nes fratrũ,ex quibus † ſocietas oritur, & tacitè contracta
51 dicitur,arg.l.prædijs.§.fi.de lega. 3.ſicut econtra † ex ta-
citis actibus diſſoluta præſumitur ſocietas,vt l. itaq;.ff.ꝓ
ſo.actus enim huiuſmodi, quibus contracta præſumitur
ſocietas, multifariè à Doctoribus conſiderãtur. Riccard⁹
Malumb. Oldr.& Rayne.tradendo generalem regulã,ſub
52 verborum tamen compendio, dicebant,ꝙ inſimul† habi-
tatio,lucrorũ in communem collatio, & eius, qđ alter ſu
perlucratur inuicem, non reddita ratio faciunt præſumi
ſocietatẽ,arg.l.Proculo.de don.& l.quæ dotis.ff.ſo.mat.
cum ſi.& Bar.in l.Titium,& Mæuium.§.altero. ff. de ad-
mi.tut.dicit, ꝙ dum ſemel quæſtio inter duos fratres ori-
retur,an inter eos diceret fuiſſe contracta ſocietas omniũ
bonorum,fecit ſibi oſtendi librum rationum, ex cuius inti
tulatione deprehendi poterat, vtrũ dicta ſocietas eſſet cõ
tracta,puta,ſi in caſu noſtro diceretur,hic eſt liber magi-
ſtri Antonij,& Cecchini, ad quod facit quod no.in l.fi. ff.
de her.inſt.quod fortius deprehenditur ex iſtorum cõmu
ni nomine factorum inſpectione. l. ſi ego. ff. de neg.geſt.
Ex quibus prima facie videtur innui in puncto noſtro, cũ
præſupponatur iſtos ſimul habitaſſe, bona cõtuliſſe,rõnẽ
redditam non eſſe,& inſtrumenta communi nomine can-
tare feciſſe tã de magiſtro Antonio, quàm de Cecchino,
ne dum tacuiſſe: ſed etiam expreſsè conſocietatẽ omniũ
bonorum inter ipſos fore contractam; cum hęc citra ius,
& nomen ſocietatis fieri non potuerunt, cum non cã do-
nationis;quia non ex liberalitate:nec hæreditario iure,q̃a
non vt hæredes: item non in cõmuni diuidundo;quia non
ad communicandum,ſed diuidendum,vt declarat Bar. in
d.§.altero. Ad quę accedant dicta per Bal.in l.ſi patruus.
C.communia vtriuſque iudi.& in l.cum duobus.§.Papi-
nianus.ff.pro ſocio.Nec attenderetur dictum magiſtrum
Antonium induſtrioſiorem, & ſic plura ponẽtem in ſocie
tate dicto Cecchino,vt l. 1.ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro fi-
lia.ff.eo.¶ Sed his non obſtantibus,cõtrarium puto verũ
53 de iure. Nam actus† noſtri voluntarij vltra intentionem
noſtram non extenduntur. C.ne vxor pro marito.l.fi.& l.
54 1.§.hoc interdicto.ff.de iti.ac.que priua.In† actib⁹ enim
ſeparatis, & diuerſis ad inuicem de vno ad alium non in-
fertur,ne vltra agentium intentionem extendantur.l.non
omnium.ff. ſi cert. pet. & pro tanto omiſsis circunferen-
tibus ad materiam de pupillo, & duobus non negotianti
bus,vel vno negotiante,altero verò non, quibus caſibus
dicendum eſt,vt per Bart. & Bal.in dictis locis, veniendo
ad cauſam, ꝙ vterq; negotiatur:quo caſu, ex quo bona
hæreditaria, & bona immobilia communiter tenuerunt,
& emerunt, & pro cõmunibus gerebantur, & ſumptus de
cõi fiebat, & fructus in cõmuni ponebãt d. magiſter Ant.
& Cecchinus, & dictus magiſter Antonius circa guber-
nationẽ, & manutẽtionem dictorum bonorũ,& fructuũ,
(vt magis induſtrioſus) operã dabat, dictos fructus vena
les vendendo, & dum opus erat, conſeruando, expreſsè
deprehenditur ſocietatem initam fore ſolùm, & dũtaxat
circa bona hæreditaria, & bona immobilia, & alia, quæ
communi nomine per dictũ Cecchinum oſtenderentur
empta,& acquiſita. Et quę nomine proprio dicti magiſtri
Antonij empta,quæ videlicet circa bona,vel circa beſtias
bouinas ad ſoccidã,vel permutatas,vel alio modò acquiſi
tas per dictum magiſtrum Antonium, maximè quorum
inſtrumenta cantant in perſonam dicti magiſtri Antonij
tantùm,& ſimiliter de geſtis ratione apothecæ, puta mer
cantiarum,vel ſuæ artis,& denariorũ poſt eius mortẽ cõ-
pertorũ in maſſaria propria, nulla ſocietas cõtracta fore
diceretur,vt firmat Bar.in d.§.altero.Et maximè dici põt
in caſu noſtro, cum de intentione expreſſa dicti magiſtri
Antonij apparet,ꝙ prædicta communicare noluit,ex quo
libros apothecæ in particularibus poſtis faciebat ſibi de
ſe tantùm,& non de fratre, & ſimiliter in inſtrumentis fa-
ctis ſoccitarum,in quibus pro maiori parte, vt dr̃, facie-
bat ſibi ſoli exponi. Et dictus Cecchin⁹ circa prædicta ra
rò ſe impendebat.Imò plus,quia ĩ dubio nomine ꝓprio,
& de pecunia propria prædicta emiſſe,& quæſiuiſſe dice-
tur dictus magiſter Antonius in caſu dubij, vt per Bar.ĩ
d.§.altero.& per Bal.in d.l.ſi patruus. per l. ſi defunctus.
C.arbitrium tutelæ. & l. ſi ventri.§. fin. ff. de priu.cred.
Et maximè præſumendum eſt in iſto magiſtro Antonio,
(vt præſupponit)induſtrioſo mercatore, & artifice,& plu
ra ſuperlucrante. Et de contractibus, qui præſumantur
proprio nomine contracti, probatur in l. & magiſter. ff.
de ſolut.ne perſona extrinſecus ſubintelligatur, vt l.ſi ſti-
pulatus in §.Griſogonus.de verb.obl. licèt fallat in l.qui
negociationem.in prin.ff.de adm.tut.propter inauditum
præcedens.Et ita præſenſerat Bar. in d.§.altero.quod ma
ximè verũ eſt in caſu noſtro,ſm̃ Bar.in præalleg.ll.ſi bene
inſpicitur,cum in prædictis mercãtijs,& arte ſua,& in de-
dependentibus conſueuerit quaſi ſemper proprio nomine
contrahere. Et habebat propriam pecuniã, ex quo facere
poterat,arg.l.vt vniuerſorum. de pign.act. Igitur in iſto
dubio,ꝙ generalis ſocietas omnium bonorum ſuorũ non
fuit contracta,ſed tantùm circa bona hæreditaria, vel pa
trimonialia,& pecunia communi noĩe quęſita,ſimiliter in
immobilibus,uel in ſoccitis,quorum,uel quarum inſtru-
menta cantarent in perſona cõmuni. Circa alia,uidelicet
circa ſocietates,quarum inſtrumenta in perſona dicti ma-
giſtri

gistri Antonij tantùm, vel credentijs dicti magistri Antonij proprio nomine scriptis, alijs per eum quæsitis, non fuit contracta. Et sic non veniunt communicanda; & ideo in hoc partes iudicis sunt in uidendo, quid bona cõmunia, scilicet patrimonialia, & communiter empta in mobilia potuissent fructare post mortem patris ipsorum. Et de dictis fructibus deducere sumptus pro domo, & pro supportandis oneribus realibus, & personalibus factis per dictum magistrum Antonium, & etiam pecunias siquas dictus magister Anton. erogauit in emptionibus communium eorum rerum. Et de superfluo si quid foret exactum per dictum magistrum Antonium de communi, seu communibus rebus, debeat refici dicto Ceccho pro medietate, vt sic dicta D. Righina de bonis, quæ superessent ad dictum suum victum, habeat præcisè quartam, facta suppletione, vt supra, &cæt.

¶Circa vltimum dubium de confessione, breuiter videt̃ dicendum, quòd ex quo adiuit hæreditatem gratia sui potius, quàm legatariorum, vel fideicommissariorum, tenet̃
55 etiã † de leuissima culpa. l. cum res. §. & si culpa. ff. de leg. 1. Et etiam dato, quòd illi mille floreni fuissent sibi aliàs subrepti, tamen ipse tenetur, ex quo fuit in culpa ponere in dicto ordiolo in loco non diligenti, nec idoneo, & sic potius ex fatuitate, vel ex stultitia processit, quã ex alio, vt ꝑ Bald. in l. quæ fortuitis. de pigno. act. & sic ad sui incommodum, non dictæ D. Righinæ in diminutione substantiæ esse debet, maximè cum inconsultè hic Cecchus adiuerit hæreditatem, non confecto inuentario, & non diuidendo bona propria à bonis hæreditarijs. Et aduer-
56 tendũ, ꝙ per dictam confessionẽ † factam, parte pręsente, satis dicitur probatum dictos mille florenos fuisse hæreditatis dicti magistri Antonij, vt l. Publia. §. fi. ff. depo. sed dici posset fortè, ꝙ bina, & reiterata confessio facta, absente parte, operatur idem, arg. eius, quod dicit Bar. in l. cum satis. aliàs cũ scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. dum dicit idem operatur bina confessio, non in forma iudicij, quod vnica in forma iudicij, ad qđ facit l. si mulier. C. ad Vell.
57 Et bina † confessio dicitur, quando est facta diuersis temporibus, vt l. quarta. ff. de pig. act. & tenet Bal. in procœmio Cod. circa finem principij. Et licèt postea dictus
58 Cecchus mutaret † propositum, non habet officere dictæ Dominæ, arg. l. sicut. ff. de act. & oblig. & l. generaliter. C. de nõ num. pec. Ita dicendũ, quod dicta cõfessio, maximè præsente dicta D. Righina, facta, operetur probatum esse in hæreditate fuisse dictos mille florenos, arg. eius, quod not. in l. fi. in §. licentia. C. de iure deliber. & bene facit qđ de coniunctione semiplenarum probationum dicit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurando. Ex quibus omnibus breuiter concludo dictam D. Righinam posse petere dictam quartam partẽ totius substantiæ dicti magistri Antonij, & eorum, quæ nõ debuissent cõmunicari cum dicto Ceccho, & dictorum mille florenorum in hæreditate iam existentium, secundùm dictã confessionem, quibuscunq; non obstantibus, vt supra. Et ita, vt supra, scriptum est, dico, & consulo, &cæ.

Consilium XXII.

SVMMAE.

1 *Testamentũ vsurarij manifesti, non præstita cautione nõ valet*
2 *Testamentum sine testibus caret forma, & solemnitate.*
3 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*
4 *Vsurarius ad hoc vt probetur, potest dari noua forma, & tenet, & debet seruari.*

CONSILIVM XXII.

IN questione vertẽte inter Checchum agẽtem ex vna parte, & Fantem conuentum super hæreditate Iacobi coram D. Bernabò, & Ser Nardo &cęt. ¶Visa petitione, & visis exceptionibus, articulis, & ꝓbationibus, ac dictis testium, ac viso testamento ipsius Iacobi, & visa constitutione Episcopali. Queritur, vtrùm vigore probatorum pro parte dicti Checchi cõtra testamentum dicti Iacobi. dictum testamẽtum sit nullum, & infringatur, vel de iure subsistat. Et circa prædicta essent plura videnda. ¶Et primò, an testamẽtum vsurarij manifesti valeat, non præstita cautione super restitutione, & satisfactione vsurarum. ¶Secundò est videndum, qualiter, quis probetur vsurarius manifestus de iure communi. ¶Tertiò an possit dari alia forma diuersa in probando quem vsurarium manifestum per constitutionem Episcopalem aliter, quàm sit à iure communi inducta. ¶Quartò, an sit probatum prædictum Iacobum fuisse manifestum vsurarium, secundùm formam constitutionis Episcopalis, & quodlibet quæsitum prædictorũ requireret altam indaginem. ¶Circa primum dicendũ est,
1 ꝙ testamentum † manifesti vsurarij, non præstita cautiõe, non valet, vt plenè not. in c. q̃q̃. de vsuris. lib. 6. facit, quod not. Bar. in l. filio præterito. ff. de iniusto testamento. licèt dubitetur, an cautio superueniẽs, habeat validare testamẽtum iam factum, vt ibi not. Bar. & ad hoc facit ratio; quia text. dicit, testamentis vsurariorum nullus intersit; si ergo
2 remouet testes, ergo testamentũ † istud peccat in forma, & solemnitate, vt l. ad testium. ff. de testam. & l. hac cõsultissima. C. eod. Cõcludit̃ ergo, ꝙ dictũ testamentũ factum per vsurarium manifestũ, nõ valet, non præstita cautione. ¶Circa secũdum, qualiter quis probetur vsurarius manifestus de iure cõi. Et dicendum est, ꝙ variæ sunt opi-
3 niones. Quidam dicunt, ꝙ ille † est manifestus vsurarius, qui hoc confitetur sacerdoti in præsentia testium publicè, Ita no. glo. in d. c. q̃q̃. in glo. quæ incipit. qui dicantur. Bal. dicit in l. hæredes palam. ff. de testam. quòd ille dr̃ vsurarius manifest⁹, qui oĩbus se prębet in exercẽdo vsuras, & in mutuãdo sub vsuris, & pro hoc facit in fim. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. Bart. dicit in l. 2. ff. de fur. sm̃ quosdam, ꝙ vsurarius manifestus est ille, qui deprehenditur in exercitio mutuandi sub vsuris: sed finaliter ipse vr̃ tenere, ꝙ ille dicatur manifestus vsurarius, qui tenet altare, seu banchum publicè ad fœnerandum, & remittit ad no. ex. de vsur. in c. vsurarum. & in c. q̃q̃. de vsur. lib. 6. Federicus de Senis in consil. quod incip. Quæritur quõo accipiatur manifestum. in materia vsurariorũ dicit, ꝙ manifestus, seu publicus dr̃ aliqñ per sententiã iudicis, vel quia sit famosus vsurarius, vt dicimus in latronibus publicis famosis. Vel manifest⁹ est, qui omnibus apparet, facit quod not. in d §. proscribere. Et istis modis plenè not. per Io. And. in nouella in d. c. quamquã. Concluditur ergo, ꝙ multis modis probat̃, & apparet, quis sit manifestus, seu publicus vsurarius de iure communi, quod tñ in quęstione prædicta non occurrit. ¶Circa tertium, videlicet,
4 an possit dari † alia forma in probando quem vsurarium manifestũ ꝑ cõstitutionẽ Episcopalẽ. Et D. Federicus ĩ d. consilio tenet, ꝙ sic, & ꝙ talis constitutio valet, & dẽt seruari, arg. c. ad nostrã. de empt. & ven. & qđ no. ĩ c. illo vos. de pign. & addit Federicus, qđ no. Host. de offi. Archiepis. in c. fi. Valent. n. constitutiones Epi respicientes formã, & procedendi modũ in iudi. ¶Hoc ergo præsupposito, ꝙ valeat cõstitutio Epi, dans nouã formã in probãdo quẽ ma-

 nifestum

nifestũ vsurariũ, est videndũ circa dubiũ quartũ, videlicet an sit ꝓbatum, ꝙ iste Iacobus fuerit manifestus vsurari⁹, secundùm formam dictæ constitutionis probatum est dictum Iacobum fuisse manifestum vsurarium; probatur enim de præstitis mutuò pecunijs sub vsuris, & ghosto, & de operibus præstitis cum bobus, & alijs animalibus, & etiam cum persona, vt ex singulis dictis testium apparet. ¶Nec ob. quòd sunt singulares, & de se ipsis deponant; quia constitutio hæc permittit, & habet pro plena probatione, & quia probatur de publica fama, vt ex dictis testium apparet. Et sic concludo, quòd cum sit probatum (secundùm formam constitutionum) istum Iacobũ fuisse manifestum vsurarium, & nõ appareat, ꝙ præstiterit cautionem, ꝙ dictum testamẽtũ est nullum, & ideo vterq;, videlicèt Cecchus, & Fantes succedunt pro medietate pro quolibet. ¶Nec obstat acceptatio legati; quia per hoc nõ approbatur, nec validatur istud testamentum, quod reprobatur, & annullatur per legem in odium vsurariorum (sic fęnerando) delinquentium. Et ita ego consulo & cæt.

Consil. XXIII.

SVMMAE.

1 *Statutum, quòd occidens ad sui defensionem puniatur, non valet, cum disponat contra ius naturale.*

2 *Consuetudo non potest fieri contra ius naturale.*

3 *Simplex, & generalis dispositio nunquam trahitur ad casum, qui in specie non valeret.*

4 *Ille debet puniri, qui habet animum occidendi.*

5 *Homicida licèt debeat capitaliter puniri: tamen iura prædicta semper debent intelligi de homicida culpabili, seu doloso, non autem de eo, qui ad sui defensionem occidit.*

6 *Vim vi repellere omnia iura permittunt.*

7 *Ius naturale, & ratio naturalis permittunt, vt quicquid ob tutelam sui corporis fecerit, id iure fecisse existimetur.*

8 *Mortem si aliquis inferat, non potens aliter euitare mortem, vel vulneret inuasorem, nullo modo potest dici culpabilis, aut dolosus, sed æquiparatur furioso, infanti, aut dormienti.*

9 *Homicidium est impunibile, quando sine animo occidendi, & necessitate ineuitabili committitur.*

10 *Testes debent deponere super sensu corporeo.*

11 *Aggressus præsumitur fecisse ad sui defensionem, & aliter dicens debet probare.*

12 *Aggressura probata, probata dicitur ipsa defensio.*

13 *Occidens in ipso aggressu, præsumitur fecisse ad sui defensionem.*

14 *Puniens aliquem, qui fecit delictum ad sui defensionem, non aliter punitur, quàm si innocentem puniret.*

CONSILIVM XXIII.

CIRCA punctum, & casum istum, circũscripto statuto ciuitatis, de quo supra fit mentio, ꝙ statutum firmiter restringi debet, vt non includat occidentem, qui ad sui defensionem occidat; nam † non
1 valeret, si in hoc statuto exprimitur, quòd occidens ad sui defensionem puniatur, cum disponeret cõtra ius naturale, vt 4. dist. c. erit autẽ lex. ibi in tex. [erit autem lex honesta, iusta, possibilis sm̃ naturã] & cæt. Et
2 hinc est, quòd consuetudo non † potest fieri contra ius naturale, vt not. Innoc. in Rub. de consu. & pro hoc Clem. Pastoralis. in vers. nec quantum suppletio. de re iud. & qđ not. Bart. ff. sol. mat. in l. cũ mulier. & Albe. de Ros. in l. vt
3 vim. ff. de iust. & iur. dicit, ꝙ simplex, † & generalis dispositio nunquam trahitur ad casum, qui in specie non valeret, vt ff. de pœnis. l. qui peculium. & extra de iureiur. c. 1. lib. 6. facit qđ no. per Inn. de immu. eccl. i c. vltimo. lib. 6. in nouella. per Io. And. & Bal. in l. fin. C. de sacros. eccl. in vers. ext. dicit Bar. & hic & cæt. & ita tenet Guido de Suz. in materia statutorum; quia si statutum sic non inter-
4 pretaret, punirentur † qui non haberent animum occidendi, vt pupilli, furiosi, & cæt. quod esset contra omnia iura, & maximè quia statutum prædictũ, quod interpretatur per Principem nostrum, qui dictum statutum condidit, & apparet ex literis suis, quòd de iure fieri debeat per eum, vt ipse Guido ibidem no. Et pro hoc. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. de orig. iuris. l. 2. §. exactis. & ff. de vulg. & pupil. ex facto. Princeps namq; noster mandat, quòd non obstante dicto statuto, eidem Gobbo fiat ius, certè ex eiusdem domini nostri literis apparet expressum. ¶ Videndum est, nunquid dictus Rachinus, seu Gobbus, contra quem de homicidio inquiritur, demum debeat condemnari, aut ve
5 niat absoluendus, & licèt homicida † de homicidio per leges capitaliter puniatur, vt C. de Epi. aud. l. nemo. & Insti. de pu. iud. §. itẽ lex Cornelia. tamen iura prædicta debent intelligi de homicida culpabili, seu doloso: non aũt
6 in eo, qui ad sui defensionem alium occiderit; quia vim † vi repellere omnia iura proclamãt, vt ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. extra de sent. excom. c. si verò. C. quando liceat vnicuique sine iud. se vind. l. 1. & quia ius
7 naturale, & ratio naturalis permittũt, vt quicquid ob tutelã sui corporis quis fecerit, de iure fecisse existimetur, vt l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. sed si quæcunque. in prin. ff. ad leg. Aquil. cũ ergo dictus Gobbus pro defensione suę personæ dictum homicidium commiserit, cumq; mortem aliter euitare non potuerit, nisi ipse Gobbus dictum Tauinũ occidisset, vt clarissimè ex pluriũ testium, qui super hoc deposuerũt, testificatione liquet, & ex infra dicendis apertissimè apparebit, dicendum est, quòd ipse Gobbus inquisitus, vt supra, non venit de iure condemnandus, imò venit de iure absoluendus à dicta inquisitione, & contentis in ea per iura prædicta, & specialiter per Clem. 1. de
8 hom. vbi est expressum, quòd si quis mortem aliter † euitare non valẽs, suum occidat, vel vulneret inuasorem, nullo modo potest dici culpabilis, aut dolosus: sed æquiparatur furioso, infanti, aut dormienti, qui homicidium cõmitteret; meritò ergò tale homicidium quò ad quãcunq;
9 pœnam reddit impunibile, cum sine † animo occidendi, & magis in necessitate ineuitabili fuit commissum, vt in dicta Clem. 1. de homicidio. & qđ ibi not. & quod plenè not. in c. sicut dignum. ext. de homi. in gl. magna. & C. de Epi. aud. in l. nemo. Quòd autem dictus Gobbus pro defensione suæ personæ dictum. Ta. occiderit, & mortem aliter euitare non potuisset, patet ex depositione testiũ quã plurium, & maximè deponentium super duodecimo capitulo. Dicunt namq; testes, ꝙ ex actibus, & ictibus factis ꝑ dictum Tauinium versus dictum Gobbum, comprehenderunt, quòd dictus Gobbus ad suam defensam interfecit dictum Ta. & quòd mortem aliter euitare non valuisset. Et hoc, quòd quis alium percutiat, aut occidat ad defensam, rectè probari potest per testes; cum talis apprehensio, seu homicidium ex sensu corporeo sumat ori-
10 ginẽ ab actib⁹ (inter quos sensus † corporeos est visus) sup quibus actibus sensualibus hi testes clarè deponunt in casu proposito, l. testium. C. de testib. ff. de testament. l. qui

qui testamento.§.vlt.& quod not.in c. cum tenor. ext. de testam. & Bar.in l. qui dictum. §.fin.&l.arbitrium.ff. de arbi. qui Bart. ibi eleganter loquitur de huiusmodi iudicio testis, quod resultat ex sensu corporeo, & per eundem Bart. latius de hoc in tractatu suo de testi.versic.testis super aliquo ponit. dicens, quòd sic sibi videtur &cæ. Quid plus? Nam si testes producti pro declaratione alicuius culpati simpliciter deponerent, quòd ille, qui inculpatur,qui taliter de sua persona defensam fecisset,dato quòd super actibus nihil deponerent, fortasse de causa sui dicti non integrati: tamen rectè super defensa deposuisse intelliguntur,cum defensa sit cohærens sensui corporeo visus per medium iudicij intellectus, seu ipsum iudicium intellectus coniunctum sensui corporeo visus per medium ipsorum actuum, veluti ex causa proxima simul intellectualiter, & sensualiter ipsam defensam comprehendere possit. Et ita consuluit Dominus Bart. in consilio, quod incipit. Quidam Masciolus. & idem confirmauit post eum Dominus Bald. in l. solùm.C. de testi. versic. secundò. si testis dicit aliquem fecisse aliquid ad sui defensam. ¶Primò dato, quòd testes, qui in casu nostro deposuerunt, formaliter super ipsa defensa nihil dixissent: tamen deponendo super facto, & super actibus, qui interuenerunt in rixa, & in tempore perpetrati homicidij, ex qualitate facti, & personarum, & circunstantijs ipsius comprehendi potest, an huiusmodi homicidium fuerit commissum ad vindictam, vel ad defensam, seu ad iniuriam propulsandam, vt nota.in l. 1.C. vnde vi. & dicta Clemen. 1. de homic. Et pro certo inspecta qualitate facti, & personarum, inspectis pluribus circunstantijs, dicendum est in casu nostro ipsum Gobbum de iure præsumi debere occidisse ipsum Ta. ad defensam suæ personæ, non autem ad vindictam ipsius, ex personarum qualitate; quia Ta. occisus (vt dicunt testes) erat homo iuuenis 35. annorum, vel circa, robustus, & arguta persona, item homo superbus, & rixosus. Gobbus inquisitus erat, & est homo senex, annorum ętatis sexaginta, & plurium, & toto tempore vitæ suæ fuit, & est homo bonæ conditionis, & famæ, &cæt. vt C. si quis Imperat. maled.l. 1.ff. de act. & oblig.l.fin. extra de præsumption. c. ex studijs. & c. cum nupserit. & de pign. c. illo vos. in fin. Et pro hoc, quod not.in l. 1. C. vnde vi. in gloss.magna, in ver. quid si humilis.in ver. quid si pugnis. Item ex qualitate factorum, & ex circũstantijs ipsius, vt patet, quia dictus Tauinus primam rixam incepit, & Bergamaschum primum euaginauit, & dictum Gobbum primum percussit, ergo & cæt. vt.ff. si quad. pauper.fe.dica.l. 1. §. cum arietes. & ad legem Aquil.l. si ex plagis. §. tabernarius. Nam cum dictum

11 Tauinum aggredientem † ipsum Gobbum, ipse Gobbus licitè, & meritò prima facie, & in dubio fecit, vt dicta l. vt vim. & dicta l. prima. C. vnde vi. cum simil. si ergo prima facie, & in dubio licitè, & non dolo fecit, vt ff. de reg. iur.l. nullus videtur. & de iniurijs. l. iniuriarũ. §. 2.& sic iustum initium procurãdi habuit(hoc inspecto) quia vim vi repellere non posset, vt est dictum, meritò q vltionis causa, & dolo factum esse homicidium dicit, hoc probare debet, vt.ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolo.& pro hoc bene facit dicta l. si ex plagis. §. taberna-

12 rius. propter quod satis dici potest, quòd probata † sola aggressura, & quòd ipsum percussit, vel percutere voluit, si inueniatur aggressor repercussus, & occisus, ꝙ in dubio hoc videatur factum ad defensam, & non ad vindictam. ¶ Item amplius ipse Tau. incessanter, & continuò tempore dicti homicidij, & post percussiones iam factas in personam dicti Gobbi admenabat Bergamaschum supra caput, & personam dicti Gobbi, & ipse Gobbus incontinẽti, & in eo instãti dictum Ta. occidit, per qđ dictum homicidium incõtinenti fuit sequutum, dum ipse adhuc verisimiliter percussurus esset dictum Gobbum,

13 & sic dẽt præsumi, † & intelligi ipsum homicidiũ ad defensam commissum fuisse, non autem ad vindictam, vt d. l si ex plagis.§.tabernarius.& quod not.in c. significasti.ext. de hom.in glo.magna.q. 1.c. 1. in glõ. super ver. propulsandam.& per Innoc.& Host.not.de hoc in c.si verò. ex. de sen.excomm. super verbo lædat. & sic debet intelligi, qđ no.Accur.in d.l. 1.C.vnde vi.in vers.tertium.ibi ad defensionem, quod semp.præsumitur.etc. & quod not. Got. in summa de hom.ver.sed nunquam sine me percutias.& allegat dictum.§.tabernarius.qui.§. est subtilis intellect⁹ per dictos Canonistas, & Legistas. ¶Preterea dictus Gobbus cum coarctatus esset, & quodammodo incirculatus circiter domum Tomasij, in quam domum intrare nõ potuit, vt dicunt testes, & videndo dictum Tauinum cõtinuò admenãtem supra caput, & personam tam graue telum, vel Bergamascũ, verisimiliter de morte sua dubitari, & timeri potuit, tũ ex qualitate loci, in quo arctatus, tum ex qualitate teli, videlicet Bergamaschi, quod non cõsueuit leuem plagam inferre, tum ratione partis suæ personę, vel capitis, in qua parte quis de modico ictu leuiter solet lædi; ergo in dubio præsumendum, & intelligendum, quòd quicquid fecit, ipse fecerit ad defensionem, non autem ad vindictam, dictis qualitatibus, & circunstantijs compẽsatis, vt dicta Clem. 1. de hom. in ver. vitare non valens, & quod ibi not.in gl.in angulatis.in princ.& ibi si de hoc dubitetur &c. & dicto c. singnificasti. in fi. & ibi tex. not. ad prædicta. ¶ Ex quibus omnibus clarissimè liquet, ꝙ dictus Gobbus inquisitus venit à dicta inquisitione, & cõtentis in ea absoluẽdus, & de iure naturali, ciuili, & canonico, cũ potuit (se defendẽdo) dictũ homicidiũ perpetrare, nec fuit in dolo aliquo, imò nec in culpa aliqua, ẽt leuissima, vt est expressum in dicta Clem. 1. sæpius alle. & in d.l.sed & quæcunq;. in princip. rectè intelligendo, & pro homicidio sic non potest capitaliter condemnari: nec etiam, cum sit prorsus inculpabilis, in aliqua alia pœna potest puniri, vt ff. ad leg.Corn.de sica.l.in lege Cornelia.& C.de accu.l.fi.& l. 1.ff.de leg. 1.& ext.de reg. iur.c. sine culpa.lib. 6. Imò si magistratus, seu Potestas puniret dictum Gobbum pro dicto homicidio, excusationem, & defensionem legitimam habentem (vt supra euidẽtissimè

14 est ostensum) non minus † tempore sui syndicatus pro hoc fallo, & excessu eidẽ imputaret, quàm si prorsus innocentem punisset, vt est tex. expressus in l. lege Iulia repetundarum.§.hodie.ff.ad legem Iul. repe.ibi in tex. vel innocentem, vel quem punire non debeant, &cæt. ibi in textu posita.

Consil. XXIIII.

EPITOME.

¶ Casus talis est. Michael, & Domina Magia in simul eodem tempore rixam fecerunt, & dictus Michael percussit dictam Dominam Magiam cum cultello cum sanguine. Et D. Magia percussit eundem. Ex qua percussione grauiter processum fuit, & est contra eum per inquisitionem, vt licet ex forma statuti. Qui Michael citatus non cõparuit, ex quo positus fuit in banno de libr. 100.&c. banno verò durante, proceditur per inquisitionẽ

contra dictam D. Magiam de percussione facta per eam in personã dicti Michaelis, vt habetur ex forma statutorũ Pistoriensium, ꝙ bannito non fiat ius. ¶ Modò quæritur, an contra dictam D. Magiam procedi possit de commissis per eam in personam d. Michaelis ante dationem banni. Et an bannum dicti Michaelis obstet datum dicto Michaeli, antequam inquisitio formata foret, vel fieret contra eam. ¶ Verba statuti Pistorij. Statuimus, quòd nulli bannito, vel condemnato pro maleficio, vel quasi, fiat ius contra aliquam personam, durante banno, vel condemnatione.

SVMMAE.

1 *Verba adiecta verbo, debent intelligi secundùm tempus verbi.*

2 *Exceptionum natura est, quæ impediunt processum, vt quandocunque superueniant, impediant processum.*

3 *Exequutio, quòd bannito non fiat ius, impedit processum.*

4 *A Rubricis arguere licet.*

5 *Statutum, quòd nõ fiat ius bannito, ex parte banniti est personale, ex parte eius, qui debet ius facere, est reale.*

6 *Ius fieri bannito nullo modo potest, stante prædicto statuto.*

7 *Nullum dicens excludit omnia.*

8 *Commune, ciuitas, & collegium repræsentãt personam.*

9 *Genus à quo remouetur, ab eo remouetur qualibet eius species.*

10 *Negatum directò per obliquum concedi non debet.*

11 *Exceptio banni impedit processum reliquum, sicut impedisset à principio, ratio &c.*

12 *Natura dilatoriæ, seu emergentis exceptionis licèt sit, vt proponatur à principio causæ: tamẽ si tunc non competebat, sed superuenit pendente iudicio, opponi potest ad excludendum reliquum processum.*

13 *Verba statuti ita trahi possunt ad querelam propositam, sicut ad proponendam.*

14 *Iudex debet reddere ius in quocunque actu processus.*

15 *A verbis non est recedendum, cum non constet de mente contraria.*

15 *Exceptiones impedientes processum, & respicientes inhabilitatem personæ ad agendum, vt excommunicationis, & banni, non purgantur etiam per litis contestationem.*

17 *Contrahenda faciliùs impediuntur, quàm contracta sustineantur.*

18 *Iudex tenet locum accusatoris.*

CONSILIVM XXIIII.

IN quæstione, & puncto præmisso videtur clarũ, & apertum, ꝙ nullus processus, seu inquisitio possit fieri contra dictam Dominam, quod clarè ostenditur;
1 quia verba † qualitatiua, seu substantialia iuncta cuicunque verbo tẽporis præsentis, vel præteriti, vel futuri, significant, exigunt, & requirunt, & sufficit qualitatem adesse, vel substantiam secundùm tempus verbi, cui adiungitur, vt ff. de stat. hom. l. seruorum §. 1. & de pecul. l. quotiens §. pen. & quod iussu. l. 2. in fi. & de nox. act. l. in delictis. §. 1. Modò cũ statutum dicat, quòd bannito, vel condemnato non fiat ius, sufficit qualitatem, vel substantiam banni esse, vel fuisse tempore, quo petitur de banno ius fieri, quodcunque ius, & in quãcunque parte iudicij deberet fieri. Vnde etiam si factus esset primus processus ante bannum, præter sententiam, nõ posset sententia ferri; quia semper dicitur bannito ius fieri, vel in bannito, cum sententia sit ius, & idem si in quacunque parte processus bannum superueniret: hæc enim
2 est natura † exceptionũ, quæ impediunt processum, vt quãdocunque superueniant, impediant illum processum. ff. de cond. inde. l. eleganter. §. si post. & si quis cau. l. 2. in princ.
3 & §. 1. Quòd autem † exceptio ista, quòd bannito nõ fiat ius, impediat processum, tex. est clarus. C. de his, qui. ad eccl. confu. in l. si seruus. in fi. & C. de his, qui. pę. no. vel ti. præd. alleg. in fin. l. 1. parum ante finem. ibi [nec repetendæ actionis, etiam si ei probabilis negocij merita suffragãtur, habeat facultatẽ] & vt C. ne. pri. ti. præd. su. vel ali. in po. l. 2. §. fi. Quinimo iudices processum talem admittentes, puniuntur, vt ibi. ¶ Secũdò patet hoc fortiùs; quia
4 ex Rubricis licet † argumẽtari, eò quòd ponunt summam intentionis, vt. ff. si cert. pet. l. 1. nunc ad propositum dicit Rubrica statuti. quòd nõ fiat ius bannito, vel condemna-
5 to, & quantum ad personam † banniti, vel condemnati statutum est personale; quantum verò ex parte eius, qui debet ius facere, vel contra quem debeat ius fieri, statutum est reale, & in rem conceptum; igitur ex illa parte nulli, nec ab aliquo debet, vel potest fieri ius bannito. ff. qđ me. ca. l. metum. §. animaduertendũ. & quod vi, aut clam. l. aut qui aliter. §. fi. & de const. pe. l. eum, qui. §. exigimus. Cum ergo impersonaliter hic loquatur, s. ius nõ fiat, nec dicit à quo, nec contra quem, debet intelligi, quòd à nul-
6 lo iudice, nec ad petitionem alicuius de facto † banniti debeat ius fieri, etiam iudicis, vel communis, vel collegij. Ad hoc multũ bene facit de aleæ, & aleat. lu. l. 1. §. qđ ait Prætor. vnde nullum iudicium debet esse de isto. ¶ Tertiò probatur fortius per tex. statuti dicentis, ꝙ nulli, & hic
7 debet esse punctus, & qui † nullum dicit, excludit omnia. ff. de re. dub. l. si is, qui ducẽta. §. vtrùm. & ff. de reg. iur. l. nemo. & extra de reg. iur. c. nullus pluribus. & C. de ep. &
8 cle. l. nulli. Cõmune † ergo, ciuitas, vel collegium repræsentãt personã, & habetur loco personæ. ff. qđ cuiusq; vniuer. no. l. 1. & 2. & de fideius. l. mortuo. & de leg. 1. l. ciuitatib⁹. & l. ciuitatis. & l. pe. eo. ti. qđ cuiusq; vni. no. Igitur nec ciuitati, nec communi, vel collegio pro vendicando banni-
9 to, debet ius reddi, nec fieri. Nam à quo † remouetur genus, & qualibet eius species. not. C. de trans. l. si causa cognita. Sed statutum sic in genere dicit, ꝙ bannito, vel condemnato nulli fiat ius; ergo nec Communi, nec ciuitati, nec priuatæ personæ põt in hoc aliquod ius fieri. ¶ Quar-
10 tò patet; quia † quod denegatur directò, non debet concedi per obliquum. ff. de pac. l. quod dictum. & si quis
11 cau. l. si is, qui. & C. de nat. lib. l. lege. At hoc statutum denegat bannito, vel condemnato nulli ius fieri; ergo etiam subsequenter nec communi, nec pro offensa communis potest ius aliquod reddi; quia sic per consequentiam bannitus assequeretur, & per obliquum, quod ei directò est denegatum; videtur enim per consequentiam quandam causam vindictæ ab ipso bannito, vel offenso habere, cũ ex eius persona, vel delicto in eum cõmisso Cõmune actionẽ, vel inquisitionem intendit, vt. ff. qđ quisq; iuris. l. 3. §. si filius meus. ¶ Vltimò patet ex rõne; quia talia statuta prohibentia ius reddi exbannitis, & eos posse impunè offendi, sunt facta ad terrorem delinquentiũ, & delictorũ, ne homines faciliter cadãt ad delicta, & custodiãt se ab eis, maximè pro hoc probat illud statutũ in prin. & hæc rõ habet locum, quãdocunq; superuenerit bannũ, vt in pœnam banni ius nõ debeat reddi, ꝓ ipso, nec de ipso, nec in ipso. ¶ Nec debet reuocari in dubium, vtrùm exce-
11 ptio banni superueniens, pendente iudicio, impediat reliquum processum, præsuppositis verbis dicti statuti, scilicet, ꝙ non fiat ius bãnito, vel cõdẽnato &c. licet i hac

quæstione

quæstione variæ sint Doctorum Modernorum opiniones, & in ea variauit D.Dyn. quia vnum tenuit in l. Vranius. ff.de fideiuss.& ibi videtur tenere partem negatiuam, per l.is, qui reus. ff. de pub. iudi.Sed contrarium tenuit in l. post finitam.ff.de admin.tut.& istam opin.tenuit D.Ray.
11 videlicet,quòd exceptio † banni impediat residuum processus, sicut habuisset impedire totum, si ab initio competijsset; quia res deuenit ad casum,à quo non posset inchoare,vt d.l.post finitam. & l. hos accusare.§. hoc beneficio.ff.de accu.& l. 3.§.pen.de libe.agno. ergo multò fortius in prosequutione,quàm in principio,cum prosequutio sit principij accessoria,siue prosequutoria.Hoc proba-
12 tur alia ratione magis efficaci.Nam licet de natura † dilatoriæ, seu emergentis exceptionis sit, vt proponatur, in initio causæ:tamen si tunc non competebat, sed superuenit pendente iudicio, opponi potest ad exclusionem reliquæ partis processus.C.de cōsor.eiusd. lit.l.2.& ibi no. & Inst.de pœna teme.litig.§.fin.Sed in proposito ista exceptio superueniens,ab initio non competebat; ergo serò opponitur,vt ext.de excep.c.1.lib.6.¶Tertia ratio est;quia
13 †verba statuti ita trahi possunt ad querelam propositam, sicut ad proponendam;quia illa verba,ius non fiat,respi-
14 ciunt singulos actus causæ; quia iudex † dicitur reddere ius in quocunque actu processus,vt l.1.§.1. ff. si quis ius
15 di.nō obtemp.ergo ab eis † non est recedendū,cū non constet de mente contraria,vt l.non aliter.ff.de leg.3.¶Quar
16 ta ratio est;quia exceptiones† impedientes processum,& respicientes inhabilitatem personæ ad agendum, vt est exceptio excommunicationis, & exceptio banni,non purgantur,etiam per litis cont.quia reddunt personam inhabilem ad prosequendum, sicut ad inchoandum;& ideò in istis iuribus distinguitur, aut post contestationem opponuntur contra iam gesta, & non possunt opponi.Aut contra gerenda.& possunt opponi,vt ext. de except. c. 1.lib. 6.& extra de except.c. exceptionem. ¶Non obstat prædictis l. is, qui reus.ff. de pub.iudi. per quam motus fuit Dyn.in l.Vranius.ff. de fideiuss. & Bart. post eum ad tenendum contrarium; quia lex illa non videtur repugnare duplici ratione.¶Primò, quia verba iuris communis prohibentis damnatum de publico iudicio accusare, non sūt concepta,vt concernant singulos actus causæ, sed initium iudicij excludunt,vt actus accusandi; meritò ergo impedimentum superueniens non impedit prosequutionem causæ,arg. l. cum quædam puella.ff.de iur. om.iudi.cum simil.Sed impedimentū banni propter verba statuti, quæ respiciunt singulos actus causæ,est tale, quòd ita impedit inchoata prosequi, sicut impedit inchoari; quia ad omnes actus causæ reddunt bannitum inhabilem, ergo ita excludit prosequutionem, sicut initium causæ.l. non distinguemus. §. satisdatio. ff. de arbitr. & dicta l. post finitam. ¶ Alia responsio est ad eam legem; quia ibi loquitur de exceptione infamiæ, in qua mens legis est certa; quia lex vltra processit: nos verò loquimur de exceptione banni, in qua mens legis est incerta, & dubia; quia statutum non vltra processit, ideò non est recedendum à verbis. ¶Tertia responsio est; quia illa loquitur, quando impedimentum superuenit post litem contestatam, & sic iudicio iam firmato, vt ibi,dum dicit [inchoatas] &cæt. Et ita ibi exponit Iac. de Are. Sed exceptio banni in casu proposito superuenit re integra, & antequam reus compareret in causa, ergo casus sunt dissi-
17 miles; quia † facilius impediuntur contrahenda, quàm iam contracta, & faciliùs inchoanda, quàm inchoata, vt d.l.cum quædam puella. ¶Nec obstat prædictis, si dicat, quod hic procedit, & non insistit bannitus; quia satis
18 dici potest, quòd bannitus insistat,ex quo iudex(qui † tenet locum accusatoris, vt extra de accusat. c. inquisitionis.& C.de euic.l. si ob causam. inquirendo enim insistit pro eo, & ad eius vtilitatem, videlicet ad vindicandam iniuriam sibi factam; ergo sicut repellitur bannitus, ita & iudex,qui succedit loco sui) causam prosequitur, vt l. qui bona. §. qui aliena. ff. de damn. infec. & de obseq. l.honori.cum sim. Et hoc tenuit Iacobus de Butri.disputando,& et scripsit.C.de transac.in l.transigere.C.de abo li.in l. 2. Ex quibus concluditur, ꝙ dicta exceptio banni superueniens impedit reliquas partes processus; quia ius fieret bannito, etiam si superesset sola sententia ferenda, vt in consilio supra allegato. Et ita ego consulo &c.

Consil. XXV.

EPITOME.

¶Casus talis est. Statuto Pistorij cauetur,quòd nulli bannito, vel condemnato pro maleficio ius fiat in criminalibus, vel ciuilibus. Modò contingit,quòd quidam Donatus assaliuit quēdam Honofrium, & sese inuicem percusserūt, propter quod pater dicti Nonofrij accusauit dictum Donatum de percussionibus illatis per ipsum Donatum in personam dicti Honofrij; quia accusatione instituta,pater dicti Donati primò accusati, accusauit dictū Honofrium de percussionibus per eum illatis contra dictum Donatum, pendente accusatione instituta contra dictum Honofrium,& testibus super ea examinatis,condemnatus fuit dictus Donatus primò accusatus per contumaciam.qua cōdemnatione facta, opposuit dictus Honofrius, quòd contra eum vlteriùs non debebat procedi super dicta accusatione, obstante dicta condemnatione, secundùm formam dicti statuti, & etiam alterius statuti, quòd qui offenderit exbannitum, sit sine pœna, & particula alterius statuti de officio iudicis permittentis accusationem produci à patre pro filio &cæt.

SVMMAE.

1 *Bannitus quando non possit audiri.*
2 *Iudex repræsentat rempublicam.*
3 *Consequi per alium quisque non potest,quod sibi negatur.*
4 *Impositio pœnæ est satisfactio offensi.*
5 *Iniuria vna non tollitur per aliam.*
6 *Statutum prohibens ius reddi bannito, respicit omnes actus, & potest quandocunque opponi.nu.seq.*
7 *Ius in quolibet actu redditur.*
8 *Defectus superueniens ante negotium consummatum, præstat impedimentum, ac si superuenisset à principio.*
9 *Iudicio pendente, res adhuc non est perfecta.*
10 *Intell. l. is,qui reus.ff. de publ. iud. & l. Vranius. ff.de fideiuss.*
11 *Per bannum ciuitas perditur.*
12 *Hominis ministerium non potest impedire exequutionem legis sine ministerio hominis factam.*
13 *In iudicium vocatio perficit actum præuentionis.*
14 *Contestatio litis perficit præoccupationem, & præferit alterum par ius habentium.*
15 *Querimoniæ verba respiciant initium causæ ante litem contestatam.*

CONSILIVM XXV.

PRo decisione quæstionis prædictæ duo
sunt videnda. Primò nunquid excluso
principali offenso à iure accusandi, exclu
dātur pater, & alij, quibus propter coniū
ctionem competit ius accusandi. Secun-
dò, nunquid tale impedimentum super-
ueniens, pēdente processu, impediat processum: circa quę,
quia multum diffuse est allegatum, tangam solam verita-
tem sine multitudine allegationum. Et ad primum dicen
dū est, quòd aut offensus repellitur ab accusando pp sui
odium, puta quia bannitus, propter quod non debet audi
ri, nec sibi ius reddi ex dispositione statuti, & etiam iuris
1 communis (quia † bannitus reputatur rebellis reipublicę,
2 eò q̄ non paruit ius dicenti; in quo respublica representa
tur. ff. de decre. ab or. fa. l. fi.) et tunc sicut ipse excluditur,
ita excludūtur pater, & omnis alij; qui pro tali offensa ad
3 accusandum admittebantur; quia qui † non potest admitti
ratione sui odij, nō potest per alium consequi id, quod nō
potest per se ipsum. C. de hæred. inst. l. neque. ff. de vsuc. l.
Labeo. vltimo responso. ff. de hære. inst. l. non minus. & est
glo. not. ff. de acquir. hær. in l. Antistius. in fi. Sed per talem
actionem, seu cōdemnationē, quæ inde sequerentur, talis
offensus consequeretur satisfactionem iniuriæ suæ; quia
4 pœnę impositio † est satisfactio offensi. ff. de iniur. l. sed si
vnus. §. Prætor ait. ergo ad talem actum per nullum pro-
cedi potest, & sic est in proposito. ¶ Aut offensus repellit
ab accusando, non propter sui odium, vel propter suum
delictum: sed propter aliam qualitatem personæ suæ: &
tunc licet ipse repellatur, non repelluntur alij, quibus pro
tali offensa competeret ius accusandi, nec etiam iudex ab
inquirendo, vt. C. de fal. l. falsi. & ibi not. in glo. super ver-
bo. sine metu. & arg. dictæ l. Antistius. in fin. & quod ibi
not. in d. glo. quæ facit istam differentiam. & per Din. in c.
quod alicui. ext. de reg. iur. Et per hanc distinctionem sal
uatur opin. D. Iac. Butrig. in quęstione, quam disputauit,
nunquid iudex possit per inquisitionem procedere de of-
fensa facta illi, cui non dicitur reddi, quam sequitur Bart.
in l. non solū. §. q̄q̄. ff. de iniurijs. & tolluntur multæ obie-
ctiones, quæ contra suam determinationem fieri possent,
& est ipsa veritas, & seruatur in practica in ciuitate Florē
tiæ. Et procedit præterea distinctio, quando criminaliter
agitur, quo casu pro delicto, vnica pęna imponitur, licet
pro delicto plures ad accusandum admittantur, l. senat⁹.
ff. de accu. & l. quod senatus. ff. de iniurijs. Sed si pro iniu-
ria ageretur ciuiliter: tunc cum patri sit quæsita actio, pro
æstimatione propriæ offensæ, quam recipit ex persona fi-
lij, non priuatur tali iure, quomodocunque filius exclu-
deretur; quia quò ad ciuilem ęstimationem, habentur vt
5 diuersæ iniuriæ, & vna † per aliam non consumitur. ff. de
iniur. l. 1. §. fi. & l. eum, qui nocentem. §. si nupta. eod. ti. &
hoc de primo. ¶ Quò ad secundū puto, quod bannum su
perueniens in persona offensi, impediat processum etiam
6 inchoatum; quia cum dictum statutum prohibeat † ius
reddi bannito, vendicat sibi locum in quacunque parte
iudicij; quia respicit singulos actus causæ; nam in quoli-
7 bet † actu ius redditur. C. de iud. l. iudices. vnde super quo
uis actu, antequam ius reddatur, potest opponi, siue ante
competierit, & sit omissa quò ad vnum actum. l. volunta-
riæ. C. de excus. tut. Siue postea superuenerit de nouo, pōt
opponi, vt not. in l. 2. C. de consor. eiusdem litis. C. de re
iud. l. 1. Dicit aut ius reddi bānito, cū punitur, & offensio
sibi facta, vt supra circa princ. dictum est. & plenè probat
8 per D. Iac. in dicta disputatione. ¶ Præterea † defectus
superueniens ante negocium consummatū, præstat impe-
dimentum, sicut si à principio fuisset, vt l. non distingue-
mus. §. de officio. ff. de arbi. & ita est in proposito; quia
9 † iudicio adhuc pendente non est res perfecta. ff. de iud.
l. 5. & l. patre furioso. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. &
probatur. ff. sol. mat. in l. si cū diem. §. eo autem tempore.
10 Non ob. l. is, † qui reus. ff. de pub. iud. per quam motus est
D. Bart. ad tenendum contrarium. & l. Vranius. ff. de fi-
deiuss. quia ibi lex prohibet dānatos accusationes inchoa-
re, vt ibi dicit tex. ideo legis prohibitio non compre-
hendebat prosequutionē inchoaturam: hic autem statutū
prohibet damnato ius reddi, quæ prohibitio respicit quā
cunque partem iudicij, & ipsam pœnæ impositionem, seu
condemnationē, vt supra est dictum; ideo casus sunt di-
uersi. ¶ Præterea ibi dicitur, quòd si condēnatio esset ta-
lis, per quam perderetur ciuitas: tunc non procederetur
super indicio inchoato, nisi supersederetur in exequutio-
11 ne, vt ibi not. in vltima glo. Sed per bannum † perditur ci
uitas, vt dicta l. fi. ff. de decre. ab or. faci. & probatur ex de
fectu dicti statuti; ergo &cæt. Nec in hac exequutione
potest supersederi, ex quo bannitus est propter contuma
12 ciam; quia † ista exequutio fit à iure absque aliquo mini-
sterio hominis, ideo in ea ministerium hominis nil habet
operari. l. quod sub conditione. §. fin. ff. de condi. insti. sem
per enim ex quo bannitus est, habet locum lex dispo-
nens, quòd bannito ius reddatur, etiam si daretur sibi li-
centia standi in ciuitate: & sic dicta l. requirens. cum sua
glo. facit potius contra determinationem Bart. si bene cō
sideretur, præsupposito statuto in suprascripta forma.
¶ Non ob. l. cum quædam puella. per quam etiam est mo
tus Bart. quia illa loquitur quò ad sortiendum forum, seu
iudicem, vbi sola inchoatio perficit actum, & dicitur ne-
gotium quò ad illum effectum consummatū per lit. cont.
vel etiam per solam citationem; quia dicit quis præuen-
13 tus, cum est in iudicio vocatus, & ipsa in iudicio † voca-
tio perficit actū præuentionis. l. si quis postea. & ibi no. ff.
14 de iud. sic vel sola † cōtestatio litis pficit præoccupatio-
nem, & præfert alterum par ius habentium. l. duob⁹.
de duo. reis. cum sim. Sic ibi præuentio perficit sortionem
fori, adeo quòd quicquid amodo contingit, contingit, vt
consummata, aut perfecta. In proposito autē loquimur,
quò ad iuris redditionem, quæ quancunque partem iu-
dicij respicit, vt supra dictum est, ideo defectus superue-
niens (pendente iudicio) dicitur superuenire re integra, &
ante negocium consummatū, & sic dicta lex non facit ad
propositum. & ideo fortè notanter Bart. posuit in dicta
quæstione in d. l. Vranius. quòd statutum dicebat, quòd
15 † querimoniæ non audiantur, quæ verba respiciunt
ipsum initium causæ ante litem contestatam. C. fin. re-
gun. l. 3. & ibi gloss. & puto, quòd Bart. secus dixisset in
terminis prædicti statuti, de quo supra. Et ita ego con-
sulo & cæt.

Consilium

Consilium XXVI. Illustris. Collegij Iurisconsultorum Bononiensis, compilante excellentissimo Domino Bartholomæo Saliceto.

SVMMAE.

1 *Ius ciuile, & quælibet eius pars potest hæreditatem deferre.*
2 *Statuta sunt iura ciuilia.*
3 *Spurijs in totum ius ciuile abstulit ius succedendi.*
4 *Res de facili redit ad suam primæuam naturam.*
5 *Imperator potest facere successibiles spurios.*
6 *Ciuitas debet posse legitimare, ex quo auctoritate Principis videtur facere.*
7 *Statutum ciuitatis est lex, quæ ligat omnes de ea, & omnes saltem fictè videntur consensisse.*
8 *Bona defuncti debent tradi venientibus ab intestato.*
9 *Beneficio legis iuuari non debet ille, qui tentat illam, & eam impugnat.*
10 *Statutum fauens vltimæ voluntati, si esset iniquum, valet, et seruari debet.*
11 *Incapaci potest hæreditas (velut extraneo) à lege deferri.*
12 *Fiscus potest se priorem facere in successionibus cæteris, vbi causa testati reducitur ad causam intestati.*
13 *Spurij de iure canonico nati etiam ex damnato coitu, alimenta à patre, & eius hæredibus percipiunt.*
14 *Vincula duo sunt fortiora, quàm vnum.*
15 *Statutum contra ius diuinum est nullum.*
16 *Consuetudo contra ius diuinum non valet.*
17 *Consuetudo, & lex à pari procedunt voluntate populi, vt tacitum, & expressum, & æquiparantur.*
18 *Lex debet esse rationabilis, & honesta.*
19 *Lex spurios appellat degeneres, & viles.*
20 *Statutum reprobatum à iure ciuili per verba generalia, non valet.*
21 *Populus tandiu potest statuta condere, quandiu Principis assistat voluntas.*
22 *Lex prohibens in odium patris legitimationem spuriorum, inter alia successionem sustulit.*
23 *Decurionum ordo repræsentat Principem.*
24 *Legitimatio est donum Principis, & non inferioris.*
25 *Prohibita directò, intelliguntur ét prohibita per obliquum.*
26 *Prohibitus disponere de statu, non prohibetur disponere de bonis, quando non facit contra legem, nec aliquem priuilegio afficit.*
27 *Annullato statuto, dicitur ét annullatum, quod ex eo sequitur*
28 *Continente defecto, nulla sunt contenta.*
29 *Promissio, & iuramentum facta de re illicita, nulla sunt.*
30 *Cæsar non potest se intromittere in parte Iouis, ex quo diuisa sunt imperia.*
31 *Imperator, vel Locumtenens, non potest dare tutorem non subdito, etiam intra eius territorium.*
32 *Iudex ab Imperatore in causa ad suam iurisdictionem non spectante, dari non potest.*
33 *Arrogationis decretum inter non subditos interponere non potest Imperator.*
34 *Legitimatio, & æquiparatio æquiparantur.*
35 *Legitimatio facit ius inter omnes.*
36 *Iurisdictio voluntaria exercetur inter subditos.*
37 *Legitimatus ab vno primate, vel ciuitate, habebit tantùm bona in locis subiectis illi, non extra.*
38 *Statuta laycorum sunt seruanda in foro episcopali, nisi lex canonica, vel constitutio synodalis contradicat.*
39 *Spurius est effectus incapax p legē ciuilē et decretū Principis*
40 *Lex, quæ infecit, et afficit, debet reficere, & sanare.*
41 *Ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt exerceri in non subditum per eum, qui habet ordinariam iurisdictionem immediatè à Principe.*
42 *Comes habens potestatem legitimandi ab Imperio, an possit legitimare in terris Ecclesiæ.*
43 *Papa, nec Imperator non potest legitimare illum, cū cuius matre, & patre non poterat esse matrimonium.*
44 *Veritas vbi non potest esse, nec eius imago.*
45 *Legitimatio tunc fieri essentialiter, & verè non potest, quando matrimonium inter eos, non potest subesse, sed effectualiter sic.*
46 *Lex Imperatoris, vbi contradicit legi Papæ, in terris immediatè subiectis ecclesiæ, debet lex Papæ seruari, & prævalet.*
47 *Institutio facta in spurio ipso iure est nulla.*
48 *Substitutio collata in tempus, quo capere potest, valet.*
49 *Institutio facta de nepote legitimo nato ex spurio filio, an teneat.*
50 *Fraus de facili præsumitur inter coniunctas personas,*
51 *Arguere licitum est de toto ad partem, & respectiuè ad secundum quid.*
52 *Deportatio filij non nocet nepoti, quin capere possit.*
53 *Substitutio nepotum ex filio spurio ad hoc vt valeat, quę sunt consideranda.*
54 *Lex ciuilis facit spuriū ab omni hæreditate paterna indignum, & eum alimentari noluit.*
56 *Liciti colore non licet facere illicitum.*
57 *Fraudibus est obuiandum.*
58 *Substitutio an teneat in illo, qui non sit de personis, cui per testatorem relinqui possit.*
59 *Delictum maius est committere aliquid sub colore liciti, quàm simpliciter delinquere, & an hæc hic facta teneat, & si teneat quem effectum producat.*

CONSILIVM XXVI.

PRo veritatis indagine in præsenti purcto sunt infrascripta videnda. Primò, an statutum Ciuitatis possit spurium natū ex damnato coitu (vt in themate præsupponitur) facere successibilē, & maximè ex testamēto paterno, vt in dictis themate, & statuto præsupponitur. Item discutiendum etiam, an ciuitas possit spurium legitimare. Secundò an Potestas, ét iurans statuta, teneatur ad illius statuti obseruantia, vel incidat in eius pœnā. Tertiò principaliter est videndū, an legitimatio facta đ dicto spurio, valeat, nec ne, attēta pōtate legitimātis, & ad quę bona trahi possit. Quartò erit videndū de duab⁹ factis substitutionib⁹ dicto spurio, & de eius mō & forma. ¶ Circa primū, an statutū possit facere spurium successibilē, arguitur ad partes, & primò, ꝙ sic. Nā
1 per ius Authē. † & quālibet eius partem pōt hæreditas deferri. ff. vt ex legib. & senatusconſ. &cæ. l. 1. & C. de legi. hæred. per tot. & maximè in l. lege. ergo & ꝑ statutū,
2 cum †, ipsum sit ius. ff. de iusti. & iur. l omnes populi. ¶ Secundò ad idē. Iure primæuo coitus non fuerunt distincti, nec filij legitimi à naturalibus, vel spuriis fuerunt distin-

cti, imò pariter succedebant naturales, & hi, qui sint hodie creati spurij. Sed postea superuenit ius ciuile, quod fecit tres species filiorum; quia alios in suo primæuo nõie dimisit, & naturales tm̃ nũcupauit. Alios ẽt legitimos appellauit hoc noĩe (naturalibus a) ddito: & hi sunt nati ex coitu p matrimonũ solẽnizato. Alios spurios appellauit, quasi ex spuritia natos, vel extra puritatẽ potẽtialis matrimo-
3 nij natos, & istis spurijs in totum ius ciuile † successiones, & hæreditates abstulit. C. de inces. nup. l. si quis aũt. ibi, posita. & C. de naturalib. lib. Auth. licẽt. in fi. Qd ergo ius ciuile abstulit, ius prædictũ ciuile reddere potuit, quale est
4 ius statutarium, & maximè q̃a † res de facili redit ad naturã suã, & ad primæuũ statũ. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. ver. qđ & ĩ specie. & l. fi. de sen. pas. ¶ Tertiò, quia Impera-
5 tor † hoc facere põt, vt not. in Auth. ex cõplexu. C. de inces. nup. & in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. fi. ergo & ciuitas iure statuti, & lege sua ciuili debet hoc posse in suo loco;
6 quia hoc dicitur † facere auctoritate Principis, vt dicta l. omnes populi. & ar. C. de ve. iure. enu. l. 1. §. sed equè vnũ. vt dicit gl. magna. in l. 2. in fi. C. quæ sit. lon. cõsue. vbi dicit, ꝙ Imperator videtur scire, & præsumitur consentire.
7 ¶ Quartò statutũ † ciuitatis est lex, quæ ligat omnes de ciuitate, & cui oẽs videntur cõsensisse saltem fictè, arg. eorũ quæ no. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & sic sequitur, ꝙ ve-
8 nientes ab intestato, quibus † bona defuncti debent tradi. vt l. si quis. C. de inces. nup. non possunt conqueri, & ad ius cõe, cui videntur renunciasse, non debent posse regressum habere, arg. l. si quis in conscribendo. C. de pac. cum sim.
9 ¶ Quintò, quia ille non est † dignus iuuari beneficio legis, quã inuocat, qui in ipsam cõmisit, & ei obuiare tentat. ff. de min. l. auxiliũ. in fi. & l. 1. § hoc aũt. si fam. fur. fecis. dica. & C. de iur. del. l. fi. §. si verò postquam. Sed veniẽtes ab intestato fuerunt huiusmodi, talem statutariam legẽ cõdẽdo, vel cũ condi p̃mittẽdo, ergo. &c. ¶ Sextò cõfirmatur; quia vbi spurius non concurrit cũ filio legitimo, à iure diuino videtur esse permissa talis successio, argu. à cõtrario sensu eius, qđ scribitur Genes. 21. cap. vbi apparet dictũ fuisse Abrahæ [Ecce ancillam, & filiũ eius] nõ. n. hæres erit filius ancillæ cum filio libero. sed in nostro proposito statutũ prouidet duntaxat, vt spurius ex patris dispositione succederet, vbi liberi naturales, & legitimi nõ extant, nec ex his descẽdẽtes, ergo. &c. ¶ Septimò sic. si statu-
10 tũ † põderet, nõ fauet principaliter spurio, sed patri; quia non vocat eum simpliciter ad successionem patris, sed demum ex testamento, & sic principaliter fauet cãæ testati, & vltimæ voluntati, ergo validum, & seruandũ, arg. l. 1. C. de sacro. san. eccl. cum sim. ¶ Octauò; q̃a alias incapaci
11 † potest hæreditas velut extraneo à lege deferri. ff. de uul. & pupil. l. si is, qui solidũ. ergo teneat in proposito, cũ à statuto iste spurius, vt extraneus, ponatur loco prædictorũ. ¶ Nonò ad idem. Nemini dubium, ꝙ fiscus põt se priorẽ facere in successionibus, cæteris ab intestato venienti-
12 bus, vbi causa testati reducit ad causam intestati. C. de cadu. tol. l. 1. in prin. & sic in proposito ciuitas, & camera Perusina potuit se præferre, vbi spurius est institutus, cæteris venientibus ab intestato; & ꝙ iure prælectionis ei cõpeteret ab illo spurio non auocare, & ei in cõmissum, & intactum relinquere, & hoc totum ex serie statuti supra positi videt ciuitas Perusina facere, ergo, &cęt. ¶ Decimò.
13 q̃a per ius canonicum disponitur, vt spurij † ẽt ex dãnato coitu alimenta à patre, & eius hæredibus percipiant, vt extra de eo, qui duxit in matri. eã, quam pollu. per adulteriũ. c. cum haberet. ergo fortius loco alimentorum patris ad hæreditatẽ à statuto confirmatam, præsertim patris vo-
14 luntate concurrente; cũ duo vincula † sint fortiora, quàm vnũ, vt in Auth. itaq; C. coĩa de succes. cum sim. Et quia illud debet magis attẽdi, qđ venit sm̃ volũtatẽ, quã id, quod venit præter, vel contra. ¶ Ad partem aũt contrariã, scilicet ꝙ ista non valeat, arguitur sic. Primò quia iure diuino prohibetur spurius succedere ex testamento; ergo sta-
15 tutum † (tanquam contra ius diuinum) est nullum, arg. ff. de arb. l. nã & magistratus. & l. digna vox. C. de leg. antecedens probatur ex illo dicto facto Abrahæ Genes. 21. c. scilicet non erit hæres filius ancillæ cũ filio libero. Nec loq̃tur ibi de legitimo, & spurio cõtẽdentibus inuicẽ de hæreditate patris duntaxat: sed cuiuscunq;, qđ est ẽt firmatum ex dicto Beati Augustini 36. q. 7. c. quid est. vbi dicit Augustinus ex lege Dei esse cõstitutum, vt illi, qui ex incestuoso coitu nascuntur, nullo iure parentibus sucedãt; vnde illa exclusiua generalis, nullo iure, est multũ in nostro proposito põderanda; quia multũ latẽ, & generaliter pro-
16 fertur. ¶ Secundò ad idem. quia consuetudo † contra ius diuinum nõ valet, ext. de consue. c. fi. ergo à paritate po-
17 terit nec statutum; pari † enim voluntate populi procedit vtrunque, & inuicem differũt, sicut tacitum, & expressum, l. de quibus. ff. de leg. quæ regulariter æquiparantur. l. cum
18 quid. ff. si cer. pet. ¶ Tertiò. quia lex † (& per cõsequens statutum) debet esse rationabilis, & honesta. ff. de leg. 3. l. 2. cum ibi not. in glo. ext. de consti. c. cum esses. in fi. de consu. c. fi. & 1. dist. c. cõsuetudo. sed tale statutum (quãtuncũque concernat cãm testati) est irrationabile, & inhonestũ, ergo &cæ. minor probat; quia per tale statutũ datur materia peccandi, & adulterandi, & illicitum contubernium faciendi, & à legitimo matrimonio se retraendi, vel illud non seruandi, & rem publicam legitimis hominibus non replẽdi, nec honestis, & probis viris, cũ vt plurimũ ex tali coitu damnato nati non sint huiusmodi. Hinc est, ꝙ lex
19 † ipsos appellauit degeneres, & viles. C. de naturale. lib. l. fi. & istis rationibus licitis, & honestis motus fuit Imperator, (qui est ius ciuile) ad disponendũ, ne parentes possint tales suos filios instituere, vt patet in Auth. qui. mo.
20 na. effi. sui. ad fi. ¶ Quartò confirmatur. quia tale † statutum videtur expressè (licẽt per verba generalia) à iure ciuili improbari; ergo nõ valet, vt ĩ Auth. nauigia. C. de fur. & in Auth. oẽs peregrini. C. coĩa. de success. Antecedens p̃bat ex tex. ĩ Auth. licẽt. ĩ fi. C. de natural. lib. ibi [prorsus omni beneficio] &cæ. Ex quo not. ꝙ vniuersaliter eos ab omni beneficio excludit, & non simpliciter, sed præcisè, quia dicit, prorsus. Et idem, & melius in cor. vbi dicta Authen. sumitur. in fi. ibi [nec eis participãda est vlla clementia] &cæt. Ex quibus verbis satis clarè datur intelligi, ꝙ neque clemẽtia principalis, nec alicuius alterius à Principe, nec etiam statuti popularis potest eis prodesse, cum in pœnam parentum sit eis hoc statutum, vt ibidem patet & fuit hoc rationabile, vt ex quo Imperator suam clemẽtiam, & rescriptum non volebat eis prodesse, sic & multò magis, nec cuiuslibet inferioris à se. ¶ Quintò, quia tũc
21 † & tam diu populus põt legem Imperialem tollere per suam, quando & quandiu Principis assistat voluntas, & permissio, cum alia statuta condere non posset. ff. de leg. l. omnes. & ibi per Doct. & C. de offi. Præsi. l. Præses. & in dicta Authen. nauigia. cum sim. Sed in proposito voluntas Principis non assistit, imò resistit, dũ vult, quòd nulla clementia eis prosit, vt demonstratũ est, ergo, &c. ¶ Nec obstat huic dicto, ꝙ in statuto sit clausula, nõ obstãte, &c. quia talẽ clausulam statuentes, nec populus potuerunt apponere, nec apposita potest aliquid releuare, cum eis sit prohibitum sic statuere, alias sequeretur, ꝙ populus paris potentiæ esset cum Principe, & ꝙ eius dispositioni prohibitoriæ sic per eos posset obuiari contra omnia iura mundi.

22 di. ¶ Sextò ad idem; quia legis dispositio † prohibens legitimationem spuriorum, licèt in patris odium emanauerit, inter alias causas expressit, ne ad successionem hæreditatis parentum, & eorũ bona prouocarentur, nec parẽtes, in tales natos de bonis suis disponere possent. d. l. si quis. C. de incest. nup. & Authen. ex complexu. & in Authẽ. qui. mo. na. effi. legi. §. fi. & qui. mo. na. effi. sui. §. fi. Et sic sequitur, ꝙ ciuitas, quæ non potest disponere super legitimatione spuriorum, idest quæ ipsos non põt legitimare, minus possit de hæreditatibus eis delatis prouidere, stantibus legitimis; quia propter quod vnumquodq; & illud magis, vt in Auth. multò magis. C. de sacros. eccl. ¶ Quòd autẽ ciuitas non possit spurium legitimare, probatur sic. Restituere liberos natalibus, & legitimare spurios, quod fit restituẽdo eos iuri naturæ contra iura ciuilia, sunt per similitudinẽ inducta, vt in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. fi. Ideoque restituere non potest natalibus ordo Decurionum, vt
23 C. de nata. resti. l. 1. & tamẽ ordo † Decurionũ repræsentat totum populum. C. de decurio. l. decurionum. & not. in l. 1. C. quæ sit lon. consue. ergo, &c. Et hoc expresse tenuit Iac. Butr. dicens esse casum in d. l. 1. & hoc idẽ tenuit Bar. & D. Petrus de Cornettis, tum per rõnem sup. allegatã, tũ
24 ẽt quia legitimatio † est donũ Principis, & sic nõ alterius inferioris, vt in Auth. quib. mo. na. effi. sui. §. si verò hjs, qui solummodò. ¶ Præterea legitimare spurium ex adulterio natum, vt est in casu nostro, nullus potest essentialiter, imò nec Princeps, cũ tũc mrimoniũ cũ altera nupta subesse nõ potuisset, sed bene põt habilitare ad honores, & ẽt ad successionem, & bona. Cum ergo Imperator talem legitimationẽ, & habilitatem ei reseruauerit, sequitur, ꝙ cæteris denegauit, vt d. l. 1. C. de natal. rest. ¶ Concludendũ est ergo, ꝙ ciuitas non potest legitimare, præsertim spurium, nec essentialiter, nec naturaliter, & per consequens nec eum habilitare ad successionem, & hæreditates, & tantò minus, quantò de eo, vt de spurio, & non de aliter habilitato dispensauit, vt in dicto statuto Perusino. Nec obstat clausula non obstante, vt in præcedenti dixi. ¶ Septimò ad idẽ.
25 Nam prohibita † directò, intelliguntur prohibita per indirectum, & obliquum. C. de vsu. rei iud. l. fi. ad fin. ex quo sequitur, ꝙ si ciuitas non potest legitimare, vt proximè dixi, nec super hæreditate paterna spurio quærenda poterit prouidere, vt sic non possit super causa, nec super effectu; cũ non sit prohibita, nisi pro effectu. Nec huic obstat,
26 ꝙ cum † aliàs prohibeatur disponere de statu, nõ prohibetur disponere de bonis, vt C. de ord. iudi. l. 1. quia ibi, qui disponit de bonis, nihil inducit, sed declarat, nec priuilegiat, vel contra iura, & volũtatẽ Principis aliquid fieri mãdat, hic sic. ¶ Ex his concluditur statutum Perusinum, cum clausulis non obstante, &c. non valere, & per consequens in oppositum allegata non obstare. Et hoc tenuit Iacob. de Butr. in quodã suo consilio, quod incipit. Statuto cauetur, ꝙ non obstãte alia lege, &cæt. ¶ Sed tunc insurgit secundum dubium; quia scilicet prædictorum obseruãtia mandatur Potestati, & Capitaneo, & adiungitur certa pœna eis prædicta obseruari non facientibus, ac ẽt hæredib9 ab intestato contrauenientibus: an prædictis in casu non obseruantiæ, & contrauenientiæ pœna illius statuti, possit locum habere. Et videtur primò, ꝙ pœnæ in statuto adie-
27 ctæ locus non sit; quia statuto † anullato, quicquid sequit ex eo, vel ob id dicitur anullatum. C. de leg. l. non dubiũ. extra de re. iu. c. pastoralis. facit. extra de iure iuran. c. cum quid. lib. 6. ¶ In contrarium facit; quia supradicti statuti obseruantia non committitur Potestati. Et sic singulorum in statuto expressorum obseruantiam, & tam de iure, quã de facto contrauenĩetes punire videtur, vt patet in statuto supra posito, ergo si Potestas nõ faciat obseruari, pœna statuti locum habebit, & idem in Capitaneo, argu. eorum, quæ not. Io. And. extra de his, quę fiunt à ma. par. capi. in c. 1. ¶ In hoc dubio distinguendum videtur. Quãdoq; officialis, vel quiuis alius tenet, vel promittit obseruantiam statuti, & omnium, & singulorum contentorum in eo: & tunc statuto posito pro nullo, ad alicuius contẽti in eo obseruantiam nõn tenetur, & per consequẽs in pœnam eius incidere non potest; quia ad statutum fit relatio, & eo declarato nullo, nihil dicitur in statuto con-
28 tineri; quia nullum est, & deficiente † continente, nulla sũt cõtenta, arg. C. de ꝓba. l. actor. & probatur melius per nota. per glo in Auth. præterea. C. de sacrosan. eccl. Aliqñ promittit Potestas, vel Capitaneus, aut iurat obseruari facere tale quid, vel tale statutum, aliqua non habita relatione: & tunc si illud sit de re licita, tenet promissio, & iuramentum, & qđ fortius est, cassato statuto; quia ad statutũ non est habita relatio, sed ad ipsa singulariter promissa, vel iurata committitur pœna, ac si in nullo statuto essent comprehensa. Accedat ad hæc. ff. de pecul. leg. l. si peculiũ §. 1 Si de re illicita, quæ à statuentibus non potuit statui,
29 vt in casu nostro, & tunc † promissio, & iuramentum nullũ. C. de legi. l. non dubium. & in Auth. scenicas mulieres. §. 1. & cæ. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. & generaliter. in dubio tamen Potestas, & alii officiales videntur se referre ad ea, tanquam in statuto contenta, ad quorum obseruantiam necessitantur, & ita intelliguntur not. per Io. And. in dicto c. 1. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ¶ Nunc videndum est de tertio dubio, qđ vertitur circa legitimationem spurij prædicti, videlicet an dicta legitimatio teneat, & circa hoc dubium plenariè excutiendum, esset videndũ primò, an in ciuitate Perusina, licèt sit supposita immediatè Ecclesiæ quò ad merum, & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem, remanserit aliqua præeminentia Imperatori, & eius successoribus respectu vniuersalis præeminentiæ Imperialis, vel non. Quod examinare ad præsens non est honestum, nec omnino expediẽs propter præsupposita in themate. Præsupposito igit, ꝙ iurisdictio Imperialis propter donationem ab Imperio factã fuerit funditus eradicata in terris donatis, & sic in Perusio à Principe, & sic intra eius territorium Imperatorem nullam iurisdictionem habere, procedit quæstio nostra, circa quam arguitur ad partes. Et quòd legitimatio facta in terris subiectis Imperio non valeat, arg. sic primò; quia secundũ hanc suppositionẽ diuisum Imperium habet Cæsar cum
30 Ioue; ergo in parte † Iouis non potest se intromittere, seu interponere Cæsar, arg. ff. de acqu. hæred. l. duo fratres.
31 Sed quia † Imperator, vel eius Locumtenens non põt tutorem dare non subdito, etiam intra eius territorium. C. qui dare. tu. pos. l. neque. & l. 1. C. vbi pe. tu. ergo nec ipsũ legitimare, & multò minus, cum per legitimationem de
32 non esse restituitur ad esse. ¶ Tertiò, quia † in causa ad suam iurisdictionem nõ spectante non potest iudicem dare. l. 1. C. qui pro sua. iuris. ergo nec hæreditatem in sua iurisdictione non existentem alij deferre. ¶ Quartò; quia
33 † intra non subditos decretum arrogationis interponere non potest Imperator, arg. C. de sum. trin. l. cunctos populos. prout relatiuum, quos stat, ibi restrictiuè. ergo nec le-
34 gitimationis; cum arrogatio, † & legitimatio æquiparentur C. de natural. liber. l. iubemus. Quintò, quia legiti-
35 matio † ius debet facere inter omnes. ff. de lib. agno. & l. 3. & l. ingen. um. de statu hominum. ergo non debet tenere, nisi illi omnes cõsentiãt. arg. l. nam ita Diuus. ff. de adop. & C. de auct. præstan. l. fin. ¶ Sextò, quia iurisdictio voluntaria exercetur inter subditos. ff. de adop. l. emancipari. in fin.

fin.cum ibi not.in fin.glo.non autem inter ſubditos ; nec
de rebus non ſubditis. Hinc eſt,ꝙdicit Inno.in c.per vene
37 rabilem.ex.qui fil.ſint legi.ꝙ legitimatus †ab vno prima-
te, vel ciuitate,non obtinebit bona hæreditaria in terra,
quæ non ſit ſubiecta legitimāti,& maximè hoc procedit,
vbi ius eſſet alteri quæſitum. Hanc opi.videtur tenere Io.
And.in d.c.per venerabilem.in additione in glo.quæ inci.
38 & an.in fi.¶ In oppoſitum facit primò;quia ſtatutū† lay
corum debet ſeruari ī foro Epiſcopi,vbi lex canonica nō
contradicit ei,nec cōſtitutio ſynodalis,vt l.ex ea.ff.de pro
cura.cum ibi not.in glo.ergo idē in propoſito.¶Secundò
39 quia ſpurius eſt† affectus,& effectus incapax per legē ci-
uilem,& Principis decretum,in Authē.qui.mo.na.effi.le-
gi.§ fi.ergo etiam intra terras Eccleſiæ,vt ex.qui.fi.ſint le
git.c.per venerabilem.ad fi.ergo per contrarium Princi-
pis decretū defectus eius tollitur,&capax efficitur,ſiue ſit
40 immediatè ſuppoſitus Eccleſiæ,vt ſic eadem lex, † quæ af
fecit,& infecit,econtra reficiat,& ſanet,arg. ff. de ſolut.l.
pro ut quiſq;.& de re.iud. l.nihil tā naturale.¶Nec obſt.
ſi dicatur,ꝙ lex canonica inficit eos,qui ſunt ſibi ſuppo-
ſiti,& intra terras ſubiectas Eccleſiæ,vt in c. cum tu. & in
c.referēte.ext.qui.fil.ſint legi.quia reſponderi pōt legē ca
nonicā ſpurios diſpoſitiuè , & inductiuè non facere inca-
paces , ſed in hoc ius ciuile ſequi,& obſecundari, vt in d.
c.per venerabilem.ad finē.¶ Tertiò confirmo.Nā ſuppo
ſito,ꝙ lex canonica idē diſponat, qđ ius ciuile in iſta ma
teria:tamen ſublata lege ciuili, videtur ſublata canonica,
quæ penè idē diſpoſuerat,qđ ciuilis,facit quod no.in fini.
Io.An.in c. 1.ext.de conſt.lib.6.dicit enim ꝙ Papa per no
uam conſtitutionem,non ſolùm tollit antiquam : ſed etiā
Epiſcopi ſtatutum,qđ ſolū idem diſponebat , qđ antiqua
conſtitutio,& ibi ſuas rōnes aſſignat.Sed vltra alias opti-
mè facit; quia ſtatutim illud Epiſcopi,non dicitur ius di-
uerſimodè,& ſeparatum à iure cōi conferre, ex quo p oīa
ei ſeruit,& nihil addit,vel detrahit.ff.de iuſt.& iur.l. ius ci
uile.ideo primum ius eſt quædā auctorizatio, qua aucto-
41 ritate ſublata,ceſſat auctorizatio.¶Quartò,quia ea†quæ
ſunt voluntarię iuriſdictionis,poſſunt exerceri in non ſub
ditum per eum,qui habet iuriſdictionem ordinariam,prę
ſertim ſi faciat in loco ſibi ſuppoſito,vel in loco ſuæ iuriſ-
dictionis,ideo dicitur,ꝙ leges videntur contradicere. Nā
l. 2.ff.de off.Proconſ.videtur ſentire, ꝙ in loco non ſuppo
ſito poſſit : ſed l. Præſes. ff. de offi.Præſid. videtur velle,
ꝙ non poſſit,licèt glo.eam reſtringat ad contentioſam iu
riſdictionē. Glo.aūt. in l. emancipari.ff.de adop.dubita-
uit. Vt ergo iſta dubia tollā,dico,ꝙ habens iuriſdictionē
ordinariam immediatè à Principe,pōt intra locum ſuę iu
riſdictionis indubitanter ea, quæ ſunt iuriſdictionis volū-
tariæ,exercere,vt dicta l.Præſes.& clariùs de emanci.lib.
l. 1.& ne dū in ſubditum,ſed ēt in non ſubditum, vt ibi eſt
text.clarus.& ff.de manu.vind.l.etiā.§. vlt. At in caſu no
ſtro,qui poteſtatem habet à Principe legitimādi, ex quo
locum non habet coarctatum,non eſt dubium,ꝙ in quo-
cunque loco ſuppoſito Imperio , poſsit ne dum legiti-
mare ſubditum,ſed ēt non ſubditum,ex quo in loco legi-
timo iſtum actum exercuit,d.l.1.C.de emanc.liber.& d.l.
etiam.§ fi.ergo legitimatio tenuit , & actus de ſe validus
fuit,& potiſſimè;qa in vita patris,& ipſo patre petente,di
cta legitimatio facta fuit,vt i themate præſupponit , Nec
actus legitimationis eſt diuiduus, imò indiuiduus , & ſic
ſequitur,ꝙ vbicunq; valere debet,& effectum ſuum vbiq;
trahere,& producere,vt videtur caſus in d.l. 1.& in d.l. 2.
Item quia ſi defectus perſonæ inſtitutæ eſt ſublatus, ſequi
tur,ꝙ iura facientia eum incapacem,ceſſant;quia ceſſante
cauſa,ceſſat effectus,& inſurgunt alia iura, quæ legitima-
tos reddunt capaces,& inſtituibiles,& hoc niſi in loco eſ-
ſet lex contraria. ¶Nec videtur curandum de præiudicio
alieno,ſcilicet venientium ab inteſtato;quia eis nullum e-
rat ius quæſitum in bonis viuentis,qui legitimationi con-
ſenſit,& de cuius hæreditate tractaur,& ſic nō obſt. l. nā
ita Diuus.Nec in caſu noſtro præiudicauit immediatè le
gitimatio,ſed defuncti teſtamentum, qui iſtum legitima-
tum ſcripſit hæredem. ¶ His ſic pro vtraq; parte allega-
tis,veniendo ad deciſionem huius dubiæ quęſtionis , præ-
mitto,ꝙ Io. And.in ſæpius allegato c. per venerabilē,for
42 māt quæſtionem. An†Comes habens poteſtatem ab Im-
perio,poſſit legitimare in terris Eccleſiæ,ad cuius deciſio
nem multa inducit,& Doctores variaſſe aſſerit:ſed extra
illam quæſtionem eſt caſus noſter ; quia hic legitimat in
terris imperijs:ſed dubitatur , an ſuum extendat effectū
in terris Eccleſiæ.& Iac.de Bu. in prima cōſti.Cod.videt
prima facie dicere, ꝙ ſic, & idē tenuit Iac.de Bel.in qua-
dam ſua diſputatione.tamen quicquid ſit de opinionibus
Docto. veniendo ad deciſionem præſentis dubij;eſt attē-
43 dendū,ꝙ nec Imperator,nec Papa †pōt legitimare illum,
cū cuius patre, vel mr̄e nō potuit tunc eſſe mr̄imoniū,lege
diuina prohibente,vt ſic nec verè, nec fictè poſſit dici ex
44 legitimo matrimonio natus;quia vbi veritas†nō pōt eſſe,
nec eius imago.C.de lati.lib. toll.l. 1. circa princip. vbi
aūt lege diuina non prohibet,ſed canonica tm̄,vt puta in-
ter illos, qui ſunt intra gradū à iure canonico duntaxat
prohibitū:tunc ſi ſunt nati in figura matrimonij,Papa pōt
legitimare filios,nō Impator;qa circa mr̄imoniū nullā ha
bet ptatem.Si vō non eſſent nati in figura matrimonij:tūc
ſi matrimoniū adhuc ſubeſſe poſſit;quia viuunt ambo,et
matrimoniū contrahere volūt: tūc Papa diſpenſando ſup
45 matrimonio,poſſet filios legitimare,non Imperator† rō-
ne præallegata.Si verò matrimoniū ſubeſſe non poſſit:tūc
nec Papa,nec Imperator pōt filios verè, & eſſentialiter le
gitimare;quia ſi matrimonium ſubeſſe non poſſit de pſen
ti,nec potuit in præteritum,ſequitur,ꝙ eos velut natos ex
matrimonio(quod ſubeſſe non pōt,nec potuit)facere legi
timos non pōt,de quo plenè per Io.And.in d.c. per vene
rabilem.Sed licèt non poſſint,nec vti debeant iſto verbo,
legitimamus: tamen ſi eo vſi ſunt , impropriatur , vt res
valeat, & non pereat, & accipimus pro habilitamus , &
diſpenſamus,vt ſic non eſſentialiter, & verè:ſed effectuali
ter intelligatur legitimatio facta,arg.l.quotiens.ff.de re-
bus dub.Et ſic ſecundùm prædicta nō tollitur ipſo iure in
fectio,licèt fiat habilitatio , & iſtud eſt multùm odioſum,
ergo reſtringendum. ¶Ex quo infert,ꝙ legitimatio, quæ
habet vim habilitationis,vel diſpenſationis duntaxat, nō
extenditur vltra terminos in ea expreſſos,& ſpecificatos,
& ad tot dicitur habilitatio facta , quot in priuilegio ſunt
expreſſa.¶Et ex his infertur,ꝙ talis actus legitimationis
eſt diuiduus,actus aūt eſſentialis, & veræ legitimationis
eſt indiuiduus,cū hic actus legitimationis verè,& intrinſe
cè vitium purget , & ipſum ex toto tollat,vt ſic ad eſſe de
ducatur denuò,& de nouo renaſcatur.Pręcedens aūt,ſtan
te vitio,habilitatur ab extra,remouendo ſolummodo iu-
ra impedientia,& obſtātia. ¶Ex his ſequitur deciſio cla-
ra in quæſtione nr̄a,ꝙ cum Imperator ab eo poteſtatē ha
bens,nō potuiſſet propriè ſpuriū iſtū legitimare, ꝙ eius le
gitimatio debet ſumi pro habilitatione quadā, & talis ha
bilitatio valuit, & tenuit in his , quæ dependent a pote-
ſtate ſic legitimantis,& habilitantis,& nō in alijs. Et hoc
procedit præſertim,ſm̄ Inno.ne præiudicium fiat alijs iu-
riſdictiōi legitimātis nō ſuppoſitis.vnde licèt iſte ſit de ſu
biectis Eccleſiæ : tamen habilitatus eſt ad honores, di-
gnitates,officia,& alia in priuilegijs comprehenſa, ſimi-
liter

liter, & ad hæreditates, & successiones, de quibus in dictis priuilegijs fit sermo, quæ intra territorium Imperatoris eidem deferrerētur. Sed ad successiones, & bona hæreditaria intra ciuitatem Perusij consistentia, ipse nō est habilitatus, nec illorū, aut illarum capax est factus. Et est
46 ratio; qa vbi † lex Imperatoris cōtradicit legi Papali, lex Papæ in terris Eccl. īmediatè suppositis debet seruari, & præualet, vt C. de sacrosf. eccl. l. priuilegia. & ibi sunt concordantiæ in glo. Ex quo sequitur, ꝙ Imperator legē Papæ tollere nō pōt. At in nostro proposito lex canonica expressim ab hæreditate repellit, vt in Decre. tāta. & in Decre. referente. ext. qui fil. sint leg. ergo illa lege stante, quæ non potuit tolli per legitimantē, sequitur, ꝙ spurius iste; (quia adhuc stat spurius) ab hæreditate ītra territoriū Eccles. debet repelli, cum nō potuerit Imperator, vel cām habens ab eo, tollere obstaculū iuris canonici intra territoriū, vel ciuitatē subiect. Eccles. ¶ Nec obstāt notata ꝑ Io. An. ex. de cōsuet. in. c. 1. lib. 6. quæ deducta fuerunt supra in oppositum, in 3. ar. quia suppositis illis pro veris (licèt quidam teneant contra ibi) Papa pōt tollere legem, & consuetudinem Epi: Imperator autem non pōt tollere canonicā, nec eius obseruātiam in terris Papę. Ad alia arg. patet responsio per suprascripta. ¶ Nunc veniendum est ad quartum, vbi de viribus institutionis, & substitutionis tractatur. Circa quod sex sunt per ordinem vidēda. Primum de īstitutiōe Herculani. ¶ Secūdò de substitutione eiusdē sibi ipsi facta. ¶ Tertiò de substitutione filiorū, & nepotū dicti Herculani. ¶ Quartò de cōmissione gubernationis, & administrationis bonorum factis dicto Herculano cū prohibitionibus redditionis rōnis, & alijs ibidem appositis. ¶ Quintò de substitutione Vrbani, & eius virib⁹. ¶ Sextò, & vlt. concludendū est, quid fiendum sit de dictis bonis. ¶ Circa primum ex suprascriptis apparet, quid dicē-
47 dum, videlicet, ꝙ hæc pura institutio † facta de Herculano, ipso iure nō valeat, velut facta de spurio, ext. qui. fi. sint legi. c. tanta. & c. referente. & c. per venerabilem. & in Authen. qui. mo. na. effi. legi. §. fi. Nec pōt coadiuuari per statutum, vt superiùs est ostensum. Nec per legitimationē factam de eo; quia illa non prodest in bonis existentibus in territorio Eccles. Romanæ immeditè supposito, vt s. est demonstratum, quod amplius non est repetendum. ¶ Circa
48 secundum dicendum est, ꝙ institutio † illa, seu substitutio facta de se ipso; quia collata in tēpus, quo capere potuit, valet, quia casus est in l. in tempus. ff. de hæred. instit. Nec in ea pōt dici fraus commissa, cum facta sit lege talē institutionem approbante. ¶ Circa tertium de substitutione filiorum, & nepotum dicti Herculani oriūtur duo dubia. Primum an valeat. Secundū qñ effectum recipiat. ¶ Circa primum est attendendum, ꝙ gl. in l. fi. C. de na. lib. hoc
49 dubium mouet, videlicet an auus possit instituere nepotē legitimum ex spurio, & ibi glo. firmat, ꝙ sic. Refert tamē Cin. ꝙ Odof. tenuit contrariū, & eius rōnes annectit, Spe. ēt hanc qōnem mouet in ti. de successf. ab intest. §. 1. vers. quid si habeo filium. & ibi sequitur Rofr. dicentem, ꝙ si nepos ille erat in potestate patris sui, ꝙ sicut non tenet institutio de ipso spurio, ita ēt institutio de nepote facta nō teneat, aliàs sic. Ista opinio validatur istis rationibus; qa siue attendamus ius Digest. sm̄ quod omnia quærebantur patri, non debet valere; quia per indirectum quæreretur patri, qđ lex ꝓhibet quæri, & sic fraus fieret legi. Siue attendamus ius Cod. secundùm quod vsufructus quærit patri, proprietas verò solo filio, & adhuc idem videtur eadem ratione propter acquisitionem vsufructus fiendam in personam spurij. Et ad prædicta accedant leges istæ, videlicet. ff. de bo. lib. l. quæritur. de iure patro. l. qui contra legem. ff. de vul. & pupill. l. si is, qui solidū. & ff. de don. ca. mor. l. qđ conditionis. Quinimò ēt si nepotes nō forēt in potestate spurij, non videtur, ꝙ possint substitui; qa certæ personæ videntur enumeratæ, quibus ex testamēto pōt relinqui, inter quas nepotes ex spurio nō sunt enumerati, ergo, &c. arg. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie iuris. & l. cū Prætor. ff. de iud. Personę aūt, in quas pōt testari, q. habet spurium ex damnato coitu, enumerantur C. de inces. nupt. in l. si quis incestu. imò & ibi cęteræ excluduntur, vt probat taxatiua, tātummodo, posita ibi, in ver. testandi sanè, & cæt. ¶ Pro hoc ēt facit; quia in cōiunctio-
50 ne tā propriæ personæ, cui relinquitur, † fraus de facili ꝑsumeretur. ff. de bo. lib. l. 1. §. 1. ¶ Sed in oppositum pro o-
51 pin. glo. nostræ faciunt infrascripta iura. Primò † arguēdo de parte ad totum, vel de respectiuo, & secundum quid, ad simpliciter, & ecōtra. ff. de rei. vē. l. quę de tota. de vsur. l. q. sic. & de stipu. seruo. l. proinde. sed cōstat, ꝙ nepoti ex filia naturali, non existente legitima sobole, pōt totū per auū relinqui, & tamē ipsi naturali non poterat, vt dicta l. fi. C. de nat. lib. Et hoc erat prouisum ad refrenādum vitium paternum, vt ibi patet, ergo & spurio, licèt in nihilo posset institui, vt in Authen. qui. mo. na. eff. legi. § fi. poterit tñ nepos ex eo institui, legitima sobole non stante, vt est in casu nostro, cum eadem sit ratio in ea parte, quam naturalis capere non pōt, quæ est in hoc toto, quod spurius capere
52 non pōt. ¶ Secundò ad idē facit; quia deportatio † filij nō nocet nepoti, quin capere possit. ff. de bo. poss. contra tab. l. 1. §. fi. & de bo. lib. l. si necem. §. si deportatus. Istam partem expresè tenuit Bar. in quodam suo consilio, quod incipit. Odutius de Gualdo. ¶ Ad aliqua alia in oppositū, videlicet de vsufructu quærendo patri, rñde, ꝙ hoc casu non queritur iure obsistente, vt rōnibus supra ad oppositum alleg. sic & aliàs patri nō acquiritur, vt C. de bo. quæ lib. Auth. item hęreditas. & Auth. idest. & sic cessat ratio directi, & indirecti, & rō suspicionis, & fraudis. ¶ Ad l. si quis incestu. quæ fortiùs vrget, rñderi pōt. Primò ꝙ fortè tales nepotes non debent intelligi excludi, cum remotiores sint admissi, & vocati, arg. eorum, quæ not. in Auth. pręterea. C. vnde vir, & vx. Vel secūdò est speciale in spurio, & nato ex eo, qñ est natus ex incestuoso coitu, & sub figura matrimonij & sic ibi maius est delictum; quia sub ꝑtextu liciti committit illicitum. Et dicit Bar. in dicto suo consilio, & in l. si gener. ff. de his, qui not. infa. qđ lex illa extra suū casum non est extendenda, & hoc de primo mēbro huius tertij. ¶ Sed circa secundū huius quæsiti, uideli-
53 cet qñ hæc substitutio † filiorum, & nepotum uendicet sibi locum, est attendendum, ꝙ quidam dicere possent, ꝙ demum in casu incapacitatis Herculani, cum in eadē oratione uideantur copulati cū Herculano eorū patre, & sic qualitas capacitatis Herculani in eorum personis intelligatur repetita, arg. ff. de fun. instruc. l. Seiæ. §. Gaio. cū sim. Sed iste intellect⁹ repugnat mētī testatoris, ideo nō admittitur. l. cū vnus. C. de fideiuss. eo ergo facto capace, uel nō uendicat sibi locum substitutio facta de nepotibus, & cæteris descendentibus. Sed tunc insurgit aliud dubium, an in uita Herculani locū habeat, vel demū post eius mortē, quod uř, & sic ordine successiuo uideatur facta substitutio. ff. de lib. & post. l. Gallus. §. quidam rectè. cum ibi no. in glo. super verbo, non exprimat. Pro hoc facit, quia post istā substitutionē testator uoluit, ꝙ interim Herculanus esset curator, & gubernator, &c. quasi interim. i. in eius uita uocetur, facere uidetur, cum prohibeatur reddere rationem, & cæt. Et sic supponere uidetur aliquem esse, qui ab eo rōnem possit exigere, si prohibitus non esset. ¶ Nunc circa quartum de commissione gubernationis, & admini-

administrationis cum clausulis prohibitorijs,est attendendum,quòd fraus dicitur fieri secundùm quosdam ex eo; quia propter clausulam prohibitoriam redditionis rationis,& restitutionis reliquorum † dolus videtur remissus, & reliqua ei legata. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius. & hoc operatur affectio rõne proximitatis,& coniunctionis. ideo secus esset in extraneo, vt eo. ti. l. Aurelius. §. Gaius. & ibi not. & sic ei quæreretur hæreditas per indirectũ,cõtra legis dispositionem. Sed illæ leges non multùm vrgent; quia in administratione præterita,non futura loquuntur, de qua in l. quidam decedens. de admi. tu. vbi vr̃ casus; q̃a sola scrupulosa inquisitio vr̃ remissa;non dolus, vel restitutio reliquorũ. Nihilominus fraudẽ excogitatã dicimus, ideo nec clausululas ualere dicimus, nec gubernationis, nec administrationis commissionem; quia lex † spurium ab omni beneficio circa hęreditatem paternam facit indignum,vt in Authent. quib. mo. na. effic. legi. §. fi. Et qđ fortius est,lex ciuilis ex ea ipsum spuriũ alimentari noluit;gubernationẽ ergo, & administrationẽ satis ꝓhibuisse videtur,tũ etiam q̃a iudicio testatoris nihil ei relinqui põt,nisi in tempus capacitatis,vt diximus,ergo nec ius gubernandi, vel administrandi,nec remissionis alicuius culpæ,nec ẽt aliàs lex permittit sub † colore liciti trãsire ad illicitũ. C. de sacros. eccl. l. qui sub prætextu. & l. iubemus. la 2. circa princ. vnde color iste iudicãdus est prohibitus, vt ext. de elect. c. auaritiæ cæcitas. lib. 6. facit reg. cum quid prohibetur. de reg. iur. lib. 6. fraudi † ergo huiusmodi est obuiandum. ff. de iure fis. l. ita fidei. ¶ Nunc circa quintum de substitutione Vrbani duo sunt videnda. Primò an valeat, Secundò quem effectum producat. ¶ Circa primũ vr̃ primò,ꝙ ista substitutio nõ valeat; q̃a iste Vrbanus substitutus † nõ est de ꝑsonis,quibus relinqui põt per eũ,qui ex coitu damnato aliquem procreauit, vt patet in l. si q̃s incestu. C. de inces. nup. vbi tex. annullat relictum cuicunq;, qui non sit de personis ibi enumeratis, inter quas non est iste Vrbanus,& fortificatur dubiũ per ea,q̃ ibi notantur in glo. 1. quæ videtur velle, ꝙ lex illa vendicet sibi locũ generaliter in quolibet coitu dãnato, quod ẽt tenet alia gl. posita. in l. hæreditas. C. de his, quib. vt ind. in princip. suæ distinctionis. & idem tenuit Azo. in summa de natural. lib. circa princ. ¶ Contrarium putamus verius. s. ꝙ hæc substitutio facta de Vrbano valeat; quia prohibitus à iure non reperĩt. ¶ Ad l. si quis incestu. respondetur, ꝙ in speciali casu loquitur, q̃n coitus est incestuosus, & in figura matrimonij, vt in princ. illius legis patet: in casu aũt nostro nullum matrimoniũ fuit contractũ, ẽt de facto, & maius † est delictum sub colore liciti commissum, quã quando simpliciter delinquitur, ex. de dolo, & contu. c. cũ quilibet. ¶ Nec obstat opinio illa gl. &. Azo. in Rub. quia suppositis pro veris illis glo. illæ glo. benè, & rectè loquuntur in quolibet coitu damnato, in figura tñ matrimonij sequuto, ideo dicit si quis incesti. vetitique coniugij. vt faciat ad secundam partem Rubr. idem vult Azo. in casu ergo nostro loquitur, nec ẽt in casu nostro coitus potuit accusari, cũ mulier illa fuerit soluta, licèt nõnulli Doctores, maximè Authẽtici; tenuerint, ꝙ l. 1. C. de natu. lib. & d. l. si quis incestu. & Auth. incestas. ibi posita nõ debeãt extra suos terminos extendi vt fuit Iacob. de Ra. vt refert Cin. in d. Authen. incestas. & alibi, & aliqui alij Doc. quos Bar. sequitur in l. socer. ff. de his, quib. vt indi. stat ergo cõclusio, ꝙ substitutio facta de Vrbano valeat, & teneat. Quẽ aũt effectum producat, r̃ndetur, ꝙ illa substitutio est compendiosa, & nedum continet substitutionẽ, quam expressè, & spæcificè verba demonstrãt, sed ẽt vnam vulgarẽ cõtinet, vt notatur in l. precibus. C. de impu. & alijs. subst. & per Bar. in l. Cẽturio. ff. de vul. & pup. Et si dicatur, aliæ vulgares expræsse factæ sunt, ergo illam non continet. Respõdetur, ꝙ in casu quo illæ vulgares expresæ locũ habeãt, hæc locum habebit, ergo si in persona Herculani, vel filiorum substitutio locum non habebit ex vulgari sua in compendiosa contenta, admittetur Vrbanus. ¶ Restat ergo solum quærere, quid interim de bonis fiendum, & ex prædictis in parte est responsum; quia cura, administratio, vel gubernatio non possunt dari Herculano, ergo ad alia iuris remedia recurrendũ est, de quibus in l. si quis instituatur. ff. de hęred. insti. & ibi per Docto. & de quibus hij ad quos res pertinet, prouidere possunt. Laus Christo Saluatori nostro. Et ita consultum fuit per Illustre Collegium Dominorum Doct. Iuris Ciuit. Bonon. & eorum consilio sigillatum.

FINIS.

INDEX, SEV REPERTORIVM copiosissimum, quo alphabeti serie omnia facilè reperiri poterunt, quę in toto hoc opere Floriani de S. Petro continentur.

DE LITERA A.

Actio

Actiones

Aestima-

DE LITERA C.

Causa

Commoda

Con-

Confessoria

DE LITERA D.

¶Damna-

¶De-

¶Deti-

Diſpoſitio

Domi-

Dominus

Donatio

¶DVM,

Episcopus

De

Exclu-

DE LITERA F.

¶ *Super*

vnius

Filio

Fructua-

¶FVN-

DE LITERA G.

Grauari

DE LITERA H.

¶ HAERE-

Hæres

DE LITERA I.

Impensa

¶In-

Instituto

¶In

Iudex

DE LITERA L.

¶LARGIRI

¶ LEGA-

¶LEGATI

Legatum

Index materiarum.

Legatum

cum

L. cum

Libellus

Lite

nn 3 *Ad*

¶ MENSV-

DE LITERA. N.

Omnes

Onus

DE LITERA P.

Pactum

¶PECCATA

Perso-

vna

ad se-

Possessio

¶PRAETO-

Pro-

Pupil-

DE LITERA Q.

DE LITERA R.

Recipere

Rei

Sententia

Seruitus

Seruus

Stipulatio

DE LITERA T.

¶TESTATOR

Testator

Testatoris

DE LITERA V.

¶Ex

¶VSVS-

E

FINIS.

Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX.

Omnes sunt Terniones.

In secundo Volumine.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. aa bb cc
dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu.

Omnes sunt terniones, præter * qui est duernio, & uu, qui est quaternio.

RIAN
de S. Per.
in ff. inf.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm